


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 E
34

OBSERVANTIARVM

SACRI REGII CATHALONIAE SENATVS,

Eius olim celeberrimi Conciliarij Michaelis Ferrer

EDITIO: NON SOLVM NVMEROSA SVMMARIOrum serie, indiceque rerum & materiarum locupletissimo: sed etiam Additionibus passim suis locis congestis aucta, atq. exornata.

PER SIGISMVNDVM DESPVIOL DOMICELLVM I.V.D. ex lari paterno Despujol sancti Hippoliti, Vicen. dioc. ortum: & in inclito Barcinonensi foro commorantem causarum Patronum.

AD ADMODVM ILLVST. PERQVAM REVEREN. DOMInum D. Iacobum ab Agullana Regium Cathaloniæ Principatus Cancellarium, ac Sedis Gerundæ Archidiaconum maiorem, & Canonicum.

Cum Licentia & Regio Priuilegio.



Anno 1608.

BARCINONE. M. DC. VIII.

Expensis Ioannis Simon.

Lo Duch de Monteleon Loctinent y Capita general.

PER quant vos Sagimon Despujol D.D. en drets de la ciutat de Barcelona, haueu presos molts treballs eo fer numeros, sumaris, repertori, y algunes addicions en lo libre ques inscriu Obseruancies de la Real Audiencia, compost per Miquel Ferrer quondam doctor del Real Consell, les quals vistes y regonegudes per comissio del Reuerent Canceller, y conseller de sa Magestat Iaume de Agullana, per los magnifichs y amats consellers de la prefata real Magestad Doctors Miquel Salba y de Vallseca, y Hieronym Senjust de la Real Audiencia ha constat y consta per relatio de aquells no contrariar en cosa alguna a les obseruances y estil de dita Real Audiencia. E com desijeu imptimir aquelles y en la impressio vos hagen de offerir molts gastos, nos haueu suplicat fos de merce nostra concedir la present. Per tenor de la qual vos donam y concedim licencia y facultat, que liberament pugau imptimir y vendrer dites obseruancies de Miquel Ferrer, ab los dits numeros, sumaris, repertori, y addicions en quelles per vos fetes: manant expressament a tots, y qualseuol estampers, y altres persones de qualseuol grau, o condicio sien en los presents Principat y Comtats constituis y constituhidors, que durant lo temps dauall escrit no imprimescan ni vengan, ni imptimir ni vendrer facê dit libre, sens orde y licencia vostra, sots pena de perdrer los libres hauran imprimits, mollos y aparells de la impressio, y de mil florins de or de Arago als reals cofrens aplicadors, y dels bens dels contrafahêts irremissiblement exigidors sots la qual pena diem y manam, y no resmenys a tots y qualseuol officials axi Reals com de Barons, y majors com menors, que la present nostra licentia tinguen guarden y obseruen, tenir guardar y obseruar facen, y contra no vinguen en manera alguna, si la gracia de sa Magestat tenê chara, y en la pena predita desijen no encorrer. La qual licencia volê sia duradora per deu anys prop seguents, los quals passats sia extincta y finida, Datt. en Barcelona a xxiiij. de Noembre. M.DCVII.

El Duque de Monteleon.

V. Agullana Cancellarius.
V. Don Franciscus de Agullana
& Calders Regens Thesau.

Gabriel Olzina.

In diuersorum lo, xij.
fol. cxxv.

¶ 2 EAQVE

EA, quæ Sigiſmundus Deſpujol Domicellus Barci. I. V. D. addidit Recollectioni Michaelis Ferrer Regij olim Conciliarij in Cathalonia, ex cõmiſſ. illuſtris D. Mathi. Amell, Canonici, & vicarij Generalis Reuerendiſſ. D. D. Raphaellis à Rouirola Epiſcopi Barcinonenſis, ego Raphael Gueru vidi, & aprobo vt fidei & bonis moribus conſentanea Barcino. in Collegio Societ. die 29. Nouemb. 1607.

Raphael Gueru Societ. Ieſu.



NOS *Mathias Amell V. I. D. Canonicus Eccleſie Barcinone Officialis, & in ſpiritualibus, & tempor libus Vicarius Generalis pro admodum illuſtri & Reuerendiſsimo in Chriſto patre domino dompno Raphaele de Rouirola Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Barcinone Epiſcopo Regio Cõciliario: attenta præinſerta relatione concedimus licentiam imprimendi librum obſeruationum Michaelis Ferrer quondam Doctoris Regij Concilij. Cum additionibus per Sigiſmundum Deſpujol Domicellum Barcinone, & V. I. D. Dat. Barcinone die quarta Decembris milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo.*

Matthias Amell. Offic. & Vicegener.

Errata quæ inter excudendum irrepſere ſic corrigito ſapiens & pie Lector.

fol.	col.	lin.	errata.	correcta.
3.	1.	26.	Pũctus penitut in fin. poſtra.	eſponendus in fin. regẽ.
3.	4.	1.	Gerecs.	Gerens.
3.	4.	pen & fi	acontrario li nea & ſeq.	deleantur.
6.	2.	29.	de die.	diem.
7.	1.	38.	excepitis.	exceptis.
13.	3.	24.	in curia.	ad curiam.
25.	2.	13.	crims.	deleantur li nea cũ ſeq.
ibid.	ibi.	16.	beneblacitum.	beneplacitũ
30	2.	fin.	ſed cum ea.	deleatur.
46.	3.	47.	qui eſt correctus et ſit.	quod eſt correctũ & cit.
49.	3.	24.	hoc vſat. mod. eſt citũ.	hic vſat. mo do eſt citus.
ibi.	ibi.	32.	euocata.	euocatam.
54.	3.	34.	apprehenſi.	apprehenſũ.
55.	2.	12.	lauamen.	leuamen.
73.	4.	18.	generalem in curijs.	generalẽ ni ſi in curijs.

fol.	col.	lin.	errata.	correcta.
79.	1.	46.	non officiat	an officiat.
119.	3.	44	ordine.	ordini.
ibi.	4.	5.	àrmas.	arma.
188	2.	fin.	immunitatis	immunitas.
292	3.	25.	ortus.	ortum.
292	3.	19.	Hugonus.	Hugo.
41.	1.	21.	tangentia.	tangentes.
88.	1.	19.	virginatis.	virginitatis.
105.	3.	33.	alis	aliàs
113.	2.	34.	conſcientia	conſcientię.
130.	4.	6	dicurus	dictus.
170.	1.	21.	alios	alius.
172.	2.	40.	Caralus	Carolus.
210.	4.	2.	ſenatoribus	ſenaribus.
252.	1.	1.	recepit	recipit.
222.	4.	17.	prędicta	prædita.
53.	3.	4.	feudalis	feudales.
56.	1.	27.	poſſeſsione	poſſeſsionẽ.
140	4.	1.	miſerabilẽ	n iſerabile.
155.	1.	2.	pretentionẽ	pretentione



ADMODVM ILLVSTRI ET REVERENDISSIMO D. DOMPNO IAcobo ab Agullana. D.D. eminentissimo huius incliti Cathaloniæ Principatus Regio Cancellario, ET In Primaria Gerundensi Æde sacra Archidiacono Primario,& Canonico. Sigismundus Despujol. S. D.



VM toto animo(amplissime Pręses) de obseruationum istarum antiqui illius senatoris pręstantissimi, ac iunctarum, quas pro ornatu in lucem edidi lucubrationum, honore fortunaque: pari cura & cupiditate cogitarem atq. cotenderem: Nunquam mihi ex mente excidit, non solum claræ stirpis & familię tuę originis nobilitas: sed etiam neq. animi magnitudo, qua eos, qui molestissimis curis afficiuntur quiq. ab elatis calcantur, et ad te, leuamen humilium, confugiunt, sub tua clientela libenter suscipis, simul & protegis. Et id semper domus tua consueuit. Quarum enim suppremarum voluntatum, Domus de Agullana non est electa executrix & vindex? Quot parentibus destituos, magna cura, in eorum rebus (propijs relictis) peragendis, non protegit? Quæ prouintiæ,& munera Principum, Regisq. domini nostri tunc fęliciter imperantis, non sunt ei credita? Tibi enim potissimum congruit Regij Cancellarij Illustrissimum munus iuxta pactionata,& conuenta huius nobilissimi Principatus iura, per indelebilis recordationis Aragonum Reges Comitesq. Barcinonenses, edita, disponentia: talem administrandam prouintiam magnæ,& notabili personæ Ecclesiasticę, esse credendam: quamquidem pluries recusatam, toties(quod dignissimi solent) interpellatus, pe nèq.(vt ita dicā) coactus, suscepisti. Cui amplissimo muneri pręcipuè congruunt. Quæ sigillatim,& latè hic de sacra ecclesiastica immunitate aguntur: simul & de alijs controuertijs inter ecclesiasticam, potestatem,& secularem, in quibus es mirabili consilio mediator,& comminalis Qua propter, his omnibus fretus, hoc opus decreui tibi dicare. Ex tui etenim nominis splendore,& amplitudine magnā ei auctoritatem accessuram, omnes facilè Intelligere possunt. Quod,& erit, meæ erga te perpetuæ voluntatis, & obseruantiæ certissimum apud omnes argumentum,& testimonium. Hunc igitur librū hilari fronte gratoq animo suscipe: illiusq. aduersus omnes virulentiæ morsus sis accertimus vindex atq. defensor; Nam etsi leuiora hæc esse opinor, quam tuæ amplitudinis ratio postulat. Tua summa humanitate, ac benignitatis magnitudine, muneris huius tenuitatem facilè compensabis. Si igitur hæc qualiacūq, elucubrata,& in apertum prolata tibi grata fuisse intellexero: pręclarè satis actū mecum esse, arbitrabor. Vale,& Nestoreos annos viue.





SIGISMVNDI DES-PVIOL PREFATIO.

AD LECTOREM.

PRODEVNT denuo, Candide lector, obseruationes huius regij & inclyti Senatus per eius olim Senatorē amplissimum Michaelem Ferrer editæ atque collectæ, antea satis notæ, sed nunquam satis laudatæ, modo vero à me ea qua potui cura ac solicitudine, post numerosam summariorum seriē indicemque locupletissimū additionibus quibusdam materiarum ad teoricam & praxim passim suis locis commodè insertis, locupletatæ ac condecoratę. Et aduertas quæso quod ab antiquo ordine capitulorum ac rubricarum (cum possem per centurias seu alio nouissimo ordine prædicta congerere) non discessi: tum ne temerarius ea quæ à tam grauissimo doctore sunt ordinata alterādo, existimarer, tum etiam quia egregij Doctores qui in vsu forēsi & aliàs accuratè in præsenti principatu scripserunt, istas Obseruantias iuxta ordinem prędictū allegarunt. Et scires exoptarem me in his nullum priuatum commodum vel lucrum, sed testor Deum, bonum publicum, cui me totum deuoui, spectare seu quærere. Et quidem si post hæc huius per iocundæ lucis frui mihi licuerit alia circa Priscos nostros nouo ordine ac stilo resarcire curabo. Læta igitur fronte perlege vt clare percipiam, nihil esse quod tua causa non debeam. Vale.




AD SIGISMVNDVM DESPVIOL DOMICELLVM I.V.D.

IACOBI CANCERII I.V.D. Epigramma.

DE ujol claro es genitus de sanguine, Priscos
nam proauos, tribuit Ticeris vnda tibi.
Aurum & opes fragiles dant vltima vota parentum
Quas parit ingenium non moriuntur opes
Tu noua procudis alienaue scripta recentas
Et clari renouas splendida scripta viri
Haud didicisse cito mirum est, citiusque docere
Hoc tacit ingenij vis, & origo tui.

PAVLVS BENEDICTVS CABRER V.I.D. Ad pium lectorem.

Heus qui nunc labiis degustas pocula doctæ
Palladis, en fontem potitla, quæso bibe.
Hoc lucubratum cape munus, perlege lector,
Ac semper casto pectore conde tuo.
Ecquis qui veterum describit grandia gesta:
Huius Senatus qui memoranda docet.
Inuenies dulces fructus, dulci vtile mixtum.
Hue tanti fructus, CANDIDE LECTOR *age.*



RECOLLECTIO PER ME MICHAELEM FERRER DOCTOREM REGII CONSILII (AD MEI MEMORIAM TANTVM, ET

pro faciliori materiæ inuestigatione) facta de casibus, in quibus Gubernator Cathaloniæ, & Gerens vices Gubernatoris Cathaloniæ consueuerunt, & possunt exercere iurisdictionem, Domino Rege, & eius Locumtenente generali absentibus à Cathalonia. Cui hoc anno M.D.LXXX. aliqua addidi, nihil, aut parum ex officina mea ponendo, sed dumtaxat fideliter (quatenus potui, & sciui) ea, quæ per alios doctores scripta fuere refferendo. Et si quid vltra scriptum reperiatur. Illud dubitandi, & vlterius cogitandi gratia, & non affirmandi scripsisse intelligo.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus Regis est Gubernator generalis Cathaloniæ & omniũ regnorum.*

1 PRimogenitus Domini Regis est Gubernator non solum Cathaloniæ: sed etiam est Gubernator generalis omnium Regnorum, & terrarum Domini Regis Consti. Item senyor com segons les constitutions. In titulo de offici de Gouernador. fol. 48. in prima numeratione.[a]

[a] Numeratio in noua vero cõpilla, fol. 102.

CAP. 2.

SVMMARIVM.

1 *Infans frater Regis habetur loco primogeniti Rege liberos non habente.*

2 *Litteræ Petri. 3. directæ patiarijs Ilerdæ quibus mandat quatenus sequantur infantem contra comitem pallarien.*

3 *Litteræ secunda eiusdem ad eosdem & ad eundem effectum.*

1 FRater Regis infans, Rege nõ habente liberos, habetur, & censetur loco primogeniti: vt videri poterit in binis litteris Regis Petri tertij Patiarijs, & probis hominibus ciuitatis Illerdæ directis, & dat. Barcinone secundo nonas Augusti. M.CCC.XXXX. & alijs eiusdem directis & datis nonis Augusti. M.CCC.XXXX. quæ insertæ sunt in septima cõclusione decisoria successionis in regno Aragonum, quas in alio libro dictarum decisionum, & quorundam priuilegiorum habeo. Et sunt tenoris sequentis.

2 Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, Comesq; Barcino. Dilectis nostris patiarijs, & probis hominibus ciuitatis Illerdç, salutem, & dilectionem. Nuntiorũ vestrorum quod inclitus infans Iacobus comes Vrgelli, & vicecomes Aggeren. charissimus frater, & generalis procurator noster ad eundum cum eo in exercitu pro quadam executione cõtra comitem Pallarien. iustitię faciendæ vos compellit fortiter, & districtè: vosque hęsitantes, quod ex hoc vestris priuilegijs, & vsibus, ex quibus asseriris, nisi cum persona Regis propria, vel eius primogeniti dumtaxat, in exercitu minimè ire debere, præiuditium generari, sequi eũ in dicto exercitu

 recusatis.

recusatis. Sanè, cum nobis liberis nondū natis, dictum infantem Iacobum pro primogenito, & loco primogeniti habeamus: ideirco vobis dicimus, & expressè mandamus; quatenus in dicto exercitu dictum infantem Iacobum, qui nobis liberis non habentibus, vt præmittitur, loco primogeniti est censendus, sequi, & cum eo ire minimè differatis. Nam ex hoc vestris priuilegijs, & vsibus, quæ, & quos vos dicitis habere, præiuditium minimè generatur, nec ex hac causa volumus generari. Dat. Barcinone secundo nonas Augusti Anno millesimo, trecentesimo, quadragesimo.

3 Petrus Dei gratia. &c. Dilectis suis Paciarijs, & probis hominibus ciuitatis Illerdę, salutem, & dilectionem. Pridem intellecto per expositionem nuntiorum vestrorum, quod inclitus infans Iacobus Comes Vrgelli, ac Vicecomes. Aggeten. charissimus frater, ac generalis procurator noster, ad eundum secum cum exercitu dictæ ciuitatis pro executione contra Comitem Pallarien, fienda, vos compellat fortiter & districtè. Quódq; vos hęsitantes, quòd ex hoc fieret prętudicium vestris priuilegijs, & vsibus, ex quibus asseritis nisi cum persona regis propria, vel eius primogeniti in exercitu minimè ire debere, dictum infantem cū vestro exercitu sequi recusabatis, scripsimus vobis, quòd cùm nobis liberis nondum natis dictum infantem Iacobum pro primogenito, & loco primogeniti habemus. Ideo vobis expressè mandamus, quod in dicto exercitu dictum infantem sequi, & cum eo minimè ire differatis. Nam ex hoc vestris priuilegijs, & vsibus, quæ, & quos dicitis vos habere prętudicium non generabatur, nec volebamus etiam generari. Nunc autem significata nobis per fidedignas personas resistentia per ipsum infantē in vobis super prędictis inuenta, & modo nō decenti, quem erga ipsum propterea tenuistis, de vobis admirati non modicū: idq; ferentes ingratum, vobis per præsentes dicimus, & expressè mandamus, quatenus ex quo per literam nostram iā super hoc, vt prætāgitur, vobis directā, priuilegijs, & vsibus, quæ, & quos super eis dem vos habere asseritis, est decēter prouisum: dictū infantē cū exercitu dictę ciuitatis sequi, ad faciendam dictam executionem nullatenus retardetis, aliàs scire vos volumus pro constanti, quòd nobis plurimum displiceret. Et nos vel dictus infans pro nobis curatemus super eo debitè prouidere. Dat. Barcinone nonas Augusti Anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo.

CAP. 3.

SVMMARIVM.

1 *Gubernatores olim dicebantur procuratores & vicarij.*

1 PRimogenitus domini Regis, & alij, qui nunc vocantur gubernatores olim vocabantur, & no
a minabantur procuratores, & vicarij[a] Cathaloniç. Et primo nominabatur vicarius Cathaloniç, & loco illius successit gubernator Mier. in e. Preterea num. 15. colla. 6. fol. 168. per illum textum, qui est in volu. consti. in titu. de offi. de go
b uernador. fol. 46.[b] Iacobus Cali. in tracta. de præro. mili. pagi. 140. num. 29. tex. in consti. Item statuim, e encara ordenam.
c in titu. de offi. de gouernador. fol. 46.[c] Et ita rex Petrus tertius fratrē suum infantem Iacobum nominabat procuratorem in litteris per eū patiarijs & probis hominibus Illerdę missis, quæ insertæ sunt supra in ca. 2. tex. in consti. Pare aço. in ti. de offici de gouernador. fol.
d 47.[d] ponderando illā alternatiuā, seu declaratiuā, ibi, Los generals procurados, o gouernadors. Iuncta clausula dispositiua posita sequente, ibi, Statuim que lo gouernador general nostre en Cathalunya, o portant veus de aqueil. Et idem in constit. Prouehints al estament eo ti.
e fol. 47.[e] ibi Portants veus de procurador o gouernador, e qualseuol altre qui regesque dit offici, ponderando verbum offici. in singulari numero, quod denotat

tat vnum, & idem esse officium. & in cō
sti. Encàra statuim, e volem, in ti. de ob-
f serua. consti. fol. 27. f ibi, e lo molt alt in-
fant Namfos molt char primogenit, e ge
neral procurador nostre. Multa alia ad-
duci possent, sed sufficit auctoritas, & in
telligentia dictorum Iacobi Calici. &
Thomę Mier.

a Vicarij. Marq. in vsat. mulieribus col. pen.
vers. Quæro ad remissiones & vers. & anne-
gocia cum seq. quem refert Olib. in vsat. a-
lium namq; cap. 3. n. 42.
b Fol. 46. in noua vero compil. fol. 100.
c Fol. 46. in noua compil. fol. 100.
d Fol. 47. in noua compil. fol. 100.
e Fol. 47. in noua compil. fol. 101.
f Fol. 27. in noua compil fol. 45.

CAP. 4.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus domini regis per omnia æquiparatur præffecto prætorio.*
2 *Primogenitus domini regis immediatè præest post principem omnibus iudicibus.*
3 *Primogenitus ordinat pragmaticas, & formam dat iuribus Cathaloniæ.*
4 *Gubernatores alij qui nonsunt primogeniti dicuntur præsides prouinciæ, & sunt ordinarij & ideo ipsorum iurisdictio non expirat per obitum domini Regis.*
5 *A sententijs primogeniti gubernatoris non appellatur, sed supplicatur quod fallit in causis miserabilium.*
6 *Gubernator regnorum & terrarum domini Regis debet esse primogenitus vel infans.*
7 *Gubernator Cathaloniæ potest esse qui nō est primogenitus nec infans.*
8 *Actus duo publici & notorij inducunt constitutionis obseruantiam: & an stylum*
9 *Primogenitus domini Regis qui æquiparatur præfecto prætorio ampliorem habet potestatem alio qui nō est primogenitus qui æquiparatur præsidi prouinciæ.*

1 PRimogenitus domini Regis per
omnia ęquiparatur pręfecto prę
torio, secundum Iacobum Cali.
in vsati. de omnibus causis numer. 21. &
22. fol. 62. Vbi etiam ponit effectus inde
resultantes per hęc verba. Primogenitus
domini Regis per omnia cōparatur prę
2 fecto pręrorio, quoniam immediatè præ
est post principem omnibus iudicibus,
iux. not per Specula. in prima parte tit.
de iurisf. omni. iudi. circa princi & in. l. v-
nica. ff. de offi. pręfecti pręrorio. Et ab ip
so tantum supplicatur, & non appellla-
tur, vt in pręfecto prærorio iuxta. l. Si
quis aduersus. C. de preci. impe. offi. Et
iuxta. l. Vnicam. C. de senten. præfecto-
3 rum. Et etiam quoniam primogenitus
ordinat pragmaticas, & formā facit, seu
dat iuribus Cathaloniæ vt vides in pluri
bus pragmati. super pacibus & treu. ædi
tis per infantem A fonsum pro tunc pri
a mogenitum, & postea Regem.a Et ita
erat in pręfecto pręrorio: vt in. l. 2. C. de
offi. pręfe. pręt. Quinimo etiā dictus pri-
mogenitus ex dicta obseruantia habet
omnes prærogatiuas, de iure communi
præfecto pręrorio cōcessis. Hæc ipse Ca
lici. Tho. Mier. in consti. Præterea nu. 5.
colla. 6. fol. 167. inquit. Nota quòd gene
ralis gubernator si est primogenitus, vel
infans domini Regis ęquiparatur pręfe-
cto pręrorio, de cuius sententia non ap-
pellatur: vt ff. de offi. præfe. t. præto. l. 1.
Et sic nota, quod pręfectus pręrorio maior
ior est præside. Et idem cognoscit de il-
lius iniquitate &c. Et nume. 10. dicit ho-
diè primogenitus, qui est omnium re-
gnorum generalis gubernator, dicitur prę
fectus prætorio, quia est maior post prin
cipem, & ab ipso primogenito non ap-
pellatur, sicut nec à præfecto prætorio:
vt C. de senten. præfectorum prætorio.
4 Et num. 8. inquit. Sed alij gubernatores
speciales, seu vicesgerentes in Cathalo-
nia possunt dici præsides prouintię. Et
sunt ad instar pro consulum, & legato-
rum de latere: & sunt ordinarij, vt extra
de offi. lega. c. legatos lib. 6. Et ita iuris-
dictio ipsorum non expirat per obitum
domini Regis: vt extra de offi. lega. ca. 1.
& cap. 8. fa. ad prædicta. l. si quos. Et l. in
ordinario. C. de offi. præfecti pręrorio:
ori. & illiri. Et in constitu. Les causes nu

me.22.mihi.45.collatio.11. fol, 2. Dicit,
quòd Gubernator omnium regnorum
& terrarum domini Regis habet eſſe
primogenitus, vel alius infans domini
5 Regis,& ęquiparatur pręfecto pretorio,
à cuius ſententia nō appellatur, ſed ſup-
plicatur. Et ipſemet dat reſtitutionem
in integrum contra ſuam ſententiam,
& nō alius per iura quę allegat &c. Ad-
uertendū tamen eſt, in quātum ſupradi
xi,ſecundum Mier.à ſententia generalis
Gubernatoris, ſcilicet primogeniti non
appellari, ſed ſupplicari. Quod idem
Mier.in eadem conſtitu. Les cauſes nu.
mihi, 83. fol.5. dicit fallere in caſu illius
conſtitu.ſcilicet in cauſis miſerabilium,
quia poteſt appellari ad Principem per
illum tex.Subdit etiam Mier.in d.conſ-
titu.Pręterea num,9.in fi.collatio.6.fol.
167.iuriſdictionem Gubernatoris hodie
ampliatam eſſe per conſtitu.reginę Ma-
rię. Prouehim, ordenam, e ſtatuim. Et
per conſtitu. Les cauſes de pubills. dic-
ta conſtitutio proueim, ordenam. e ſta-
tuim,eſt in volum. conſtitu. in titu. En
b quin lloch deu eſſer cōiungut per erim b
fol 88. Et dicta conſtitu. Les cauſes, eſt
ſub titu. de la audientia real e del Go-
c uernador c fol.9.Ex quibus tria ſatis a-
6 pertè colligi poſſunt. Primum eſt quòd
Gubernator omnium regnorum,& ter-
rarum domini Regis habet eſſe primo-
genitus, vel alius infans domini Regis.
Ita de verbo ad verbum inquit Mier. in
ſępé allegata conſtitutio. Les cauſes de
pubills,alias de viudes colum. 8. nume.
mihi 45.colla.11.fol. 2. De primogenito
eſt textus expreſſus in conſti. Item ſe-
nyor com ſegons les conſtitutions, in
d titu.de offi. de Gouernador fol. 48 d vt
retuli ſupra c.1. De infante domini Re-
gis,id eſt de fratre domini Regis (liberis
Regis non extantibus.) Extant litteræ
7 Regis Petri ſupra cap.2.inſertę. Secun-
dum eſt, quod Gubernator Cathalonię
(non dico omnium regnorum, & terra-
rum domini Regis,ſed Cathalonię tan-
tum)poteſt eſſe,qui non eſt primogeni-
tus,nec infans domini Regis;vt fuit no-
bilis Geraldus de Ceruilione, qui exiſ-

ſtens Gubernator Cathaloniæ,per mor-
tem Regis Martini, Et pro ſucceſsione
Regni dirigenda conuocauit parlamen-
tum Dertuſæ. Vt atteſtatur Iacob. Cali.
in extrauag.curiarum.cap.4. nu.7.fol.
8.Et hoc eſt, quod voluit pro conſtanti.
Mier.In dicta conſtitutio.Pręterea, à nu
me.5.vſq; ad 10.collatio.6. volum. 1.fol.
162.ſignanter num.8.Ibi.ſed alij Guber-
natores ſpeciales, ſeu viceſgerentes, &
num.9 ibi. ſed an Gubernator, qui non
eſt primogenitus, nec infans poſsit pu-
nire officiales.Et hoc probat bonus tex-
tus in conſtitutio. Part aço com per re-
ſeruacions,in titu.de offici de Gouerna-
e dor fol.45. e Quę conſtitutio in prin.i.
prohibet reſeruationes fieri per Guber-
natores,& procuratores,& gerentes vi-
ces illorum. Et in fine excipit primoge-
nitum domini Regis per hęc verba. En
la qual conſtitutio no volém eſſer com-
pres lo primogenit noſtre, o de ſucceſ-
ſors noſtres. E encara que de offici de
Gouernador,o procurador,vſaſſen o re
giſſen. Et ita illum tex. intelligit & de-
clarat Marquilles. in vſa. mulieribus co-
lum.penultima.fol.70.verſic. Et an ne-
gotia criminalia, & ciuilia: Dicens Gu-
bernatorem generalem, vel procurato-
rem Regium, aut Gubernatorem Ca-
thalonię non poſſe euocare cauſas ad ſe,
niſi pręſentes fuerint,excepto primoge-
nito. Idem importat tex in conſtitutio.
f vltra aço,eo titulo fol.47.f quę loquitur
de nobili Berenga.de Abella,& gerente
g vices illius,g Idem importat tex.in con-
ſtitutio.Los notaris.in titulo de ſala. de
h iutg.h in princi.fol.97. Ibi los notaris de
la cort del primogenit noſtre, o del ge-
neral procurador, o Gouernador, o de
ſon portant veus.Et cum eſſet dubium,
ſufficeret,quòd dictę conſtitutiones dic-
tam habuerint obſeruantiam.Ideo mini-
mè ſunt mutanda &c.l.minimè.ff.de le-
gi.ſignanter,cum dicti actus fuerint pu-
8 blici,& notorij, quo caſu duo actus ſuf-
ficiunt.vt per Iacob.Calic.in extrauan.
curiarum cap.4.nume.5.fol 7.Et quan-
do inducant ſtilum,ibi nume.6. Et pręę-
dicta ego intelligo,deficientibus primo-
genito,

genito, & infante domini Regis, quia tunc ipsi sunt Gubernatores,& cęteri dicuntur gerentes vices Gubernatoris,aut
9 portant veus de Gouernador. Tertium, quod ex prædictis doctrinis Calicij, & Mier. colligi potest, primogenitum domini Regis, qui ęquiparatur pręfecto prętorio,ampliorem habere potestatem, quàm alius gubernator non primogenitus, qui æquiparatur præsidi prouintię. Et qui sint casus, in quibus amplior est potestas primogeniti, & alijs, poterunt ex alijs infrascriptis obseruantijs colligi. Et pro materia. adde ꝙ primogenitus domini Regis est futurus, & indubitatus successor in regno. Mier. collatio.2.ca.62.in princip.fol.32. Et colla.6.volum. 2.ca.nos.num.4.fol. 15.dicit primogenitum iure primogenituræ habere iurisdictionem. Item primogenitus antequam exercere possit, iurare tenetur: vt infra cap. 6. & dicit Mier.in collatio.10.cap.8. nume, 14. & 15.fol. 6. quòd primogenitus non exercet regalias.

a Postea.Regem primogenitus enim Regis habet dignitatem quandam inseparabilem etiam viuo patre Bal.in l.ex hoc iure num. 5.ff.de iustit.& iure.idem in l.liberti libertæque.n.18.C.de oper.libert.Molin.de Hispano.primogen.lib.3.cap.6.num.15. fol. mihi, 387.

b Per crim.in noua vero compil.tit.de accusations.fol.458.

c Gouernador.in noua compilat.tit.de euocations de causes fol.214.

d Fol.48.In noua compil.fol.102.

e Fol.46.In noua compil.fol.100.

f Fol.47.In noua compil.fol.101.

g Et gerente vices illius.ita legitur in veteri compilatione,in noua vero aliter ibi,o altre portant veus en Cathalunya,& ita est legendum, nam secundum primam lecturam in quantum dicit, o altre portant veus dell en Cathalunya præsupponit Berengarium de Abella fuisse tunc gubernatorem, quod est inconueniens ac repugnãs verbis ipsiusmet constitutionis,quę præsupponit existere tũc primogenitum in principatu quo casu non potuit esse gubernator in Cathalonia,sed vicesgerens vt in hac obseruantia n.8. & cap. com segons. 7. tit. de offici de gouernador. Quod habet dictus primogenitus ex particulari prærrogatiua prout in ornatum plura tradit Olib.in vsat.alium namq;c.3.n. 44.legendum itaq; est iuxta nouam compilationem.

h Salari de jutges.in noua compilatione sala.de scrip.iud.fol.292.

CAP. 5.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator qui non est primogenitus est præses prouintiæ, maior post principem ac superior vicariorum ac iudicum ordinariorum & appellationum.*

1 Vbernator non primogenitus domini Regis (vt supra tactum fuit c.4.)est præses prouintiæ,& maior post principem.Et est superior vicariorum,baiulorum, & iudicum ordinariorum curiatum regiatum,& etiam iudicum appellationum ab ordinarijs emissarum.Et sic potest eis imperare, & inhibere, & causas per totam Cathaloniam euocare, & suam iurisdictionem per totam prouintiam sibi commissam exercere, nisi in casibus sibi, à constitutionibus prohibitis, secundum Thomã Mier.in consti.Item quod causæ vicarię num,3.versi.Gubernator est pręses prouintiæ, collat.2.fol.11. Non tamen ipse Mier.ibi aliquid allegat,sed debet intelligi secundum prædicta in c.4.& infra. c.10.Itẽ intellige proximè dicta de causis intra vicariam, in qua ipse gubernator reperitur:aliàs secus;nisi quãdo procedit viceregia,hoc est,quãdo dominus Rex, & eius locumtenẽs generalis sunt absentes à toto principatu Cathaloniæ, & committatibus Rossilionis,&Ceritaniæ:vt dicetur latius infra c.16.& 17. Dicit etiam ibi Mier.gubernatorem vicere gia regalias cõmunicabiles exercere posse,absente principe.Reliqua de gerentis vices gubernatoris potestate, dic, vt infra.c.10.vbi inferitur illius potestas.

CAP. 6.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator tam primogenitus quam alij*

iurare debent & in posse cuius iurent.
2 *Gerēs vices gubernatoris prima vice qua ingreditur in aliquo loco, iurare debet quod obseruabit iura & consuetudines illius loci.*

1 GVbernatores tam primogenitus, quàm alij guberoatores, ac gerentes vices geoeralis gubernatoris, siue portants veus de general gouernador, & locumtenentes gubernatoris, ac assessores illorum, & locumtenentes assessorum, antequam suo officio vtantur, debent iurare, quòd obseruabunt constitutiones Cathaloniæ, priuilegia, vsus, cōsuetudines, & alias libertates concessas religiosis clericis, diuitibus siue richis hominibus, militibus, ciuibus, & hominibus villarum Catha. sub decreto nullitatis actorum. In c. Item statuym, e en cara ordenam. Et in c. la constitutio. Et c. Item señor com segōs les cōstitucións,
a in ti. de offi. de goueru.*a* fol. 46. 47. 48. Mier. in colla. 2. c. 62. circa ptin. nu. mihi 2. fol. 32. Ipse vero gubernator generalis, qui olim dicebatur procurator generalis, ut dictum est supra in c. 3. debet iurare in posse domini Regis. Et gerens vices gubernatoris, siue portants veus de gouernador general, & locumtenens gubernatoris, & assessor illorum, & locūtenēs assessoris debent iurare in posse gubernatoris geoeralis, per dictas constitu. la
2 constitutio feta. Et c. Item señor com segons les constitutioos, itē est aduertēdū quod in cōs. Itē statuim, e ordenam, q̄ lo portāt veus de gouernador, in eo ti. d of
b fi. de gouer. fo. 48.*b* fuit dispositū expressè, quod gerēs vices gubernatoris siue lo portāt veus de gouernador prima vice, qua iogreditur aliquam ciuitatem, villam, aut locum regium, teneatur iurare quod tenebit, & obseruabit priuilegia generalia, & particularia, vsus practicas, & cōsuetudines, siue costums dictarum ciuitatis villæ, aut loci, & vicariæ, in quarum ingredietur, antequam suo officio in dictis locis vtatur.

a Gouernador. in noua compil. fol. 100.
b Fol. 48. in noua compil. fol. 102.

CAP. 7.

SVMMARIVM.

1 *Gerecs vices gubernatoris existens in cathalonia non potest facere locumt.*
2 *Quod secus si absens fuerit.*
3 *Et quid si infirmus vt per se regere non possit.*

1 GErens vices gubernatoris existens intra Cathaloniam non potest locū tenentem facere, vel per alium regere c. Prouehints al estament, eo, tit. de offi. de
a Gouernador fol. 47.*a* Mier. in c. Præterea n. 16. coll. 6. vol. 1. fol. 168. Per dictam consti. Proaehints al estament, quæ est in tit. de offi. de gouernador. Et idem dixerat antea Iacobus de Marquillis in vsa. mulieribus col. 6. circa fioem versic.
2 quæro. An Gubernator Cathaloniæ. Et vltra à contrario sensu dictę constit. tenet quòd Gubernator absēs a Cathalonia potest alium substituere. Et pro materia, & intellectu argumenti à contrario sensu. Et pro fallētijs d. arg. Vide Auerardum in modis arguendi in loco à
b contrario sensu,*b* qui est 4. fol. 58. Adde eūdē Mier. in d. cōsti. prouehins, seu pro uidēres n. 1. coll. 6. vol. 2. fol. 51. tenentem Gubernatorem infirmum non posse locumtenentem facere durante eius infirmitate, per hęc verba. Sed quid, si fuerit infirmus, vt per se regere non posit: videretur quod tunc posset durante ipsa
3 infirmitate, quia abesse videtur. Sed contra seruatur de facto propter hoc verbū existentibus, quia simpliciter loquitur. Et noo distinguit, an fuerit infirmus vel impeditus. Hęc ipse. Et quæ infirmitas dicatur iustum impedimētum, vide per Mier. colla. 10. c. volents lo abus n. 7. ver si. Item nota quod infirmitas fol. 18. Et Aleiat. in l. morbus sonticus ff. de verbo signi. quam ipse Mier. allegat.

a Fol. 47. in noua compil. fol. 101.
b A contrario sensu latè Oldendorpius de copia verb. in formul. a contrarijs.

CAP. 8.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices gubernatoris non potest facere locumtenentem domino rege, eius locumtenente & seu primogenito existentibus intra Cathaloniam.*

1 Gerēs vices Gubernatoris nō potest facere locumtenentē, aliquo modo, domino Rege, vel eius locumtenente, vel primogenito Regis existentibus intra Cathaloniam, c. vltra aço. eo ti. de offic. a de Gouernador. fol. 47. a Et ibi. Mier. col. 7. n. 3. fol. 60. Marqui. in d. vsa. mulieribus fol. 270. col. 2. in fine.

a Fol. 47. in noua compil. fol. 101.

CAP. 9.

SVMMARIVM.

1 *Gubernatoris officiū non expirat per mortem domini Regis.*

2 *Gerentis vices gubernatoris officium non expirat per mortem domini Regis.*

3 *Ordinarius quid sit & qualiter cognoscatur.*

1 Gubernatoris officium non expirat per mortem principis, siue regis etiam si fuerit concessum ad beneplacitum secundum Mier. in consti. Preterea nu. 2. & 8. colla. 6. vol. 1. fol. 167. Vbi nu. 2. respondet ad c. si gratiosē de rescrip. in 6. sed meliorem respon. ponit ibi nu. 8. & etiam dicit ita tenere Iacob. Cali. in extrauag. curia in 4. dubio in fine. In primogenito non est dubitandum: non solum, quia ex quo est primogenitus est gubernator generalis: atque ita habet illud officium à lege, vt dixi supra c. 1. sed etiam, quia secundum Mier. in coll. 2. c. 42. incipien. Ad hęc nos fo. 32 est futurus, & indubitatus successor in regno. De qua materia vide Cali. in extraua. curia. c. 7. sub. n. 108. versi. quęro, quid de assignationibus, & sequen. pag. 6. lo. And. & alios docto. in c. 3. de voto, & vot. rede Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Et etiam ibi Angel. & Ias. nec non Ias. in l. nemo potest n. 3. ff. de legat. 1. Et septem conclusiones factas ad probandam successionem regni Aragonum, per obitum regis Martini, quas habeo in meo libro priuilegiorum. In gerente autem vices gubernatoris potuit prima facie dubitari quia prouidetur, & 2 nominatur per dominum regem. Attamen, quia officium gerentis vices gubernatoris est ordinarium, ideo nō expirat a per mortem domini Regis, a secundum Mier. in d. c. prętetea nu. 8. & dico latius aliquantulum infra c. 10. Et ita fuit seruatum hoc anno. 1558 quo decessit ab humanis Cęs. Magestas Caroli regis nostri & imperatoris recolendissimę memorię, qui decessit die sancti Mathei xxi. Septembris dicti anni 1558. de cuius obitu habuimus notitiam in ciuitate Gerundę, quarto Octobris eiusdem anni, existente Illustrissimo don Garcia de Toledo tunc Locumte. generali in villa Perpiniani cum magnifico regente Cancellariam, & alijs docto. causarum Criminalium. Et die. 8. eiusdem mensis, recepta de his informatione per spectab. geren. vices gubernatoris don Petrum de Cardona: dictus gerens vices guber. prçcedente determinatione cum doctoribus regij consilij (quorum antiqui retulerūt ita fuisse factum per mortem D. Regis Ferdinandi vltimi, qui decessit anno. 1516.) procedere incepit cum docto. regij consilij iux. constitu. Mes estatuim y ordenam. in titu. de la audien. y conse ll real y del gouer. fol. 12. Adde quę dico infra. c. 12. Et de his, & de gestis, & sequutis per obitum dicti regis Caroli, dixi latissimè in meis ad notationibus siue 3 exemplaribus illius anni. Et quis dicatur, & sit ordinarius, & qualiter cognoscatur, an quis habeat iurisdictionem ordinariam vel delegatam, & mandatam, vide tex. & ibi doctores signanter Paulum de Castro post Bartol. in l. Et quia, quam aliqui legunt vna cum lege prçcedenti, quę incipit more maiorum. ff. de iurisd. omni. iudi. Bar. in l. 2. ff. de optio. lega. & in l. ambitiose. num. 34. & in quę-

ftione ibi per eum relata, quæ incipit adunantia generalis ff.de decretis. ab ordi. faciendis tex. in l. fi. C. vbi, & apud quem Panor.in c.relatum nu.4.de offi.
b & potest. iud.dele.b & dixi latius, super quadam obseruantia regia.

a Regis. l.& quia ibi.ipsa lex. cum ibi scrib. de iurisdict.om.iud.Fab.§.item si aduc col.a circa medi.versi.Sed nos loquimur in ordinario inst.manda.Cassane.in consuetu. Burgun.rub.1.§.6.glo.mesiierrs & Sergents.nu. 83.Couarr.pract.qq.c.4.n.4.

b Iud.deleg.l.2. ibi.iurisdictionis ordinẽ iuxta florentinam emendationem.ff. de varijs, & extraordi.cognit.l.1.§.qui mandatam cũ l.& si prætor.3.ff.de officio eius.&c.

CAP. 10.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices gubernatoris generalis habet eandem potestatem quam habet gubernator primogenitus dicto primogenito & rege absẽtibus à Cathalonia.*

2 *Statuta in rege intelliguntur repetita in primogenito & generali gubernatore omnium regnorum secus in gubernatore Rossilionis.*

3 *Gerens vices gubernatoris non in omnibus habet eandẽ potestatem atqui primogenitus.*

1 Vicesgerens Gubernatoris generalis habet eandem potestatem, quam habet Gubernator primo genitus, dicto primogenito, & Rege ab sentibus à Cathalonia. Et de notabili ratione, vide regiam prouisionem regis Iacobi relatam per Mier.in c.vlterius nu. 4.coll.7.fol.60. Ex qua videtur, quod magna est potestas dicti gerentis vices gubernatoris. Et ideo illam hic insero. Iacobus Dei gratia Rex Aragonum &c. cordibus Regum &c. Post deinde experimento didiscimus fore vtilius, & magis necessarium toti terræ, vicesgerentem procuratoris prædictum inibi ponere, & substituere, ac reducere sicut erat, illa ratione pręcipua vt ipse multorum quętelas, quas ex deffectu existentis vicesgerentis procuratoris ad nos extra Cathaloniam permanentes, frequenter opportebat habere recursum, audiat, & decidat, sicut posse infans prædictus, & nostrorum omnium officialium actus videat, & recognoscat eorũ conatus, iustos, & licitos comprobando: improbos, & illicitos reprimendo, nobisq; absentibus, qui singulis terris & locis nequimus adesse, habeãt ad quẽ recurrere valeãt subditi, à Deo nostro traditi ditioni. Quare de fide, & j. volentes &c. Vt dictus vicesgerens in locis, vbi dictus infans præsens non fuerit, possit per se nomine dicti infantis, nostraq; auctoritate, omnia & singula facere, seu etiam expedire per Cathaloniam totam, quæ ipse infans facere posset, vllo modo, si præsens existeret &c. retento nobis, & reseruato, quod à sentẽtijs, & processibus dicti vices gerentis, non ad ipsum infantẽ, cuius idem consistorium iudicandum existit, sed ad nostram curiã appelletur. Hoc idem esse censemus in sententijs prolatis à iudicibus assignatis per eum. In locis vero, in quibus idem infans præsens fuerit cum suo consistorio exequatur, & faciat omnia & singula supradicta iuxta commissionis eidem infanti factę traditam per nos formam. Quocirca vobis &c. Dat. Cesaraugust. kalen. Iunij 1304. Adde Thomam Mier. coll.10. fo.19.c.tollẽts lo abus n.19.ver.sequitur in tex §. e aço mate x dicentem per illũ
2 tex. Nota quod regulariter statuta in rege intelliguntur repetita in primogenito, a & generali gubernatore omnium Regnorum, & terrarum domini Regis. sed & hic etiã extenditur ad vices gerentẽ gubernatoris in Cathalonia. Secus est ergo de gubernatore Rossilionis. Facit infra coll.11.c.les causes d' pubills §. Em
3 pero les causes. hæc ipse Mier. Aduertatur quod licet in dicta prouisione Regis Iacobi dicatur dictum vices gerentẽ facere posse, & expedire, quę ipse princeps facere posset: non tamen dicit supplicari debere, & non appellari a sua sententia, vt in primogenito. Immo expressè in ca dicitur, quod à dicto vices gerente appellatur,

pellatur, nec in ea prouisione regia dicitur, quod dictus vices gerens possit ordinare pragmaticas, & alia tradita per Cali. in vsa. de omnibus causis nu. 21. & 22. fol. 62. Et propterea, & attentis causis & rationibus, propter quas dictus Rex ad faciendam dictam prouisionem motus fuit, ibi. Illa ratione pręcipua, vt ipse multorum quærellas, quas ex deffectu existentis vices gerentis procuratoris ad nos extra Cathaloniam permanẽtes, frequenter opportebat habere recursum audiat, & decidat, sicut posset infrãs &c.) Arbitror dictam prouisionem debere intelligi in administranda iustitia tantum. Et secundum ea, quæ dicta sunt supra in c. 4. ad quod fiat relatio. Moueor argumento à ratione legis stricta seu limitata, ad restrictionem ipsius legis. Auerar. in arg. 34. in loco à ratione legis stricta fol. 239. Magna enim causa differentiæ est, & esse debet inter primogenitum domini Regis, qui est indubitatus futurus successor, & alium gubernatorem, vt infra, c. 13.

a Primogenito, nam primogenitus etiam viuo patre licet abusiuè vocatur rex ita Ias. in l. in suis n. 2 1. ff. de libr. & posthu. qui allegat Archidia. in c. obijcit. 2. q. 1. Card. Alex. col. 3. c. 1. Quis dica. dux. comes, aut marchio Tiraq. de primog. q. 33. n. 8. Molin. de Hyspan. primog. c. 6. n. 16. li. 3.

CAP. 11.

SVMMARIVM.

1 Gerẽs vices gubernatoris cessat adueniẽte primogenito vel alio gubernatore generali

1 SVperueniente primogenito domini regis, vel alio gubernatore generali, cessat vices gerens gubernatoris. Mier. in d. c. Pręterea nu. 18. coll. 6. fol. 168.

CAP. 12.

SVMMARIVM.

1 Primogenitus non potest curias generales conuocare nisi quando rex in expeditione armorum dedisset ei potestatem.

2 Reseruata principi sunt delegabilia.

1 PRimogenitus domini regis gubernator generalis, & eius vices gerens an possint conuocare curias generales Cathalanis, tradit Iacob. Cali. in extrauag. curia. c. 4. sub. n. 6. fol. 7. Et concludit quod non, nisi vno casu, per verbum puto. Dicens, puto, tamen: quod si dominus rex esset in expeditione armorum extra Cathaloniam, & daret potestatem specialem primogenito suo conuocandi, & tenẽdi curiam, & curia conueniret ad conuocationẽ, & hoc acceptaret, & probaret, quod valeret. Et ipsa conuocatio, & omnia inde sequuta,
2 prout de dominis reginis valet, & tenet, quia reseruata principi sunt delegabilia, & concessibilia: vt in c. quod translationem de offi. lega. & iuxta nota. per Anto. de Butr. Et in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Et in c. vt debitus honor in fi. de appella. per eundem Anto. de Butri. De parlamento est clarum &c. in seq. obseruantia.

CAP. 13.

SVMMARIVM.

1 Gubernator etiã si nõ sit primogenitus potest conuocare parlamẽtũ & quando late hic traditur.

1 GVbernator etiam si non sit primogenitus domini regis potest conuocare parlamentum mortuo rege, si ita casus necessitatis occurreret, & esset necessaria eius cõuocatio. Et fuit ita factum Dertuse per nobilem Geraldum de Ceruilione quondam gubernatorem Cathalonię per mortem Illustris. Regis Martini, & pro successione regni dirigenda secundum Cali. in extraua. curiarum in 4. dubio in fine dicentem ita esse casum in l. si quod C. de lega. lib. 10. Idem refert Mier. in d. c. præterea n. 2. colla. 6. volum. 1. fol. 167. dicens. Prædicta procedere non obstante, quod dictum officium gubernatoris fuerit cõcessum ad beneplacitum, quia morte dicti regis Martini, qui illud concesserat, non fuit extinctum. Et respondet ad cap. Si gratiosè

gratiose de rescrip.in 6.dicens. Illud nō obstare, quia loquitur in odiosis. Sed in n.8.ponit aliam rationem, quæ est melior,& verior: videli et quia gubernator est ordinarius, & eius officium non expirat per mortem domini Regis. Ita etiam tenet in e.ab aquesta n.5.& 6.coll. 10.fol.4.a Vbi dicit, quòd in dicto parlamento fuit celebrata electio de Illustri. domino rege Ferdinando tunc infante Castellæ, nepote dicti regis Martini ex eius quadam sorore filia regis Petri.

a Fol.4.idem Micres in cap.confirmants. 7. n.6.coll 9.

CAP. 14.

SVMMARIVM.

1 *Parlamentum qualiter & in quo loco con uocetur & qui sint vocandi.*

2 *Parlamentum non potest conuocari pro vniuersis causis.*

1 QValiter conuocetur parlamentum,& in quo loco, & qui sint vocandi, & quibus interuenientibus celebretur parlamentum, traditur per eundem Mier.in dicta const.ab aquesta nu.4.5.& 7.colla,10.fol.4. dicentem parlamentum,fit per principem, propter aliquam necessitatem,vel vtilitatem Regis, vel reipub. & conuocat sub certis causis non expressis,quòd vult habere parlamentum cum prælatis, baronibus, & hominibus ciuitatum, & villarū Cathaloniç. Et rogat eos, & monet, & requirit quòd ad dictum parlamentum veniant in talem ciuitatem, seu villam: vt ei dent consilium,auxilium, & iuuamen: et quòd mittant suos procuratores potestatem habentes ad dictum par-
2 lamentū. Sed non potest conuocari parlamentum pro vniuersis causis: sed pro certis singularibus principi ocurrentibus. Quia si pro vniuersis causis, tunc esset cō uocatio generalium curiarum,quç ad solum regem pertinet &c. Idem tener Cali.in extrauag. curia.in 4. dubio. Vbi etiam ponit qualiter,& quando curiæ generales possunt celebrari per locumtenentem generalem, & etiam ponit Mier.in dicta constitu.ab aquesta.

CAP. 15.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus domini Regis potest bellandi licentiam concedere patre absente.*

1 PRimogenitus domini Regis, quia est indubitatus futurus successor in regno, potest concedere licentiam bellandi, patre absente: vt latè per Paris de puteo.in tracta.de remi lita. versi.quia duella.nu.6.fol.128. vol. 12.A'l.g.And.de Yser.in prohęmio feudo.per tex.in c fin.23 quęst.1.quæ maximè procedunt in Cathalania,in qua primogenitus,eò quia est primogenitus est gubernator generalis, vt supra in princ. & in c.4.incipien primogenitus domini regis per omnia ęquiparatur.

CAP.16.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator quas regalias exerceat Rege & eius locumtenente absentibus à Cathalonia.*

1 GVbernator, quando dominus rex, vel eius locumt genera est absens à toto principatu Cathaloniç,exercet regalias communicabiles,secūdum Mier. in c.Item quòd causç vicariç n.3.coll. 2. fo.11.Et licèt ibi ipse nihil allegat: hoc tamen videtur probari per prouisionem, seu pragmaticam regis Iacobi relatam, per Mier.in c.vlterius n.4.coll.7.fol.60 ponderando illa verba: vt subditi nostri habeant,ad quem recurrere valeant, nobis absentibus. Quam pragmaticam seu prouisionem inserui supra ca.10. Et etiam probatur,& est de mente constir. regis Ferdinandi.ij.in 2.curia Barcinone c.Mes statuim e ordeniam in ti.de la audientia, e cōsell real,e del gouernador a fol.

fol.12.Et per ca,quç retuli supra cap. 9.

Sed est aduertendum , quòd idem Mier.in c.prçterea nu.26.& ferè per totum colla.6.vol.1.fol.168.dicit indistinctè, quòd non potest exercere regalias, nisi quatenus habet de cõsuetudine, per hçc verba. Gubernator non potest exercere regalias,nisi quando princeps est extra principatum:nec tũc,nisi quat.3.haber de cõsuetudine. Adde tu,vel quat.3. reperitur expressè cautum. Et propterea seriatim ponam infra casus, in quibus reperio gubernatorem viceregia, id est, existente domino rege, vel eius locum. generali à principatu Cathaloniæ absente,procedentem exercuisse,& exercere posse iurisdictionem.

a Del Gouernador.in noua compil.tit.31.de audien.de Gouern.viceregia.fol.88.

CAP. 17.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices gubernatoris procedit cum doctoribus regiæ audientiæ dño rege locũtenẽte,ac primogenito absentibus.*

2 *Gerens vices gubernatoris quibus casibus possit delegare.*

1 PRæsuppono , quòd vicegerens gubernatoris, non existente intra Cathaloniç principatum domino rege,nec locum. generali domini regis,vel eius primogenito, debet procedere cum doctoribus regiç audientiç; id est, quòd omnes doctores regiç audientiæ,& duo iudices curiç,debent sequi audientiam dicti vicesgerentis gubernatoris. Et assessor dicti gerentis vices generalis gubernatoris præsidere debet in dicta audientia,& terminare, & concludere causas ciuiles, & criminales secũdum formam dictam in audientia regia cap. mes statuym y ordenam sub ti. de la audientia y consell real del gouernador.
a fol.12.a Quo casu dicitur procedere vice regia.Et ex hoc inferri potest fallẽtia ad illud,quod tradit Mier.coll.6.vol.1.in c.
2 prçterea n.9.& 10.fol.167.quòd vicegerens existens in Cathalonia potest delegare:nam fallit,quando procedit vice regia.Quo casu debet procedere cum doctoribus regiç audientia,vt hic.Pro quo vide Mier.colla.11.c.les causes de viudes coll.17.in prin.fol.5.versi. Nota ex his. Et dictç causç debent committi eisdem doctoribus, quibus prius fuerant commissç, scilicet doctoribus regiæ audientiæ. Et ita practicatur. Adde quòd post prædicta in curijs generalibus anni. M. D.LXIIII.çdita fuit consti. qua in cap.
b 3.b fuit erectum & creatum nouum cõsilium criminale octo doctorum, inter quos sunt dicti duo iudices curiç:& ideo omnes dicti octo doctores sequuntur audientiam gubernatoris. Et ita à dicto anno 1564.vsque ad præsentem annum 1580.fuit seruatum & hodie seruatur.

a Fol.12.in noua compil.88.
b Cap.3.quod est vol.3.correctarum sub tit. de offici.de visitador fol.22.

CAP. 18.

SVMMARIVM.

1 *Qua forma euocentur causæ ad audiẽtiã gubernatoris,& quid circa citationẽ.*

2 *Denuntiatur processus & causæ committuntur ad decidendum aut referendum in curia gerentis vices gubernatoris.*

3 *Locumtenens solet eum litteris certiorem facere gerentem vices gubernatoris de die exitus sui a præsenti principatu.*

1 COntinuatio causarum , quç ab audientia domini regis vel eius locum. gene.(illis à Cathalonia absentibus,)euocãtur ad Guber. de quibus dicam infra,fit hoc modo. Quod si pars contra quam euocatur causa,habet procuratorẽ in illa ciuitate, vel villa, in qua est gubernator,tũc nõ requiritur noua citatio partis:sed sufficit q̃ citatio intimetur ꝓcuratori.Si autẽ nõ habet procuratorẽ:vt quia dũ causa vertebatur in regia audientia,intimç fiebant in valuis regiç audientiç, propter cõtumaciã vel absentiam principalis:vel quia procurator est mortuus: in hoc casu requiritur necessario, q̃ citetur pars, vt causa possit

sit continuati in gubernatione. Et ita conclusum fuisse, seu determinatum in audientia gubernationis per doctores regij consilij, retulit mihi Hieronymus Soler quondam doctor dicti regij consilij anno 1547. die 31. Martij. Dicendo quòd fuit determinatū: quòd const. anni 1542.
a cap. 42. a quà cauetur, quòd per mutationem præsidentis, non sit necessaria euocatio causarum, nec continuare illas cū supplicatione, nec citare, procedit in locumte. generali, quādo præsidens, qui mutatur, est locumte. generalis domini Regis. Et non procedit in gubernatore. Et ideo pars principalis, vel eius procurator debet citari ad continuandum causam in gubernatione hoc est quòd euocatio causæ debet intimari procuratori, vel pars citari si est absens, & non habet ibi procuratorem Et est ratio: quia non est idem, sed est diuersum tribunal. Et ita fuit practicata dicta constitutio: quia omnes causę, quæ continuantur in gubernatione prius euocantur cum supplicatione ad gubernat. Et in decretatione supplicationis dicitur euocata causa cōmittatur magnifico T. Et committitur eidem doctori, cui fuerat cōmissa in audientia regia, & locumte. generalis Regis. Et vidi quam plurimas litteras citatorias partis absentis, quando non habebat procuratorem in loco audientiæ gubernatoris. Adde, quòd id quod dicitur sufficere euocationem intimari procuratori, fuit seruatum. 15. Decembris. 1579. In causa vertente inter Ioannam Clascana, & procuratorem fiscalē Comitis de Quirra, tesferente magnifico Petro Balle regij consilij doctore, est scriba Costa, pro eo Fort not. Et in gu-
2 bernatione Bas. Adde, quòd etiam processus denuntiatur, & causæ committuntur ad decidendum, aut tesferendū,
3 vt in regia audientia. Et pro habenda notitia diei, quo locumte. generalis exit à Cathalonia: consueuit ipse locumte. illa die qua intendit exire, mittere cursorem ad Gubernatorem cum litteris, seu epistola sua, de hoc Gubernatorem certiorem reddente.

a Cap. 42. incip. approuants tit. de euocations de causes. fol. 218. in noua compil.

CAP. 19.

SVMMARIVM.

1 *Causæ pupillorum viduarum ac personarum miserabilium euocatæ ad regiam audientiam continuantur in audientia gubernatoris seu gerentis vices illius in principatu: in cōmittatibus Rossilionis & Ceritaniæ, quæ erūt eius districtus nisi voluerint eas prosequi coram ordinarijs.*

1 Causę pupillorum, viduarū, pauperum, & aliarum miserabilium personarum inceptæ in regia audientia, absente rege, & eius regia audientia à principatu Cathalonię, debent continuari in audientia generalis gubernatoris si præsens fuerit in Principatu: sin autem in curia, aut audientia gerentis vices generalis gubernatoris Cathalonię, qui de sua prouintia erunt. Et quę erunt committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ in curia, aut audientia gerentis vices gubernatoris in dictis commirtatibus, nisi miserabilis persona vellet illas prosequi coram ordinario, prout est sibi licitum, & permissum text. in cap. les causes de pubills, in titulo de la real
a audientia, e del Gouernador, a fol. 9. & ibi Mier. in princip. collatio. 11. fol. 1. & 2. Amplius idem esse de causis non inceptis in audientia regia, sed introductis in illa per euocationem. Et ita seruatur in concussē secundum Tho. Mier. Ibidem num. 21. versi. sequitur tex. Que son, o se ran colla. 11. fol. 2. Et ita vidi passim seruari meis temporibus, vsque ad annum 1548. inclusiue. Et reperiuntur pleni libri conclusionum Gubernatoris annorum 1495. 96. 97. Et in alijs libris annorum sequentium, quibus gubernatores procedebant absente rege, & eius locūtenente generali. Quid in causis criminalibus vide infra cap. 22.

a Gouernador. in noua vero compil. sub tit. de euocations de causes in ordine. 2. fo. 214

CAP. 20.

CAP. 20.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator cognoscit de querelis pacium & treugarum introductarum in regia audientia praetextu pupillaritatis vel alterius qualitatis.*

2 *Regalia non veniunt sub generalitate verborum constitutionis nisi expresse de ipsis caueatur.*

3 *Gubernator de facto & non de iure cognoscit de causis principalibus patiũ & treugarum introductis in regia audientia in vim qualitatis const. Les causes.*

4 *Gubernator non cognoscit de causis principalibus pacium & treugarum nisi sint euocatae in vim d. consti. Les causes.*

5 *Gubernator regulariter non cognoscit de causis principalibus pacium & treugarum cum illae coram ordinarijs vel domino Rege tractari debeant.*

6 *Gubernator est ordinarius & maior ordinarijs post principem & quomodo intelligatur. 7.*

8 *Primogenitus, aequiparatur praefecto praetorio, & Gubernator praesidi prouinciae.*

9 *Primogenitus vel gubernator non possunt facere processus pacis & treugae.*

10 *Facta contra constitutiones dicuntur abusus.*

11 *Causae introductae in regia audientia redeunt ad ordinarios Rege & Locumtenente recedentibus a Cathalonia.*

12 *Causa vicariae intra vicariam terminari debent.*

13 *Specialia duo simul in iure concurrere non possunt.*

14 *Exceptio in casibus exceptis est contra regulam, in casibus vero non exceptis cõ firmat.*

1 De querelis pacium, & treugatũ si in regia audientia introductę fuerint pretextu pupillaritatis, vel alterius qualitatis potest gubernator Rege, & eius locumtenente absentibus cognoscere, in vim consti. Les causes de pubills, volente pupillo alias non. Ampla seu declara, quòd praedicta procedũt de facto: licet non de iure in causis etiam principalibus querelae pacis & treugae introductis in regia audientia. Secũdum Mier. in d. c. Les causes, colum. 15. nume. mihi. 76. cum sequentibus versiculo. Et nota, quòd nisi hic expressè dixisset collatio. 11. fol. 40. vbi dicit, quòd dominus gubernator non posset cognoscere de causis pacium & treugarum. Etiam in vim dictae constitutionis. Les causes. Quia gubernator de regalia pacis & treu. nõ poterat cognoscere, nec se intromittere ante dict. cap. Les causes, nisi per appellationem iuxta constitu. Ferdi. ca. Vt autem haec statura, & melius per ca. A honor de Deu, la. 1. versic. Los trencados. ibi. E aquella causa per si deguda a sors son iuhi sie terminada ᵃ fol. 227. in titu. de pau y treua. Quam constitutionem, & alias allegat Calici. in Directorio pacis & treug. in 8. dubio in princip. Et in versicul. Vlterius quęro hic fol. 17. colum. 3. quę pro intellectu vide: Et 2 Mier. assignat rationem, quia causae regaliarum non veniunt sub generalitate verborum constitutionis, nisi expressè de ipsis regalijs caueatur, ᵇ & non est b credendum vnico verbo tot constitutiones, & iura de causis pacis, & treugę coram gubernatore non ducendis voluisse reuocare, sed quòd de facto vtitur contrario, quia inconcussè vidit seruari & practicari, quòd dominus gubernator se intromittit de causis principalibus pacium, & treugarum in vim dict. cap. Les causes. Et idem Miet. in constitu. Ne ex beneficio num. 94. versi. Item hodie collatio. 9. fol. 139. inquit hodie per d. cap. Les causes de pubills gubernator cognoscit de omnibus causis praetextu miserabilitatis euocatis ad audientiam, quia exeunte principe extra principatum, tales causae etiam si fuetint pacis, & treugae possunt continuari in audientia gubernatoris. Et ego etiam ita pluties vidi determinatum, & sunt conclusiones in libr. conclusionum gubernatoris de annis 1495. & sequentibus

bus. Et signanter sub die 17. Iulij. 1498. in secunda parte 11. Aprilis. 1495. in prima parte quæ sunt tenoris sequentis.

Die Martis 17. Iulij. 1498. in concilio præsidente domino gubernatore interfuerunt doctores sequentes de regio consilio &c. In facto Eufrazinç çafranquesa ex vna, & Eleonoris Cabrera ex alia, facta relatione per Romeum Amat, fuit cooclusum. Attento quòd dicta causa fuit per dictam viduam in regia audiẽtia introducta, & per eandem continuata in audiẽtia gubernatoris. dictam causam quęrelæ pacis, & treugę esse retinẽdam & continuaudam io audientia gubernatoris.

Die Sabbati. 11. April. 1495. in audien. pręsidente Guberna. fuerunt præsentes in regio consilio &c. In facto illustris Ducis Cardonę ex vna, & Reuerendi Castellani Ampostę, & quorũdam agarenorũ, & prętensorũ vasallorũ, fuit quærela oblata in vim cõst. paciũ & treugarum, pro parte ducis coram vicario Montis albi cõtra dictos Agarenos, quæ non fuit euocata ad audienriam, quando spectab. locumte. domini Regis erat in hoc principatu prętextu qualitatis paupertatis, & aliàs, ad supplicationem dicti Castellaui, & agarenorum, quę causa postea fuit continuata in audieotia gubernatoris ad supplicationem dicti Castellani, & Agareoorum: parte Ducis asserentis hoc fieri non posse seu debere; cum causa dictę quærelę esset ad dictum vicarium remittenda. Fuit conclusum: quòd attento, quòd causa fuit euocata cum qualitate in regia audientia, & dicta qualitas paupertatis quamquam fuerit impugnata: tamen nondum fuit declaratum, quod non subsisteret, attento quòd dicti pauperes supplicarunt, cõtinuari in audientia gubernatoris: meritis processus attentis fuit conrlusum, quod ad vlteriora causæ procedatur, non obstantibus in contrarium allegatis, & quòd interim vicarius Montisalbi non posset in dicta causa procedere.

3 Habes ergo ex prędictis duo: primum est, quòd gubernator de facto, & non de iure cognoscit de causis principalibus pacium & treugarum introductis in regia audientia in vim qualitatum contentarum in d. c. Les causes de pubills, si miserabilis persona vult illas continuare in gubernatione, alias essent continuandę coram ordinarijs, vt declarabo latius infra.

4 Secundum est, quòd gubernator non cognoscit đ causis principalibus pacium & treugarum, si tales causæ non fuerunt introductæ in regia audientia in vim dictę constitutionis. Les causes, id est, si non fuerunt introductæ prętextu qualitatum contentarum in dicta const. Les causes de pubills: quę sunt pupillaritatis, viduitatis, paupertatis, & aliarum miserabilitatum: vt declarat Mier. vbi supra. Et dictę conclusiones in suis attendeotijs, & signanter in secunda ibi. Attento, quod causa fuit euocata cum qualitate in regia audiẽtia: & dicta qualitas paupertatis non fuit declarata uon subsistere. Et attento quod dicti pauperes supplicarunt continuari &c. Et licet prędicta sint verissima. Attamen quia vidi hoc aono. 1558. per aliquem dubitari in introitu regiminis gubernationis anni 1558. forsan non de recenti visa per eum materia, hunc articulum latius explicabo.

5 Gubernator regulariter non potest cognoscere de causa principali quęrelę
6 pacis, & treugę: Quia quęrela est offerenda coram vicario, vel rege: & solus vicarius, & dominus rex possunt facere processum, & cognoscere de causis principalibus quęrelę pacis, & treugę. Ita tenet notanter Iacob. Calici. in suo directo. pac. & treug. in 8. dub. in principio. Et in colum. antepenult. versic. Vlterius quęro hic processus fol. 15. & 17 vbi inter cętera dicit, quòd processus pacis & treugę non potest fieri coram gubernatore, etiam primogenito: & quòd tota dispositio processus pertinet ad vicarium. Allegat inter cętera, c. ad honorem la. 1. vers. Si algu empero, cum

cum sequentibus. Melius in versicu. Si
empero lo senyor, ibi aquella causa per
si deguda sots son iuhi sie determinada
fol.227. Et in c. En nom de Iesu Christ.
fol.233.

In contrarium faciunt sequentia. Et
primo illud quod mihi opponebatur: fa-
tebatur enim, quòd quærela non pote-
rat dari, seu inchoari coram guberna-
tore, sed erat danda coram vicario: & pig-
nora erant tornanda coram ordinario
vicario: quia illa reperiuntur concessa vi
cario, & consequenter videntur denega
ta Gubernatori. Sed in reliquis cùm non
reperiantur expressè concessa vicario,
nec videntur denegata gubernatori: im
mo poterit ipse dictam causam euocare
ad gubernationem, tanquam ad ordina
6 rium, cum ipse gubernator sit ordina-
rius, & maior illis post principē. Vt per
M et. in cap. Item quòd causæ num. 3. cir
ca med. col. 2. fo. 11. Sed respōd. quòd hęc
regalia quęrelę pacis, & treugæ est com
municata vicario, non solum quoad in-
troductionem: sed etiam quo ad totalē
cognitionem, & terminationem illius.
Vt in dicta constitutione a la honor in
d principio. versicu. Si empero lo senyor,
in verbo, sots son iuhi, sie termena a fo.
227 sub titu. de pau y treua. Vbi dispo-
nitur formaliter, quod causa quęrelę, si-
ne debito terminetur sub iudicio vica-
rij. Cum ergo ista regalia sit communi-
cata in totum vicario, & non alio, sequi
tur, quòd gubernator non poterit de illa
se intromittere, non solum quo ad intro
ductionem quęrelę & tornationem pig
norum, sed nec quo ad cognitionem &
terminationem illius.

Et licet dictus gubernator concurrat
7 cum ordinario, & sit maior post princi-
pem; illud est verum in causis ordina-
rijs, quę pertinent ad illos tanquàm or-
dinarios: sed in regalijs cognoscet qui-
libet prout erit sibi communicatum. Sed
hæc regalia reperitur solum communi-
cata vicario, & non gubernatori, ergo
&c. Et ita intelligunt præfati doctores
prędicta. Qui quidem doctores & con-
stitutiones loquuntur expressè etiam in
cognitione, & determinatione vt in di-
cta constit. A la honor. Ibi aquella cau-
sa per si deguda sots son iuhi sie termi-
nada. Et loquitur expressè de iudicio vi
carij Cali. in dicto. 8. dublo, ibi, quia
tota dispositio processus pertinet ad vi-
carium regium. Et ista conclusio est ex
obseruantia approbata, & per conse-
quens tenenda, & non mutanda &c.
Et in colum. antepenultima. versiculo,
Vlterius, ibi primogenitus vel guber-
nator non possunt facere hunc proces-
sum. Mier. in dict. constitutio. Ne ex be-
neficio numer. 94. colum. 9. fol. 39. ibi,
quia gubernator nullatenus potest ad se
euocare causas præsertim pacium, &
treugarum, nisi in causis miserabilium
iuxta dict. constitutio. Les causes de pu-
bills. Item ibi gubernator non cognos-
cit de causis pacium & treugarum, nisi
per appellationem. Et hęc sunt de men-
te dictarum conclusionum supra inserta
rum sub rhalendario. 11. Aprilis 1495. &
17. Iulij. 1498. Ponderando attendentias
& motiua positas & posita in dictis con
clusionibus.

Secundum contrarium est illud quod
Iacob. Cali. in suo directo. pacis, & treu.
fol. 17. ver. Vlterius quæro hic, an pro-
cessus: format, dicens, vlterius quęro,
an processus pacis & treugę possit fieri
coram primogenito, qui est gubernator
generalis omnium regnorum, & terra-
rum domini Regis Aragonum, vel co-
8 ram gubernatore Cathaloniæ, vel eius
vicesgerente. Et videtur quod sic. Quo-
niam primogenitus comparatur in Ca-
thalonia, & alibi præfecto pretorio, quia
ab eo non appellatur, sed tantum sup-
plicatur, ex stylo diutiùs obseruato. Et
gubernator pręsidi prouinciæ: qui ma-
ius imperium habet in ea prouintia
omnibus post Principem, & primoge-
nitum. iuxta l. 4. ff. de offici. præsi. Et
sic cum ista officia sint maiora in Cat ha
lonia: quam officium vicarij, & vicarius
hunc processum posset facere, Et quia
id quod minus videtur inesse, inest, & id
quod magis, in authen. multo magis.
C. de Episcopis & clericis. & in l. 1. C.
de

de nego gest.& l.Non interest. C. quod
metus causa cum simi.
In contrarium est rei veritas: quia so-
lum in dicta constitutione cauetur de dō
mino rege,& de vicario , & subuicario,
vt prædixi , & non de primogenito vel
gubernatore & per consequens, quia so
lum in eis de vicario est dictum,videtur
de primogenito , & de gubernatore de-
negatum ar.nor.in.l.cum prętor.ff.de iu
di.Et facit quod supraescripsi de interprę
tatione extensiua. Nec obstat ratio in cō
trarium allegata:quoniam fallit isto casū
argumentum à minori, vt quilibet sanè
intelligens potest speculari.Et ita serua-
9 tur hodie in Cathalonia.In rātum quod
primogenitus vel gubernator non pos-
sunt facere hunc processum : sed de pri-
mogenito benefaceret dominus rex , si
hoc declararet aliqua constitutione vel
pragmati.in futurum ædenda: quia audi
ui, quod coram illustri domino Ioanne
quondam Aragonum rege, existente ip
so in primogenitura,& procura.genera.
fuit factus quidā processus pacis & treu-
gæ coram eo.
Tertium contrarium formari potest
de practica: quia bis in contrarium pro-
uisum fuit.Refert enim Cali.in loco pro
ximo citato,versi. Vlterius quæro circa
finem fol.17.dicens per hæc verba. Au-
diui,quod coram Illustri. domino Ioan-
ne quondam Aragonum rege,existente
ipso in primogenitura,& procura. gene
rali fuit factus quidam processus pacis,et
treugæ coram eo. Et post prædictas con
clusiones per me supra,circa principium
huius cap.relatas & insertas, quæ factæ
fuerunt annis 1495.& 1498.facta fuit,vt
dicitur,quædam prouisio ad relationem
magnifici Francisci Xammar in contra
10 rium: Quoniam cum dictæ prouisiones
sint contra dictas constitutiones genera
les, earum exemplum non est in consi-
deratione: signanter attentis nouis con-
stitutionibus, quę annullant omnia fa-
cta contra constitutiones, tanquam abu-
sus.Et idem ipse Cali.dicit ibidem,quod
illa die seruabatur in Cathalonia , quod
gubernator etiam primogenitus nō po-
terat facere hunc processum . Et quo ad
dictam prouisionem , quæ dicitur facta
ad relationem dicti Xammar, ego dico,
& est verum, quod gubernator in causa
principali post dictam prouisionem,nū-
quam se intromisit de quęrela pacis , &
treugæ,sed semper se abstinuit, & hodie
se abstinet.
Superest nunc enucleare veritatē am-
pliationis in principio huius cap. pro fir
ma positę.Et propterea in dubium redu
co . An gubernator Cathalonię in vim
constitu.Les causes de pubills.in ti.de of
fici de gouernador fol.9.possit cognosce
re de causis principalibus quęrelę pacis,
& treugę,id est.An si causa quęrelę pac.
& treugę, fuerit introducta in regia au-
dientia prætextu pupillaritatis, viduita-
tis, paupertatis, aut alterius miserabilita
tis , & dominus rex , vel eius locum te-
nens generalis recedat a Cathalonia,ta-
li casu Gubernator procedendo cum Do
ctoribus Regij Consilij possit de dicta
causa quęrelę pacis,& treugę principali
cognoscere. Pro parte negatiua arguitur
sic.Regula est:quod Gubernator de cau
sis principalibus pacis,& treugę cognos
cere non potest,vt fuit supra probatum,
& in iudicando receptum est , & hodiè
11 obseruatur. Est etiam alia regula, quod
recedente domino rege,vel eius Locum
tenente Generali à Cathalonia causę in
troductę in regia audientia redeunt seu
remanent suis ordinarijs.Vt in constitu
tio.Tollēts lo abus in titulo de offici de
e Camerlēch,e c de prono. fol.44.Et ibi.
Mier.collatio.10.fol.18.Sed sic est, ꝙ gu-
bernator in causis quęrelę pacis,& treu-
gę non est ordinarius,immo est incapax
dictarū causarū(vt supradictū est,& pba
tum,)ergo sequitur,quòd dictę causę nō
redeunt ad gubernatorem , nec de illis
gubernator cognoscere potest.Et fortius
& indubitāter hoc procedit, si dictę cau
sæ non sunt de vicaria, in qua guberna-
tor residet seu tenet suam audientiam:
quia causæ vicarię intra suam vicariam
terminari debent constitu. Item que les
12 causes de la veguería,& constitu ti.Item
ordenam que los capitols in titulo de
iurisdictio

iurisdictio de tots iutges. E de for. compet. fol. 81. & 82. f cap. 1 erço que del benefici cum alijs sequent. in titul. Quant lo princep entre pub. Et vbiq; Mier. sicli cer in collatio. 2. fol. 11. collat. 9. fol. 134. Nec dicta constitutio les causes de pubills. Quamuis loquatur expresse in gubernatore: videtur posse comprehendere dictas causas pacis & treugæ, de quibus gubernator, (vt præhabetur) nō est capax. Quod ex medijs sequētibus probari videtur. Primo quia cum regula sit quod gubernator non potest cognoscere de causis, quæ non sunt suæ vicariæ: Nec de causis pacis & treugæ, quamuis sint de sua vicaria, & alia sit regula, quòd de causis in quibus superior posuit manum, inferior, & sic gubernator non potest se intromittere cap. vt nostrum de appella. Et dicta constitutio. les causes excipiat, quod de causis pupillorum, & aliarum miserabilium personarum introductis in regia audientia possit gubernator cognoscere, etiam si sint causæ alterius vicariæ: Non tamen excipit expressè, quòd possit cognoscere: quamuis illę causę essent pacis & treugę.

13 Et quia in viam iuris duo specialia in dubio simul concurrere non possunt Iaf. in § fuerat n. 5. fol. 77. insti. de actio. per iura quę alle. Quæ maxime procedunt in correctorijs, in quibus nō fit extentio per tex. in l. præcipimus C. de appella. Bar. in l. si constante in princi. nu. 39. fol. 19. ff. solu. mat. cum simil. Et non est veresimilè, quòd dominus rex cum curia voluerit vnico verbo tot, & tantas constitutiones reuocare seu limitare. Ideo sequitur, quod dicta constitutio. les causes potest comprehendere tantum, & dumtaxat casum, de quo expresse loquitur, & de quo est gubernator capax: & sic quòd excipiat causas pupillorum, & aliarum miserabilium personarum, quæ non sunt de vicaria gubernatoris in fauorem pupillorum. Et non excipiat causas pacium, & treugarum, de quibus gubernator non est capax. Confirmantur hæc per tradita, notabiliter per Decium in. l. 1. numer. 27. & sequent. ff. de regulis iuris, dicentem,

14 Quòd licet exceptiones sint contra regulam in casibus exceptuatis: tamen in alijs casibus non exceptis, exceptiones firmant regulam. Allegat multa iura & doctores. Vnde infert, quòd si aliqui casus specialiter excipiuntur, alij remanēt sub regula. Arg. l. cum prętor, ff. de iudi. l. maritus. C. de procura. 25. dist. c. qualis.

Pro parte affirmatiua dici potest, negari non posse dictam constitutionem. les causes, esse fauorabilem, & in fauorē pupillorum, aliarumque miserabilium personarum ęditam esse. Quod inter alia demonstratur, quia in arbitrio dictarum miserabilium personarum relinquit, an velint dictas earum causas in Gubernatione continuari & terminari, vel ordinarijs iudicibus restitui, quod alijs non miserabilibus personis non conceditur; & in fauorabilibus licita est extensio, & lata sit interpretatio. l. illud cum glo. & ibi. Bar. C. de sacrosan. eccle. sicut & cōtra, in odiosis, stricta fit, & fieri debet interpretatio, & nullatenus fit extensio. Ergo, cum dicta constitutio. lęs causes sit fauorabilis, & in fauorem miserabilium personarum ędita: & dicta constitutio, loquatur indefinitè de causis dictarum miserabilium personarum: Et indefinita æquipollet vniuersali: nimirum, si practica receperit intellectum dictæ constitutionis. Les causes, quod il la intelligatur de omnibus causis etiam pacis & treugę dictarum miserabilium personarum. Pro hac parte etiam adduci potest: quia sicut dicta constitutio. les causes habilitat & capacem facit gubernatorem, vt possit cognoscere de causis dictorum miserabilium, existentibus extra vicariam, de quibus regulariter gubernator cognoscere non potest: Ita eadem ratione potuit habilitare, & capacem facere gubernatorem de causis pacium & treugarum dictorum miserabilium, de quibus regulariter gubernator cognoscere non potest. Casus enim excepti à regula extenduntur ad oēs casus similes. Vt not. glos. in

l.t.ff.de condi.indebi.glos.& Abb.in ca. dilect.de confir.vti,vel inuti. Et in cap. fin colum.3. de re iudica. Et in cap. fin. vt lite pendent. Vide distinctionem quã facit Anto. Corse. in suis singularibus in littera extensio.la.1. Alia etiam aptio ra arbitror mouisse doctores tanquam doctiores, qui in conclusionibus supra per me relatis interfuerunt, & alios qui post eos idem obseruarunt, & sic remanet firmi, etiam de iure dicta ampliatio quòd gubernator de causis principalibus pa ium, & treugarum introductis in regia audientia in vim dict. constitutio. Les causes de pubills poest (rege, & eius locumtenenti generali a Cathalonia absente) cognoscere, volente pupillo, vel alia miserabili persona, & non alias.

a. Termenada in noua vero compilat. vers. 24. si homines. fol. 563.
b. Caueatur, idem Mieres in cap. item quòd nullus. 45. num. 17. collatio. 2. & cap. volent les constitutions. 4. n. 11. collat. 10. & in ca item per tolre vexations fol. 50. n. 5. collatio. 10. cap. ne ex beneficio. 35. n. 82. fol. 138. collatio. 9. Iacob. de Calic. in prerrogat. mi it. n. 38. vers. Attendentes, cum vers. Nec obstat tex. n. seq.
c. Treugæ. Marq. in vsat. hoc quod iuris est sanctorum vers. 17. co l. 2. fol. 310.
d. Si empero. in noua vero compil. vers. si homens. 24. fol. 563.
e. Camerlenc. in noua compil. titu. de offi. de proto. fol. 94.
f. In noua compil. fol. 194.

CAP. 21.

SVMMARIVM.

1 *Causæ personarum non miserabilium etiam inceptæ in regia audientia non continuantur in audientia gubernatoris.*
2 *Quod procedit in causis quæ sunt extra vicariam non autem in illis quæ sunt de vicaria in qua est gubernator.*
3 *Causæ euocatæ ad regiam audientiã prætextu alicuius regaliæ non redeunt ad ordinarios, sed sequuntur curiam Regiam, nisi in casu constitutio. les causes.*
4 *Idem de causis patrimonialibus, & alijs quæ ex sui natura sunt consistoriales.*
5 *Causæ vicariæ & baiuliæ quæ dicantur remissiuè ibi.*
6 *Gubernator consueuit cognoscere de delictis commissis per officiales ratione officiorum.*
7 *Causæ etiam miserabilium ac earum contentarum in const. les causes, extra vicariam, & non inceptæ seu euocatæ ad regiam audientiam non possunt euocari ad curiam gubernatoris.*
8 *Miserabilis persona quæ dicatur remissiuè.*

1 REdeundo ad propositum: videlicet ad intellectum principalẽ dictæ constitutio. Les causes de pubills: visum est supra de causis miserabilium personarum euocatis ad regiam audientiam:an, & quando possint continuari in audientia gubernator s Nunc igitur vidẽdu m est quid de causis aliorum non miserabilium: reperio, quòd Mier. in dicta constitutio. Les causes nu. mihi. 50. versic. Sed quid de causis aliorum non miserabiliũ: col. 11. fol. 3. dicit quod causæ aliorũ non miserabilium, quæ sunt incęptę in regia audien. non continuantur in audientia gubernatoris, sed redeũt ad ordinarium absente rege per constitutio. Tollents
a lo abus, in tit. de offici de Camerlench a fol. 44. Quod nota bene contra eos, qui ex quo viderunt continuari in Gubernationes aliquas causas introductas prius in regia audientia inferunt ad omnes causas indistinctè, vt illę continuati possint in gubernatione inuita vna parte: quod profecto non est verum, sed est cõtra prædictas, & alias plures constitu-
2 tiones. Est verum, quòd dicta determinatio dicti Mier. procedit in causis, quæ sunt extra vicariam, & non in his quæ sunt de vicaria in qua est gubernator, & eius audientia. Et vt habeas plenam, & claram veritatem distingue sic. Aut dictæ causæ sunt intra vicariam, in qua est gubernator, aut extra illam vicariã.

Primo

Primo casu si sunt intra vicariam: licet de iure commum debeant ibi terminari per l. Vbi cęptum est iuditium ff. de iudic. quia ex quo princeps manum im posuit in causa, abdicata est iurisdictio inferioribus cap. vt nostrum de appella. Et consequenter non possunt ad gubernationē euocari iuxta constitutio. Part aço com per reseruations in tit. de offi-
b de gouernador fol. 46. b Tamen hodie debent remanere ordinarijs dicta consti tutio. Tollens lo abus. Et ibi Mier. colla tio. 10. fol. 18. Et in dicta constitutio. Les causes nume. mihi. 46. & 50. ver. Sequitur §. sino era. Et versi. Sed quid de causis. Et cum gubernator sit ordinarius omnium ordinariorum curiarum regia rum, & super omnes ordinarios, & maior post principem. Mier. in dicta consti tutio. Item quod causæ vicarię col. 2. fo. 11. & ibi est bonus tex. Ideo poterit gu-
3 bernator de illis cognoscere. Hoc tamē limita, procedere, quando causæ non sunt enocatę ad regiam audientiam, prętextu alicuius regaliæ: Quia quādo sunt euocatę prętextu alicuius regalię: tunc non redeunt ad ordinarium, sed sequuntur curiam regiam. Et solus dominus rex poterit de illis cognoscere, nisi in ca sibus sæpè allegatę constitutio: Les causes de pubills, in quibus illæ regaliæ fuerunt communicatę Gubernatori, & eius vicesgerenti secundum Mier. in dicta constituti. Les causes. nume. 3. versi culo. Item nota. Et nume. mihi. 46. versiculo, sequitur § sino era, & nume. 50. versiculo. Sed quid de causis aliorū non miserabilium. Nam dicta constitutio. Tollents lo abus, quę disponit, quòd re cedente domino rege a vicaria, causę remaneant ordinarijs: intelligitur tantum de causis non euocatis prætextu regaliarum. Quia de illis scilicet de non euocatis prętextu regaliarum: rex non potest cognoscere extra vicariam, obstantibus legibus patrię disponētibus. Quòd causę vicarię intra vicariam debent determinari. Causę tamen euocatę per regaliam non comprehenduntur in dicta constitutio. Tollents lo abus. Nec in dicta constitutio. Item que les causes de la veguería: nam in generalibus verbis nō
4 veniunt regalię. Et idem dico de causis, quę non possunt cognosci, nisi per dominum regem: vt sunt causę patrimoniales causę priuilegiorum, causę officialium iurisdictionis, vel non iurisdictionis, vt notatiorum, scriptorum, fiscalium, & huiusmodi in eorum officijs delinquentium. Et similes. Quia non di cuntur causę vicarię, & alias secundum Mier. in dicta constitutio. Tollents lo abus nume. 15. in verbo obstant. collatio. 10. fol. 19. & melius & plenius in ca. Volents num. 10. vsque ad finem & signanter num. 15. & 17. collatio. 10. fol. 3. Et in cap. Les causes col. 16. num. mihi. 74. & seq. vbi non loquitur de causis patrimo nialibus.

5 Et quę dicantur causę vicarię & baiulię, vide omnino pro intelligentia prę dictorum per Mier. in dicta constitutio. Volents nume. 17. Et ibi quę causę pos-sint cognosci extra vicariam. Sed caue
6 quod gubernator consueuit inconcusse cognoscere de delictis commissis per officiales in suo officio ab antiquissimo tempore. Vt extant plures conclusiones in lib. gubernator. annorum. 1495. & sequenti. Et hoc anno. 1558. Et credo, quod fundatur per dictam prouisionē, seu pragmaticam Regis Iacobi, quæ est creationis gerentis vices generalis gubernatoris. vbi expresse dat illi potestatem videndi actus officialium regiorum, quam reperies supra in cap. 9. insertam.

7 Si tamen causę sint extra vicariam, & dictæ causæ, (vt pręmittitur,) non fuerunt euocatę ad Regiam Audientiam, seu in ea inceptę & introductę prætextu qualitatum contentarum in dicta cō stitutio. Les causes, nec aliarum Regaliarum: procedit quod dicit Mier. videlicet, quòd dominus gubernator non potest de illis extra vicariam cognoscere: quia per recessū domini regis, & suę regiæ audiētię remanēt, & redeūt ad suos ordinarios per d. c. Tollents lo abus, & causę vicarię intra vicariam, & causę ba iulię

iuliæ intra baiuliam sunt terminandæ d.c. Item que les causes de la vegueria in tit.de iurisdict.de tots iutges. fol.81.c Et gubernator non potest extra vicariā regulariter euocare. Etiam si sit miserabilis. Licet de causa euocata ad regiam audientiam posset gubernator cognoscere de voluntate miserabilis, in cuius fauorem fuit ita dispositū, vt per Mier. in d.c.Les causes.num.3.in fine.& num. mihi,53.vers.sequitur §. E si alguna fol. 3.& hos satis colligitur ex tex.dict.cap. Les causes de pubills. Nam ex quo disponit,& concedit, quòd causæ pupillorum,viduarum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum terminentur per gubernatorem,si pauper vult: de alijs videtur prohibere & denegare: saltem videtur velle quòd stetur iuri communi.Et regulę aliarum constitutionū, videlicet, quòd vbi cæptum est iudiciū ibi finiatur.Et quòd de causis in quibus superior posuit manum,& ad se euocauit,inferior non potest se intromittere, nisi quatenus rex vel lex sibi concesserit per tradita supra per eundem Mier. in d.c. Les causes versiculo sequitur. §. sino era,& nume.mihi.50.versicul. Sed quid de causis,& versiculo.Sed aliquan do fol.2.& 3.

8 Et quia dict.const.Les causes de pubills loquitur non solum de causis pupillorum,viduarum,& pauperum;sed etiā aliarum miserabilium personarum:ideo est sciendum, quæ dicantur miserabiles personę,dic vt per Mier. d in dicta cōstitutio.Les causes numero. 19. & 20.fol. 2.collatio.11. & in dicta con. Ne ex beneficio nume.54.collatio.9.fol.137. vbi inter cætera dicit, quod oppressus dicitur miserabilis.

a Camerlench in noua vero compillatione tit.de offi.de proton.fol.95.
b Fol.46.in noua compil.fol.100.
c Fol.81.in noua compilat.fol.194.
d Mieres.& allegat plures personas quę pro miserabilibus reputantur pro quib. videndus Abb.in cap.significantibus n.6.ex.de offi.& pot.iud.deleg.Alex.consi.121. in fi. par. 1.Sebast.sapia.in Appostil.ad Panor.in cap. licet ex susecpto. col. 3. super verb.persona miserabili.Præter expressos vero casus à iure quæ dicantur personæ miserabiles hoc relinquitur iudicis arbitrio ludo.in l.si constante in princ.ff.sol.mat.Cynus & Alber.in l. vnic.C.quan.imper.Felyn.in dict.cap.significantibus.nume.6.Alber.in prim.part.statut. quæst.112.Reb.ad.ll.regias tomo.1.de senten.prouisional.glos.fin.col.4.Couar. practi. qq. cap.6.nu.3.Ioan.Michael Troy.in appendice ad Anniba. Troy. cauensem super ritibus magnæ curiæ rit.10.n.5.

CAP. 22.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicta sunt in præcedenti obseruātia procedunt etiam in causis criminalibus.*

1 Prędicta procedunt, nedum in causis ciuilibus,sed etiam in criminalibus, quia constitutiones simpliciter loquuntur de causis,non facta differētia inter ciuiles & criminales. Vt per Mier.in dicta cōstitutio.Les causes de pubills.nu.10.colla.11. fol. 1. Et in dicta constitutio.Item que les causes de la vegueria nu.2.col.2.fol.11. Et est tex. in constit. Volents les constitutions, in titu.de iurisdict. de tots iutges, fol. 82.a Et ibi Mier.collatio.10.fol.3.& hoc vult prouisio regia relata per Mier.in cap.Vlterius.num.4.collatio.7.fol.60. Et ego inserui supra in ca.1c. incipien.vicesgerens gubernatoris.

a Fol.82.in noua compil.fol.196.

CAP. 23.

SVMMARIVM.

1 *Causæ executionum regiarum sententiarum,an euocentur ad regiam audientiam.*

2 *Causa euocata ad regiam audientiam sine qualitate si nō est de vicaria in qua est gubernator non continuatur in curia gubernatoris.*

Executio

3 *Executio an fiat per Gubernatorem causæ illius introductæ ad Regiam Audientiam cum qualitatibus constitu.les causas.*

4 *Finis est postrema perfectio rei.*

5 *Executio causæ decisæ cora.n ordinario, & euocata ad Regiam Audientiã in vim qualitatum continuatur coram Gubernatore.*

6 *Executio sententiæ latæ coram ordinario continuatur coram Gubernatore existente intra Viccariam.*

7 *Executio causæ euocatæ ad Regiam Audientiam in vim aliarum regaliarũ, quam constit. les causes non continuatur in curia Gubernatoris.*

1 Tem est aduertendum quòd Mier. in d.c. Les causes de pubills nu. 10. & 11. mihi vero, 18. & 19. colla. 11 fol. 1. & nu. mihi. 46. in fine fol. 3. col. 1. intelligit dictam con. Les causes procedere in causis non dum decisis, & in rem iudicatã transactis. Et dicit secus esse in causis decisis per sententiam, quę in rem iudicatam transierunt, quæ merentur exequutionem, & non cognitionem: quia tunc non dicuntur causæ, quoniam causa dicitur, à casu quo venit, nondũ ex actis pãtefacta per c. Forus, de verbo signifi. extra. Et quod executio rei iudicatę habet fieri per ordinariũ vicarię, vel baiulę rei, de qua agitur, vel domicilij condemnati. Et quòd ideo causa exequutionis non potest euocari. Et ita vidi determinari in audiendientia gubernatoris. Et idem vidi postea seruari in audientia regia.

Aduertatur benè, quod Mier. in dic. con. Les causes. num. 10. & 11. vt dictum est supra, declarando dictam constitu. Les causes, tenet, quòd causa exequutionis sententiarum miserabilium personarum, de quibus in dict. cap. Les causes non potest euocari ad gubernationem. Et tamen refferendo me ipso, fuit mihi oppositum, quòd Mier. si bene ponderatur in finalibus verbis, n. 11. dum loquitur de obseruantia regiæ audientiæ intelligit de causis, quę non fuerant sententiatę in regia audientia, nec in ea introductę, sed in curia vicarij. Sed respõ. quòd immo intelligit de causis sententiatis & decisis, saltem introductis in regia audientia: quoniam loquitur in terminis dict. cap. Les causes dicens de. larando illum tex. per hęc verba. Et intellige hoc, quod dicit. Les causes scilicet de causis per sententiam non decisis. Si ergo illa constitu. Les causes: non comprehendit causas miserabilium decisas per sententiam, & inceptas, seu introductas in regia audientia: sequitur, quod causę miserabilium decisę per sententiam, & inceptæ, seu introductæ in regia audientia non poterunt euocari ad gubernationem non quidem vigore d.c. Les causes cum illa constit. non comprehendat dictas causas decisas, vt dictum est. Nec alia constitutione, vel lege: cum nulla lex vel constitutio reperiatur, quę illud disponat, sed potius contrarium, videlicet, quod vbi superior posuit manum, & euocauit causam, inferior non potest se de illa intromittere. cap. vt nostrum de appellat. Item quia executio rei iudicatę debet fieri per vicarios, & ordinarios locorũ rei, de qua agitur: vt dicit Mier. Et ideo idem Mier. in cap. Volents. nu. 37. collatio. 10. fol. 4. loquendo generaliter dicit. Nota, quod constitutiones loquentes de causis euocandis debent intelligi, de causis nondum sententiatis: quia causa per sententiam decisa, non dicitur simpliciter causa, propriè. Collige ergo, quod secundum opinionem Thomę Mier. Exequutiones sententiarum inceptę, seu introductę in regia audientia, etiam si sint miserabilium personarum, non possunt euocari, nec continuari in audientia gubernatoris, quia non comprehenduntur in d. c. Les causes de pubills. Et eum non comprehendantur in d. c. Les causes de pubills: sequitur, quod remanent dispositioni aliarum constitutionum. Et ideo Mier. ibidem loquendo expressè in materia d. c. Les causes dicit, quod executio rei iudicatę debet fieri per ordinarium vicariæ, vel baiuliæ. Et arbi-

tror, quòd fundat se per aliam constitutionem in ipsentem. Tollents lo abus, in tit. de officio de Camerlench. fol. 44. vbi disponitur, quòd recedente rege à vicaria, causę, de quibus ipsę nõ potest cognoscere, obstantibus legibus terrę (scilicet dicentibus, quòd causæ vicarię intra vicariam terminentur,) remaneant, de facto ordinarijs vicariæ, vnde exierit. Sed tunc reincidimus in eandem difficultatem; quia constitu. quæ disponit, quod causæ vicariæ terminentur intra vicariã loquitur per verbum causes, & verbum causę intelligitur de causis nondum decisis per sententiam, vt dictum est. Et ita etiam declarat Mier. dictam constit. quę incipit. Item que les causes collat. 2. fol. 11. & d. c. Tollents lo abus, quę disponit, quòd causę debent remanere ordinarijs: licet non loquatur per verbum causes, sed per verbũ los fets, tamen subdit: dels quals fets no pora lo Rey conexer. Et sic loquitur per verbum cognitio, quæ non requiritur in causa iam per sententiam decisa, & in rem iudicatam transacta. Et sic loquitur in executione sententię. Et cum aliæ constitutiones non reperiantur disponentes super exequutione sententiarum regiarum, aut aliarum sententiarum, quarum exequutio fuerit introducta in regia audientia, videtur dicendum quòd super dicta exequutione standum sit dispositioni iuris cõmunis, quę habet, quod de causa, vel re super qua superior posuit manum, vel ad se euocauit inferior non potest se intromittere. cap. vt nostrum de appellat. Et consequenter videtur dicendum, quòd gubernator non potest se intromittere de exequutione sentẽtiarum regiarum, vel aliarum, quarum executio fuerit incępta, vel alias introducta, in regia audientia, nisi specialiter committantur. Et ex istis mouetur Mier. in d. cap. Tollents lo abus n. 15 fol. 18. ad dicendũ, quòd causę exequutionum non redeũt ad ordinarios, nisi specialiter committantur, quia inferior iudex non poterit ex officio iudicis exequutionem ipsam facere, sed per actionem iudicati dato libello. Cuius contrarium voluit idem Mier. (vt supra eodem c. relatum est.) in d. ca. Les causes de pubills, vbi dicit, quòd exequutiones debent fieri per ordinarios vicarium. Et consequẽter quòd exequutiones, sicut ipsę causę: redeunt ad ordinarios: nisi dicamus pro tollenda contrarietate quod tex. in ca. Tollents lo abus. & c. Item que les causes iunct. c. Volẽts les constitutions in titu. de iurisdict. de tots iutges, loquuntur, quando rex recedit à vicaria, & nõ à toto principatu. Et c. Les causes de pubills, loquitur quando rex, vel eius locumtenens generalis recedit à toto principatu. Sed profectò eadem est ratio de vno casu, quę est de alio quo ad id, quod dicitur quòd causę vicarię intra vicariam sunt terminandę. Et quòd causę debent remanere ordinarijs, vel ad ordinarios vicarię redire, exeunte rege à vicaria. Immo, & a fortiori, si rege exeunte à vicaria debent remanere causę vicario, fortius, rege exeunte a toto principatu. Quid igitur dicendum in tanta contrarietate, & difficultate, pet maximè cum videamus plures fuisse factuatum, quod gubernator quam plures sententias regias mandauit executioni rege, & eius locumtenente generali absentibus à principatu, vt vidi in lib. conclusionum ab anno. 1495. Et etiam meis temporibus, nec vidi contrarium Sed potest saluari Mier. cum distinctione: nam aut ipse intellexit de causis non introductis in regia audientia & decisis per vicarium extra vicariam in qua est gubernator. Et verũ dicit Mier. per rationes quas ipse ponit in dict. cõstitutio. Les caules de pubills nume. 10. & 11. sed non est de materia dict. cap. Les causes de pubills, quæ loquitur de causis inceptis, vel introductis in regia audientia. Si vero intellexit de causis introductis in regia audientia, absque aliqua qualitate: tunc distingue: aut causa est de vicaria, in qua est gubernator aut non. Si est de vicaria in qua est gubernator videtur, quod non diceret verum, quia cum causę vicarię, absente rege à vicaria, remaneant ordinarijs illius vicariæ

cariç dict.c. Tollens lo abus. & cum gubernator existens intra vicariam (etiam si Rex, vel eius locumtenens generalis non esset extra principatum) sit ordinarius, & maior post principem: sequitur quòd gubernator, vt quilibet alius ordinarius poterit dictam executionem facere. Nec obstat dicere, quòd dict. const. Tollents lo abus. loquatur de cognitione, & sic de causa non decisa, quia illa remanet ordinario: sed non loquitur de exequutione sententiç quç executio, non dicitur causa: & sic non remanet ordinario per ea quç supradicta sunt, quia respondeo quod dicta cōstitut. Tollents lo abus. non dicit, quòd l causa, vel cognitio causç debeat remanere ordinarijs: sed dicit, que lus fets romanguen als ordinaris per hæc verba. Los fets dels quals lo dit senyor Rey no pora conexer obstāts les lleys de la terra romanguen als ordinaris. Et exequutio, potius est facti, quā iuris quanquam verum sit quòd nulla fere repetitur sententia in rem iudicatam transacta, quin requirat aliquam cognitionem, saltem decretum exequutionis. Et multoties in exequutione, & post decretum exequutionis, fiunt multç oppositiones per tertios opponentes, tam oppositione proprietaria, quam crediticia. Et pro istis benefacit, quia cui committitur causa censetur etiam commissa exequutio, cap. in litteris, & ibi Panor. & Felinus extra de offic. & potest. iudi. delega. & Mier. non negat, quòd causa decisa per sententiam, non sit causa, licet dicat, quòd non est simpliciter & propriè causa: benè ergo concedit, quòd aliquo modo saltem impropriè dicitur causa, & licet dicamus quòd constitutiones Cathaloniæ debent intelligi ad vnguem, ebrayce, & ad litteram: tamen non ita strictè & literaliter, vt non admittat declarationem secundum mentem illius. in tantum, quod si seruando constitutionem ad litteram nō possunt saluari mens statuentis, & motiua dictç constitutionis, tunc non debet dicta constitutio seruari, a la lletra: sed debet seruari, intelligi & interpretari secundum mentem, & motiua dict. constitutionis, vt per Mier. notanter, & ad propositum in cap. Volents les constitutions. num. 3. versi. Sequitur in tex. E sien obseruades, vbi loquitur de intellectu constitu. disponentis, quod causç vicariç intra vicariā terminentur colla. 10. fol. 3. Et quòd de mente dict. constit. Tollents lo abus, sit, quod sicut causç non decisæ remaneant ordinario vicariæ, Rege absente: ita & causç iam decisç seu exequutiones: patet de se, & ex multis argumentis, & rationibus. Primo quia causa propter quam disponitur, quòd causç remaneāt seu reuertantur ad ordinarios vicariæ, exeunte rege ab ea, & fortius exeunte à toto Principatu, est vt parcatur laboribus & expensis litigantium, quas paterentur si litigantes compellerentur ire ad petendum, & habēdum iustitiam extra vicariam, vel extrà principatum Cathaloniæ. Et quod ista sit ratio, patet, quia alia non potest assignari ratio, vt per Ias. in § omnium n. 38. fol. 8. insti de actio. cum concor. per eum allegat. Sed hæc ratio militat in sententia transacta in rem iudicatam, quando obtinēs vult petere, & habere decretum exequutionis dictæ sententiæ, & executionem realem illius: ergo & immo fortior videtur esse ratio in exequutione reali, quā in cognitione causç. quia executio realis & de facto debet fieri in vicaria, vbi est sita res exequenda, vel est domiciliatus debitor & alibi non potest de facto fieri exequutio: licet posset declarari executio extra vicariam et tamen cognitio causæ potest fieri, & ipsa causa potest de facto declarari, & sentētiam ferri extra vicariā. Itē maior ratio est in exequutione, quā in causa non decisa: nā magis priuilegiata est sententia in rem iudicatam transacta, & sic exequutio, quam ipsa causa, & sententia non transacta in rem iudicatā. Patet, quia sententia in rem iudicata transacta, & sic exequutio, nō potest euocari extra vicariam, etiam cū qualitate, & tamē causa, & sentētia nō transacta in rē iudicatā, potest euocari: & res de facili reuertitur ad sui naturam: & si fa

cilius exequutio redire debet, & potest ad suum ordinarium, & ad suam vicariam: cum redeat ad sui naturam ineuocabilitatis, & ministri sui, quàm causa quę potest euocari extra vicariam, & ad alium iudicem, seu ministrum. Item probatur nam cui conceditur quod maius est: videtur etiam concessum, quod est minus. Sed magis seu maior est cognitio causę, & prolatio sententię, quàm, exequutio sententię, & facilius committitur exequutio, quàm cognitio. quia exequutio committitur, seu committi potest sine iurisdictione, & non cognitio. Item attento, quòd dicta constitutio, & alię similes semper habuerunt istum intellectum, & interpretationem: quòd gubernator exequutus fuit, & exequitur omnes sententias in rem iudicatam trã sactas quę sunt causarum vicarię, in qua est gubernator. ergo talis intellectus est seruandus Quia (vt Calici. Mier. & alij practici Catholoniæ passim in simili materia aiunt.) minimè sunt mutanda, quę interpretationem certam semper habuerunt. l. minimè. l. Si de interpret. l. Nam imperator. ff. de legibus. pręmaximè cũ sit conformis menti dictæ constitutionis. Et contrarius intellectus esset absonus, & per eum non posset saluari mens dictæ constitutionis. Et istis adde quę dicam infra versic. Si vero causa, de cuius sententiæ executione agitur.

2 Si vero causa illa, quę sine qualitate est introducta in regia audientia, nõ est de vicaria, in qua est gubernator illa causa non poterit continuari in gubernatione nec euocari ad gubernationem existentem extra vicariam: quia causa vicariæ intra vicariam debet terminari. cap. Item que les causes in titu. de iurisdict. de tots iutges & ibi Mier. in dicta constitutio. Volents que les constit. eo titul. & gubernator non potest euocare causas extra vicariam, nisi in certis casibus, per tex. in const. Part aço com per reseruacions. in titu. de offici de gouernador fol. 46. Et ibi Mier. col. 6. fol. 167.

3 Si autem causa, de cuius sententię executione agitur, est de introductis in regia audientia per aliquam ex qualitatibus in d. constitu. Les causes de pubills. (Et iste est proprius casus noster, d quo tractat Mier. vbi supra. Et vnde motus fui ego ad dicendum prędicta, & infra.) Et in hoc casu distingue. Aut dicta causa fuit decisa in regia audientia, aut non. Primo casu, si causa fuit decisa in regia audientia, & pauper vult in gubernatione continuare exequutionẽ, dico quòd potest per dictam constitutionem. Les causes, ponderando illa verba finides e terminades. Nam si ad hue superest exequutio, non est finita, nec terminata causa: quoniam finis est postrema perfectio rei. Brixien. in suo repertorio in verbo finis per tex. in l. 1. ff. de iust. & iure. Bal. in l. de quibus. ff. de legibus. Et res plus attribuitur fini quam principio. Brixen. Ibidem allegat l. 1. §. hoc interdicen. ff. de qua quoti Vnde dicit, quod si concedo viam ad fontem videtur concessum ius hauriendi aquam: allegat ff. de serui tu. rusti. prędo. l. item qui habet. Pręterea est aduertendum, quod in d. cap. Les causes de pubills, veré fit cõmisio. causarum miserabiliũ gubernatori, quod de se patet, & probatur. Quia aliàs gubernator non posset cognoscere de illis causis. Quoniam de iure communi vbi superior posuit manum, inferior iudex nõ poterit se intromittere. Et si diceretur, quod redeunt ad ordinarium. Respond. non redirent ad gubernatorum, cum sit extra vicariam. Et causę vicarię intra vicariam debent terminari per iura supra allegata. Sed quando causa committitur, vi letur etiam commissa executio, vt est tex. in ca. In litteris. Et ibi Panor. & Feli. extra de offi. & potest. iudi. delega. Ergo in dicta commisione facta gubernatori de causis miserabilium per dictã constitu. Les causes, censetur etiam facta commisio exequutionum causarum miserabilium. Quod præmaximè clarius procedit in casu. dictæ constitutio. Les causes: quia constitutio vltra processit, scilicet ad commisionem exequutiones, per illa verba, sien continuades,

des, finides y terminades en la audientia del gouernador. &c. Et ista est veritas. Et contrarium, esset dicere nō solum contra dicta verba, & vim illorum, sed etiam contra mentem & rectū sensum dictæ constitutionis. Nam si gubernatori est licitum, & competit, id quod maius est, videlicet cognitio causæ, & illius declaratio, seu sententiæ prolatio: à fortiori licitum erit sibi, & pertinebit quod minus est, videlicet executio sententiæ. Et si id, quod minus videtur inesse inest, à fortiori, & illud, quod magis, vt su pradixi. Et illud, quod dicitur quod iudex postea quam protulit sententiam, functus est suo officio, intelligitur, vt sententiam non possit corrigere vel mutare, sed benè poterit sentētiam exequutioni demandare. Panor. in dicta constitutio. in litteris. Barto. in l. iudex postea quàm. ff. de re iudi. Adde ea, quæ supra dixi. in ver. Nec obstat dicere. Et quicquid sit videmus incōcussè seruari, quod gubernator inconcussè exequitur sententias regias istorum miserabiliū. De quibus loquitur dict. constitutio. Les causes de pubills, volente tamen miserabili, quia aliàs fieret per ordinarium iuxta tenorem dict. constitutio. Les causes. Et sic minimè sunt mutanda, quæ semper certam habuerunt interpretationem.

5 Si autem dicta causa non fuerit decisa in regia audientia, sed in curia vicarij, seu alterius ordinarij. Et exequutionis causa postea fuerit ad regiam audientiam euocata, dicto prętextu, tunc idem videtur dicēdum. Videlicet quòd si pau per vult poterit dicta executio continuari finiri, & terminari in gubernatione per d. c. Les causes de pubills. Et ita seruatur.

6 Si vero dicta exequutio sententię larę in curia vicarij, seu alterius ordinarij non fuerit euocata ad regiam audientiam, & est de illa vicaria in qua est gubernator, poterit executio continuari coram gubernatore, vt ordinario, quia (vt dictum est) est ordinarius ordinariorum, & maior post principem. vt supra in c. 5. & 10. Si tamen non est de illa vicaria non poterit cōtinuati coram gubernatore, nec ille poterit exequutionem extra vicariam euocare, quia, vt dixi, remanet ordinarijs, & causa vicariæ debet terminari intra vicariam, nisi euocetur, & gubernator non potest euocare extra vicariā, quia solus dominus rex potest euocare prętextu regaliarum, nisi in aliquibus casibus singularibus & ex consuetudine, vt infra referam suo loco.

7 Aut causa de cuius exequutione agitur fuit decisa in regia audientia, non tamen fuerat euocata ad dictam regiā audietiam prętextu dictarum qualitatum contentarum in dict. constitutio. Les causes de pubills, sed virtute & prętextu aliarum regaliarum domini Regis. Et tunc indistinctè dico, quòd de illa nō potest se intromittere gubernator, etiā rege absente. Quia cum sibi fuerit concessum tantum in causis contentis in d. constitutio. Les causes de pubills, in alijs videtur sibi prohibitum, & denegatum, vt supra sępe dixi. Et ita arguit Mier. in dictā cōstitutio. Les causes, in multis locis signanter num. 76. versi. Et nota, quod nisi fol. 4. collat. 4. & monstratur alio medio: quoniam in dict. constitutio. Les causes. est casus specialis, scilicet in causis miserabilium. ergo in alijs causis seu casibus restat firma regula: regula enim est, quòd vbi rex imposuit manum, inferior non potest se intromittere. Est etiam alia regula, vbi exeptum est iudicium &c. Mier. in dict. constitutio. Les causes num. mihi. 46. versic. Sequitur. §. Sino era. collatio. 11. fol. 2. Est denique alia regula, quòd gubernator non potest exercere regalias domini regis, nisi quat. 3. reperitur expressè cautū vel ex consuetudine, vt tetuli supra in ca. 16. incipien. gubernator viceregia in principio. Et latius in versic. Sed est aduertendum, quod idem Mier. Et ita vidi semper seruari in causis criminalibus: in ciuilibus vero non recordor vidisse casum in contradictorio iudicio. Quid de exequutione sententię regię à qua fuit supplicatum. dic vt c. 29. & 31.

a Camer.

a Camerlenc. in noua vero compil. tit. de officis de prothonot. fol. 95.
b Fol. 46. in noua compil. fol. 100.

CAP. 24.

SVMMARIVM.

1 *Causæ appellationum euocatæ ad regiam audientiam an continuentur in curia gubernatoris.*
2 *Causæ appellationum quæ sunt extra vicariam redeunt ordinarijs nec continuantur in curia gubernatoris.*
3 *Causas appellationum licet sint extra vicariam potest gubernator euocare quando in illa vicaria, aut non est iudex appellationum vel est negligens.*
4 *Causæ appellationum primarum vel secundarum Rossilionis non euocantur ad curiam gubernatoris Cathaloniæ etiam cum quacumq; qualitate, quia habent in dictis causis iudices proprios & peculiares. & n. 5.*
6 *Causæ appellationum quæ non fuerunt introductæ ad regiam audientiam, neque ad iudices ordinarios appellationū possunt euocari in curia Gubernatoris etiam si sint causæ extra vicariam.*
7 *Et quid in causis supplicationum interpositarum à sententijs Regijs.*

1 Prædicta, quę dixi super Intellectu dict. constitu. Les causes de pubills, quę est sita in tit. de la audientia, e cōsell real, e del gouernador a fol. 9. procedunt in causis principalibus. Ideo nunc videndum est de causis appellationum. Ego dicerem idem esse, vt de causis principalibus, distinguendo: Aut fuerunt incæptę, vel aliàs introductæ in regia audien. aut non. Primo casu, quando fuerunt incæptę seu introductę in regia audiē. distingue aut dictę causę sunt miserabilium personarum contentarum in dict. constit. Les causes, & absente rege, & eius audientia a principatu: tunc possunt continuari in gubernatione si pauper vult, etiam si sint extra vicariā per dict. constituti. Les causes, quæ non distinguit inter causas principales, & appellatorias: sed dumtaxat requirit, quòd sint pupillorum, viduarum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum, & quòd sint incæptę in regia audientia, vel secundum Mier. ibi nu. quòd sint introductę in regia audientia. Aut dictę causę appellationum in regia audientia introductę: non sunt istarum miserabilium personarum. Et dico, quòd si sunt de illa vicaria poterunt continuarī in gubernatione, etiam si gubernator non procederet viceregiā: quia tales causę absente rege, & eius regia audientia remanent ordinarijs iudicibus appellationum illius vicarię, vt supradixi in causis principalibus. Et gubernator est ordinarius ordinariorum, & maior illis: Et præest omnibus officialibus ordinarijs regijs Cathaloniæ. Et ita præest iudicibus appellationum. Vt per Mier. in dict. constit. Præterea, quia per reseruationes num. 24. collatio. 6. fol. 108. vol. 1. vbi dicit, quòd gubernator existens Gerundę potest, & consueuit ad se euocare causam appellationis, quę iure ordinario vertitur coram iudice appellationū ipsius ciuitatis. Et idem, & fortius in causis reclamationum curię vicarij & bajuli Barcinone, ipso gubernatore existente Barcinone. Et ita inconcussè seruatum fuit, & seruatur. Amplius dicit ibi Mier. n. 25. quod gubernator potest mandare iudicibus appellationum, vt causam remittant in audientia ipsius gubernatoris, & ita seruatur.

2 Si tamen dictę causę appellationum sunt extra vicariam, dico quod atiento quòd rege, & eius audientia absentibus, redeunt ordinarijs ipso facto & iure, Ita Ita quòd non requiritur aliqua commissio, & gubernator non est in illa vicaria dictorum ordinariorum. Et ipse gubernator non potest euocare causas extra vicariam, quòd propterea, tales appellationum causę, non possunt in gubernatione continuari, cum nec possint ad gubernationem euocari; quę euocatio est præambulum dictę continuationis, sed debent continuari, & terminari coram iudice

3 iudice appellationum illius vicariæ. Si tamen in illa vicaria non esset iudex appellationum, tali casu in deffectū iudicis appellationum posset gubernator ad se illam euocare. Et hoc est, quod dicit pro uisio, seu pragmatica Regis Iacobi, quā refferet, & interuit Mier. in dict. cap. Vlterius colla. 7. fol. 60. Et est supra in ca. 10. Et ita in simili fuit prouisum in causa, den T. Gros de Caldes, vt supra. Et idem dicerem si esset iudex appellationum in vicaria, sed dictus iudex appellationum esset negligens, aut denegaret, vel non
4 posset facere, & ministrare iustitiam. Et in quantum supra dixi, quod causæ appellationum introductæ in regia audientia (possunt absente regia audientia) continuari coram iudicibus appellationum Adde, quod si sunt causę appellationū. Illæ causæ possunt continuari coram iudicibus primarum, & secundarum appellationum Rossilionis respectiuè. Per ea, quæ supra dixi. Et ita fuit declaratū. 27. iunij 1559. reffecente magnifico Antonio Ros Regij consilij doctore, in causa supplicationis interpositæ per sindicum vniuersitatis villę Perpiniani à prouisione inter dictum sindicum, & Angelum Clementem Coma, facta per Petrum Lobregat quondam doctorem Regij consilij, facto verbo, in regia audientia per dictum Lobregat. Quæ prouisio, fuit ad relationē dicti Ros reuocata, sequendo conclusionem in regia au-
5 dientia factam, per hæc verba. Attento, quod causæ appellationum committatuum Rossilionis, & Ceritaniç habent in dictis committatibus iudices proprios, & peculiares, etiam in causis secundę appellationis. Et licet omnes dictę causę principales, & appellationum possint ex qualitatibus paupertatis, pupillaritatis, & viduitatis ad regiam audientiam euocari: atque ita in regia audientia decidi, & fuit: Attamen absente domino rege, & regię magestatis locumtenente generali causę prędictę iuxta seriem & tenorem, & mentem constitutionum generalium Cathaloniç, ad curiam gerent. vices gener. gubernatoris dictorum committatuum & iudicum appellationum prædictorum redeunt, Et coram eisdem continuari possunt, & decidi. Ex quibus consequens est, quod causæ primæ appellationis pro parte sindici villæ Perpiniani interpositæ, a sententia per gerentem vices geren. Guberna. dictorum committatuum in fauorem dicti Angeli Clementis Comes, & contra dictum sindicum lata, quæ à iudice primarum appellationum dictorum committatuum ad supplicationem dicti sindici, prætextu, quia in dicta vniuersitate erant pauperes, pupilli, & viduæ ad regiā audientiam euocata fuit: potuit, cessante regia audientia, in curia iudicis appellationum primarum, continuari, prout continuata fuit: & deinde causa secun-
6 dæ appellationis. &c. Sin autē causæ appellationum non fuerint introductæ in regia audientia, nec coram aliquo iudice appellationum, dico: quòd rege vel eius locumtenente absente a principatu, potest gubernator de tali appellatione cognoscere, quia ad eum appellatur de consuetudine extra vicariam, Rege absente, & eius regia audientia secundum Tho. Mier. in cap. Pręterea: quia per reseruationes num. 19. & 33. co. latio. 6. volum. 1. fol. 168. corrigendo quod contrarium dixerat, in cap. Item quòd causę vicarię num. 4. mihi 9. versic. Sed an gubernator collāt. 2. fol. 11. Et ita etiam seruatur hodie anno videlicet 1558. Si autē dicta causa fuerit introducta coram iudice appellationum extra vicariam, non poterit illa euocari per gubernatorem extra vicariam: Quia vt dixi gubernator non habet prærogatiuam euocandi causas extra vicariam regulariter. Et causa vicariæ intra vicariam est terminanda. Et Mier. in dict. cap. Pręterea Et in cap. Item quod causę vicariæ loquitur in appellationibus ad gubernatorē emissis, rege absente, & non introductis coram iudice appellationum. benè tamen conciderem, quòd si militaret aliqua qualitas, quę competeret gubernatori, quod tunc prætextu illius qualitatis posset gubernator ad suam audien-

audientiam euocare dictam appellationis causam extra vicariam. vt puta, quia causa esset inter magnates, seu potentes, ita q iudex ordinarius appellationū non esset potens, aut nollet, vel non auderet ministrare iustitiam, aut alijs similibus casibus, seu qualitatibus, vt poteris colligere ex his, quæ infra referam. De alijs appellationibus dicam infra in cap. 32. incipien. Gubernator absente rege, & eius audiētia à principatu. Quia ne his relinquam materiam, & intellectū. d. c. Les causes, latius non reffero, sed redeo ad materiam. d. c. Les causes de pubills.

7 Limita. d. c. Les causes de pubills secundum intellectum, quem semper habuit, non procedere in causis supplicationum à sententijs Regijs interpositarum. Licet dictę causę supplicationum sint pupillorum, viduarum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum comprehensarum in d. c. les causes, vt tenet Mier. in d. c. les causes nume. mihi 51. colla. 11. fol. 3. Et idem sentit in c. Tol lents nu. 15. colla. 10. fol. 19. dum dicit, quòd causæ supplicationum non redeūt ordinarijs. Et licet in. dict. cap. Tollents. loquatur quando rex recedit à vicaria, & non loquitur, quando recedit à toto principatu: Tamen idem est, cum sit eadem, & fortior ratio. Sed in d. cap. Les causes loquitur in terminis. d. c. Et sic quando rex recedit à toto principatu, remedium vt iustitia ministretur in dicta supplicationis causa erit, secundū eundem Mier. in. d. c. Les causes nu. mihi. 51. versi. sed quid de causis supplicationum, dicētem, quod tales causæ consueuerunt definiri extra Cathaloniam per principem. Sed hoc saltem hodiè non potest fieri, obstante constitutione regis Petri secundi Barcinone. c. Item que totes les causes in ti. de iurisdictio de tots iutges. fol. 81. nisi causis patrimonialibus, vt in dicta nouella cōst. Les causes de pubills secundū Mier. in. d. c. Item que totes les causes colla. 2. fol. 11. Subdit etiam Mier. in. d. c. Les causes de pubills in dicto versi. sed quid de causis supplicationum: sed & vidimus seruari, quòd rex tales causas committit infra vicariam reseruata sibi sententię prolatione. Et benè dicit: saluo in eo, quod dicit reseruata sibi sententię prolatione: quia credo quod sit contra dict. constitutio. Petri secundi incipien. Item q totes les causes, in finalibus verbis, Mes si erem fora de Cathalunya no coneguam de les dites causes: ans coma nem aquelles a termenar quiscunes dins llurs vegueries. Est verum. quòd dicta constitutio. loquitur in causis principalibus, & appellationum, & nō loquitur in causis supplicationum.

a Gouernador. in noua vero compilatio. tit. de euocat. de causes. fol. 14.

CAP. 25.

SVMMARIVM.

1 *Causæ supplicationum à definitiuis non euocatur, nec continuantur in Gubernatione, & quid in causis miserabilium.*



Causę supplicationum à definitiuis sententijs non possunt continuari in gubernatione secūdū q retulit mihi magnifi. Hieronymus Soler quondam doctor de regio cōsilio. Et postea semper vidi, quòd causæ supplicationum non continuantur in gubern. licet prima facie videatur esse distinguēdū inter causas personatū contentarum in. d. c. Les causes de pubills in ti. de la audien. è consell real. a fol. 12. Et causas aliarū personarum, seu aliarum qualitatum non comprehensarum in. d. c. Les causes. Quoniam posset dici, quod illa. const. indistinctè, & indefinitè loquitur, quod causæ pupillorū, viduarū, pauperum, & aliarū miserabiliū personarū, inceptæ (vel secundum Mier. introductæ:) in regia audientia existentes, domino rege absente à principatu: remaneant, continuentur, & finiantur in gubernatione. Et non distinguit, nec facit differentiā inter causas principales, & supplicationū. Nec videtur causa diuersitatis: postquā guber

gubernator, & eius vices gerens procedunt viceregia, & cum eisdem doctoribus regiæ audientiæ, & cum eadem forma, cum quibus erant terminandæ dictę causę supplicationum coram domino rege, & coram eius locumtenentegenerali. vt in ca. regis Ferdinandi. ij. in. 2. curia Barcinone. Mes statuym, e ordenam in tit. de la audientia, e consell real
b fol. 12 b & inquit Mier. in d. c. Les causes de pupills, quod gubernator in illis causis, scilicet dictorum miserabilium comprehensorum in dict. cap Les causes, absente domino rege, procedit, vt locumt. domini regis. Et per hoc facit dicta prouisio seu pragmatica domini regis lacobi relata per Mier in cap. Vlterius, num. 4. collatio. 7. fol. 60 Et est inserta supra cap. 9. quę loquitur absente rege, ponderando illa verba, vt nobis absentibus subditi habeant. ad quem recurrere valeant. Nec videtur obstare dicere, quod immo est differentia. Quoniam inferior non potest cognoscere, nec decet, quòd cognoscat de sententijs latis per superiorem: Nam ex prædictis videtur prompta, & clara solutio, & responsio: quoniam gubernator in dictis casibus specialibus dictorum miserabilium procedit, vt locumte. domini regis in vim, dict. ca. Les causes, vt per Mier. ibidem nume. mihi 80. col 17. versic. nota ex his collatio. 11. fol. 5. Sed sic est quod locumte. generalis cognoscit de causis supplicationum interpositarum à sententijs latis per eundem regem, & in sua pręsentia, non obstante dicta obiectione, & indecentia. Ergo & gubernator poterit in his casibus specialibus, & specialiter sibi commissis: Quoniam in his procedit, vt locumte. regis, auctoritate. dict. cap. Les causes, & cum eisdem doctoribus & forma, quibus ipse locumte. generalis, & idem rex esset processurus. Nec erit magis inconueniens in guberna, procedente in dictis casibus specialibus, vt locumtenens speciali auctoritate dict. constitutio. Les causes, quam in locumte. generali, nam valet argumentum de parte, quo ad partem, sicut de toto quo ad totum. Et ratio specialitatis est fauor dictarum miserabilium personarũ, seu miserabilitatis illarum, quæ sunt, & esse debent priuilegiatæ præ cæteris sicut & est alia specialitas in istis casibus, quando non obstãte, quòd de iure communi inferior non potest se intromittere de causis in quibus superior posuit manum: & de iure huius patrię causę debent terminari intra suam vicariam At tamen dicta constitutio. Les causes disponit indistinctè, quòd gubernator possit cognoscere de causis dictorum miserabilium inceptis. Aut secundum Mier. ibi, alias introductis in regia audientia: Et nota quod pro substantia seu essentia vult dicta constitutio, quòd causa sit in regia audientia, vt possit euocari. Et sic posuit pro conuenienti, & materia sufficienti ad euocandum dictas causas ad gubernationem illud quod inconueniens & indecens videbatur in gubernatione.

Sed profecto, licet prædicta videantur multum stringere, & sint rationabilia, maximè attento fauore miserabilium, quem statuentes consideratum, & per quem moti fuere ad edendum dictam constit. contra ius commune, & alias constitutio. huius patrię: Attamẽ ex alio constat contrarium fuisse mentem statuentium. Loquitur enim dict. cap. de causis quę reuertuntur ad ordinarios; & tñ causę supplicationũ nõ reuertũtur ad ordina. Ergo necesse est dicere, quod dict. cap. Les causes loquitur de causis principalibus. Assumptũ probatur. ibi, sino era que lo miserable aquelles volgues prosseguir dauant lo ordinari com li es llegut. Ponderando illa verba com li es llegut, & hoc iure vtimur, in tantũ, quod nunquam vidi, nec audiui contrarium. Volui tamen hunc discursum facere pro intellectu dict. cap. & alior. dicendo. infra.

a Consell real in nou. compil. titu. de euocations de causes. fol. 214.

b Consell real in nou. vero compil. titu. de la audiencia del gouernador viceregia. fol. 88.

CAP. 26.

CAP. 26.

SVMMARIVM.

1 *Causæ supplicationum a prouisionibus in forma interpositarum non euocãtur ad Gubernatorem.*

1 IDem dicẽdum est de causis supplicationum, a prouisionibus regijs interpositarum in forma, sicut de supplicationibus a sententijs diffinitiuis dictum est, quod de illis non cognoscit, nec se intromittit gubernator.

CAP. 27.

SVMMARIVM.

1 *Causæ supplicationum contrarij imperij cõtinuantur in gubernatione.*

2 *Causæ supplicationum contrario imperio non euocantur ad gubernationem si nõ sint eius vicariæ in qua residet Gubernator, seu alias non sint de illis quæ cõtinuari possunt in curia Gubernatoris in vim. c. les causes.*

1 CAusę vero supplicationum contra io imperio interpositarum continuantur in gubernatione, absente rege, & eius locumte. gener. Sed

2 ego intellig › de illis causis quę possunt continuari in gubernatione in vim. cap. Les causes de pubills, in titulo de la audientia, e consell real, e del gouernador. fol. 9.a videlicet quando causæ sunt pu-

a pillorum, viduarum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum: vel quãdo causæ sunt illius vicariæ, vbi est guber. licet non sint causæ dictorum miserabilium, quia absente rege redeunt ordinarijs, & ipse gubernator est ordinarius ordinariorum, secus tamen est de causis, quæ sunt extra illam vicariam, quia redeunt ad suos ordinarios illius vicariæ: & guber. non potest euocare causas extra vicariam. Idem est de causis, quæ euocatæ fuerunt ad regiam audientiam ex aliqua alia regalia vltra dictas regalias contentas in dict. cap. Les causes de pubills. Quia cum sit concessum guber. in casibus specialibus dict. ca. Les causes: in reliquis videtur sibi prohibitum, & in reliquis remanent dictæ causæ dispositioni iuris communis videlicet quia vbi rex imposuit manum, inferior non potest se intromittere. Et ita est veritas per ea, quæ late dixi supra super intellectu dict. cap. Les causes cap. 21. inci. redeundo ad propositum, Et in cap. 23. inci. Item est aduer. quod Mier.

a Gouernador. in nou. vero compil. titu. de euocations de causes. fol. 214.

CAP. 28.

SVMMARIVM.

1 *Liquidationes regiarum sententiarum in casibus const. les causes, continuantur in Gubernatione.*

2 *In alijs vero distinguendum est, vt ibi.*

1 CAusæ liquidationum regiarũ sententiarum possunt continuari in gubernatione si sunt pupillorum, viduarum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum, in vim dict. cap. Les causes de pubills in tit. de la audientia, e cõsell real. a

a fol. 9. absq; dubio. Et ita practicatur.

2 Sed in alijs causis quæ non sunt dictorũ miserabilium contentorum in dict. cap. Les causes est distinguendum, ne faciamos contra constitutiones, & mentes illarum, vt supra proximo. ca. dixi de supplicationibus contrarij imperij: latius tamen dixi supra super intellectu dict. ca. Les causes in cap. 21. inci. Redeundo ad propositum. Et cap. 23 inci. Item est aduertendum quòd Mier.

a Real. in nou. compil. titu. de euocations de causes. fol. 214.

CAP. 29.

SVMMARIVM.

1 *Executiones regiarum sententiarum euocantur*

cautur ad gubernationem etiamsi fuerit a dictis sententijs supplicatum.

2 *Conclusio regij consilij.*

3 *Alia conclusio regij consilij pro cautione praestanda coram gubernatore ad exequendam sententiam.*

1 Causa exequutionis regiae sententiae potest, & consueuit continuari in gubernatione, etiam si fuerit supplicatum à dicta sententia, cuius exequutio instatur, & in regia audientia non fuerit praestita cautio per volentem, & instantem exequutionem sententiae. tamen potest postea in audientia guberna. cautio prestari, vt sententia regia

2 mandetur exequutioni. Pro primo est conclusio in lib. conclusionum gubernatoris anni. 1495. die. 17. Augu. in prima parte. In facto Ioannis Dalfi fuit conclusum sententiam regiam inter eum, & eius vxorem latam, esse exequutioni deducendam nõ obstantibus in contrarium dictis, & allegatis. Bonum esset videre dictas allegationes, quia praedicta benè procedunt, quando causa est de miserabilibus personis contentis in dict. c. Les causes de pubills. in tit. de la audien

4 tia e consell real. a fol. 9. Et sic quando proceditur in vim dict. cap. Les causes. In qua est data potestas gubernatori procedendi in causis dictarum personarum: & consequenter in reliquis videtur prohibitum. Et ideo in alijs exequutionibus, quàm dictorum miserabilium, distingue. Vt latè dixi supra super intellectu dict. cap. Les causes. cap. 21. inci. Redeundo ad propositum. & in cap. 23. inci. Item est aduertendum quòd Miet. Quia non omnes exequutiones regiarum sententiarum potest facere gubernator, sicut non omnes causas introductas in regia audientia potest ad se euocare: nec illae causae possunt in sua audiẽtia continuari. dic vt ibi. De secundo, quòd in Gubernatione possit praestari cautio pro exequutione, est conclusio

3 in libro gubernatoris. 11. Febru. 1495. In facto communitatis praesbiterorum de Peralada contra Guillelmum Viues, fuit conclusum, quod sindicus dictę communitatis caueat obligando bona dictę cõmunitatis, qua cautione praestita tradantur sibi litterae executoriales sententiae latę per locumtenentem generalem.

4 Consell real. in nou. compil. titu. de euo. de cau. fol. 214.

CAP. 30.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator exequitur mandata per locumtenentem facta etiam in criminalibus.*

1 Exequitur etiam gubernator mãdata facta per locumt. genera. etiam in criminalibus: vt in libr. conclusionum guber. anni. 1498. die. 26 Iunij in facto Ioannis Carrenca de Martorelles, & den Perelloch de Alella: in quo attento, quod non paruerunt mandato per illustrem locumtenentem generalem eis facto super firma treugarũ prout in. d. mandato eis intimato: fuit conclusum quòd ponerentur in carceribus ciuitatis Barcinonę.

CAP. 31.

SVMMARIVM.

1 *In gubernatione praestatur cautio pro exequenda sententia.*

1 Cautio pro exequenda regia sententia prestatur in guber. dic latè, & distingue, vt supra dixi. cap. 29. incipien. causa exequutionis regię senten.

CAP. 32.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator cõmittit & cognoscit de causis appellationum emissarum ad dominum regem, etiam si sint a sententijs baiuli generalis & a iudicibus tabulae.*

Guber-

2 *Gubernator existens extra vicariam cognoscit de causis appellationum ad regiam audientiam euocatarum.*

3 *Conclusiones regij consilij.*

1 GVbernator, absente domino rege, & eius locumte. generali à principatu, committit causas appellationum ad dominum regem emissarum: etiam in causis regij patrimonij, & in appellationibus emisis à sentētijs baiuli generalis, & à sententijs iudicum tabulæ. Secus domino rege existente intra principatum Mier. in cap. Prçterea num. 26. 29. versic. Licet aliter. Et num. 33. collatio. 16. volum. 1 fol. 68. Et in c. Ne ex beneficio num. 90. collatio. 9. fol. 139. Quod intelligitur, etiā si causç sint extra vicariam. Ex mente dicti Mier. in dict. cap. Prçterea num. 32. cum sequentibus.

2 Aduertendum tamen est, quod idem Mier. ibidem numer. 32. dicit, quòd licet gubernator de consuetudine committat causas appellationum ad regem emissarum: tamen de illis non cognoscit existens extra vicariam, per c. Item que les causes de la vegueria in tit. de la iurisdictio de tots iutges fol. 81.[a] quæ hodie limittatur in causis appellationum miserabilium personatum. Per constitu. les causes de pubills sub tit. de la audientia, e cōsell real del gouernador [b] fol. 9. quia de illis benè potest cognoscere gubernator existens extra vicariam ex prouisione speciali. dict. ca Les causes de pubills, sed non de alijs, quia si ibi est specialē: ergo contrarium est de illis. Et ita etiam tenet in dict. cap. Item que les causes de la vegueria collatio. 2. fol. 11. num. 4. mihi. 9. Et ego arbitror contrarium esse verum, quia sicut guberna. viceregia potest committere omnes causas appellationum emissarum ad regem existentē extra principatum: ita etiam poterit de illis cognoscere, nec video differētiam, cur potius poterit committere, quàm cognoscere Et ita tenet se ipsum corrigendo, idem Mier. ibi in ca. Prçter num. 29. fol. 168. dicens. Et licet aliter dixerim supra in collatio. 2. in cur. Barci. cap. Item quòd causç vicariç, credo, quod guber. absente rege, à toto principatu, possit vi ceregia cognoscere de causis appellationum. Et in dict. cap. Item quòd causç vicariç, loquitur quando gubern. est extra vicariam. Et sic ista correctio debet intelligi etiam quando est extra vicariam. Pro hoc facit, quia guber. absente rege a principatu potest cognoscere de causis appellationum emissarum ad se existentem extra vicariam, vt per Mier. in

3 dict. cap. Præterea. Et ita fuit declaratū, in causa Saluatoris Martorell, & locumte. baiuli generalis in statione Gerundç, & fisci procuratoris, vt in conclusione, quç infertur Infra incipien. In facto appellationum interpositarum. Et prçdicta intellige de appellationibus, quç emittuntur ab alijs, quàm ab eodem gubernatore. De alijs autem dic: vt per Mier. in dict. cap. Ne ex beneficio. num. 91. & 92. iuncto num. 90. collatio. 9. fol. 149. Et dicam etia n infra cap. 35. incipien. Quando à sententia vel grauamine gubernatoris.

4 In facto appellationum interpositarum per Saluatorem Martorell à sentētia lata per Ioannem Sunyer locumt baiuli generalis Cathaloniç in statione Gerundæ, & fisci procuratoris baiulæ generalis prætendentis dictas causas appellationum non posse in audientia gubernatoris, attentis pragmaticis regijs, & aliàs tractari: facto verbo per Ioannem Sunyer, attenta absentia domini regis, & locumte. gener. à principatu Cathaloniæ: & attentis stilo, vsu, practica, & obseruantia in curia gubernatoris in & similibus hactenus obseruatis, & aliàs, meritis processus consideratis: fuit conclusum dictas appellationū causas esse tractandas, & seu tractari posse coram, dicto gubernatore, & eius audientia: Et non esse ad dictum baiulum generalem remitendas, non obstantibus in contrarium, &c. in dict. libro conclu. anni, 1516.

5 Alia conclusio facta ante proxime dictam conclusionem: die videlicet. 19. Ianuarij. 1513. in facto Francisci de Luna tu bicinis

bicinis appellantis à sententia lata in curia baiuli generalis Catha. inter eum, & Ioannem Vallmanya custodem pignorum facto verbo per Sunyer fuit conclusum, causam appellationis posse in audientia guberna. tractari: & in ea ad vlteriora causę procedendum esse, atienta absentia locumte. genera à principatu Cathaloniç. Et aliàs articulo expeditum in posterum reseruato.

6 Die. 6. Februarij. 1559. facto verbo per me in vtraque aula fuit determinatum, quod gubernator potest euocare causã appellationis interpositæ, a prouisione facta per iudicem appellationum emissarum à sententijs iudicũ tabulæ, in causa appellationis interpositæ per Bernardum Mir, a prouisione facta per Exarrat iudicem appellationum sententiarũ iudicum tabulç contra dictum Mir, & in fauorem baiuli loci Palatij Sator. Est verum, quod dictus Mir obtinuerat coram iudicibus tabulæ: & sic dicta appellatio, quo ad dictum Mir erat prima. Nam si appellasset baiulus, erat dubium Quia constitutio. Item que tot veguer. Et constitutio. Primerament in titulo de offici de Inquisi. fol. 50. & 51. dicit, quod non est licitum bis appellare, nisi intelligatur de diffinitiua: quod non fuit determinatum.

a. Fol. 81. in nou. compil. fol. 194.
b. Del gouernador in nou. compil. tit. de euo. de causes. fol. 14.
c. Inquisi. in nou. compil. tit. de offici de iutg. de taula. fol. 120.

CAP. 33.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator viceregia consueuit cognoscere de causis appellationum emissarum ad eum existentem extra vicariam.*

1 Gubernator, domino rege, vel eius locumtenente absente a principatu, consueuit cognoscere de causis appellationũ emissarum ad se existentem extra vicariam. Mier. in d. cap. preterea. in fine. colla. 6. volu. 1. fol. 169. Vbi dicit, quod ita seruatur de facto, potius quàm de iure. Multas conclusiones poteris videre in libris guberna. de annis. 1495. 1496. declarando super causis appellationum. Et hęc confirmantur per præcedentem obseruantiam argumento a fortiori.

CAP. 34.

SVMMARIVM.

1 *Causæ appellationum emissarum a sententia gubernatoris introductæ ad regiam audientiam possunt euocari ad curiam gubernatoris procedentis viceregia.*
2 *Factum obseruantiæ.*

1 Causę appellationum a sententijs latis, per gubernatorem interpositarum, si introductæ fuerũt semel in regia audiẽtia possunt post recessum regis, vel eius locumte. generalis à Cathalonia euocari ad guber. & in ea decidi. Et ita fuit seruatum in facto sequenti.

2 Sententia fuit lata per gerentem vices generalis gubernatoris ad relationẽ Antonij Piquer inter Petrum Sauit, & Matheum Montaner, & ab ea fuit appellatum per dictum Montaner ad dominum regem, die. 7. Decembr. 1533. Et postea die. 5. Ianua. 1534. post recessũ domini regis dicta appellationis causa fuit euocata ad gubernationem viceregia, vt sequitur. Dominus gubernator viceregia committit dictam causam appellationis Bartholo. Marti, qui audiat. &c. Si tamen dicta appellationis causa non esset introducta in regia audiẽtia, & rex esset absens à Cathalonia, tunc ipsemet gubernator daret iudicem ad instantiam appellantis, & non ad instantiam appellati. Vt dicitur infra in proxima obseruantia cap. 35. secundum Mier. in. ca. Ne ex beneficio. nu. 90. 91. colla. 9. fol. 139. & hoc anno. 1558. vidi seruari, & seruari instante eo, qui appellauit à sentẽtia per gubernatorem lata, me refferente, hodie tamen crederem hoc posse fieri, etiam ad instantiam appellati secundum men

C tem

tem.c.Mes statuym in tit. de la audien-
a tia e consell real.a fol.13.& dicam latius infra in proxima obseruantia.c.35.

a.Consell real.in nou.compil.tit. de la audiē tia del gouernador viceregia.fol.88.

CAP. 35.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator viceregia cognoscit de appellatione interposita a grauamine per ipsummet illato.*

2 *Gubernator causam appellationis a se interpositæ iudicat cum doctoribus alterius aulæ.*

3 *Ordinarij plures in Cathalonia cognoscunt de causis appellationum mutato assessore.*

4 *Obseruantia.*

1 QVando a sententia, vel grauamine gubernatoris appellatur a rege, & eius locumtenente absente, ipsemet gubernator ad instantiam appellantis concedit iudicem in tali appellatione de consuetudine, quæ est vali da propter vtilitatem litigantium: Et ex quo ipse appellans qui dicit se grauatum consentit tali commissioni, sed non concedit ad instantiam appellati secundum Mier. in cap. ne ex beneficio collatio 9. fol.199.num. 91.92. Ex quo poteris colligere, quòd habet locum, quando rex est absens à principatu. Et sic quando gubernator procedit viceregia, alias secus per proxime dicta supra in cap.34. Hodie tamen per constit.regis Ferdinandi.
b ij.c.Mes statuym.in tit. de la audientia, e consell real, e del gouernador b fol. 13. gubernator procedere debet cum doctoribus regię audientię, absente rege, & locumtenente generali. Et sic crederem, quod si a sententia lata per gubernatorē cū doctoribus vnius aulę appellatur, poterit appellationis causa cōmitti doctoribus alterius aulæ: quia d.c. Mes statuym, dicit, quod gubernator habeat determinare causas secundum formam dictam in audientia regia: & consequenter etiā ad instantiam appellati possit cōmitti causa appellationis. Et ita seruatur hoc anno.1558.& comprobatur in argumentū per determinationem factam in causa de Sauit y Montaner relatam supra ca. 34. Nam si gubernator de causa appellationis à sua sententia interpositæ potest cognoscere post introductionem illius in regia audientia: vt in dicta causā dict. Sauit, & Montaner, fortius poterit cognoscere, q̄ndo causa appellationis nō fuit introducta in re audien. quia primo casu concurrebant duo, quę quodammodo repugnare, & obstare videbantur, ne gubern. posset de illa causa cognoscere: nempe quia solus dominus rex potest de iniustitia suę sentēnię cognoscere. Et ideo secundum dictam regulam non videbatur ęquum, quòd gubernator posset de iniustitia, seu iniquitate suæ sententiæ in causa appellationis cognoscere. Item quia superior dicti gubernatoris posuit manum in dicta appellationis causa: quo casu est regula, quòd inferior censetur inhibitus. Et ideo videbatur, quod gubernator non posset amplius de illa
3 causa se intromittere. & tamen in hoc secundo casu, videlicet quando causa appellationi interpositæ à sententia Gubernatoris non fuit introducta in regia audientia, non concurrit, nisi vnum de dictis duobus, id est, quòd idem gubernator possit cognoscere in causa appellationis de iniustitia seu iniquitate suæ sententiæ. Ad quorum comprobationē extant multæ regulæ, & doctrinæ, vna est, cui licet quod est plus licet vtique quod est minus aucten. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles. cum similibus. Si vinco vincentem te, à fortiori vinco te. l. accessus. ff. de diuersis. & temp. præscr. Alia est, si id, quod minus videtur inesse inest. Et id quod magis. text. in ca. cum in cunctis iuncta. glo. de elec. late Auerard. in loco a minori, seu fortiori. Insuper sicut non fuit visum absurdum, quòd gubernator iudicet de causa appellationis à sententia per eum lata interpositę, quādo causa appellationis fuit introducta in regia audiētia, ea ratione
2 potissima, qui non iudicat cum eisdem assessori-

assessoribus, quibus protulit primam sententiam, sed cum alijs, quippe cum doctoribus vnius aulę regię audientię: ita nec minus debet videri absurdum, quod iudicet de causa appellationis suę sententiæ cum doctoribus regię audientię: quauis dicta appellationis causa introducta non fuerit in regia audientia. Et idem est dicendum per eandem rationem, quando sententia est lata per gubernatorem cum doctoribus vnius aulę regię audientię: quia si ab illa appellatur, causa dictę appellationis poterit cum doctoribus alterius aulę, & sic mutatis consiliarijs, per eundem gubernatorem cognosci & terminari. Et hoc non est, nouum quia in multis partibus Cathaloniæ, & comitatu in Rossilionis, ordinarij de causis appellationum à sententijs per eos latis interpositarum cognoscunt mutato assessore, & vicarius, & curia Illerdæ, & gubernator Rossilionis. Et quod licitum est, & honestum minoribus, cur non videbitur licitum, & honestum maioribus, & æqualibus. Et quia ista intelligentia est, nedum æqua, & rationabilis, vt prędicitur, sed etiā vtilis popularis in Cathalonia: quoniam sic habeant, qui illis in Cathalonia ministrent iustitiam. & quippe cum eisdem doctoribus, cum quibus ministraretur, & fieret si expectaretur aduentus futuri locumtenen generalis domini Regis, vel ipse rex, Ideo est amplectenda, tenenda, & obseruāda. Et sufficit, quod ita fuerit iam anno. 1558, vt pręhabetur, in simili casu seruatum, & minime sunt mutāda in. l. minime sunt mutanda ff. de leg. Et valet argumentum de similibus ad similia, & ab eadem ratione, & equitate. Aucrat. de modis arguen. in loco a simili in prin c. 10. fol. 125. & ab effectu. Aucrat. in loco ab effectu versiculo secundo potest formari.

4 Denique, quod dixi à sentētia per gerētem vices generalis gubernatoris Cathalonię lata cum doctoribus vnius aulę regiæ audientię, appellari posse ad eundem gerentem vices gubernatoris, & illam app. llationem committi per eundē gubernatorem de consilio sui assessoris alicui doctori alterius aulę, Adde, quod ita fuit factum, practicatum & seruatū in causa, quę coram gerente vices generalis gubernatoris cum doctoribus Regię audientię, vertebatur inter curatores bonorum Antichi, & Clemētis Corners ciuitatis Barcinonę ex vna, & Bernardum de Marimon, & Planella ex altera partibus, in posse Ferran, & pro eo Bosch a anno. 1539, vt sequitur in effectu. Fuit lata sententia per gerentem vices generalis gubernatoris in fauorem creditorum dictorum Corners. Et ab ea appellarunt, prouocarunt, & recurrerunt ad gubernatorem, vel ad illum ad quem pertinet dicti Marimon, & Planelli, cum supplicatione directa gubernatori. 24. Ianua. 1539. fol. 378. Et dictus gubernator decretauit supplicationem, vt sequitur. Dominus gubernator assignat dictis appellantibus ad petendum, & tradendum Apostolos tales, quales, &c. terminum cōstitutionis, & interim quā dat atque committendo traditionem eorum Hieronymo Dalmau, & Stephano Saluerdenya ad quorum relationem fuit lata sententia.

Prouisio per dictum gubernatorem de consilio Ludouici Vilana assessoris. xxiiij. Ianuarij. M. D. xxxviij.

Moxo.

Recepta, &c. xxviij. dictorum mensis & anni sua specta. dominatio. credit rite, & recte, & secundum merita processus processisse, & declarasse, & friuole fuisse, & esse appellatum. Et licet friuolis appellationib. de iure deferendū non sit: tamen, vt reuideatur iustitia, defert dictę appellationi, hanc pro Apostolis concedendo, Et concessa cop. intime.

Dalmau. Saluerdenya.

Fuerunt intimata & notificata dic. Ioanni Sglesies dicto nomine.

Supplicatio ob. per Ioann. Dorcha. procuratorem dictorum appellātiū.

Spectabilis Gubernator.

Per Ioannem Dorcha nomine quo in processu fuit interposita appellatio, à sententia

sententia promulgata per spect. domi. vest. ad relationē Hieronymi Dalmau, & Stephani Saluerdenya de regio consilio &c. id circo & aliàs dictus Dorcha dicto nomine supplicat humil dignetur causam dictæ appellationis ad se suamque regiam audientiam euocare, & illam committere alicui doctori vestrę regię audientiæ ad colligendum & referendum alterius aulæ, qui de prouisioni bus solitis necessarijs, & opportunis debitè prouideat. Quæ licet &c. Altissimus.

Fiquer.

Dominus Gubernator vice regia commisit dictam causam appellationis Petro Honofrio Font, qui constituto de dicta appellatione audiat colligat, & referat, & super inter medijs, & alijs prouideat.

Prouisa per d. gubernatorem de consilio Ludouici Vilana assessoris 17. Martij M.D.xxxviij.

Fuit petitum secundum fatale, & cōcessum fol. 387. & sequēti, & postea fuit commissa Francisco Montaner.

Postea fuit euocata causa ad audientiam locumtenentis generalis, & fuit lata sententia confirmatoria, xxiij. Iulij. M.D.xxxxj. fol. 415.

a. Appellatur. an & quando Gubernator appellationem admittere & committere debeat vid. Mier. in ca. item com poc valrie. 13. à n. 14. collatio. 8. fol. 75.

b. Gouernador. in nou. compil. titu. de la audientia del gouernador viceregia. fol. 88.

CAP. 36.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator cognoscit de causis cum qualitate euocatis ad regiam audientiam.*

1 GVbernator, domino rege, & eius locumtenente generali à Cathalonia, & committatibus Rossilionis, & Ceritaniæ absentibus, cognoscere consueuit de causis principalibus pacis, & treugarum, euocatis ad regiam audientiam in vim d. cōst. Les causes de pubills, hoc est de causis pupillorum, viduarum, pauperum, & aliarum miserabilium persooarū: quia in hoc casu cognoscit, auctoritate regis absentis, vt sup. c. x. inci. viceg. & c. xx. inci. Amplia. dixi licet si non procederet viceregia, nullatenus illius posset cognoscere, etiam intra vicariam, nisi per viam appellationis, vt per Mier. in d. consti. Les causes colla. 6. o. 76. sub versic. Et nota, quòd nisi hic iuocto versic. sequitur. ꝙ incipit nota ex his. fol. 4. & 5. Et c. ne ex beneficio num. 94. & 95. colla. 9. fol. 139. Et dixi latius supra in dict. cap. xx. incipien. Amplia seu declara. vbi inserui duas conclusiooes factas in gubernatione cum doctoribus regij cōsilij. xxj. Aprilis. 1495. & 17. Iulij. 1498. potest tamen excitare officium vicarij coram quo est data quærela pacis, & treugę, vt infra dicam secundum Mier. in c. præterea. nu. 22. colla. 6. fol. 168.

CAP. 37.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices gubernatoris consueuit euocare causas ad regiā audiētiā prætextu, quia officiales non sunt potentes non men passim, nec ex modica causa.*

1 GVbernator, & gerens vices generalis gubernatoris de consuetudine, Rege absente, euocant causas, etiam extra vicariā, eo prętextu, quia officiales non sunt potentes. Et hoc de consuetudioe, & nō passim, nec ex modica causa secundum Mier. in cap. occurrentes numer. 14. & 16. collatio. 10. fol. 6. volum. 2. & cap. Vlterius numer. 4. collatio. 7. fol. 60. & ita fuit seruatum & factum de mense Octobris, 1553. in facto prætensæ seditioois, seu tumultus voiuersitatis seu singularium villæ de Spateguera contra abbatem

Abbatem monasterij de Montserrato, quo tempore specta. gerens vices generalis Gubernatoris Domnus Petrus de Cardona procedebat viceregia, scilicet cum doctoribus regiæ audientię, quia nec dominus rex, nec eius locumte. gener. erant in principatu Catha.

CAP. 38.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator euocat causas sub prætextu, quia officialis non est in loco, vel non potest reddere ius.*

2 *Paria sunt, quòd non sit iudex in loco, vel quod sit, & non possit reddere ius.*

1 QVando nullus officialis est in loco Gubernator prætextu consueuit causas euocare, per ea quę latè dicam infra cap. 40. vbi videatur. Et adde quòd xv. Decembris M.D. Lxxvij. refferente Magnifico Ioanne Pontio Sescases doctore Regij consilij fuit idem determinatum, quando in loco est officialis, sed non potest reddere ius, quia est pars, aut habet interesse. Et hoc fuit determinatum in facto supplicationis oblatæ per reuerendum Petrū Mascort præpositum præpositurarum mensium Septemb. & Octob. contra baiulum, & singulares parrochię de Cas-
2 siano de Lissa. Et est ratio, quia paria sunt quòd non sit iudex in loco; vel q̄ sit iudex, sed sit talis, qui non possit reddere ius. Paria enim sunt nihil, & inutilē. L. 1. §. quibus. ff. quod cuiusq; vniu. no. Cum concor. ibi Ias. in l. quoties, & ibi tex. ff. qui satis da. cogan.

CAP. 39.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator euocat causas propter negligentiam officialium.*

1 PRopter negligentiam officialiū, gubernator consueuit causas ad suam audientiam euocare: vt extant conclusion. quas refferam infra ca. 40. vbi vide, & supra c. 38.

CAP. 40.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator euocat causam cōtentionis iurisdictionis inter officiales.*

1 DIE. 9. Octob. 1558. cum quidam nomine. T. Gros termini de Caldes propè villam de Moya obtulisset supplicationem coram spectabili gerente vices gubernatoris, mortuo Rege nostro, & Imperatore Carolo bonæ memorię, propter cuius mortem expirauit locumtenentia generalis. Et dictus gerens vices guber. procedebat vice regia, id est cum doctoribus regij consilij, exposuisset, quòd. T. alias lo poater gasco ipsum diffidauerat, & alia plura delicta commiserat, & vulneratus tūc in lecto cuiusdā domus dicti termini de Caldes detinebatur: & requisitus subuicarius de Moya quòd accederet ad capiendum dictum poater, recusauit illud facere: quia erat contentio iurisdictionis inter dictum subuicarium, & vicarium minorissę. Amplius etiā exposuit, quod in dicto termino Calidarum non erat baiulus regius, nec alius, quia baiulus regius, qui antea erat, per sententiam regiā remotus fuit. Et quod sic dictus Gros nō poterat reperire in dicto termino, qui illi iustitiā ministraret. Et propterea supplicauit quatenus dictus gerens vices gubernatoris ad suā audientiā euocaret dictā causam, aut aliàs de alio iuris remedio sibi prouidere dignaretur. Indicta supplicatio. fuit facta decretatio in effectu, vt sequitur. Attēto q̄ inter officiales est cōtentio ad quē exercitiū iurisdictionis petineat, & aliàs, euocata causa magnificus Ioannes Iofre iudex curię recognoscat &c. Et fuit facta dicta decretatio ex dliberatione audiētię, in qua interfuerūt

lorum tte. assessoris nomine Nito, Magnifici Bernardus Vilana, Michael Miralles, Franciscus Xammar, Petrus Lobregat, & ego Michael Ferrer doctores regij consilij, & magnificus Ioannes Iofre alter ex iudicibus curiæ. Ad te quod etiam cognouit de contentione iurisdictionis inter baronem, & vicarium Regium, vt infra cap 64. ratione scandali. Et reduco ad memoriam, quòd illud verbum, alias, principaliter fuit positũ, eo, quia in dicto termino de Caldes nullus erat baiulus, nec alius officialis, qui redderet, vel reddere vellet ius. Pro quo facit in argumentum à fortiori, vel a maiori ratione rationis. Nam si quando est officialis in termino, tamen quia non est potens, potest euocari causa, vt supra retuli, fortius quando nullus est officialis in termino poterit causa euocari. Nam si de quo minus videtur inesse in. ... fortius id quod magis. tex. in auten. multo magis, C de sa. rosanct. Eccl. si. Laie per Auenar. in loco à minori, seu fortiori, 65 pa. 446. Et cui licet, quod est plus, licet et vtique quod est minus: vt per Auerar ibidem pro prędictis vide in lib. cõclusionum anni. 1496. die 30. Aprilis cõclusionem sequentem. In facto Martini Nigri serui Francisci Marti, qui dicitur esse de foro Alcaldorum: Attento quòd dictus seruus diu est, quòd detinetur captus per dictos Alcaldes, & processus est remissus ad dominum regem, vt in conclusione facta: & fuerunt requisiti dicti Alcaldi, quòd facerent ministrare alimenta dicto seruo, quod hactenus facere recusarunt, fuit conclusum, quòd dictus Franciscus Marti pignoretur pro dictis alimentis serui sui per officiales gubernatoris propter negligentiam dictorum Alcaldorum.

Die Veneris. 16. Maij. 1495 Præsidente Petro Boyx, vt antiquiori in audientia gubernatoris interfuerunt doctores sequentes, Ioannes Guillelmus Iorda, Michael Ioannes Pastor, Martinus Ioãnes Sunyer relator, Vincentius Gibert, repetitur conclusio sequens in lib. conclusio. gubernatoris.

In facto supplicationis oblatę pro parte Petri Lobregat super contentione iurisdictionis ortæ inter baiulum de Martorello ex vna, & curiam Alcaldorum præsentis ciuitatis partibus ex altera in causa quæ inter dictum Lleopart, & viduam Massceguera ducitur coram d. baiulo, vt in dicta supplicatione cõtinetur ad quam reffertur, facto verbo per Martinum Sunyer, fuit conclusum: attentis contentis in dicta supplicatione, quod dicta causa contentionis euocetur. Et antea die. 28 Ian. 1495. fuit etiam ita cõclusum, in facto Syndici Barcinonę ciuitatis, & baiuli generalis Cathaloniæ super contentione iurisdictionis inter ipsos, & super inhibitione facta dicto baiulo, an illa tolli deberet, vel ne. Et fuit conclusum dictam inhibitionẽ factã per gubernatorem esse tollendam Est in libro conclusionum gubernatoris dicti anni.

CAP. 41.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator consueuit cõcedere literas perhorrescentiæ etiam in causa pactum & treugarum.*

2 *Gubernator qua forma concedat litteras perhorrescentiæ.*

3 *Perhorrescentia quid sit.*

1 GVbernator consueuit inconcusse concedere literas perhorrescentiæ, etiam in causis pacis, & treugarum. et non de iure Mier. in d.c. Præterea n. 9. versiculo, sed nunquid colla. 16. fol. 167. prius tñ debet probari ipsa perhorrescentia, antequã possint cõcedi dictæ literæ. Et est speciale: vt per Mier. colla. 9. c. Ne ex beneficio. sub n. 77. versic. verum quia occasione. Et sub n. 83. vers. Vlterius fol. 33. Et in tota vicaria debet haberi pro perhorrescente. Et pro materia perhorrescentię & illius intellectu vide pragmaticam regis Martini Ibidem n. 75 Et literas regis Alfonsi respondendo literis gubernatoris consultantis super dubio isto, scilicet, An ipse potuerit

rit concedere literas per hotrescentiæ. num.85.cum sequētibus notabiliter fol.
2 139. Et an in curia gubernatoris possit allegari perhorrescentia: & ipse gubernator concedat literas perhorrescentię, vbi habent cōparere in loco vbi ipse rc si de ipsi residet. Ibidem nume.87.vbi dicit, quod non licet, quandoque gubernator de facto concesserit licet in loco ci tantis residerer. non potest trahi vltra vnam dietam, à fine vicariæ vel baiuliæ computandam. Et an debeat citari in vicaria viciniori, vel baiulia ibi num. 77. & 78.& 85. Et nota quòd Mier. in dict. cap. Ne ex beneficio. numer. 94. dicit, quòd licet gubernator de consuetudine, vel abusu committat causas extra casum perhorrescentiæ non tamen potest sibi illas retinere, pręsertim si fuerit causa pacis, & treugę, de qua ipse gubernator non cognoscit, nisi per appellationē. Et loquitur quando rex est absens à toto principatu. Vbi quod fortius est dicit, quòd si causa esset euocata ad Regiam Audientiam prętextu solius perhorrescentiæ, quòd non possit illam retinere, quia non comprehenditur in dict. constitutio. les causes de pubills. in titu. de la audiencia e consell real, e del gouernador, quod nota. Adde quòd in libro cōclusionū gubernationis anni. 1495. sub die Lune. 9. Maij. est conclusio sequens.

In facto perhorrescentię allegatę per Ioannem Gomis, & alios super quærela pacis, & treugæ contra eos oblat. per Petrum Caldero in curia Montis albi, lecta informatione perhorrescentiæ, fuit conclusum satis constare de perhorrescentia allegata, & quòd assignetur dictis quæ relatis aliqua vicaria vicina dictę vicariæ Montis albi ad comparendū & alia faciendum iuxta formam const. Et quod pro prædictis fiāt literę. Aliam conclusionem vide ibidē sub die. 13. Maij 1496. in facto perhorrescentiæ Geraldi
3 Guinart. Et tu iuuenis scias, quòd perhorrescere, exponitur idest timere secūdum Bal. in l. vnica, in 2. not. exponēdo verbum perhorrescunt ibi positum, C. quando imper. inter pupillos, & viduas, 4. Gouernador. in nou. compil. tit. de euo. de cau. fol. 214.

CAP. 42.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator consueuit cognoscere de causis officialium & vi oppressorum etiā extra vicariam.*



1 Gvbernator de consuetudine se intromittit de causis officialiū, & vi oppressorum, etiam extra vicariam: saltem quando princeps abest à toto principatu Cathaloniæ. licet secus sit de iure, quia alius quàm dominus rex, etiam si sit primogenitus, non habet prærrogatiuam euocandi causas extra propriam vicariam. Et iam si fint causę miserabilium, vt per Mier. ca. Occorrents. num. 14. & sequentibus collatio. 1c. fol. 6. Et idem est in gerēnte vices generalis gubernatoris, vt in prouisione seu pragmatica regia relata per Mier. colla. 7. c. Vlterius num. 4. fol. 60. quam ego inserui supra in ca. 10. Et de hoc est conclusio in libro conclusionum anni. 15.6. vbi habetur, quòd gubernator euocauit causam contra officiales regios Ilerdæ: Attento quòd agebatur de gestis in officio illorum: attenta informatione super his recepta, instante Ioanne Serra. Est etiam alia conclusio in libro conclusionum gubernatoris sub die. 20. Martij. 1495. in facto fisci procuratoris contra Berengarium E li es subuicarium Mediolani, in qua fuit conclusum, quòd dictus subuicarius citaretur personaliter: & si comparuerit poneretur in carceribus.

CAP. 43.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator consueuit cognoscere applicatiuè, seu accumulatiuè de delicto de quo iam antea erat factus processus regalia.*

 Gubernator

1 Gubernator, & eius vices gerens, viceregia consueuerunt cognoscere applicatiuè seu accumulatiuè, de delicto, de quo iam erat prius factus processus Regaliæ per locumtenentem generalem domini regis tūc absentem. Et ita fuit seruatum anno. 1553 in causa Saluatoris Canter vil le de Sparegaria dixi latius in recollectis meis seu exemplaribus in verbo remissio. cap. quod incipit Saluator Canter.

CAP. 44.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator consueuit fortifi are process. sum regaliæ in casu necessitatis.*

1 Gubernator consueuit facere ea, quę tangunt ad fortificationem processus reg alię in casu necessitatis, rege & eius locumtenente generali absentibus a principatu, vt ibidem.

CAP. 45.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator viceregia consueuit cognoscere & iudicare in criminalibus de personis nobilibus & generosis saltem in vim const les causes.*

1 Gubernator, viceregia cōsueuit (de facto, licet non de iure) inconsultè cognoscere & iudicare in criminibus de personis nobilibus & generosis sine scientia principis: saltem in vim constitutio les causes de pubills. Et potest esse ratio, quia hoc casu gubernator cognoscit, vt locumte. regis absentis, auctoritate dictę constitutionis, quę est in titulo de la audientia e consell real, e del
a gouernador. a Vide Tho. Mier. in dict. constitutio. les cause colum. 16. in fine, & colum. 17. in princi. ibi nota. Ex his collatio. 6. fol. 4. 5. pro hoc adde const. postea factam per regem Ferdinandi incipientem. Mes statuym, e ordenam in tit. de la audientia, e consell real, y del gouer-
b nador b fol. 12. Et prouisionem regis Iacobi supra in cap. 10. relatam, super potestate vices gerentis gubernatoris. Et vide Cali in margarita fisci. 8. dubio versiculo. 135. Et in prerogatiua milita. nu. 31. pag. 142.

a. Gouernador. in nou. compil. titu. de euo. de cau. fol. 214.
b. In nou. compil. tit. de au lien. de Gouerna. vi. eregia. fol. 88.

CAP. 46.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus gubernator per omnia æquip iratur præf cto prætorio.*
2 *A primogenito Gubernatore non appellatur, s a supplicatur.*
3 *A primogenito Gubernatore appellatur in casibus particularibus prout ibi.*

1 Iacobus Calic. in vsa, de omnibus causis namque communibus num. 21. fol. 62. dicit. Primogenitum domini regis per omnia comparari præfecto pretorio, quoniam immediate preest post principē omnibus iudicibus per multa iura, doctrinas, & doctores quę & quos allegat. & ab ipso
2 primogenito non appellari, sed supplicari intra decem dies, vt in præfecto prę to. iuxta l. si quis aduersus. C. de precib. impera. off r, & l. vnica. C. de senten. prę feto. prętorio. &c. Item tenet Mier. in consti. Preterea num. 4. & 10. versic. Sed hodie collatio. 6. fol. 166. vbi allegat bonum. tex. in l. t. ff. de offi. pręfec. prę to idem tenet in ca. les causes de pubills col 8. versi. Sequitur in textu en la audiē tia del gouernador general nume. mihi. 45 collatio. 11. fol. 2. & in col. 17. in fine versic. Sequitur in tex § E sis esdeuēdra que del dit gouernador general nu. mihi. 85 fol. 5 ponit fallentiam in casu illius constitutio. per illum textum in illis verbis, E sis esdeuindra que del dit gouernador general, o portant veus de aquell
sie

sic emesa appellatio alguna, dicens per
3 hęc verba, Nota hic videtur, quod a generali gubernatore potest appellari, & sic videtur, contra quod dixi supra eo.c. super verbo, En la audientia del gouernador. fol.1. col.4. num. mihi. 45. Solutio, de hoc est valde mirandum, quia in creatione, & constitutione procuratoris generalis gubernatoris. vt ego aliàs vidi: continetur expressè quod ab eo cum sit pręfer. pretorio: non posit appellari, vt ff. de offi. praefeti prẹto. l. Vnica, sed supplicari, vt dixi supra, tamen, quia hæc constitutio est posterior: dicas hic speciale, vt in causis miserabilium, & patrimonialium possit etiam a generali gubernatore appellari ad principẽ: de his etiam dictum est latius supra in cap.4.

CAP. 47.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per primogenitum Gubernatorem mandatur executioni præstita cautione.*

1 EX prædictis inferi potest, quod sententia lata per primogenitum generalem guberna. potest mandari exequutioni, prẹstita cautione: etiã si ab ea fuerit supplicatum: nisi in casu dict. constitut. les causes de pubills, sed sententia lata per alios gubernatores nõ habet exequutionem præstita cautione, si ab ea fuerit appellatum.

CAP. 48.

SVMMARIVM.

1 *A sententia gerentis vices Gubernatoris appellatur.*

1 APpellatur a sententia gerentis vices gubernatoris: per ea quę traduntur supra in proximo c. à contrario sensu. Et ita incõcussẽ practicatum fuit, & obseruatur.

CAP. 49.

SVMMARIVM.

1 *A prouisione facta per Gubernatorem cum doctoribus regij consilij non supplicatur nec appellatur sed reclamatur.*

1 EST tamen aduertendũ quod à prouisione facta per gubernatorem non supplicatur, nec appellatur, sed reclamatur ad aliam aulam, & committitur duobus doctoribus: & olim seruabatur ordo curiæ vicarij Barcinonę in reclamationis causa: saltem dum audientia erat in ciuitate Barcinonæ. Si tamen pars volebat, quòd prouisio commutaretur in melius contrario imperio: tunc supplicabat, quòd dicta prouisio contrario imperio commutaretur. Et ita practicabatur Barcinonę. Hodie tamẽ per constitutio. Philippi principis anni. 1547. cap.7. debet seruari ordo, & tempus statutum in causis supplicationum interpositarum à prouisionibus factis in regia audientia sine necessitate, quòd fiat cõmissio duobus doctoribus, nec causa instauretur: nec alia forma, nisi quod interponatur reclamatio intra tempus, & prout in regia audientia supplicatio.

CAP. 50.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator procedens ex mero in casibus in quibus potest, an possit extrahere causam extra vicariam.*

1 GVbernator si vult procedere ex mero officio in casibus in quibus potest: nunquid causa, & persona delati extra vicariam & baiuliam possit extrahi? Mier. in cap. Volents les constitu. num. 10.11. collatio.10. fol.4. dicit quod non. Est verum quòd nõ exprimit, quid quãdo procedit viceregia: sed est de mente ipsius, & colligitur ex eo, quod dicit, quod nec dominus rex potest nisi ex re

galijs,



galijs, de quibus nō vtitur gubernator, nisi in casibus expressis: vt supra dixi. Adde Marquil. in vsa. mulieribus fol. 270. colum. 3. ver. Et an negotia criminalia, vel ciuilia dicentem sic. An negotia criminalia vel ciuilia reuocari possint à gubernatore generali, vel procuratore regio, aut gubernatore Cathaloniç respon. Non, nisi pręsentes fuerint in vicaria, vel baiulia, vbi dicta fuerint negotia excepto tamen primogenito: vt supra in curia Ceruariç regis Petri tertij. c. Pręterea quia per reseruationes.

CAP. 51.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator potest capere delinquentes sine prouisione & consilio assessoris.*

1 Gubernator potest capere delinquentem sine prouisione, et cōsilio assessoris. Et ita p cōstitu. Regis Ferdinādi, anni. 1503. in titulo de les causes criminals ca. 3 fol. 359. fuit determinatum in causa de T. Canter villæ de Spatreguera. vt supra c. 43. Et procedebat viceregia propter absentiam Regis, & locumt. generalis. Cōsilium tamen est, quòd regulariter procedat ad capturam cum consilio assessoris, nisi crimine fragāte, vel nisi esset suspitio de fuga iuxta tradita per Mier. in collatio. 10. constitutio. Mes auant statuym numero. 5. & 6. mihi vero 10. & 11. fol. 39.

CAP. 52.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator consueuit concedere litteras manutenentiæ etiam extra vicariam.*

1 Consueuit gubernator concedere literas manutenentiæ etiam extra vicariam, & sunt conclusiones sequentes. in lib. conclusionum gubernatoris procedentis cum doctoribus regij consilij.

Die. 18. Martij. 1495. in gubernatione fuit conclusum, quòd obseruantia constitutionum fierēt literę oportunę, quòd micer Barrera aduocatus fiscalis curiarum Gerundæ manuteneretur in dicto officio, & non spoliaretur, nec perturbe retur sine causę cognitione: sed si aliquis prętendit habere ius in eo, vel ad illud; agat via ordinaria.

Et die. 30. Augusti. 1498 est alia conclusio quod pro executione manutenentię cōcessę per gubernatorem super præpositura dels Arquells, quod concedatur aliquis portarius, qui illi assistat, in terris in quibus prępositus habet iurisdictionem, etiam mandando regijs officialibus, quod requisiti assistant prohibendo molestantes, &c.

CAP. 53.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator viceregia consueuit cognoscere de viribus regiarum litterarum manutenentiæ.*

1 SI Cancellarius vel Vicecancellarius, aut Regens Cancellariam Regiam concesserit literas Regias manutenentiæ, & postea procedente gubern. absente rege, & eius audient. regia a principatu, agatur in guber. de viribus, seu reuocatione dictarum literarum regiarum manutenentię, poterit, & cōsueuit gubernator cognoscere. Et ita fuit prouisum per assessorem Gubernatoris die 21. Nouem. 1558. in causa vertente inter Paulum Entuny, & Bernardum cerda super possessione beneficij S. Ioannis in parrochiali villę lunetę. Nam cū dicta causa esset euocata ad gubernationem mortuo Rege Carolo, per cuius mortem fuit extincta locumt. gener. iurisdictio fuit apposita exceptio declinatoria fori. Et assessor prouidit, rō facto verbo, esse procedendum ad vlteriora. fundauit se per constitutio. ann. 1542. cap. 22. Sed à dicta prouisione fuit reclamatum die. 23. eiusdem mensis, Et causa reclama-

clamationis fuit commissa Magnifico Aotonio Ros doctori regij consilij, quę remanet indecisa.

a. Cap. 22. quæ est in titu. de manutenentia fol. 60.

CAP. 54.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator intra vicariam seu baiuliam euocat causas minores decem vel viginti librarum.*

1 DIE. 13. Februarij. 1495. fuit conclusum, quòd gubernator potest euocare causas minores decem librarum, vel viginti intra vicariam, vel baiuliam, dicendo quòd in hac possessio ne erat, & semper fuerat gubernator. Est in dicto libro conclusio. gubernatoris aoni. 1495. Quid & qualiter fiat in ciuibus Barcinonæ, vide infra c. 58.

CAP. 55.

SVMMARIVM.

1 *Causæ extra vicariam etiam strictam in qua est gubernator euocari non possunt, nec causa baiuliæ quæ est intra vicariam nisi gubernator sit in baiulia.*

1 CVM de anno. 1558. die quinta Nouembris procedente vices gerēte gubernatoris Cathaloniæ cum doctoribus regij consilij per obitum bonæ memoriæ imperatoris Caroli, & Regis nostri, & per non existentiam locum te. generalis domini regis in Cathalonia, pro parte Raphaelis de la Fita esset supplicatum coram dicto vices gerente. Et contra Ioannem Colomer alias Ferrer habitatorē in parrochia de Mollet, vicariç amplę Barcinonę oblata, ratione cuiusdam debiti, ex causa cambij, supplicādo dictam causam ad gubernationem euocari. Et dicta supplicatio fuisset mi chi Michaeli Ferrer ad prouidendum te missa. fuit factum verbum in vtraque aula, & per omnes determinatum dictam causam non posse euocari: eo quia parrochia de Mollet est baiulia de per se. Et causa baiulię intra baiuliam debet terminari. Et etiam quia dicta parrochia non est de vicaria stricta Barcinonæ, sed de ampla vicaria Barcinonæ: in qua nec vicarius Barcinonę, nec gubernator possunt, nec consueuerunt iurisdictionem exercere, nisi quando in ea sunt pręsentes. per cap. Item que les causes in titulo a de iurisdictio de tots iutges fol. 81. a Marquil. In vsat. mulieribus colum peoultima versi. u. Et ao negotia criminalia, vel ciuilia, vbi excipit primogenitum quod nota. Sed aduertatur, quod Marquil. secundum consti. quam allegat, debet intelligi de reseruationibus causarum, & non de euocationibus causarum, & ipse loquitur per verbum reuocari, forsan est vitium scripturę. Est etiam verum, quòd etiam allegabatur per dictum de la Fita, quòd illa causa erat mercantilis, quia cābij, de quo non poterat cognoscere baiulus de Mollet: Et quòd propterea ex defectu iudicis dictę parrochiæ, poterat euocari. Sed etiā per dictos doctores fuit visum non procedere.

a. Fol. 81. in nou. compil. fol. 194.

CAP. 56.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non admittit petitionem contra ciuem Barchinonæ nisi fuerit prius firmatū de iure in curia vicarij vel baiuli Barchinonæ.*

2 *Priuilegiū ciuitati Barchinonæ concessum quod firmaretur prius de iure in curia vicarij contra ciues Barchinonæ.*

3 *Ratio quando scripta est in l. vel cano. corrigente tunc licita est extensio ex paritate vel maioritate rationis.*

4 *Ratio quando cognoscatur an sit finalis, vel impulsiua remissiuè ibi.*

5 *Primogenitus ex eo quod est primogenitus est Gubernator nedum Cathaloniæ verum*

verum etiam & omnium regnorũ domini regis.

6 *Gubernator licet sit superior curiæ vicarij attamen non est ipsa curia imo distinctus ab ea.*

7 *Priuilegium Barchinonæ quod contra ciues prius firmetur de iure in curia vicarij non habet locum in causis verbalibus vsque ad viginti libras.*

1 CONtra ciues Barcino. consueuit guberna. non admittere supplicationem, vel petitionem, nisi prius firmatum fuerit de directo, siue de iure in curia vicarij, vel bauili Barcino. & de ea iuris firma, certificatoriam habuerit guber. Et de hac obseruantia officinę antiquę, modernę & hodiernę scribaniarum gubernatio. regię audient. & dictarum curiarum vicarij Barcino. extant plenę. Quinimo, & (vt infra in cap. 58. reffertur) iam. 4. Nouem. 1558. declaratum fuit: saltem per modum causæ: gubernatorem non potuisse admittere supplicationem Petri Albi, contra coniuges vidals ciues Barcino. Ex eo quia d. Albi non prius firmauerat de iure in curia vicarij vel bauili Barci. iuxta priuilegium regis Petri ibi relatum, quod consiliarijs, & ciuitati Barcino. 26. Iulij. 1380. cõ
2 cessum fuit, ne dictæ curię vicarij, & bauili Barcinonę absq; negotijs essent, seu vt verbis dicti priuilegij, vtar: inutiles, et quasi ronegæ essent, prout ibi dicitur, ꝙ iam inutiles, & quasi ronegę erãt. Est in volum. constitutio. fol. 301. in pri. nu-
4 meratione. Vnde sequitur amplius tractandum non esse, nec de obseruantia, nec de potestate, quo ad hoc dicti gubernatoris. Cum & maiores nostri peritissimi, & magnę auctoritatis, ita intellexerunt & obseruarunt, & minimé sunt mutanda quę interpretationem certam semper habuerunt. vulga. l. minime. ff. de leg. quam Cali. Marquil. Mier. & alij practici passim in simili materia allegãt. Adde quòd ex prædictis potest colligi responsum ad ea quę hoc anno, 1580. de mense Ianuarij deducta fuerunt per quẽdam ex doctoribus regiæ audientię, gratia, & zelo inuestigandi veritatem, seu fundamentum dictę obseruantię, petendo inter cętera, quę nam fuit ratio, qua moti fuerunt maiores nostri ad dictam intelligentiam, dicti priuilegij, & obseruantiam prędictam: cum dictum priuilegium non loquatur de primogenito, vt gubernatore, sed vt locumtenente generali domini regis. Quòd patet, quia loquitur de Cancellario, Vicecancellario, & Regente Cancellariam Regis, & dicti primogeniti regis, quorum officium non pertinet ad gubernationẽ. Et quod non mutatur, stare non prohibetur. Itẽ quia gubernator Cathaloniç est pręses prouintię, & superior vicariorum, baiulorum, & iudicum ordinariorum, & appellationum: & potest eis iubere, & causas euocare, & suam iurisdictionem per totam Cathaloniam exercere: Nam, vt dixi, sufficit quòd ita fuerit intellectum & obseruatum dictum priuilegium. Et confirmando, respondeo iuxta iurisconsultum Iulianum in l. nõ omnium cum sequent. ff. eo. titu. de legi. dicentem non omniũ quę à maioribus constituta sunt ratio reddi potest. Est ideo rationes eorum, quę constituuntur inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quę certa sunt subuerterentur.

Secundo respon. rationem positam in dicto priuilegio, cum sit finalis, & expressa importare, & aperire, dictum priuilegium comprehendere gubern. & sic primogenitum, vt gubern. & aliàs posse, & debere extendi ad gubernat. ratio enim expressa, propter quam dictũ priuilegium concessum fuit, est, quia audiẽtia regis, & primoge. antea non consueuerant, nisi de causis & negotijs magni ponderis se intromittere: Tempore autẽ dicti priuilegij omnes causas, & quęstiones quantumcumque simplices amplectabantur, & de omnibus dictæ audientię se intromittebant indifferenter. Ideo ne dictę curię vicarij & bauili sint inutiles, & fiant quasi ronegę, fuit concessum statutum, & ordinatũ, quod contra ciues Barcino. prius præcedat firma de directo in curia vicarij, seu bauili Barcino.

cino, Et cum ista ratio seu causa sit fina
lis, & militet etiam quando primogeni-
tus Regis est guber. ideo sequitur, quòd
comprehendit illum tanquam gubern.
Catha. Pro quo argumento, & funda-
mento vide multa iura, quę allegat A-
uerar. de mo. arguen. in loco à ratione
legis larga, ampla, seu generali, in prin.
Et signanter pag. 259. circa fi. versic. Sed
ista regula sic declarata fallit: vt i per iu-
ra, & doctores, quę, & quos allegat tenet
3 quod quādo ratio est scripta in lege, vel
cano. corrigente, tunc licita est extensio
ex identitate, vel maioritate rationis.
4 &c. Et qualiter cognoscatur, quod ratio
seu causa sit finalis, vel impulsiua vide
remissiue, per Auerar. in loco a cessatio-
ne rationis in fin. Adde quòd quàmuis
dicta ratio nō esset expressa in dicto pri
uilegio, haberi deberet pro expressa,
postquam alia reddi non potest glos. iū-
cto tex. in l. quamuis, C. de fideicommis.
Late per Auerard. in dicto loco à ratio-
ne legis larga pag. 261. versicu. Sed non
eries. Item respon. non repetiri prohibi
tum primogenitum domini regis, vt gu
bernatorem habere cancellariam. vel re
gentem cancellariam suæ audientię, sed
potius concessum: vt per totum titulum
b de offici de canceller. fol 42.b Signanter
attento exercitio officio cancellarij, aut
saltem vicecancellarij, & regentis can-
cellariam, quòd non repugnat officio
gubernatoris Cathaloniæ. Vt per Mier.
in consti. Item senyor quels canceller. n.
7. & 9. collatio. 8. fol. 66. Pręcipuè atten
to quòd primogenitus regis ex eo quòd
primogenitus regis, est gubernator ne-
dum Cathalonię, sed etiam omnium re
5 gnorum, & terrarum domini regis, vt
supra c. 1. Quæ omnia procedunt etiam
in gerente vices gubernatoris: & indubi
tanter, quando dominus rex, & eius lo
cumte. sunt absentes a toto principatu
Cathaloniæ. Quo casu dictus gerens vi
ces gubernatoris ꝓcedit nomine primo
geniti, & auctoritate domini Regis. vt
patet in pragmatica, siue prouisione
Regia supra cap. 10. inserta. Et propte-
rea dicitur eo casu procedere viceregia
cum doctoribus Regij consilij.

Item respon. quod postquam domi-
nus rex, qui est superior, & maior, non
potest propter dictum priuilegium ad-
mittere aliquam petitionem contra ci-
uem Barcino. nisi prius firmatum fuerit
de directo in curia vicarij Barcino. ergo
minus poterint dicti primogenitus gu-
ber. & vices gerens guber. qui sunt infe-
riores, & minores ipso rege. Nam si id
quod magis videtur inesse non inest: nec
etiam id quod minus, quod enim non li
licet maiori, nō licet minori. glosa cum
suo tex. In can. si Paulus in verbo, tute.
22. q 5. Et quod negatur maioribus, mul
to potius minoribus. Et quod maiori-
bus dignitatibus non est cō cessum, hoc
sibi non audeant vēdicare minores tex.
in l. vlti. C. de decurio. lib. x. ibi, vt ne ꝙ
summis apicibus dignitatum non est cō
cessum hoc alij sibi audeant vendicare
late per Auerar. de modis arg. in locis à
maio. fol. 449.

Nec his obstat dicere quod guber. est
superior vicariorum, & baiulorum, &
omniū ordinariorū curiarū regiarū: &
quod propterea in curia, seu audien. gu
bern. existentis in ciuitate Barcino, tan-
quam in curia Barcino. possunt inchoa-
ri causę, & dari primę petitiones, seu sup
plicationes: Quoniam respon. quod quā
6 uis guber. sit superior vicarij: attamē cu
ria gubern. non est curia vicarij Barcin.
vel alterius ciuitatis, seu loci: immo cu-
ria guber. est separata à curia vicarij, si-
cut alia est persona, & officium guber-
na. & alia est persona & officium vica-
rij. Et ideo causæ curię vicariorum so-
lent euocari, & hodie euocantur ad gu-
bernatorem, & eius audientiam, & ratio
concessionis dicti priuilegij curię vicarij
Barcino. cessat in curia, seu audientia gu
ber. quinimo est contraria. Et deniq; re-
solutiue respondeo sufficere vt prædici
tur, quòd sic fuerit semper obseruatum
per ea quę supra in principio dicta sunt.
Et quia vsus practicæ, siue obseruantiæ,
& stili curiarum pręmaxime Regię Au
dientię, & gubernatoris seruari debent,
quia pro legibus habentur Mier. in cap.

La

La rigor in fi.colla.10.fol.42.per illum tex. in verbo, Vs y pratiques de aquelles.Et in. cap. Ocorrents a la dificultat in fine per illum tex.per alia iura colla. 10.fol.10.bonum argumen.de tex.in. l. fi.c.de legi.Et de materia videatur Feli. in.ca.in causis nu.6.de senten. & re iudi.post Panor.

7 Prædicta autem procedunt in causis quę in scriptis tractātur secus est in causis verbalibus vsque ad quātitatem xx. ll. quia de illis gubernator & eius assessor cognoscunt, quamuis non inceptæ fuerint in curia vicarij, vel bauli Barcinonę. Et est conformis dicto priuilegio, quod loquitur tantum de causis, seu factis de quibus processus fieri habent in scriptis.Ibi habebit processus quicumq. fieri in scriptis.Et quicquid fit ita incōcusse seruatur practicatur & fit. Et ideo nihil mutandum &c.Si tamen essent inceptę causę verbales arbitror, quod posfuit euocari ad consistorium verbale dicti gubernatoris, illa ratione prędicta, quia gubernator est maior quocunque ordinario. &c.

a.Numeratione. hoc priuilegium reperitur in nou.compil. vol.2.tit.de donar libell o demanda.fol.65.

b.Fol.42.in nou.compil.fol.91.

CAP. 57.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator euocat causas eo prætextu, quia partes sunt præsentes in curia.*

2 *Barchinonæ ciuitas est communis patria propter sui excellentiam & vid. chalendarium priuilegij ibi.*

3 *Causæ afferentium victualia non euocantur eo prætextu quia partes sunt præsentes in curia.*

4 *Barchinonæ ciuitas fuit edificata antequam Roma.460.an.& ante Christi do' mini aduentum.752.an.*

5 *Extraneus non conuenitur eo prætextu, quia partes sunt præsentes in curia si pro aliqua iusta & necessaria causa ve nisset & eam allegasset.*

6 *Exceptiones impedientes litis ingressum & progressum opponuntur intra octo dies.*

7 *Causæ non euocantur eo prætextu, quia partes sunt præsentes in curia quando conuenti non sunt cathalani, nisi aliàs sortirentur proprium forum.*

1 PRætextu quia partes sunt præ-
sentes in ciuitate Barcin.guber.
& gerens vices gubern.existen-
tes in ciuitate Barcino, possunt ad eorū
audientias causas extraneorum in eadē
ciuitate personaliter repertorum euoca
re: & de illis causis cognoscere, sicut &
vicarius & baulus Barcino. possunt de
illis cognoscere: quoniam gubernat. &
vices gerens guberna.est ordinarius or-
dinariorum, & maior vicariorum, &
baulorum: Vt dictum fuit supra cap.5.
nisi extraneus cunuentus venisset ex iu
sta, & necessaria causa, & tunc illam al-
legasset, quia haberet ius reuocandi do-
mum. Regula prędicta sumitur ex eo,
quia ciuitas Barcino.est caput principa.
a Catha. a & est communis patria. Mier.
2 in ca.inci.Item volumus quę est 27.col
latio.2.fol 17.Marq.in vsa.çequiam mo
lendinorum Barcino. ver.no.6.fol. 215.
colu.3.cuius verba sunt hęc no.6. quod
Illust.ciuitas Barcino.propter sui excel-
lentiam communis est patria, & priuile
gio decorata: sicque quilibet extraneus
in eadem ciuitate personaliter repertus
ad iudicium ibi vocari potest, & voca-
tus respondere tenetur. De hoc est pri-
3 uilegium à domino Rege Iacobo. ij. 6.
kal.Ianua.1306,concessum. Et hoc fallit
in illis, qui victualia panis, & vini, car-
nium, & picium recētium portant: quo-
niam ipsa victua. marchari, vel pigno.
pro debito alieno minimè possunt &c.
nisi in contractibus Barcino.celebratis
&c.hęc ipse Marquil.vbi per eum mul-
ta laudabilia dictę ciuitatis & comitum
Barcinonę. Et etiam quo tempore, &
4 per quem ędificata fuit dicta ciuitas. Et
b quod fuit ędificata antequam Roma. b
460.annis. Et ante aduentum Christi.
752.annis, Et latius in vsa. Cum dōnus
qui

qui est quintus in ordine fol. 5. à notabi. 2. vsque ad finem. Et signanter notabi. 53. Et per Guillermum de Vallesica in dicto vsat. Cum dominus nor. 13. cum se quenti. Et prædicta comprobantur argument. tex. in l. Roma. Et nota. ibi per glos. ff. ad municipales & de incolis: dicit enim ibi text. Roma communis patria nostra est. Et Glo. ibi inquit. Vndé quilibet potest ibi conueniri. Ergo eum Barchino sit communis patria in Cathalonia, ideo quilibet potest ibi conueniri. Hoc idem disponitur in c. Licet lo. 2. de foro competenti. Et ibi glosa inver

5 bo compelli potuit. Et illo in textu ponitur dicta exceptio; videlicet nisi pro alia iusta, & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset ius reuocādi dominij saluum fuisset eidem. Et Panor. ibi declarando illud verbum, tunc, declarat, id est ante litem cōtestatam. Et ideo quòd si non opponatur, pars videtur illi renuntiare, per tex. Et ibi Panor. in c. inter monasterium de senten. & re iudi. Et no. in cap. exceptionem de exceptio. Ita exceptio facultatis reuocandi domū sed in nostra Cathalonia exceptio impediens litis ingressum debet proponi intra octo dies, vt in constitutione. Item

6 statuim y ordenam in tit. de Dilations, fol. 77. Ista tamen patitur quatuor fallentias, quas ponit Panormita. in dict. c. licet sub numero. 49. versiculo vltimo. hic quęro, vt pote quando ipsi extranei agunt, quia tunc tenentur respondere. Et quando in curia contraxerunt. Et quando perfecta legatione stant in curia voluntariè. Et in causis quę celeritatem desiderant dic vt ibi. Vbi etiam per eum, & alios traditur, quę dicantur causę iustę & necessarię, & quę non.

7 Item quod dictum est quòd quando partes sunt pręsentes in ciuitate Barcino guberna. & gerens vices illius potest causas extraneorū, euocare. intellige qñ do conuenti sunt Cathalani & regnicolę huius principatus licet non sint de dicta ciuitate Barcino, aliàs secus nisi sortirentur forum ratione contractus, aut rei, de qua agetetur, aut domicilij, vt fuit conclusum in regia audiētia in causa inter nob. Baronem de Erill agentem & nob. Elizabethem Fabro Aragon. 5. Septē. 1532. quam cōclusionē ponit Hiero. Dalmau in suis exemplaribus in verbo Aragonensis.

a. Principatus Cathaloniæ. vsat. omnes quippè naues. tit. de commereis y segu retats de camins vsat. cequiam Molendinorum titu. de sequies y recs. Pet. 2. in cap. volem e arorgam. 1. in ordi. titul. de titol de Princep Guillerm. in d. vsat. cum dominus colum. 5. versic. mitit vsaticos. Mier. in c. 34. Pet. 2. Cur. Bar. collatio. 2. & huius nobilitatis, ac preheminentiæ occasione attestatur Olib. in vsat. alium namq. cap. 1. nu. 18. fol. mihi. 9. vsaticos ideo vocari Barchinonæ.

b. Antequam Roma. Quis vero hanc insignem Barchinonæ ciuitarem ædificauerit trad. idem Marquill. in vsat. cum dominus colum. 6. notab. 10. fol. 6. Idem Guillerm. ibid. num. 12. fol. 3. Petrus Carbonell in lib. Croniqnes de Espanya &c. cap. 12. fol. 4. Alfon. Rex Castellæ de rebus Hispanicis quem alleg. Franciscus Calça in tract. de Cathalonia cap. 12. fol. mihi. 52.

c. De dilations in nou. vero compil. titul. de donar libell o demanda fol. 226. Sed diuisa est dicta constitu. hodie per. §. vnde reperies propositum ad quod allegatur in §. 1. d. cōst. tit. de exceptions per impedir lo ingres de la litte. fol. 227.

CAP. 58.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator euocat causas invim clausulārum renuntiationis pro prijs fori & submissionis alterius.*

2 *Quod procedit fauore publico.*

1 Renuntiationis proprij fori, & submissionis cuiuscunq; alterius fori pretextu euocātur causę ad guber. etiam extra vicariam, in qua residet gubernaror, & sua audientia, & procedit & facit exequutionem extra vicariam directo absque literis subsidiarijs, regc & eius audiētia absentibus à principatu de consuetudine

tudine absq; contradictione, saltem quod ego illam viderim vel audierim, vsque ad diem præsentem, qui computatur de cima sexta Ianuarij. 1559. quo fuit relatum in audientia spectabilis gerentes vices generalis gubernatoris, quod in causa, quæ vertebatur in regia audientia ad relationem magnifici Stephani Riusech de regio consilio inter T. & T. cum officialis regiæ audientiæ vellet exequi quandam prouisionem exequutionis scripturæ tertij in villa de Spateguera, & peteret quod baiulus dictæ villæ sibi assisteret, fuit illi verbo responsum, quod gubernator non poterat ibi exercere iurisdictionem: attento, quòd erat extra vicariam. Tamen postea hoc non obstante dictus baiulus præstitit assistentiam, & debitores fuerunt personaliter capti, & baiulus illos accepit in comandam pro d. gubernatore, seu eius curia, & audientia. Tamen postea dictus baiulus requisitus noluit dare dictos captos præfato officiali. Vnde dicto die fuit conclusum quod aliquis ex officialibus gubernationis accederet ad dictam villam Spateguerię, & dictos debitores captos, nec non dictum baiulum captum duceret ad regios carceres Barcinone. Et hoc habuerunt omnes ita pro constanti, quod nõ fuit per aliquem hęsitatum. Tamen cerdo hoc procedere propter dictam antiquissimam consuetudinem, quę fauore publico propter expeditionem iustitiæ videtur amplectenda, vt in alijs casibus
2 supra relatis. Licet de iure aliter arbitror esse dicendum: quia regulariter gubernator non potest, nec consueuit cognoscere extra vicariam etiam strictam: vt dictum fuit supra cap. 55. incipien. Cũ de anno. 1558. Et partes non possunt illi tribuere iurisdictionem in præiuditium iurisdictionis alterius, præsertim quando iurisdictio est baronis, & non regis: vt in nostro casu. Nam licet partes possint consentire in non suum iudicem & iurisdictionem illius prorogare in suo territorio: tamen iudex vnius territorij non posset exercere iurisdictionem, nec suam sententiam exequutioni deducere in alieno territorio inuito, vel nõ cõsentiento domino illius territorij, & iurisdictionis. Nec obstatet dicere quod gubernator, & eius vices gerens habet iurisdictionem in quacunq; vicaria: quia illud est verum, quando est præsens in illa, & in locis regis, sed non in locis baronum nisi in casibus specialibus: vt in cap. Les causes de pubills in titulo de la audientia, e consell real, e del gouernador.ᵃ Et in causis recursuum per prouisionem, seu pragmaticam regis Iacobi relatam per Mier. in cap. Vlterius, collatio. 7. fol. 60. & illam inserui supra ca. x. incipien. Vices gerens gubernatoris generalis habet eandem potestatem, & in alijs casibus supra relatis de consuetudine. Et hoc forsan verius de iure esser, nisi fallor. Sed vt dixi consuetudo aliud obtinuit in regia Audientia. Nam licet causæ vicariæ intra vicariam debeant terminari, nec dominus rex nec locumtenens possunt illas extra vicariam euocare, nisi cum qualitate regaliarum: Attamen prętextu dictarum clausularum renuntiationibus & submissionis fori illas euocat, & quod fortius est exequur. facit extra vicariam. Magna tamen est differentia inter dominum regem vel eius locumtenentem generalem, & gubernatorem. Tamen vt sępe dixi consuetudo sic obtinuit. Addè quod etiam in hac gubernatione. 1579. & 1580. seruatur, nec fit dubium.

a. Gouernador. in nou. compil. tit. de euocations de causes. fol. 214.

CAP. 59.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non potest supplicationem admittere contra ciuem Barchinonæ virtute instrumẽti quo dictus ciues se submisit curiæ vicarij vel baiuli Barchinonæ tantum: nisi prius in curia dicti vicarij fuerit firmatum de iure.*

2 *Secus si in dicta clausula esset clausula generalis solita submissionis alterius cuiuscunq; fori.*

DIE

1 DIE quarta Nouembris.1558. fuit oblata supplicatio in audientia gerentis vices generalis gubernatoris per Petrum Albi ferrifabrum Barcinonæ cum qua in effectu eligendo audientiam dicti gubernatoris in executricem cuiusdam debitorij instrumenti virtute clausularum renuntiationis, & submissionis fori supplicauit exequutionem fieri pro quantitate contenta in dicto instrumento. Quod actum fuit Barcinonæ.16.Februarij.1557. aduersus coniuges Vidals ciues Barchinonæ. Et quia in dicto instrumento erat clausula sequens, submittentes nos & bona nostra foro & iurisdictioni honorabi. vicarij, vel baiuli Barcinonæ, renuntian.&c.proprio foro.&c. Ex qua clausula fuit visũ, quod dicti coniuges Vidals non se submiserant generaliter cuicũque foro seu iurisdictioni, sed solum iurisdictioni dictorum vicarij, & baiuli Barcinonæ. Et quia ciues, & habitatores Barcinonę habent priuilegium, quod firma iuris debet fieri in curia vicarij vel baiuli Barcinonæ, antequam dominus rex, vel gubernator possit causam ad se euocare, vel admittere, vt in priuilegio per Regem Petrum concesso Barcinonę die. 26. Iulij. 1380. quod est in volum. constit.fol.301. alias 296.a Et prædictus Petrus Albi non firmauerat de iure prius, nec post præfatis Vidals in dicta curia vicarij, nec in curia baiuli: Propterea dictus gubernator non potuit admittere dictam supplicationem præfati Albi, nec causam committere. Si tamen in dicta clausula submissionis fuisset additũ (vt solet fieri) vel cuiuscunque alterius iudicis, tunc esset clarum, quod dictam causam potuisset gubernator committere, & de illa cognoscere. Et ita inconcussè seruatur, etiam in audientia domini regis, & eius locumt.generalis. Et dictũ latius fuit supra ca.56.incipien. Renuntiationis proprij fori.

a. Alias fo.296.hoc priuilegium reperitur in nou.compil.vol.2.const.sub tit.de donar libello demanda fol.65.

CAP. 60.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator prouidet, ad beneplacitum domini regis officium iudicis appellationum emissarum a sententijs iudicum tabulæ.*

1 NOno Martij.1495. in gubernatio. fuit conclusum, quod per gubernatorem prouideatur de officio iudicis appellationum quę emittuntur a sententijs iudicum tabulę ciuitatis Illerdę ad beneplacitum domini regis. Est in libro conclusionum guber.d.anni.

a. Crims. & est correcta ac sita.in vol.3.superf.li.1.tit.9.de obseruar constit.

CAP. 61.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator assignat iudices tabulæ ad beneblacitum domini regis.*

1 DEcimo nono Martij.1495. fuit conclusum in gubernat. quod assignarentur per Gubernatorem iudices tabulę ciuitatis Tarrachonę Damianus de Montserrato. Et Laurentius Rocha ad beneplacitum domini Regis. Est in dicto libro conclusio. Adde, & vide Thomam Mier.in collatio.4.curię Illerdę.c. Item statuimus, volumus, & concedimus. nume.4. fol.75. dicentem per hęc verba. Item nota hic casum expressum: non ergo baiulus generalis, sicut temere factum fuit Barcinonę anno.1468.sed totum fuit per illustrem primogenitum Regis renati postea reuocatum. In quo gubernator dat iudices tabulę, domino rege absente a terra ista, hoc est à regno Aragonię, & regno Valentię, & principatu Cathalonię, & commitiatibus Rossilionis, & Ceritanię, & terris omnibus cismarimis: quod forte alibi non reperies ita clare. hęc ipse Mier. per illum text.in verbo, e lo procurador nostre en Cathalunya

Cathalunya si nos noy erem, quæ est in volumine constitutio. in titu. de inquisicions axi de trencament de constitutions, com de altres crims fol. 149. Gubernator enim olim dicebatur procurator, vt supra c. 3.

CAP. 62.

SVMMARIVM.

1 *Pauper soluit salarium in causa appellationis introductæ iure ordinario.*

1 DEcimo septimo Martij. 1495. super salario causæ appellationis interpositæ per nobilem Blasium de Castellet fuit conclusum, quod dictus nobilis soluat salarium in causa appellationis. Et quod non gaudeat priuilegio paupertatis in dicta causa appellationis: attento, & alias quod causa appellationis per eum introducta non fuit introducta prætextu paupertatis: sed iure ordinario, & secundum formam constitutio. Cathaloniæ.

CAP. 63.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator viceregia cognouit inter exemptos super restitutione possessionis præpositura in casu exarato ibi.*

1 DIE. 26. Martij. 1495. in facto Cardinalis Valentiæ agentis ex vna, & Cardinalis Neapolis ex altera partibus super restitutione petita præposituræ sancti Martini çacosta Gerundę. Attento constat de possessione adepta per ipsum cardinalem Valentię dictę præposituræ, & de spoliatione facta per Cardinalem Neapolis. Attento etiam quod agitur de nudo possessorio, & inter personas exemptas, & potentes. Et etiā quia dicti Cardinales non recusarunt iudicium, immo subintrarunt sponte & voluntarie, fuit conclusum dictum cardinalem Valentię esse restituendum vna cum fructibus. Est in lib. conclu. gubernat. dicti anni. 1495.

Quid tam hoc anno 1581. vide bulla in cœna domini & cōs. Trident.

CAP. 64.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator viceregia cognoscit an iurisdictio pertineat ad deputatos nec ne.*

2 *Gubernator viceregia an cognoscat de inhibitione deputatis Cathaloniæ facta, tollenda: conclus. ibi.*

1 GVbernator cognoscit an iurisdictio pertineat ad deputatos, vel ne & an cognitio tollendę inhibitionis illis factę per locumtenentem generalem pertineat ad gubernatorem Rege, & eius locumtenente absentibus. vt in conclu. quę reperitur in lib. conclusionum gubernatoris sub die Sabbati. 18. Febru. 1496. in facto sindici deputatorum generalis Cathalonię dixi latius in meis recollectis in verbo deputati.

In eodem libro reperitur conclusio sequens sub die primo Aprilis. 1495. in facto contentionis iurisdictionis inter Michaelem Benaula, vt sindicum generalis, & deputatorum Cathalonię ex vna, & Ioannem Laurentij militem parte ex altera: Attento ꝙ pro parte. d. Laurētij nihil fuit monstratum propter quod inhibitio petita pro parte dicti Benaula dicto nomine tolli non debeat. Et attento etiam quod dictus Laurentius personaliter in dicta audientia petijt & consentijt pręsente dicto Benaula, quod inhibitio tolleretur, & causa restitueretur prędictis deputatis, Fuit conclusum, ꝙ dicta inhibitio tollatur, & causa dictis deputatis restituatur.

Et die septima Aprilis. 1495. in facto sindici deputatorum Cathalonię literas sibi concedi potentis secundum conclusionem dudum factam inter eum & Ioānem Laurentij militem super restitutione causę inter dictas partes vertentis, & inhibitione tollenda, fuit conclusum stictas literas esse concedendas.

CAP. 65.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator euocat causas contentionum inter baronem & vicarium regium.*

1 GVberna.euocauit causam contentionis iurisdictionis inter procura Illustris infantis Enrici comitis Empuriarum,& vicarium Gerundę. Et fecit literas citatorias, & inhibitorias, cum clausula nihil innouetur pendente dicta causa. Est in lib.conclusi.gubernatoris sub die.11.Augusti.ann.1498.

CAP. 66.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator consueuit concedere litteras causa recognoscendi.*

1 GVbernator consueuit concedere literas causa recognoscendi, vt habetur in lib.conclusionum gubernatoris anni.1496.sub die.14. Maij, vt sequitur.In facto Dalmatij Costa supplicantis, & recurrentis domino gubernatori,facta relatione per Guinart iudicem curię, fuit conclusum, quod dictus costa pręstet sacramentum,& homagiũ de se pręsentando dicto vicario infra sex dies.Et perhibendo(si opus sit)testimonium veritatis in causa criminali dels Morells,de qua fuit factum causa recognoscendi: & quod scribatur dicto vicario,quod recepto dicto teste mittat dictum processum,& etiam si prętendat aliquas inquisiones habere contra.d. Costa causa recognoscendi mittat dicto gubernato. Alia in effectu similis est ibidem sub die.9. Augusti.1498.Et sub die 27.Ianuari.1496. in facto Ioannis Esteue. Adde Iacobum Marquill. in vsaric. mulierib.fol.270.colum.3.versiculo. Et an negotia criminalia vel ciuilia dicentem in effectu,quod quamuis gubernator nõ possit reseruare,seu euocare causas ad se,nisi pręsens fuerit in vicaria vel baiulia,vbi negotia fuerint.Excepto primogenito:vt in curia Ceruarię regis Petri c. 5. incipien. Pręterea quia per re-
a seruationes: a Attamen potest inhibere officialibus per duos menses,& adse processus portari facere causarum criminalium tantum. Et si intra duos menses non rescripserit eius intentionẽ, eo tũc ipsi officiales procedere possunt, sicut prius.vt in curia Barcinonę reginę Marię.c. 22. prouehim, ordenam, e statu-
b him,quę est in titul.b En quin lloch deu esser conuingut fol.88. Et ibi Mier.colla. 10.fol.36.

a. Reseruationes.titu. de offici de Gouernador.fol.100.
b. Titulo.in nou.vero compil.tit. de accusations,denuntiations &c.fol. 458.

CAP. 67.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator viceregia potest procedere extra vicariam scandali vitandi causa.*
2 *Scandali vitandi gratia multa permittuntur.*

1 RAtione scandali euitandi potest procedere gubernator viceregia etiam extra vicariã. Et ita fuit prouisum cum cõclusione anno.1496.die.21.Maij. in facto de les iustes Gerundę, & ludorum arundinum super quibus iustis parata erant scandala. Et fuit conclusum quod scriberetur per gubernatorem vicario, & alijs officialibus increpãdo eos,quod permiserint sine licentia domini regis, vel suę dominationis iustas fieri: & q de cętero non permittant iustas fieri: Ista conclusio,& obseruantia potuit fundari, vltra regiam prouisionem, seu pragma.supra cap. 10. & 16. relatam de iure communi. quia scandala sunt euitã-
2 da,& remouenda. Et multa gratia euitã-
a di scandala permittuntur, a & concedũtur, quę alias non permitterentur. Pro-

quibus omnibus, vt breuius agam. Vide Ioannem Lupi. in tracta. de confederatione principum: Vol.13.fol.128. nu.14. Et omnino Andrea. barba. in tractatu. de præstantia Cardinalium volu.14. nu. 37. & 38. vbi cumulat multa notatu digna. Adde cano. principes secul. 2. regum officium. 23. q. 5. iunctis his, quę dixi supra.

4. Permittuntur. Couar. par. 1. relec. reg. peccatum num. 5. & circa fallentiam huius regulæ vide. Nauarr. in relec. cap. cum contingat ex de resc. reme. 2. num. 22. fol. mihi. 45. qui alleg. S. Thom. 2. 2. q. 43. ar. 7.

CAP. 68.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator moneri debet & non requiri cum litteris Episcopi.*

2 *Gerens vices Gubernatoris non nominatur regens vices gubernatoris.*

1 GErens vices gubernatoris debet moneri, & non requiri, cum literis episcopi. Et debet nominari
2 gerens vices generalis gubernatoris, & non regens vices. Et ita fuit conclusum, quod scriberetur Episcopo Barcinonę, in audientia gubernatoris cum doctoribus regij consilij die. 30. Iunij. 1496. Est in libro conclusionum dicti anni.

CAP. 69.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator mandauit procurati Campi Terracone quatenus reuocaret attentata in preiudicium regiæ iurisdictionis facta vel alias allegaret iustas causas & rationes.*

1 IN libro conclusio. guber. anni. 1498. die. 31. Iulij repertitur conclu. sequens facta cum doctoribus regij consilij. In facto fisci procuratoris contra procuratorem campi Tarrachonę facta relatione per Franch, fuit conclusum quod fiant literę mandando prędictis procurato. Campi, & Comalada, quod reuocent attentata facta, in prę iudicium regię iurisdictionis secundum quod fuerint requisiti: aut si habet iustas causas: quare ad id non teneantur compareant in audientia personaliter ad dandum rationes iustas de prędictis. Et respondendum his de quibus sunt impet t ad instātiam fisci procuratoris curię regię.

CAP. 70.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator euocat causas prætextu connexitatis quam habent cum illis quæ ventilantur in sua audientia inter easdem partes.*

1 GVbernator euocauit causas, attenta connexitate causarum cum causis, quę vertuntur in audientia gubernatoris inter easdem partes. Est in libro conclusionum gubernatoris anni. 1498. sub die. 30. Augusti.

CAP. 71.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non relaxat arrestatum pro processu regaliæ.*

1 IN libro conclusio. gubernatoris anni. 1495. die. 24. Martij reperitur conclusio sequens. In facto Iacobi Canyelles supplicantis se ab arresto in quo detinetur liberari, facta relatione per Guinart, fuit conclusum, quod attento quod detinetur pro processu regalię camini, & stratę supplicationem non procedere.

CAP. 72.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator exequitur penas in quas quis incurrit secundū præconizationes regias.*

DIE

1 DIE.31.Martij.1495.In dicto libro est conelusio, quod fiat executio penæ, in qua quidam incurrerunt secundum præconitzationem, & prohibitionem factam per locumtenentem generalem.

CAP.73.

SVMMARIVM.

1 *Inter exemptos quomodo cognoscat Gubernator vid.ibi casum.*

1 DIE.26. Iunij. 1498. in libro conclusio. gubernatoris dicti anni reperitur conclusio sequens.In facto commendatoris S.Ioannis Barcinonę, & conseruatoris dicti ordinis contra Reuerendum Episcopum Barcinonę, fuit conclusum, quod scribatur dicto Episcopo, quod non attentet, nec aliquid innouet in præiudicium regiæ iurisdictionis, super attentatis contra Stephanum Ginesta præsbyterum, & fideiussores per eũ datos: Et si aliquid fuit attẽtatum quod illud reuocet, alias procedetur contra eum, & eiùs mensam per solita, & stillata iuris remedia. Tamen Hugo de Mediauila fuit voti contrarij. Adde aliam conclusionem inter eosdem, & fisci procuratorem regium. nemine discrepante die.5. Iulij.1498. Adde quæ dicta sunt supra.c.63.in fi.

CAP.74.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator mittit regios portarios ad custodiendum locum contra renitentes seruare treugas.*

1 GVbernator contra renitẽtes seruare treugas mittit regios portarios ad custodiendum locum, & castrum, in quo habitant renitentes. Et q. dicti custodes de suo salario quotidiano soluant sibi de fructibus renitentium. Est conclusio in dicto lib. gubernatoris die.26.Iunij.1498.

CAP.75.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus gubernator nequit dare treguas inter milites & barones vltra sex menses.*

2 *Et quid q̃ndo dominus rex est vltra mare*

1 PRimogenitus domini regis fungens officio generalis gubernatoris nequit vltra sex mensium, vel alterius temporis spatium dare treugas in guerris quas barones, & milites inter se habent, vel habere sperant, nisi domino rege existente vltra mare. Ita
2 cauetur in pragmatica regis Petri die. 1.Decemb.1368.cap.primo si quidem in
a volumine a constitutio.fol.268. Est verum quod in sumario illius in vulgari sermone nihil dicitur, de illis verbis, vel alterius temporis, quæ offuscant sensum dictę pragmaticę.

a Volumine.in nou.vero compil.tit.de treuas conuentionals lib.2.pragma.fol.53.

CAP.76.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator existens Barchinonæ, an possit emittere sonum deviafos propter casum commissum in vicaria Vallen. delinquente existente capto.*

1 DIE sexta Ianuarij. 1559. In gubernatione existente in ciuitate Barcinonæ, fuit declaratus sonus emissus, ex eo, quia in villa Granullatiorum vicariæ Vallen. venit quidam raptor vxoris. T. Ballistatij ciuitatis Gerundæ vna cum magna pecuniæ quantitate. Qui quidem raptor erat captus in posse baiuli dictæ villæ. Cui baiulo illum dederat capitaneus sacramentalis, qui dictum raptorem acceperat: & fuit seruatus modus iste: Nam ex quo spe-

ctabilis gerens vices generalis gubernatoris infirmabatur: Et non poterat ire ad vicariam Vallen. & eius assessor, absente dicto gubernatore, non poterat quicquam facere in dicta vicaria, quidã portarius dictę gubernatoris extra ciuitatem Barcinonę, intus tamen vicariam Barcinonę misit sonum de viasos, & illum reportauit, & denuntiauit gubernatori, & eius denuntiatione recepta, fuit declaratus sonus. Et quia fuit habitum pro constanti, quod gubernator non poterat aliquid exercere iurisdictionis Vallen. existens extra vicariam Vallen. Ideo fuit deliberatum, vt dicti delinquentes venirent ad manus gubernatoris. & quod vocaretur vicarius Barcinonę, prout fuit vocatus, & illi fuit dictum, quod accederet, & iret ad vicariam Vallen. videlicet ad lapidem, qui est in principio dictę vicarię prope capellam vocatam de la Trinitat sitam in itinere, quo itur à dicta ciuitate ad locum de Moncada, & villam de Granollus: Et ibi assumeret dictam causam: & illam sibi reseruaret vigore priuilegij sul cõcessum per regem Ioannem primum Barcinonę. 10. Febrũa. a 1392. incipien. Lo veguer, o sot ueguer de Barcelona estant personalment. in volum. constitu. fol. 311. Et ita fuit factum. Et dictus vicarius prouidit literas fieri pro portando dicto raptore ad ciuitatem Barcino. Et postea spectabilis gubernator euocauit ad se dictam causam vertentem in curia vicarij ratione dictę reseruationis factę per d. vicarium. In prędictis interfuerunt magnifici Adrianus Vilana assessor gubernatoris, Michael Miralles, Riusech, Xammar, Terça doctores regij consilij et Claret iudex curię. De materia vide Calici. in tractatu, de sono emisso, signanter in q. 6. versi. Quæro si ciui Gerundę, & versiculo, Quæro an iste processus.

a. 10. Febru. in nou. vero cõpil. 19. Febru. tit. de iurisdictio de tots jutges fol. 57.

CAP. 77.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit mandare baiulo Generali verbum faciat in Gubernatione de causa patrimoniali domini regis.*

2 *Gubernator potest mandare iudicibus tabulę relationẽ faciant in sua audiẽtia.*

3 *Gubernator potest mandare vicario relationem faciat in sua audientia de causa querelę pacis & treugę.*

1 DE mense Ianuarij. 1559. domino rege absente a Cathalonia, in qua nec erat locumte. generalis illius, spectab. gerens vices generalis gubernatoris mãdauit baiulo generali, seu assessori baiulię generalis Cathalonię, quatenus in sua audientia dicti gubernatoris relationem faceret de causa luitionis iurisdictionis loci S. Cucufatis Vallen. quę vertebatur in dicta baiulia, prout antea fuerat simile mandatum factũ per locumtenentem generalem domini regis. Et aduocatus fiscalis dictę baiulię in audientia dicti gubernatoris proposuit dubium verbo tenus: quod dictũ mandatum non poterat fieri: quia cõst. anni. 1547. c. 51. loquitur dumtaxat in locumtenente generali, & non debet extẽdi ad gubernatorem: pręmaxime, quia obstant pragmaticę, & alia iura, quę disponunt, quod gubernator non potest cognoscere de causis patrimonialibus. Pro quo tu vide Miet. in ea. Les causes. col. 16. num. mihi. 74. versicu. Sed pone, quod causa patrimonialis, & sequen. collatio. 11. fol. 4. vbi dicit, quod causa patrimonialis introducta in regia audientia post recessum audientię reuertitur baiulo generali, qui est ordinarius Regij patrimonij. Et non poterit tractari coram vicegerente gubernatoris, qui de talibus non potest se intromittere iuxta pragmaticas baiulię generalis. Dicit etiam, quod est regalia, & consistorialis, quę nõ comprehẽditur sub generalitate verborũ. In contrariũ facit, Nã licet gubernator nõ possit cognoscere de causis patrimonialibus: Tamen non propterea sequitur, quod nõ possit mãdare baiulo generali relationem faciat de dicta causa in sua audientia: vt in similli videmus quod

quòd gubernator non potest se intromittere de causis iudicum tabulæ, quinimmò licet illos dominus rex potest impedire. Attamen gubernator potest dic
2 tis iudicibus tabulę mandare relationē faciant in sua audientia. Idem videmus de causis querelę pacis & treugę, de qui bus gubernator non potest cognoscere
3 in prima instantia. Attamen poterat mādare vicario, coram quo causa vertitur, relationem faciat, dummodo aliàs vicarius non turbetur: nec studiose de facto impediatur. Immo poterit vicarium pu nire, si dolum commiserit in talibus cau sis. Item dicitur de causis delegati regis, &c. vt per Mier. in cap preterea nu. 18. 19. 20. 21. & 22. collatio. 6. fol. 168. volu. 1. Ego arbitror prædicta fundari posse, & fundata fuisse per notabilem prouisionem, seu pragmaticam regis Iacobi, in creatione officij vices gerentis gubernatoris: quam reffert Mier. in c. Vlterius colla. 7. fol. 60. Et ego inserui supra ca. 10. incipien. vicesgerens gubernatoris generalis habet eandem potestatē. quæ loquitur expresse, quando rex est extra Cathaloniam vbi inter cætera ponuntur verba sequentia. Experimento didicimus forevtilius, & magis necessarium toti terrę. &c. sicut erat illa ratione præcipua, vt ipse scilicet vicegerens gubernatoris multorum quærelas (quas ex defectu non existētis vices gerentis pro curatoris, ad nos extra Cathaloniā permanentes frequenter oppottebat habere recursum) audiat, & decidat, sicut pos set infans prædictus, & nostrorum omnium officialium actus videat, & cognoscat, eorum conatus iustos & licitos comprobando, & illicitos reprimendo: Nobisq; absentibus habeant adquem recurrere valeant. Pondera illa verba: actus nostrorum omnium officialium videant & recognoscāt, & in dubio, cum ex alio actu seu mandato resultet cōmodum, & vtilitas litigantibus, & reipublicę, & toti terrę, vt dicit regia prouisio: Ideo æquitas prædicta suggerit, vt prædicta recipiantur. Non tamen pro firmo aliquid pono, cum secundum Mier.

vt supradictum est, est regalia, & consistorialis, & non comprehenditur sub generalitate verborum. Et quidquid ꝺ stri ctoiure sit: sufficit nobisquod ita fuerit intellectum, & obseruatū, & hodie obseruetur. Et minime fūt mutādа&c. Et procedit, etiā in pro curationibus cōmitatuum Rof filio & Cerita. & intellige dūmodo causa sit maior. ccec. ll. & recipitur tertia pars salarij. vt in d. cōsti. LI.

CAP. 78.

SVMMARIVM.

1 *Causa patrimonialis etiam si fuerit introducta in regia audientia non potest tractari in gubernatione.*

1 SI causa regij patrimonij in prima instantia, etiam si fuerit in regia audientia introducta: postea rex, vel eius locumte. generalis recedit à Cathalonia, non poterit illa causa tractari coram gerente vices gubernatoris. sed reuertitur ad baiulum generalem. Mier. in. c. Les causes de pubills col la. 11. fol. 4. col. 4. versic. Sed pone quod causa patrimonij. Et ibi nota.

CAP. 79.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator vtrum possit procedere sine speciali mandato rescindendo rem iudicatam.*

1 GVbernator non potest procedere recindendo rem iudicatā sine speciali mandaro, secun lum Thomā Mier. in c. 14. incipien. Item ordinamus nu. 14. colla. 4. fol. 73.

CAP. 80.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator consueuit scribere legatis apostolicis etiam sanctæ cruciatæ commissarijs reuocent procedimenta contra laicos facta aut compareant.*

1 DElegatis apostolicis etiam commissarijs sanctę cruciatæ gubernator consueuit mandare, seu scribere, quod intra certū terminū reuo

 cent

cent procedimenta per eos facta, contra laicos, etiam officiales dicti commissarij: dummodo, nõ sit ex causa officij, aut in eius audientia compareant bancum regium in formaturi. Et si non compareret, consueuit gubernator contra illos procedere ocupando illorum temporalitates. De hoc reperiuntur plures conclusiones in libris conclusionum gubernatoris, etiam si gubernator non procedat viceregia, id est, etiam si dominus rex, & locumte. generalis non sint absentes à principatu, vt extant plures cõclusiones factę contra Ferdinandum Loazes Episcopum Ilerden. & commissariũ sanctæ cruciatæ, in lib. conclusionum guber. Et hodie. 11. Februarij. 1559. pendet causa, & currunt dies dati. T. de Forn commissario sanctę cruciatę ad comparendum in audientia gubernatoris bancum regium in formatuto ad relationẽ Magnifici Michaelis Miralles de regio consilio.

CAP. 81.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non cogitur accipere aduocatum fiscalem regiæ audientiæ quando procedit cum doctoribus regiæ audientiæ.*

1 Aduocatum fiscalem suę audiẽtię potest, & consueuit creare spectabilis gerens vices gubernatoris Cathaloniæ, quando procedit cum doctoribus regię audientiæ, & non cogitur accipere aduocatum fiscalem regię audientiæ, & cum eo procedere. Et ita ab anno. 1558. vsq. ad præsentem diẽ secundam Decembris. 1579. fuit semper obseruatum. Et nunc obseruatur sequendo conclusionem sexto Decembris. 1558. in gubernatione factam, in qua conclusione fuit conclusum, quòd dictus gubernator potest facere, seu creare aduocatum fiscalem, prout hactenus facere consueuit. Et quòd conuenit pro expeditione iustitiæ, quòd in causis patrimonialibus pendentibus aduocatus fiscalis regiæ audientię interueniat in expeditiõne, & decisiõne dictarum causarum, & quòd ad dictum effectum illum creet fisci aduocatum suæ audientiæ.

CAP. 82.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fiscalis Gubernatoris si est ex doctoribus regij consilij, an votet & faciat numerum.*

1 Aduocatus fiscalis gubernatoris Cathalonię, quamuis non sit de doctoribus regij consilij, potest in causis fiscalibus, & patrimonialibus, interuenire in consilijs, quando gubernator procedit cum doctoribus regij consilij: & ibi dat votũ suum primum post relatorem: sed non auget numerum votorum, nisi sit de doctoribus regij consilij. Ita fuit cõclusum in guberna. decimo quatto Februarij. 1495. Et reperitur conclusio in libro cõclusionum tenoris sequentis. Super dubio concurrenti, An Gregorius Molgosa fisci aduocatus curię gubernationis, & ordinariorum, debet interuenire in consilio in causis fiscalibus & patrimonialibus, & ibidem dare votum suum in dictis causis: omnes pręd[i]cti scilicet Frãciscus Franch assessor, Hugo de Mediauila, Ioannes Rossell, Franciscus Iorda, Andreas Olzina, Petrus Iacobus Botellet relator, Andreas Tolosa, & Benedictus Guinatt, fuerunt intentionis, quòd dictus Gregorius Molgosa fisci aduocatus in dictis causis fiscalibus, & patrimonialibus interueniat in consilijs, & ibi det votum suum primum post relatorem, vt hactenus fieri cõsueuit: sed attẽto quod dictus Gregorius Molgosa non est de nũmero personarum ad quarum votum: necessario (secundum formam nouarum cõstitutionum) causę tam ciuiles, quàm criminales sunt concludendę, & determinandę, sunt intentionis, quòd dictus Molgosa

Molgosa fisci aduocatus non faciat numerum, neque numerum votantium au gere possit. Et ità fuit conclusum in causa assidentium baiuliç generalis prætendentium, quòd ipsi debent esse in audiẽtia, vel consilio, quando causa prætentionis baiuliç generalis votabitur. Attento quòd omnia pretensa per eos fuerunt lecta in audientia, præsentibus dictis assidentibus Gregorio Molgosa aduocato fiscali, & alijs ministris baiuliç generalis fuit conclusum, quod dictus Molgosa fisci aduocatus adsit, & votet, vt aliàs fuit conclusum decima quarta præsentis mensis & anni, remotis alijs aduocatis, & assidentibus baiuliç generalis.

CAP. 83.

SVMMARIVM.

1 An ad Capitaneum generalem iurisdictio pertineat, & in quibus casibus possit guidare vid. conclusiones ibi.

1 Trigesima prima Mar. 1472. in gubernatione, viceregia procedente, facta fuit cõclusio sequẽs, in qua interfuerunt sequentes doctores.
Assessor gubernatoris.
Gaspar Vilana Vicecancellarius.
Damianus Montsereat regens can.
Ioannes Ros fisci aduocatus.
Thomas Mir.
Ioannes Andreu.
Balthazar çauila.
Franciscus Moler.

Primo fuit conclusum, quòd capitaneus generalis nõ potest cognoscere de hominibus, qui non sunt de suo exercitu, sed alias delinquunt vel aliquis foris faciunt contra eos, qui de exercitu sunt; sed ad dominum gubern. vel alios ordinarios horum cognitio, & punitio pertinebit, nisi forsan, d. capitaneo suisque alguatzilis ducendo exercitum, vel aliàs operam ad bellicam artem pertinentia exercentibus de facto resistentia fieret. quo casu de iure, & pro vtilitate publica, ne belli exercitium eo modo impediretur: cognitio & punitio ad. d. capitaneum pertineret.

Item quod dictus capitaneus. (Cum guidatica sint de regalia principis, & nõ possint ab aliquo de iure concedi, quando ex mera gratia fiunt nisi ab ipso principe; vel ab eo officiali cui guidare est concessum per priuilegia, vsaticos Barcin. vel constitutiones Cathalo. vel aliàs ex vsu, vel consuetudine, cuius memoria in contrarium non existat:) guidare regulariter non potest. sed si aliquem ad exercitum belli venire fecerit, vel transmiserit, vel eo opus sibi fuerit. (dum tamen fiat sine dolo & fraude) quoniam ille talis à lege securitatem & inducias habet pro vtilitate reipublicæ: ideo illos tales poterit expresse guidare: quoniam tale guidatieum executio iuris est.

Adde aliam conclusionem in gubernatione decima tertia Maij millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto factam, tenoris sequentis. In facto guidatici concessi per capitaneum generalem Rossilionis, Ludouico Finor, & filijs suis facta relatione per Franciscum Franch. fuit conclusum quod attento quod regia Magestas cum suis prouisionibus nullam concessit licentiam dicto gubernatori, aut alij officiali, aut capitaneo guidandi, aut dandi licentiam vassallis, aut naturalibus regis Franciç intra. 20. leucas prope fronterias, immo tantum excepit guidatos per regiam Magestatem, quòd dictç prouisiones regiç ad vnguem seruentur, & dominus gubernator nullam det licentiam prædictis.

CAP. 84.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij non possunt remittere crimina maiora.*

2 *Vicarius & baiulus Barchinonæ possunt remittere crimina maiora.*

3 *Gerens vices Gubernatoris an possit remittere crimina maiora.*

4 *Remissiones criminum omnium qui facere possint in Cathalonia propter merum*

rum imperium remissi ei.sibi.

5 *Casus in quibus fit criminis remissio abs que peccato.*

6 *Primogenitus Gubernator an possit remittere crimina ex quibus mors naturalis ciuilis aut membri abscisio sequi possit.*

1 Ametsi in Cathalonia sit regula prohibens vicarium regium, gubern.& cęteros regios officiales, posse remittere, componere, vel perdonare crimina, & excessus, de quibus mors naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio debetur; & de crimine incestus, compositiones, seu remissiones facere, vt in septem pragmaticis, quę sunt.

a incertę in volum.constitutio.a fol. 314. & sequent. quarum prima in ordine facta fuit per regem Alfonsum, & directa vicario, & subuicario Ceruarię. 8. idus Aprilis.1325. secunda per eũdem regem directa baiulo Catha. generali dat. Valen.vndecimo idus Aprilis. 1335. Tertia per regem Petrum dicti Alfonsi filium directa baiulo generali Cathalonię dat. Illerdę.16.chalen.Iulij.1336. Quarta per infantem Iacobum filium dicti quondam regis Alfonsi, & fratrem proxime dicti regis Petri directa vicarijs, baiulis, & alijs vniuersis, & singulis officialibus regijs, dat. Gerundæ duodecimo Chalend.Martij.millesimo trecentesimo trigesimo nono. Et quinta per regem Petrum directa vicario Ausonię, vici, Riuipulli, & Riuipulleri Dat.Cesaraugustę vndecimo Chalend.Aprilis.1339. Sexta per regem Martinum. Dat. Valentiæ decimo tertio Septembris.1406. Et septima, seu eius effectus per regem Ferdinandum. Dat. Gerundę decimo octauo Februarij.M.CCCC.XVj. quę loquitur expresse in gubernatore. Et de prima, secunda, & quarta, meminit Marquilles in vsati.mulieribus.fol.270. collatio. 1. & sequen. Et de alijs duabus vltra per

3 me hic relatis. Attamen in dictis pragmaticis vicarius, & baiulus Barcinonæ non comprehenduntur. quoniam ipsi de criminibus maioribus remissiones facere possunt, vt habetur in quodam priuilegio per dominum regem Iacobũ concesso, cuius data fuit Barcinonæ. 3. idus Ianuarij. 1315. secundum eundem Marquil. In eodem vsatico mulieribus. fol.270. col.2. qui ita vt pręhabetur de verbo ad verbum affirmat. Et idem tenet in versic. quęro etiam. An vicarius, vel alius officialis. dictum priuilegium est in volum.constitu.fol.303. incipien. b

b 3 Iacobus Dei gratia, b An tamẽ istud priuilegiũ vicarij, & baiuli Barcinonę procedat in gerente vices gubernatoris: Marquil. Ibi non ponit, sed Tho. Mier. In constituti. Ab aquest edicte collatio. 10.fol.25.colum.1.num.mihi.9. versicu. sequitur in textu: dum ęquiparat gubernatorem vicario Barcino. videtur velle procedere. dicens per hæc verba. Dic, quod dicti officiales demptis gubernato. & vicario Barcino, qui vt audiui, habẽt de hoc specialem prærogatiuam, vel concessionem, scilicet non possunt compellere acceptare remissiones. Aduerte tu, quod id procedit quando gubernator est in ciuitate Barcinonæ, quoniam tunc, quia gubernator est ordinarius ordinariorum, & maior quocũque ordinariorum dum est in vicaria: Et sic est vt vicarius Barcino. per tradita supra in cap. 5. nimirum si gubernator existens Barcinonę possit vti dicto priuilegio concesso vicario, & baiulo Barcinonæ. Secus tamen esset, si guberna. existeret in alia vicaria, in qua non esset simile priuilegium: quia tunc procederet prohibitio facta in præfata pragmatica regis Ferdinandi data Gerundę.18. Februarij.1416. relata in volu. constituti. fol.314. tenoris sequentis. Los gouernadors, e altres officials reals, no sols del principat de Cathalunya, mes encara de Arago, Valentia, Mallorques, Serdenya, e de les ysles adiacents, podẽ per pecunia tãt solamẽt, e no per prechs o gratiosament remetre los crims, e de aquells guitar, pus que per los drets del principat, o en deffecte aquells per iusticia no se hagues donar pena de mort natural, o ciuil, o exili perpetuo en les ylles del senyor rey, o de mutilatio de mẽbre

bre o greus assots, per causa de furts o de alcauotaria de homens tenints en lo publich, o ostals dones a guany, o iurats letjament de Deu, o de la verge Maria, Apostols, o sancts, ne del crim de incest: cat en los dits casos es tolta tota potestat als officials ordinaris de Catha. de remetre, e incorren pena de priuatio de llurs officis. &c.

Si autem in alia vicaria, extra vicariã Barcinonæ, esset similè priuilegium: & in illa esset præsens gubern. etiam (eadem ratione, vt dictũ est de vicaria Barci,) gubern. posset remittere, componere, & perdonare quodcunque crimen. Et hoc est, quod vult, & dicit Marquil. in dicto vsa mulieribus fol. 270. colu. 2. versicu. quæro etiam. ibi. Et sic est verũ quod primo dictum est: nisi fortè a domino Rege obtinuerit priuilegium. Vt iam supra in proxima. q. dictum est, & prædictas pragmaticas probatum, quod nota, &c. hæc ipse Marquill. & nolo omittere quod Iacobus de Vallesica in v. sati. qui iustitiam, in verbo perdonare fol. 136. dicit quod vicarius, & baiulus Barcinonæ non possunt facere remissiones de morte, vel mutilatione membri: veruntamen, aut est error in scriptura, aut ipse scripsit contra expressum tenorem dicti priuilegij dictorum vicarij, & baiuli Barcino. quod expressè loquitur etiam de homicidijs, & criminibus, de quibus pœna mortis, aut membri amissio posset sequi. Quod priuilegium est in volum. constitutio. vt dixi fol. 303. in 2. nume. Et incipit, Iacobus Dei gratia.[a]

4 Et pro materia scilicet. Qui sint in Cathalonia qui ex eo, quod habet, & exercent merum imperium, possunt remittere, & perdonare omnia crimina merum imperium tangentia: & sic crimina, de quibus pœna mortis subsequi posit: & qui nõ. Vide textum in dictis vsa. qui iustitiam. Et in vsa. mulieribus. Et ibi doc. Et inter alios Marquill. vbi etiam faciunt, quo ad hoc differentiam inter potestatem. & alios inferiores merum imperium habentes, & qui dicantur in Cathalonia potestates, & qui comites, & qui inferiores. &c. Et iuuenis non obliuiscatur, dictos vsati. cum dictis doctoribus maturè videre pro practica, maximè assessores, de quorum consilio remissiones fient. Ibi enim in vsati. mulieribus tradit Iacobus de Monte Iudai. quæ 5 refferunt, & sequuntur Guil. de Vallesica, & Marquil. quæ sunt causæ, ex quibus, vel aliqua illarum liceat potestati si ne peccato remittere crimen, vel pœnam criminis: [c] & quid si aliter remiserit. Et quantum operetur consuetudo, quo ad facultatem remittendi talia crimina. Vide etiam Iacobum de Vallesi. in dicto vsati. qui iustitiam.

6 An autem prædicta procedant in primoge. domini regis, videlicet quod primogenitus crimina de quibus mors naturalis, vel ciuilis, vel membri abscisio posset subsequi remittere, vel perdonare non posit, nisi sit in ciuitate Barcino. vel alia vicaria habente priuilegiũ, quod vicarius & baiulus possint remittere, & perdonare dicta delicta, doctores nostri non tradunt (aut non recolo me legisse) Ego anceps sum. Pro parte tamen affirmatiua, quod posit remittere, facit, quia videmus primog. domini regis in multis ampliorem habere potestatem quam alij gubernatores. Et nimirum cũ ipse primogenitus sit futurus, & indubitatus successor in regno. Mier. collatio. 2. cap. 62. in prin. fol. 32. comprobatur per deducta in 6. & in. 7. cõclusionibus, ex cõclusio. decisorijs regni Aragonum factis super successione Regis Iacobi, quas ad partem habeo. Et hinc forsan motus fuit Mier. in prohemio curiæ reginæ Mariæ, collatio. 10. num. 5. fol. 1. ad dicendum, quod filius regis, viuente patre, potest vocari rex. Allegat inter alia glos. cum suo textu in can. denique. 7. quæst. 4.

a. Volum. constitutio. in nou. compil. titu. de remisions de crims fol. 149. in volu. prag.
b. Iacobus Dei gratia. in noua vero compil. incip. licet dudum. tit. de remis. de crims fol. 149. in vol. prag.
c. Pœnam. criminis. & not. quod iudex non potest sine iusta causa, sed cum ea in inuere

te penam delicti.l.quod ergo 5.pena grauia.ff.de his qui not. infa. l. etsi sæuior. C, eo, titul. l. aut facta.§.fina.ff. de pęn. capit. aut facta de penit.dist. 1. Deci. in c.de causis num.18.de offi. deleg. Auiles in capit.prætor.c.1.gl.verb.derechamente num.5. Titaquel.de pen.temper.in pręfatione.n.17.cum seq.Menchiaca.controuer.illust.c.14.n.4.Blanc.in prac.crimi. fol.73.n.71.& sequent.Mennoch. arbit. iud.lib.1.quæst.95.n.7.& 8. vbi respon. Ezec.c.18.Deus non vult mortem peccatoris &c.quia intelligitur(inquit)de morte æterna alias aduersaretur Deute.ca.19. non parcat ei oculus tuus vt misereatis et occultei eum, sed statim interficies eum, & cap.9 de homicid.monetur neque misereberis eius rationem tradit S.Tho.2.2. q.67.art. 4. ad 2. dicens sic alia ratio est de Christo Deo qui est super omnia & contra quem principaliter delinquitur:& aliud de iudice inferiore qui est subiectus legibus.cuius verba in hac opi.refert Nauarr.in rub.de iudi.§.8.n.99.fo.mihi.67. & an & quando iudex inferior talem habeat potestatem tam ex causa coherente delicto quã ex causa extrinseca vid. Bal. in auctẽn. hodie iurant C. de iudi. Deci. & Blanc.in locis supra alleg: Quos refert Iul.Clar.recep.sen.lib.5.q.85.n.10.

CAP. 85.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator existens extra vicariam in qua crimen est commissum non potest illius criminis facere remissionem,nisi rege absente a principatu.*

1 Gubernator existens extra vicariam,vel baiuliã, an possit facere remissionem criminis cõmissi infra aliam vicariam,tradit Mier.in cap.preterea. num, 1. vsque ad 14.collatio.6.fol.167. arguit. pro & contra. Et tenet quod de iure non potest:sed de consuetudine secus. Et alle.aliquas remissiones, & literas regias: & dicit teneas istam partem propter consuetudinem,quoniam dominus rex scit & tollerat. Ego considero quod Mier. non appetuit, An tunc esset dominus rex,vel eius locumtenen.generalis a toto principatu Cathaloniç absens, vel ne:Nam quando rex est intra principatum:procedit prima pars:nedum argumen.dictę constitutio.Pręterea, quoniã si gubernator existens extra vicariã non potest sibi reseruare aliquod negotium ciuile,vel criminale,vt in d.constitutio. minus poterit illud negotium remittere vel perdonare: minus enim est reseruare cognitionẽm criminis, quam illud remittere, seu perdonare per tradita per Auerard. de modis arguendi in loco a maiori. 66. Sed etiam, quia causa vicariç debet intra vicariam terminari.Et gubernator nullum habet exercitium iurisdictionis, nisi in vicaria in qua est, ptout vicarius illius vicarię, ipse enim est ordinarius ordinariorum, quando est in vicaria,& non alias, vt dictum est ca.5,Sed quando dominus rex est absens a principatu, latior est potestas gubernatoris. Et procedit tunc auctoritate regia,& primogeniti.Vt in prouisione,seu pragmatica regis Iacobi relata ad longum supra in c.10.

CAP. 86.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices Gubernatoris in disparitate votorum an possit votare & conclusio pro parte illius voti fieri debeat.*

2 *Quod imperiti non iudicent ratio naturalis suadet.*

3 *Proceres iudicant in criminalibus in aliquibus partibus Cathaloniæ ex priuilegio.*

4 *Locumtenens domini regis non iudicat in disparitate votorum.*

5 *Quæ de gerente vices Gubernatoris circa votum dicuntur intelliguntur quando procedit viceregia,& non alias.*

1 Quoniam procedente spectabili gerente vices generalis gubernato.Cathaloniç in mense Decembris.1579.& in mense Ianuarij.1580 per absentiam locumte. generalis regiæ Magestatis

Mageſtatis a toto principatu Cathaloniæ, & comitatibus Roſsilionis, & Ceritaniæ, ſemel in cauſa ciuili cum doctoribus regij conſilij ciuilis aulæ reueren. Cancellarij, & ſemel in cauſa criminali, vt mihi relatum fuit cum doctoribus regij conſilij criminalis, dictus gerens vices gubernatoris, exiſtentibus dictis doctoribus reſpectiue in diſpari numero vouit, ſiue votauit, & eius votum paritatem fecit, & propter eius paritatem prædaluit eius votum. Et fuit facta concluſio in cauſa ciuili ſecundum votum in quo paritatem fecit dictus gerẽs vices gubernatoris. Et quia doctori. regij conſilij ciuilis id nouum fuiſſe viſum fuit: ideo nolui taliter facta ſcilentio tradere. Pro intentione dicti gerentis vices gubernatoris facit conſtitutio regis Ferdinandi ſecundi in curia Barcinonæ co. 4. incipien. Encara prouehim, e ordenã. in titulo de la audientia, e conſell real, e del gouernador. fol. 11. In qua diſponitur, quod præſidens in audientia, & conſilio regio, tam locumte. generalis, quã cancellarius, vicecancel. aut regens cancellariam in ſuo caſu habeant concludere, & determinare cauſas ciuiles, & criminales cum voto maioris partis dictæ audien. aut conſilij, qui ibi præſentes fuerint. Et quandocunque votum prẽſiden tis cum alijs dictæ audien. aut conſilij faciet numerum parem, fuit ordinatum, quod vbi dictus præſidens faciet dictam paritatem ſtari debeat, & concludi. Et in eadem curia cap. 7. incipien. Mes ſtatuim, e ordenam que ſi ſe eſdeuindra. eo. titulo de la audientia, e conſell real, e del gouernador. fol. 12. diſpoſitum fuit. Quod ſi eueniet non eſſe in toto principatu Cathaloniæ primogenitum, nec locumtenentem generalem domini regis, tali caſu doctores regij conſilij ſequi habeant audientiam gerentis vices gubernatoris. Et in ea audientia præſideat aſſeſſor dicti gerentis vices: & habeat determinare, & concludere cauſas ciuiles, & criminales ſecundum formam ſupra dictam in audientia, & conſilio regio, ponderando illa verba ſecundum formam ſupradictam in audientia, & conſilio regio. Sed ſic eſt, quod in audientia regia, quando præſidens in ea facit numerum parem, debet concludi ſecundũ votum, vbi præſidens facit paritatem: Ergo ſi gerens vices gubernatoris preſidet, & facit paritatem in votis debet cõcludi ſecundum votum illorum in quo ipſe facit paritatem. Et eadem ratione idem videtur dicendum de aſſeſſore, quã do ipſe aſſeſſor facit paritatem in numero votorum. Vide Mier. in x. Les cauſes num. 60. colla. 11. fol. 3. a contrario ſenſu. Et num. 65.

Pro parte negatiua, quod gerens vices gubernatoris votare non poſsit in cauſis maxime criminalibus: Et quamuis votare poſſet, votum ſuum faciendo paritatem præualere non deberet, faciũt ſequentia.

Primo quod dicta conſtitutio. Encara prouehim e ordenam, in quantum loquitur de locumtenente generali domini regis non in iureperito, eſt odioſa, & proinde non extendenda de locumtenẽte generali domini regis ad gerentem vices gubernatoris. Et quod ſit odioſa, patet de per ſe, etiam abſque vlla lege vel conſtitutione, ſed ſola ipſa ratione naturali, quæ docet, ne imperiti iudicent, nec aliquem artem exerceant, cum nec iudicare ſcirent, nec exercere quod non nouerint. quanto magis, quia regulariter in Cathalonia qui non ſunt in iure periti iudicare prohibentur. vt in conſtitutione. Item ordenam, e ſtatuym. Et in cõſtitutio. Confirmants encara lo capitol en la dita cort. In tit. que aduocats, metges, e notaris. Et Mier. in dict. conſtitutione, Confirmants in principio collat. 6. volum. 1. fol. 171. per illum text. & per conſtit. En les ciutats, e viles de Perpinya. eo. titu. fol. 72. alias. 75. Et ideo dixi regulariter, quia in aliquibus ciuitatibus Cathaloniæ ex priuilegio, iudicant in criminalibus proceres non iuriſperiti: vt in ciuitate Barcinonẽ abſente domino rege, & eius locumtenente generali. Et Illerdæ. &c. quæ prẽmaximẽ procedunt, ideo quia dicta extenſio eſſet correctoria

ctoria constitutionum, & aliorum iurium patriæ disponentium quod gubernatores, & eius vices gerentes tenentur iudicare secundum consilium sui assessoris: vt in constitutione: Item com poch valdrie in titul. de offici de gouernador fol. 47. Et ibi Mier. collatio. 8. nume. 2. fol. 75.

Denique est aduertendum quod dicta constitutio. incipien. Mes statuym e ordenam, loquitur de assessore gerentis vices gubernatoris tantum. & non loquitur de ipso gerente vices gubernatoris. Dicit enim dicta constitutio, quod assessor gerentis vices gubernatoris præsideat in dicta audientia, & habeat terminare, & concludere causas ciuiles, & criminales secundum formam supradictã, in audientia, & cõsilio regio. Ecce quod dicit quod assessor præsideat, determinet, & concludat secundum dictam formam: & non dicit quod gubernator præsideat. Et assessor est in iure peritus, & sic minus inconueniens. Et dico minus inconueniens: quia videmus assessores gubernatoris esse vt plurimum iuuenes aut saltem iuniores doctoribus regij cõsilij, tam in ætate, quam in practica. Et pro differentia inter consiliarios iuuenes, & seniores, ac practicos, vidè notabiliter per Mier. in constitutio. Item cũ nos recepimus in iuuentute nostra regnum num. 10. & aliquid num. 6. in fine. collatio. 3. fol. 41. Et dicta constitutio est sub titulo, de reuocar donations. Adde Mier. in colla. 10. fol 46. n. 8.

4 Et ad memoriam reduco in practica, quod locumtenentes generales domini regis non solent iudicare in disparitate numeri votorum, sed solum quando doctores regij consilij sunt in numero pari votorum. Et tunc, & nõ alias solent votare, sed non sine consilio alicuius doctoris regij consilij alterius aulæ in ciuilibus: in criminalibus vero, non recordor vnquam vidisse, nisi vt referam infra. versicu. Et hinc vidi. Si ergo dicta constitutio recepit ex consuetudine, seu stilo dictam formam, & gerens vices gubernatoris debet concludere causas secũdum formam regiæ audientiæ, sequitur quod gubernator non poterit votare in casu, quo doctores regij consilij sunt in dispari numero votorum, sed solum quando sunt in pari numero votorum. Et tunc in ciuilibus, cum consilio alicuius doctoris alterius aulæ. Et in criminalibus est regula, quod proniores debent esse iudices in absoluendo, quam in condemnando. Et hinc vidi, quod cum in causa criminali don Petri de Crudillis ante curias generales anni millesimi, quingentesimi, sexagesimi, quarti, essemus in paritate votorum, Marchio de Tarifa locumtenen. tunc generalis Cathaloniæ propter dictam paritate voluit quod Franciscus de Vallesica tunc doctor egregius eiusdem regij consilij, qui propter eius senectutem non fuerat in consilio, tempore, quo alij votauerant, votaret, aut sibi consilium daret. Respondit, quod in tam magna diuersitate votorum, & in casu mortis non intendebat votum mortis præbere; hac arbitror ratione, quia ipsa diuersitas votorum, casum reddebat dubitabilem. Et in dubio (vt dixi) proniores sunt leges, & nos esse debemus in absoluendo, quam in condemnando per iura vulgata.

5 Et quæ de gerente vices gubernatoris supradixi, intendo quando ipse procedit cum doctoribus regij consilij: quia dominus rex, & eius locumte. generalis sunt extra totum principatum Cathaloniæ: Nam quando dominus rex, vel eius locumte. generalis est in principatu, tunc, quia ipse gerens vices gubernatoris sententiare, & declarare debet cum consilio sui assessoris, vt in constitutione, com poch valdria in titulo de offici de gouernador. Et infra c. 90. Arbitror quod quamuis adhibuisset alios doctores, & illi, & dictus assessor essent in dispari numero votorum, non posset ipse gerens vices gubernatoris votare, & faciendo parem numerum: conclusio facienda esset secũdum vota illorum cum quibus ipse faceret paritarem. nisi in ea parte esset votum assessoris sui, quia alias non satisfaceret dictæ constitutioni

com

tom poch valdric. Et idem dicerem quã do assessor gubernatoris & alij doctores adhibiti essent imparitate. Bene esset in curijs generalibus super his quod melius sit prouidere. hoc tamen anno. 1580. Et sic post creatum nouum consilium criminale audiui, quod locumtenen. generalis domini regis votat in criminalibus, etiam in numero impari, & cõclu ditur cum eius voto.

a. Gouernador. in nou. compil. titu. de la forma de votar, e concloure las causas en la real audi. fol. 85.
b. Esdeuindra. in nou. compil. tit. de la audi. del gouer. viceregia. fol. 88.
c. Fol. 47. in nou. compil. fol. 101.

CAP. 87.

SVMMARIVM.

1 *Assessoris gubernatoris Cathaloniæ debent esse Cathaloniæ principatus, & in eo domiciliati.*
2 *Iudex ordinarius vel delegatus non potest esse in Cathalonia qui non sit Cathalanus & domiciliatus in Cathalonia.*

1 IN constitutio. 1. incipien. Item a supplicatio in titulo d' tots los officials en Cathalunya. e en
a Mallorques sien Cathalans fol. 39.a statutum fuit, quod procurator vicarius, baiulus, & quilibet alius officialis qui reddere debet ius de vno in alterum in Cathalonia, & in Regno Maioricarum, & in Insulis. & assessores illorum sint Cathalani. Et subdit Mier. ibi in princi. nume. 2. collatio. 4. fol. 42. quod nullus etiam Cathalanus, qui domicilium non habet in Cathalonia: nedum potest esse iudex ordinarius, vel delegatus, vel etiam officialis, qui iurisdictione vtatur: sed nec potest in personam regis cognoscere, vel sententiam ferre, nec processum recognoscere, nec relationem in curia Regis, vel alibi de causis Cathaloniæ facere, &c. vbi vide de pœna contra facient. Et de materia, & laicus per eundem Mier. in constitutio. Confirmants les constitutions in prin. collatio. 9. fol. 80. Item in constitutio. 2. incipien. Item que lo noble infant en Pere co. titul. disposuit, quod infans Petrus interim dum esset procurator Cathaloniæ, & alij procuratores Cathaloniæ, & Insularum deinceps habeant consiliarios, & iudices Cathalanos in factis Cathaloniæ, & regni maioricarum, & dictarum insularum, & non alios. hac notabili ratione, quia Cathalani sciunt melius consuetudines, sieue los costums, & obseruantias Cathaloniæ, & dictarum insularum, & omnia prædicta comprobantur, quinimo, & confirmantur per dictum titulum, & per constitutionem incipien. A supplicatio de tots los damunt dits, & ibi Mier. collatio. 5. fol. 126. cap. 21. & per constit. incipien. Part aço. & ibi Mier. collatio. 6. fol. 171. & per constitu. Confirmants les constitutions fetes, & ibi Mier. colla. 9. fol. 80. Aduerte quod dictæ constitutiones quæ loquuntur de procuratore, intelliguntur de Guber. vt per Mier. vbi q. signanter in d. c. Item que lo noble infant colla. 4. fol. 47. in d. consti. Item ad supplicationem ea. collatio. & fol. 47. & posui supra in c. 3.

a. Fol. 87. in nou. compil. fol. 161.

CAP. 88.

SVMMARIVM.

1 *Assessor gerentis vices gubernatoris nõ potest hodie esse de regio consilio.*

1 QVamuis Rex Ferdinandus. ij. in curia. ij. Barcinonen. c. inc i- pien. Primerament circa finẽ
a in titulo de la audientia, e con sell real. a fol. 10. formando audientiam regiam cum octo doctoribus, & duobus iudicibus curiæ disposuisset, quod assessor geren. vices gubernat. qui tunc erat, & pro tempore esset: posset esse de nomine

numero dictorum octo doctorum:& nihilominus posset dictam assessotiam regere:attamen postea in curia anni 1542.
b c.5.[b] fuit(propter inconueniens ibi relatum)statutum quod assessor gerentis vicēs generalis gubernatoris principatus Cathaloniæ non possit esse de regio consilio.

a. Consell real.in nou.compil.titu.de la electio dels doctors de la audi.fol.77.
b. C.5.quod incip.inconuenient es tit.de offi.de Gouerna.fol.103.

CAP. 89.

SVMMARIVM.

1 *Assessores gubernatoris Cathaloniæ & committatuum Rossilionis ac Ceritaniæ et eorum locumtenentes antequam officio vtantur iurare debent.*

1 ASsessores gubernatorum Cathaloniæ, & committatuum Rossilionis,& Ceritaniæ alias vocatorum, gerens vices gubernatoris genera.& locumtenēs dictorum assessorum suo casu tenentur iurare, & homagium facere prout vicecancellarius,& regens cancellar.in constitutio.Item com poch valdrie in titulo de
a offici de gouernador.fol.47.[a] Et secundum constitutio.post prędictam sequentem quæ incipit, Item senyor com segons les constitutions. antequam vtantur suo officio tenentur iurare in posse gubernatoris generalis,scilicet primogeniti domini regis, tenere, & obseruare constitutiones, priuilegia, vsus, siue vsantias,consuetudines,& libertates concessas,religiosis, clericis, richis hominibus,militibus,ciuibus, & homini villarum Cathaloniæ.

a. Fol.47.in nou.compil.fol.101.

CAP. 90.

SVMMARIVM.

1 *Assessoris gubernatoris Cathaloniæ, & committatuum Rossilionis ac Ceritaniæ sequuntur dictos Gubernatores,nisi in casibus vt ibi.*

1 COnstitutione incipien. Item cō
a poch valdrie, in titulo de offici de gouernador fol.47.[a] dispositum fuit,quod assessores gubernatorum Cathaloniæ,& committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, alias appellatorum, portants veus de gouernadors generals, & eorum locumtenentes sequi debeant dictos gubernatores & illorum locumtenentes, & vbi propter aliquam necessitatem,aut impedimentum illorum, vel alicuius illorum non possent,aut nō possēt sequi dictos guber.& eorum locumtenentes: quod aliquis bonus iurisperitus,idoneus scientia & moribus,siue cosiums ponatur in loco illius: qui similē securitatem prius facere teneatur, & ibi declara Mier.in princip.& num.3.collatio.8.fol.75.quod talem locumtenētem assessoris ponit gubernator.Et postea in
b curia anni. 1542. in capitulis curiæ cap. 5.[b] fuit dispositum, quod assessor gerentis vices generalis gubernatoris in principatu Cathaloniæ seruire teneatur per sonaliter,& non per substitutum,nisi in casu iustæ absentiæ,aut infirmitis corporalis,& super salario dicti substituti, dicto casu disponit vt ibi.

a. Fol.47.in nou.compil.fol.101.
b. C.5.quod est tit.de offi.de gouer. fol.103.

CAP. 91.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator ponit locumtenentem assessoris & cuius qualitatis esse debeat.*

1 DEcisionem vide supra in proximo cap.90.

CAP. 92.

SVMMARIVM.

Gubernator

1 *Gubernator sententias proferi cum consilio Assessoris, rege aut locumtenente existentibus intra Cathaloniam alias idest quando procedit viceregia: cum doctoribus regij consilij.*

1 Gubernator alias gerens vices gubernatoris, & eius locumt. debent pronuntiare sentētias diffinitiuas, & interlocutorias tormentorum, de & cum consilio dictorum assessorum, aut de cōsilio illius qui positus fuerit in locum dicti assessoris seruando constitutiones Cathaloniç, &: alia iura.const. Item com poch valdria. versiculo. declarar quels dits gouernador. in titulo de offici de gouernador fo. 47.ª quod intellige hodie, quando non procedit cum doctoribus regij consilij. Et sic quando dominus rex, vel eius locumte generalis est pręsens in principatu Cathaloniç, alias, si essent absentes a principatu: tunc gerens vices gubernatoris procedere & sententiare haberet cum doctoribus regij consilij per ea quę dixi supra in c.17.

a. Fol. 47. in nou. compil. fol. 101.

CAP. 93.

SVMMARIVM.

1 *In curia gubernatoris denuntiatur processus & causa committuntur ad decidēdum vel referendum &c.*

1 Enuntiantur processus, & committuntur causę ad decidēdum, vel ad refferendum. Et dantur conrelatores respectiue vt in regia audientia. Et ita practicatur, per ea, quę dixi supra c.17.

CASVS IN QVIBVS POSSVNT SEV CONSVEVERVNT GVBERNATOR, ET GERENS VICES GENERALIS GVBERNATOR Cathaloniç iurisdictionem exercere domino Rege existente in Principatu Cathaloniç.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices gubernatoris tenetur discurrere totum Cathaloniæ principatum.*
2 *Gerens vices gubernatoris non potest manere in vna vicaria vltra quatuor mẽses in anno.*

1 PRæmittendum est statutum fuisse, & ordinatum in curijs generalibus anni 1542. ca.
a 9. a Vt melius expellantur delati, & mali homines: quod gerens vices generalis guberna. in principatu Cathaloniæ, sit tentus, & obligatus, ire per dictum principatum vicissitudinariè, siue ata en vna ciutat, o vila, ara en altra a hon sera necessari, & quod reside re, & morari in vicaria in qua residebit domius Rex, aut eius Locumtenens generalis, & regia audientia non possit, excepto per tempus quatuor mensiũ quolibet anno, & eo contra faciente pro toto illo tempore quo residebit non currat, nec illi solui possit salarium, &c. vt in dicta constitutio. Et postea in curijs
b anni M.D.XXXXVII. c. LXII. b pro meliori obseruantia prædict. consti. fuit statutum, quod gerens vices guber. in principatu Cathaloniæ teneatur ire, siue fercar, & visitare terram tali modo,
2 quod non possit stare, nec residere in vna eadem vicaria vltra quatuor menses quolibet anno, nisi propter aliquam necessitatem cognitam, & declaratam per regiam Magestatem, aut eius locumte. generales, aut regium consilium, de qua fidem facere teneatur si petitum fuerit, sub pæna priuationis salarij in d. prima constitutione contenta. Et ideo in visita anni. M.D.LXXIII. Cum gerens vices guberna. fuisset de contrafactione dictæ consti. per denuntiationem secretam in culpatus, quia non constabat legitime: fuit absolutus, sed fuit conclusum moneretur, quod de cetero discurreret per prouinciam Cathalon. &c. vt in di. constitu. & sub pænis illius & vtinam, sine fraude obseruetur.

a. C. 9. quod est in vol. const. in nou. compil. tit de offi. de Gouerna. fol. 103.
b. Cap. lxij. quod est in nou. compil. tit. de offi. de Gouer. fo. 104.

CAP. 2.

SVMMARIVM.

1 *De Gubernatoris iuramento.*
2 *Rossilionenses dicuntur Cathalani & de materia vnionis vid. ibi.*

1 DE dictis iuramentis dictum fuit late supra in prima parte cap. 6. & cap. 89. Et intellige procedere etiam in guber. Rossilionis, & Ceritania non solum per consti. incipien. La cõ
a stitutio feta in tit. de offici de Gouernador fol. 47. a quæ expresse loquitur de gubernatione committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ, & ibi Mier. collatio. 9. fol. 100

fo. 100. sed etiam per alias const. sequentes quæ generaliter loquuntur per verbum, En lo principat de Cathalunya, y de aquest principat de Cathalunya, vt in const. Lo assessor del portant veus de gouernador en lo principat de Cathalunya. & in const. Item statuim, e ordena, que lo portant veus de gouernador la primera vegada co. ti. de offici de gouer
b na. fol. 48. Mier. in constit. Item statuimus, & etiam ordinamus, quod de præsenti sub. n. 1. colla. 4. fol. 101. Et propter vnionem de dictis committatibus factam, videtur indubitatum, & propter dictam vnionem dicit Mier. in const. postremo n. 3. colla. 7. fol. 61. quod Rosilio
2 nenses dicuntur Cathalani, & de materia vnionis. vide ibi per eū vsq. ad n. 17. & tu vide bonum tex. in c. Les causes de pubills in titulo de la audientia, e cōsell
c real, e del gouernador. fol 9. distinguētem (quo ad facilitandam administrationem iustitiæ absente domino rege, & eius locumtenente a principatu Cathaloniæ.) Principatū Cathaloniæ in duas prouintias scilicet committatus Barcinone, & committatuum Rosilionis & Ceritaniæ. Item quod causæ prouinciæ Barcinone terminantur per gerentem vices gubernato. Cathalo. Et causæ committatuum Rosilionis, & Ceritaniæ terminantur per gerentem vices guberu. Rosilionis, & Ceritaniæ. Adde tex. in c. per
6 prouehir in tit. que tots los officials en Cathalunya fol. 40.[d] & in c. ordenam, e estatuym la corr present in verbo del principat in titu. de la audientia, e consell real, e del gouernador.

a. Fol. 47. in nou. compil. fol. 102.
b. Fol. 48. in nou. compil. 102.
c. Gouernador. in nou. compil. tit. de euo. de causes. fol. 214.
d. Fol. 40. in nou. compil. fol. 163.

CAP. 3.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices Gubernatoris quando cesset.*

1 THomas Mier. in constitutio. Præterea numer. 18. collatio, 6. volum. 1. fol. 168. dicit, nota quod superueniente primogenito, vel alio generali omnium regnorum, & terrarum domini regis gubernatore, cessant alij vices getentes: quia superueniente maiore, cessant minores, secun. doctri. Specul. in libro per eum allegato: tu tamen intellige hodie: quādo ambo sunt in eodem loco, secus si sunt in diuersis locis, siue vicarijs, vel baiulijs, vt in prouisione Regis Iacobi, & creatione vicegerentis gubernato. quæ est relata per Mier. in c. Vlterius num. 4. collatio. 7. fol. 60. & est inserta supra in prima parte. cap. 10. in illis verbis, volentes &c. vt dictus vicegerens in locis vbi dictus infans præsens non fuerit: possit per se nomine dicti infantis nostraq. auctoritate omnia, & singula facere, & expedire per Cathaloniam totam &c. & audiui, quod in regestris gubern. sunt exemplaria, & fuisse ita declaratum de his dictum fuit in 1. parte, c. 11. sed non ita late.

CAP. 4.

SVMMARIVM.

1 *Gubernatoris officium non expirat per obitum domini Regis.*

1 ITA supra in parte prima capi. 9. fuit late deductum, & probatum: vide ibi.

CAP. 5.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices gubernatoris an possit facere locumtenentem.*
2 *Gerens vices Gubernatoris potest facere alguatzirios portarios sagiones & huiusmodi.*

1 VIcesgerens gubernatoris existens intra Cathaloniam non potest locumten. facere, seu per alium

alium regere Mier. ibidem n.16. fol.168. & in cap. Prouidentes n.1. colla. 6. vol. 2. vbi ponit, quid si gerens vic. guber. est infirmus, & quid si est absens a Cathalonia, & quod dominus rex vel eius locumtenens potest facere regentem gubern. in Cathalonia de quibus, & alijs etiam dixi supra in prima parte, cap. 7. & 8. vidi dom. Petrum de Cardona vicegerentem guber. fecisse suum locumtc. Ioannetum terrae domicellum. Ignoro tamē an illum fecerit in Cathalonia antequā recederet a Cathalonia, non tamen rex existente gubernat. in Cathalonia, sed postea audiui super his fuisse declaratum in regia audientia anno 1548. in mense Decembris credo die 2. videatur

2 melius. Adde quod Mier. in d. c. Prouidentes nu. 5. tenet, quod isti regen. vices guber. possunt facere alguatzirios, portarios, sagiones, & huiusmodi, sed non de domesticis suis. Et cuius qualitatis, seu conditionis esse debeant alguatzirij gub. quem statum sancitum in ti. de Alguatzirs

a fol. 153.[a] & debet esse vnus. c. la superfluitat eo. ti. & fo. & de salarijs, & materia illorum, vide per totum istum titulum.

a. Fol. 153. in nou. compil. fol. 134.

CAP. 6.

SVMMARIVM.

1 *Gerens vices Gubernatoris pōt ...*
Assessoris impediti locumtenentem.

1 Assessoris locumtenentem ponere potest gerens vices guber. in casu, absentiae, aut impedimenti assessoris, & cuius qualitatis esse debeat. Textus est in consti. Item com poch valdrie in titu. de offici de gouernador.

a fol. 47.[a] alias. 50. & dixi latius supra in prima parte cap. 91. fol. 37.

a. Fol. 47. in nou. compil. fol. 101.

CAP. 7.

SVMMARIVM.

1 *Assessores debent sequi Gubernatorem*

1 Assessores, & eorum locumtenentes sequi debent gerentes vices guber. & illorum locumtenentes nisi in casu necessitatis, aut impedimenti. De his tractatum fuit late supra in prima parte cap. 90.

CAP. 8.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator audientiam tenere non potest in loco vbi erit regia audientia.*

1 Constitutione ordenam, e statuim la cort: in titulo de la audientia y consell real fol. 9.[a] statutum fuit in effectu, quod domino rege recedente, siue partente ab aliqua ciuitate, villa, & loco principatus Cathaloniae in qua celebratur regia audientia gratia eundi ad aliam ciuitatem, villam, aut locum, vt ibi faciat residentiam cum sua curia per eius cancellarium, vicecancellarium, & suo casu per regentem cancellariam intra dies 10. a die dicti recessus potest in loco d. recessus audientia continuari pro continuandis decidendis, & exequendis causis inceptis, &c. fuit etiam prouisum & inhibitum, quod in ciuitate, villa, aut loco, vbi erit dicta audientia primogenitus gubernator generalis, aut gerens vices guber. in Cathalonia non teneat audientiā. Et postea in curia anni 1547. c.

b 66.[b] isti decem dies prorogati fuerunt ad 20. dies. Et postea in capitulis curiae anni

c 1553. c. 19.[c] praefata constitutio ordenam, e statuim. fuit limitata, & seu in effectu declarata, & sequitur, quod gerens vices guber. recedente locumtenente generali de vna ciuitate ad aliam: possit in illa a qua recedet cognoscere de illis causis ciuilibus, tam illis quae verbaliter tractantur, quam in scriptis, quae de sui natura remanent in posse ordinarij, & in criminali. Quantum ad causas nouas de quibus non cognoscit regia audientia intra dictos. 20. dies per alias constitutiones praefixos, possit de illis cognoscere dictus gubernator. dummodo non impediantur

pediantur causæ verbales cancellarij & regentis.

a. Fol. 9. in nou. compil. fol. 71.
b. C. 66. quod incipit com per la constitutio in tit. de la audi. y consell real fol. 73.
c. C. 19. quod incipit supplica la dita co. tri tu. de offi. de gouer. fol. 104.

CAP. 9.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator existens intra vicariam cognoscit de omnibus causis.*
2 *Causæ vicariæ intra vicariam &c. quod fallit vt ibi.*
3 *Gubernare quid sit.*

1 Gubernator est præses prouinciæ maior post principem, & est superior vicariorum, baiulorum, & iudicum ordinariorum curiarum regiarum, & etiam iudicum appellationum ab ordinarijs emissarum, & sic potest eis imperare, inhibere, & causas per totam Cathaloniam euocare, & suam iurisdictionem exercere ciuiliter, & criminaliter nisi in casibus a constitutionibus sibi prohibitis secūdū Mier. in c. Item quod causæ vicariæ n. 3. mihi, 8. colla. 2. fol. 21. & in c. Præterea n. 24. colla. 6. volu. 1. fol. 168. Intellige tamen prædicta intra vicariam in qua reperitur, & dum in illa est per c. Part aço a in ti. de offi. de gouer. fol 46. & ibi Mie. colla. 6. fol. 167. n. 4. & in c. ne ex beneficio. n 82. colla. 9 fol. 138. Causæ enim vi 2 catiæ intra vicariam, & causæ baiuliæ intra baiuliam sunt terminandæ vt in. d. c. Part aço. Et ibi Mier. & in ca. Que les causes in ti. de iurisdictio de tots iut- b ges. fol. 8.[b] nisi euocentur prætextu pupillatitatis, viduitatis, miserabilitatis, vel alterius qualitatis per principem, & nō per alium, quia est regalia solum domini regis; vt per Mier. in d. c. Item quod causæ n. 1. & 2. fol. 11. latius in. c. ne ex beneficio nu. 82. Ita quod nec primogenitus domini regis potest euocare causas miserabilium extra vicariam nisi in causis vi oppressorum. saltem, quando princeps abest a toto principatu, & hoc de consuetudine secundum Mier. in. c. Oc corrents num. 14. & 15. collatio. 10. fol. 6. & ideo Mier. in c. Les causes num. 4. col. 11. fol. 1. dicit quod tutius est propter oppositiones, & grauamina ad gubernatorem appellare quam proceder e per euocationē causæ prætextu oppressionis, & in. c. Præterea n. 7. colla. 6. fol. 167. dicit, quod fuit declaratum, quod gubernator non potest. Tu pro parte affirmatiua, vide prouisionem regiā, seu pragmaticam creationis gerentis vices generalis gubernatoris quam refert Mi et. in c. Vlterius n. 4. colla. 7. fol. 50. & ego inserui supra in prima parte c. 10. in- 3 cipien. Vicegerens guberna. Adde quod gubernare est moderate præesse, & rege re secun. docto. quos allegat Mier. in. d. c. Præterea nu. 4. ver. & est. gub. Et quo ad euocationem causarum. 10. vel 20. ll. intra vicariam, & quo ad euocationem aliarum causarum extra vicariam strictam, vide omnino supra in prima parte c. 54. & 55. fol. 25. vbi referuntur conclusiones antiquæ quod gerens vices gub. consueuit euocare causas 10. vel 20. ll. intra vicariam etiam strictam.

a. Fol. 46. in nou. compil. fol. 100.
b. Fol. 8. in nou. compil. fol. 194.

CAP. 10.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator existens extra vicariam non potest sibi causas reseruare.*
2 *Et an procedant prædicta in primogenito.*

1 Gubernator Generalis Cathaloniæ, & gerens vices gubernato. extra vicariam, vel baiuliam existentes, causas earundem ad se reseruare non possunt etiam si sint criminales. Sed cum præsentes fuerint de ipsis cognoscunt. qui si inde recesserint cog-

 nitio

nitio remanet, seu reuertitur ad ordinarium vna cum processibus. Quia dictos processus secum deffere non possunt. c. Praeterea alias. Part aço, in tit. de offici
4 de gouern. fol. 46.a & ibi Mier. n. 2. col. 6. fo. 167. qui ita illam sumat. non tamē
2 in dicta constitutione comprehenditur primogenitus domini regis, quamuis officio gub. vtatur: nec gubernator in ciuitate residens causas in eius audientia inceptas poterit delegare iurisperitis quādo voluerit recedere: nisi forte ex causa suspitionis iudicis ordinarij sibi alius iurisperitus adiungeretur. Et idem, & fortius de causis mouendis secūdum Mier. in d. c. Praeterea n. 7. & seq. Dicit tamen in n. 3. quod hodie isti gubernatores, seu vicegerētes possunt per duos menses inhibere vicarijs, & alijs iudicibus ordinarijs iuxta c. reginae Mariç eo. 10. c. 23. Prouehim, e ordenam. fol. 36. qualiter intelligatur, vide ibi n. 1. & dicā latius in c. sequenti.

a. Fol. 46. in nou. compil. fol. 100.

CAP. 11.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator potest mandare ordinarijs quod ad se mittant processus criminales & quantum duret dictum mandatum vide ibi.*

1 GVbernator eiusque vicegerens hodie in Cathalonia motu proprio, vel ad fisci, aut alterius instantiam possunt rescribere, vel mandare ordinarijs, vt processum alicuius delati ad se mittant eisdem inhibendo, ne interim in aliquo procedant contra ipsum delatum, & si ex quo tale rescriptum, vel praeceptum ipsi ordinario intimatum fuerit intra duos menses ex tūc proxime sequentes non fuerit per dictos gubernatorem, vel eius vicesgerentem iterum rescriptum de sua intentione poterit ipse ordinarius, lapsis dictis duobus mensibus: & tenetur procedere in causa ipsa, iustitia mediante prout poterat antequam. d. inhibitio emanaret Mier. in d. c. Prouehim, ordenam, e statuim in prin. coll. 1. 10. fol. 36. per illum tex, quem ita sumat dicens, quod non obstante dicto. c. Praeterea, alias Part aço, sub tit. de offici de gouernador fol.
a 46. a ita seruatur de consuetudine incōcusse, licet forsan nec hodie de iure posset obstante dicto. c. Praeterea, & intellige semel tantum in qualibet causa de materia dic latius vt ibi.

a. Fol. 46. in nou. compil. fol. 100.

CAP. 12.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator nō primogenitus an possit punire officiales inferiores non strictos ad tabulam.*

1 GVbernator qui non est primogenitus, nec infans, an possit punire officiales inferiores qui sunt stricti ad tabulā tradit Mier. in d. c. Praeterea n. 9 remissiue colla. 6. fol. 167. sed melius in colla. 5. c. Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquid n. 2. fol 114. vbi dicit per illum tex. quod gubernator sine speciali mandato principis non potest, nec debet punire officiales ad tabulam strictos durante eorum officio, praesertim ad querelam priuatorum. & quod hoc est speciale in offi ialibus strictis ad tabulam, & sic in officialibus triēnalibus, & quid in perpetuis: vide per eum.

CAP. 13.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator existens extra vicariam an possit guidare.*

2 *Gubernator existens intra vicariam potest guidare.*

1 THomas Mier. in d. cō. Pretere quia per reseruationes. n. 12. circa finem. cum n. 13. ver. Et ex post coll. 6. vol. 1. f. 167. dicit per haec verba, vidi, & potest videre inconcusse, quod de stilo notorio

rio gubernator concedit literas perhorrescentiæ, & remissionem criminum, & guidatica criminũ. Sed de guidatico vidi dubitari, & vidi quod ipsemet venit de facto ad hanc ciuitatem & extraxit quendam a carcere, vt seruaret sibi guidaticum quod concesserat, quia alij ordinarij curiæ Gerundæ illud seruare nolebant, vt dixi supra coll.4. curiæ.2. Barcin c.36. Sed salua reuerentia, & determinatione regiæ maiestatis, & quorum interfit: Cum guidare sit quodammodo remissionem facere, videtur mihi hanc cõstitutionem multum obstare tale guidatico, maxime propter verbum aliqua, dum dicit, quod nequeat super his aliqua inhibitio fieri. &c. dic vt per eum
2 breuitatis causa. De guidatico tamen intra vicariam, vel baiuliam non est dubium, nã potest guidare. Sed caue quod in visita genera. anni.1573. fuit iniunctũ gerenti vices gube. quod de cętero non concedat guidatica, nisi in scriptis, & cũ expressione causę apud scribam guber.

CAP. 14.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator etiam intra vicariam nõ cognoscit de causa pacis & treugæ nisi in casibus ibi expressis.*


1 Homas Mier. in const. ne ex beneficio nu. 94. & sequenti. colla. 9. fol. 139. tenet gubernatorem non posse cognoscere de causa pacis, & treugę, nisi per viam appellationis, vel in casu constit. Les causes de pubills sub titulo dela audientia, e consell real, e del
a gouernador.ᵃ Et dum Mier. excipit causam appellationis pacis, & treugę, vt de illa possit cognoscere gubernator. Ego a simili dicerem, idem ex causa oppressionis intra vicariam de qua dicam in seq. Et an possit concedere literas perhorrescentię, vide c.16.

a. Gouernador. in nou. vero compil. sub tit. de euocat. de cau. fol. 214.

CAP. 15.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit ad se euocare causam pacis & treugæ prætextu oppressionis.*


1 Vbernator existens extra vicariã, an possit euocare causam pacis, & treugę occasione, seu prętextu oppressionis ponit Mier. in d.c. Pręte. n.14. iuncto n.7. vbi videtur velle quod non. Et dixi latius supra in prima parte obseruan.42. incipien. Gubernator de cõsuetudine. fol.23.

CAP. 16.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non procedens vice regia an concedat litteras perhorrescentiæ.*


1 Vbernator quando rex, vel eius locumten. genera. est pręsens in principatu: & sic quando gube. non procedit vice regia, non concedit literas perhorrescẽtię, sed dumtaxat quãdo rex est absens. Mier. notab. in ca. ne ex beneficio sub n.84. & n.85.86. & 87. & ita debet intelligi Mier. in d c. Pręterea. n.9. versi. Sed nunquid guber. & n. 12. colla 6. fol.167. vbi refert literam perhorrescentię per gubernator. concessam quibusdam castilionis Empuriarũ quę fuit concessa rege absente, vt poteris videre in d.c. ne ex beneficio, vbi latius ponitur. Et etiam ponuntur literę Regis Martini super dubio dictarum literarũ, & ibi vide quandam pragmaticam, & alia circa materiam perhorrescentię, & n.94. dicit, quod licet gubernator possit causas perhorrescentię committere non potest illas sibi retinere. pręsertim si fuerit causa pacis, & treugę: vide supra in prima parte obser.41. incipien. gubernator consueuit inconcusse, & ibi in fine, quid sit perhorrescere.

CAP.

CAP. 17.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an euocet causas delegati domini Regis.*


1 Vber.non potest ad se euocare causam vertentem coram delegato domini regis,nec illi inhibere,licet possit ad se euocare causas vertentes coram omnibus ordinarijs,quia delegatus a principe causa sibi specialiter comissa:maior est gub. & quocumq. alio ordinario. Mier.in d. c.Praeterea sub n.10.versi.secus est tamē fol.168.coll.6.Adde in obser. sequente.

CAP. 18.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit excitare & cogere delegatos principis vt iustitiam expediant & referant.*


1 Ier.in d.constit.Praeterea sub n.18.versi.secus est tamen de delegatis,& n.19.colla.6.volu.1.fo.168.tradit,q guberna tor consueuit ad supplicationem partiū vel alicuius earū cogere delegatos principis, vt causam expediant, & si expedient referant in audien. ipsius gub. & sic votis peritorium exactis,vel delegati iustitiam faciant,& pronūtient in causis sibi commissis non tamē cogit vt sic vel sic, pronuntient, sed tantum vt expediant iustitiam,& ita nō impedit, sed potius iuuat tales delegatos, & iste stilus laudabilis videtur quod forte nō haberet locum si essent delegati super causa appellationis interposite a sententia lata per ipsum guber.a qua fuisset appellatum,& causa appellationis esset commissa dictis delegatis, quia tunc dictus guber.& eius audientia essent suspecti.

CAP. 19.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit cogere iudices reclamationum vt ad suam audientiam relationem faciant.*


1 Dē vt supra in proxima obseruantia vidisse seruari de iudicibus reclamationū inquit Mier.in d.c. Praeterea nu.20. quia per gubernatorē cogūtur facere relationē in audiētia priusquā pronūtiēt.

CAP. 20.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an compellat iudices tabulæ, vt in sua audientia relationem faciāt.*


1 Dem vt supra in obseruant. 19. vidisse obseruati de iudicibus tabulæ licer,nec per dominum regem impediri possent refert Mier. ibidem in dicta const.praeterea n.21.

CAP. 21.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit mandare vicario vt relationem faciat in sua audientia de causis pacium & treugarum.*


1 Ier.in d.con.Praeterea n.22.collatio.6.fol.168. per infra quæ allegat,dicit gubernato. posse mādare vicario quod d causis pacis & treugæ faciat relationem in audientia dummodo alias vicarius non turbetur, nec studiose de facto impediatur.immo etiā poterit punire vicarios, & alios si deliquerunt, & dolum comiserint etiam in causis patium,& treugarum,quod intellige vt in cap.23.

CAP. 22.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit mandare & cogere iudices appellationum vt iustitiam expediant & relationem faciant.*

Mier.

1 Mier. in sa pe dicta. consiitu. Prætereа n.25.colla 6 fol. 168. dicit idem esse de iudicibus appellationum quod dictum est supra.c.18.& 19 d delegatis principis, & de iudicibus reclamationum vt videlicet gub. potest, & consueuit ad supplicationem partis cogere iudices appellationum, & illis mandare, quod iustitiam faciant, & si expedierit, quod relationem faciant in eius audientia, quod intellige cum modificatione posita supra c.18.

CAP. 23.

SVMMARIVM.

1 Gubernator potest punire officiales delinquentes in suo officio.

1 Mier. in allegata con. Prætereа n.23.colla.6.vol.1.fol.168.per iura quæ ibi allegat tenet guberna non solum posse compellere vicarium, & alios officiales regios, quod iustitiam partibus ministrēt, sed etiam poterit punire vicarium, & alios si deliquerunt, & dolum comiserit etiam in causis pacis & treugæ. Aduerte tu, nam hoc dictum quoad punitionē secundū iura nostra debet limitari procedere tantum post finitum officium vicarij, vel de mandato domini regis durante officio, quia secundum eundem Mier. in colla.5.c.17. incipien. Item statuimus, & ordinamus quod si aliquis officialis n.2. fol.114. per illum tex. officialis durante officio puniri non potest, nisi per dominum regem, vel de eius mandato. Adde pro materia, quę dicit in colla.4.c.17. incipien. Item statuimus, nu. 60 fol.78. Quando autem procedit vicetegia: potest vt supra in prima parte. 42. iuxta pragmaticam supra in prima parte c.10. in tertam.

CAP. 24.

SVMMARIVM.

1 Gubernator quando possit euocare causas appellationum vertentium iure ordinario coram iudicibus appellationum.

1 Thomas Mier. in consti. Prætereа n.24.colla 6.vol.1.fol. 168. refert disceptationē quę fuit in ciuitate Gerundæ, & varias opiniones: & concludit gubernatorem existentem Gerundæ posse ad se euocare causam appellationis vertentē coram iudice appellationum ipsius ciuitatis. quia Guberna. in Cathalonia præest omnibus ordinarijs officialibus regijs Cathaloniæ, & ita præest dicto iudici appellationum, qui ordinarius est, & pro tali communiter reputatur licet eo omisso, de facto consueuerit ad superiorem suum, licet non principem appellari, & quod ita vidit seruari per guberna totem in causa, & inter partes quas ipse ibi refert. Si tamen gubernator esset extra illam vicariam: non posset domino rege existente in principatu Cathaloniæ, vt infra c.25.

CAP. 25.

SVMMARIVM.

1 Ad Gubernatorem intra vicariam, sed non extra eam appellatur omisso medio.

1 Thomas Mier. in d.ca. Prætereа n.25. ver. sed iuxta prędicta quæro, & n.32. ver. Item quæro colla.5. vol.1. fol. 168. & 169. tenet, quod licet de iure ciuili romanorū, sit gradatim appellandū, & de iure canonico appelletur ad papā omisso medio, tamē in Cathalonia de cōsuetudine appellatur ad gubernato. omisso medio, & valet huiusmodi consuetudo, quod intellige gub. existente intra vicariam alias secus est, nisi de consensu partiū cognosceret gubernator: vt per Mier. ibidē. n.32. & 33 fol.169. Et ibi ponit, quid in casu const. Les causes de pubills Et nisi quando dominus rex & eius locūtenens generalis sunt absentes a principatu Cathaloniæ, vt per Mier. ibid. n.

16.& supra in prima parte cap.32.& 33. fol.18.& ita seruatur absque dubio. Adde quod prędicta procedunt etiam in causis tertiarum instantiarum, vt pote in causis appellationum quę emittuntur a sententijs latis per iudicem appellationum Gerundę. Et ita fuit declaratum in visita generali anni 1573.& gerens vices gub.qui cognouerat de simili appellationis causa:fuit absolutus.

CAP. 26.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non cognoscit de causis appellationum ad dominum regem in principatu existentem emissarum.*

1 DE his dictum fuit supra in.1.parte.ca.32.in fallentia illius obseruantię vbi vide late per tradita inter alia per Mier.in c.Prętereà nu.26.& 29.vers.licet aliter,& n.33.coll.6.vol.1.fol.168.& in.c.ne ex beneficio.n.90.a contrario sensu.colla.9.fol.139.

CAP. 27.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator qualiter proferre debeat sententias tormentorum.*

1 TExtus in constitu.Item com
a poch valdrie,in titu.de offici de gouern.fol.47.a alias.49. disponit vt sequitur.Declarat que dits Gouernador alias portât veus, e lurs lochtinents les sententies definitiues,e interlocutories de torments hagē pronuntiar de, e ab consell dels dits assessors,llurs,o de aquells, o aquell que y sera posat en son lloch, seruant les constitutiōs.&c. E si lo contrari sera fet que sia nulle,&c. de les quals sententies difinitiues,e interlocutories de turmēts les appellations interposades hagē esser ad meses,si ja no eren persones difamades, o de mala vida ans dels delictes de ques darien les dites sententies, de la qual infamia,o mala vida hagues primer apparer per sumaria informatio. Et ibi vide Mier,colla.8,circa princi.& n.4.in verbo admeses fol.75.vbi limitat procedere in casibus vbi a iure nō est prohibitū.

a.Fol.47.in nou.compil.fol.101.

CAP. 28.

SVMMARIVM.

1 *An appelletur a sententijs tormentorum a gubernatore prolatis.*

1 DE hoc dictum fuit supra cap. proximo.

CAP. 29.

SVMMARIVM.

1 *Absente gubernatore prohibentur fieri inquisitiones criminales per notariū vel portarium.*

1 PER capitolum curię incipient. Item molt alt,e Catholich princep,curię anni.1510. dispositum fuit & inhibitum geren.vic.guberna.in committatibus Rossil.& Ceritanię,mitere,& permittere quod notarij,nec portarij sine pręsentia dicti geren. vices gubernato.faciant de criminibus inquisitiones.

CAP. 30.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator in quibus casibus faciat emissiones.*

1 QVamquam supra in prima parte.c.84.inci. Tametsi in Carbalonia & c.85.traditū fuit de quibus criminibus gerēs vices gub.remissiones facere potest,& de quibus nō,ponēdo regulā,quod nō potest remissiones facere de criminibus de quibus mors criminalis,vel ciuilis:aut mēbri abscisio debetur,nisi in ciuitate Barcinonę,&c.attamen

men, quia ibi omissi fuerunt quatuor casus notabiles in quibus remissio fieri nequit, ideo nunc reduco ad memoriã, quod gerens vices gubern. & officiales gubernatoris generalis non poterit remittere penas contentas in constit.confer,e,cõtraurer spofalles fita in ti.de spo a falles e matri.fol. 122. a ipse tamen primogenitus domini regis gubernator generalis poterit illas remittere secũdum Thomam Micr.in d.const.confer,& cõtraure.n 98.colla.9. fol.99. quod nota. Quid autẽ in ciuitate Barcinone in qua dum resides gerens vices guber. poterit facere vt vicarius,quia dictus guber.est ordinarius omnium ordinariorum.&c. vt dixi supra in prima parte.c.5 fol.3.Et ciuitas Barcinone priuilegium habet faciendi remissiones,ideo dic de guber. & gerente vices guber. vt de dicto vicario dictum est Micr.ibidem nu. 99 arguit pro & contra,& concludit quod non.

Idem dic de penis contentis in constitutio.Pensants que de algun temps en-b ça in tit.de adulte.fol.155.b de quibus loquitur Micr.in d.cõst.in fi,colla.9 fo.93

Idem de penis contentis in ca.14.cu-c riæ anni.1553.c

d . Idem de penis.c.25.d curiæ anni.1510 e iuncta con.anni 1534.c.10.e

Idem de penis contentis in ca. curiæ f anni.1553.c.10.f

a.Fol.122.in nou.compil fol.386.
b.Fol.115.in nou.compil.fol.466.
c.Anni 1553.ti.de bomians vagabundos fol. 493.de quibus vid. Don Ludo.a Pegue. in decis.cap.3.num.pen & vlti.
d.C.25.incip.per proueir tit. de prohibitio de armas fol. 494.
e.C.10.quod est sequens in ord.d.c. per prouehir.
f.C.10.in tit.de desafius.fol.477.

CAP. 31.

SVMMARIVM.

1 Gubernator existens extra vicariam seu baiuliam, an possit facere remissiones criminis.

1 Mier.in c.Præterea n.11.& seq. vsq.ad 14.inclusiue coll.6.volu.1.fol.167.dicit, quod licet sint opiniones cõtrariæ(quas ipse refert:) tamẽ ista est tenenda quod potest etiam extra vicariam remissiones facere propter consuetudinem quã dominus rex scit, & tollerat, & refert plures casus quos dicit vidisse,& vnum ex illis aprobatum per d. regem fuisse. Sed ego dubito quod hodie gubernator sit in tali consuetudine,quia semper audiui quod non facit remissiones, nisi existens in vicaria.Et adde quæ dixi supra in prima parte.c.84.& 85.& in consti.ab aquest edicte in tit.que lo portant a veus de gouerna.a fol.64.

a.De gouern.in nou.vero compil.tit.de cosas prohibidas als officials.fol.160.

CAP. 32.

SVMMARIVM.

1 Gubernator an & quando possit capere delatos sine consilio Assessoris.

1 Gerens vices guberna. potest & consueuit capere delatos, sine consilio assessoris sui ordinarij Micr. in constitutio. Mes auant statuim num.5. collatio. 10. fol. 39. Et in visita generali anni. 1573. gerens vices gubernat.inculpatus, quia capiebat aliquos sine consilio assessoris: fuit absolutus. Aduerte tamẽ quod idẽ Micr. ibidem dicit non credere esse verum,nisi quãdo alias iuste timeretur de fuga, vel crimine fragante, quia etiam gubernatores iurant seruare constitutiones.&c.Et pro dicta obseruantia allegat constitutio. Item com poch valdrie,quæ est in titu. de offici de gouera nador.fol.47.a inducendo illum tex.vt per Micr. dic vt per eum vbi dat optimũ consilium.Et quicquid sit sufficere videtur,ita fuisse declaratum non facta dicta distinctione,teliqua dicvt supra in prima parte c.51.

a.Fol.

a. Fol. 47. in nou. compil. fol. 101.

CAP. 33.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit facere remissiones sine consilio sui assessoris.*

1 QVia in prædictis cap. 84. & 85. primæ partis relatis supra in proximo præcedenti cap. omissum fuit. An illas, & alias remissiones facere debeat gubernator cum consilio assessoris etiam de casibus sibi permissis. Ideo addo hic quod in visita generali facta per reueren. Episcopum Barcin. Martinũ Martinez del Vilar anno 1573. fuit visum, quod sic, nam gerens vices gubernator. in multis fuit absolutus ex eo, quia remissiones fecerat cum consilio assessoris sui ordinarij. Et in vltima visita anni 1580. reprehensio facta fuit: ex eo, quia remissio facinoris commissi in domo sancti Antonij Barcinone: facta fuit sine cõsilio assessoris. Pro quibus fa. tex. in consti. Item com poc valdrie, in titulo de offici de gouernador f. 47 a & ibi vult hoc, & declarat Mier. sub n. 3. versic. Sequitur in tex. E si lo contrari fahie. exponendo, Com es lo gouernador procehint sens, e contra consell del assessor. &c. Sed caue quia idem Mier. in constit. Mes auant statuim sub num. 6. collatio fol. 39. declarando præfatam cõsti. Item com poc valdrie, dicit quod illa const. Item com poc valdrie non astringit gubernatorem ad seruandum consilium assessoris, nisi in sententijs difinitiuis, & interlocutorijs tormentorum, attamen ego obseruarem declarationem in dicta sententia factam & arbitror illã in futuris casibus seruari debere per l. fi. C. de legib. & reliqua de remissione. vide supra c. 7.

a. Fol. 47. in nou. compil. fol. 101.

CAP. 34.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator in quibus casibus possit facere compositiones remissiue ibi.*

1 COmpositiones de quibus casibus, & qualiter facere poterit gubernator Cathaloniç traditur in c. Ab aquest edicte perpetual sub tit. a Que lo portant veus de gouernador. a fol. 3. & ibi per Mier. collati. 10. fol. 14. ad quem breuitatis causa me reffero. Reliqua dic vt de remissionibus prohibitis. dixi supra c. 30. & 31.

a. Gouernador. in nou. comp. il. titu. de cosas prohibidas als officials fol. 160.

CAP. 35.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit cõmutare pænam.*

1 CVM Ioannes Bosca assashonator Gerundæ fuisset condemnatus ad seruitium regiarum triremium, per geren. vices guber. & postea idem geren. vices guber. commutasset dictam pænam in banimẽtum de consilio sui ordinarij assessoris, & in visita generali anni 1573. fuisset per denuntiationem secretam de dicta commutatione inquisitus. absolutus fuit propter d. consilium sui assessoris, attamen audiui quod si dictus assessor fuisset de his inquisitus non bene ei successisset, quia commutationes pænarum in prima sententia positarũ, non possunt, nec debent per gub. fieri.

Idem fuit declaratum de commutatione, seu relaxatione pænæ fustigationis, & exilij Anne Planes mulieris impudicç quç lenocinium cõmiserat, in banimentum tantum: receptis 20. scutis.

Idem, & fuit declaratum de commutatione pçnç impositç Io. Enrich alias lo Videller inculpati de falsa moneta, seu de tonsione, quia dictam commutationem fecit gerens vices guber. de consilio sui assessoris: fuit absolutus, & fuit conclusum, quod illi iniũgeretur, quod

de

etiam et similia delicta non componeret, nec remitteret etiam cum consilio assessoris sub pena priuationis officij, pro quibus, vide supra in prima parte, ca. 84. & pragmaticas ibi relatas, signanter illam quæ est in volu. consti. fol. 315. cuius data fuit in idus Aprilis, 1335. & [illegible] Id. Aprilis in nouo compil. [illegible] Ap-
a pril. & est sub titu. de consil. de crimina. 2. vol. prag. fol. 149.

CAP. 36.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit habilitare ad obtinendum & regendum officia publica.*

1 IN dicta visita generali, Anni 1573. super habilitationibus per gerentem vices gubernatoris, factis de personis Michaelis Vendaler, Iacobi [illegible]
f ges, & aliorum ad obtinendum & regendum quæcunque officia publica ciuitatis Gerundæ, non obstante quod priuilegium electionis primæ consuetæ allegaretur, [illegible] habilitationem [illegible] assessores, seu regentes [illegible] fuit conclusum, quod absolueretur, & [illegible] mandaretur ei idem gerenti vices gubernatoris [illegible] quod de
6 [illegible] habilitationes, seu restitutiones etiam cum consilio assessoris non faceret, [illegible] regalem sacræ maiestati sub pena priuationis officij.

CAP. 37.

SVMMARIVM.

1 *Guidatica debent in scriptis [illegible]*
2 *Guidatica super cedimentis moratorijs [illegible] impedimentis nõ concedantur lite pendente.*

1 IN dicta visita generali anni, 1573. Cum fuisset depositum in forma, quod gerens vices gubernatoris existẽs Gerundæ guidauerat aliquas personas verbo tantum, & sine scriptis fuit conclusum, quia nõ cõstabat, quod absolueretur, & quod de cætero non concederet guidatica, nisi in scriptis, & cũ expresione causæ apud scribam gubernationis. Reliqua super guidaticis vide supra in [illegible] in prima parte, cap. 83. Et qualiter procedatur super reuocatione guidaticorum constitutio. Per lleuar lo
a abus, in tit. de [illegible] immunitats, e guiatges. fol. 37. & ibi per totum illũ
2 tit. vide [illegible] quod lite pendente concedi non possunt guidatica, su
b per cedimentis, [illegible]
ta, aut alia impedimenta propter que dicta lis, seu causa impediatur, aut differatur. [illegible] de priuilegis, immunitats [illegible] fol. 38.
Per [illegible] in nou. compil. tit. de [illegible]
b. Moratoria, de quibus in moratorijs vide Bo [illegible] decis. 179. vol. 1. Gramma. decis. [illegible]
3. Prosper. Caraui. super rit. [illegible] magnæ curiæ tit. de moratoria, 287. per tot.

CAP. 38.

SVMMARIVM.

1 *De supercedimentis & moratorijs [illegible] concedendis.*

1 DE his dictum fuit supra in proximo cap. 37.

CAP. 39.

SVMMARIVM.

1 *Officiales regij [illegible] contractus possunt coram gubernatore conueniri.*

1 AN officiales regij possint conueniri coram gubernatore ratione contractus voluntarij, [illegible] per Mier. in [illegible] fol. 178. [illegible] quod de iure [illegible] iustitiam

de baiulo, & e conuerso per. c. Los officials nostres ordinaris in titulo, de for de homens de pa. a fol. 85. fortius. Ergo & gubernator cum sit maior vicario, & concurrit cum eo.

a. Homens de pa. in nou. vero compil. tit. de jurisdictio de tots jutges fol. 196.

CAP. 40.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non potest processus extrahere a vicaria.*

1 Gubernator quando recedit a vicarie non potest processus causarum trahere, & secum ducere extra vicariam, & baiuliam Mier. in d. c. Praeterea, num. 30. versic. in tex. ibi ex trahendo, & num. 31. fol. 168. tamen hodie habemus constit. regis Caroli anni. a 1542. c. 48. a fol. mihi 492. vbi disponitur quod processus originales non possunt extrahi a curijs ordinariorum, sed scribe curiarum ordinariorum intra duos dies debent dare copiam illorum au ctenticam. Est verum quod per regiam audientiam dicta constitutio anni. 1542 fuit intellecta non habere locum quando regia audientia residet in loco vbi est dictus processus, & idem, & clarius est in gubernatore, quia est ordinarius, vt supra cap. 24.

a. Cap. 48. quod est sub tit. de cosas prohibidas als officials. fol. 160.

CAP. 41.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non cognoscit de appellatione a sententia per eum lata, nisi procedendo viceregia.*

1 Si a sententia, vel grauamine gubernatoris fuerit appellatum ad regem: ipse gubern. non poterit, nec consueuit de dicta appellatione cognoscere, nisi quando ipse procedit viceregia, idest quādo dominus rex, & eius locumte. generalis sunt absentes a Cathalonia quia tunc potest, per tradita per Mier. in c. Ne ex beneficio n. 91. col. 9. fol. 139. & ita practicatur, vt dixi latius supra in casibus quos exercet gubernator rege, & eius audientia absentibus in. 1. parte c. 34.

CAP. 42.

SVMMARIVM.

1 *An a Gubernatore appelletur vel supplicetur.*

1 A Gubernatore generali, (si nō est primogenitus regis) & a vicegerētie gubernatoris appellatur sed a primogenito supplicatur nisi in vno casu, cap. Les causes de pubills in titulo de la audientia, e del cō a sell real, e del gouernador. a fol. 9. Secundum Mier. in c. Praeterea n. 5. 9. & 10. col la. 6. fol. 167. & in d. c. Les causes. col. 8. ver. sequitur tex. En la audientia del gouernador, & col. 17. circa finem versicu. sequitur in tex. E si se esdeuindra colla. 11. fol. 4. Et ibi est bonus tex. & ex prędictis posset inferri, quod sententia lata per primogenitum potest mandari exequutioni praestita cautione etiā si ab ea fuerit supplicatum, nisi in dicto casu dict. c. Les causes secus est de alijs gubernat. vt dicam infra.

Ex praedictis inferri potest quod sententia lata per primogenitum regis gubernatorem generalem, potest mandari exequutioni pręstita cautione etiam si abea fuerit supplicatum. nisi in casu d. ca. Les causes de pubills.

Item potest inferri ex prędictis quod sententia gubernatoris generalis, si non est primogenitus regis & sententia vices gerentis gubernatoris non mandantur exequutioni etiam praestita cautione si ab ea appellatur, & hoc iure vtimur.

a. Go:

a. Gouernador. in nou. vero compil. tit. de eo. de causes fol. 214.

CAP. 43.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non cognoscit de criminibus grauibus nobilium & generosorum.*

2 *Crimina grauia nobilium & generosorũ non sunt ex causis vicariæ.*

1 GVbernator non potest cognoscere, & iudicare in criminalibus de causis nobilium, & generosorum si crimina sunt grauia sine scientia principis, alias secus, vt per Mier. notabiliter in c. prouehim num. 10. vsque ad finem collatio. 10. fol. 37. Et est ratio, quia
2 tales causę non dicuntur vicarię, nec baiuliæ, sed consistoriales, & regalię, refferr Regem Petr. dixisse quod guber. malefecit, quia dedit iudicio procerum Barci. honorabilem Petrũ Sord domicellum de graui crimine delatum, &c. Mier. in c. Les causes col. 16. in fi. & col 17. in prin. colla. 11. fol. 4. & 5. Calic. in mar. fisci. 9. dubio ver. 136.

CAP. 44.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an & quando possit extrahere delinquentes a vicaria.*

1 GVbernator si vult procedere ex mero officio in casibus in quibus potest: nunquid causa, & persona delati possit extrahi extra baiuliam, vel vicariam Mier. in c. Volents les constitutions per illum tex. num. 10. & 11. col. 10. fol. 4. dicit quod non potest. Sed in causis vicarię Vallen. crederem quod possit in ciuitate Barcin. arguendo de vicario, & subuicario Barcinonę ad gubernatorem per sententiam Regis Ioannis primi Barcinonę. 10. Februa. 1392. est in volum.
a constitutio. fol. 311. a vbi dicitur. Lo Veguer, o Sotsueguer de Barcelona estant personalment dins la vegueria de Vallers se poden reseruar asi los processos de pau e treua sometent, e qualseuol criminals, e de aquells conexer fora la Vegueria de Vallers dins la ciutat de Barcelona, e a qui a si deguda termenar.

a. Fol. 311. in nou. compil. fol. 57. sub tit. de iurisdict. de tots jutges.

CAP. 45.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator potest cognoscere de delictis cõmissis per lezdarios & arrendatores iurium regiorum.*

1 GVbernator potest cognoscere de delictis commissis per lezdarios, & arrendatores iurium regiorum, & prohibere ne illi deferant arma, nec eos potest defendere baiulus generalis Cathalonię const. ab ferie sub tit. de offi. de gouernador, a & ibi Mier. colla 10. fol 37.

a. Gouernador. in nou. compil. titu. de offici de Balle general. &c. fol. 106.

CAP. 46.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus gubernatoris an possit subdelegare.*

1 DElegatus a gubernato. an possit sub delegare Mier. distinguit in c. prętere a n. 40. col. 6. fol. 167. & ibi dicit, quod consuetudo potest inducere potestatem delegandi.

CAP. 47.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator an possit euocare causas vi oppressorum.*

Causas

1 Causas vi oppressorum, an possit Gubernator euocare domino rege existẽte in principatu est dubium, ita quod in fortioribus terminis; scilicet quando rex est absens a toto principatu, dubitat Mier. in c. Les causes de pubills n. 4. col. 11. fol. 1. per illum text. dicens quod tutius est propter oppressiones, & grauamina appellare ad gubernatorem, quam procedere per euocationem causę pretextu oppressionis, & loquitur quando rex est absens a toto principatu. Idem sentit in cap. Occorrents num. 14. & 15. collatin. 10. fol. 6. Sed in ca. Preterea nu. 7. col. 6. fol. 167. pedefixo dicit quod gubernator non potest euocare, & quod ita fuit semel declaratum in causa Ioannis de Canadal de la lonquera, contra nobi. vicecomitẽ de Rupebertino qui ipsum Ioannem iniuste oppresserat. Et hoc anno 1538. in quo non est rex, nec eius locumte. generalis in hoc principatu practicatur quod oppressi recurrunt ad gubernatorem procedentem cum doctoribus regij consilij etiam extra vicariam, & potest fundari per prouisionem, seu pragmaticam regiam, seu creationem vices gerentis guberna. & potestatem illius, relatam per Mier. in cap. Vlterius col. 7. fol. 6. & insertam supra in prima parte cap. 10. ibi, nobisque absentibus qui singulis locis nequimus adesse, habeant ad quem recurrere valeant. ponderando illa verba recurrere habeant. &c. Sed si dominus rex, & eius locumten. generalis esset intra Cathaloniam, concederem quod gubernator non possit euocare extra vicariam dictam causam pretextu oppressionis, argu. a cessante ratione dictę potestatis, & creationis gubernatoris. Et quia est prerogatiua, & specialis regalia domini regis euocandi causas extra vicariam vt dicit Mier. in dict. cap. Preterea num. 6. versiculo, Sed in Cathalonia dominus rex.

Arbitror tamen quod gubernator euocare ad se dictam causam, & de illa cognoscere posset, si esset ipse in eadem vicaria, quia concurrit cum ordinarijs etiam cum iudicibus appellationũ, nam ad eum intra vicariam appellatur, & appellari potest etiam omisso medio, idest omisso iudice appellationum Mier. in dict. c. Preterea. n. 24. & 25. versi. sed iuxta prędicta. Et dixi supra. c. 24. Et principaliter fuit creatus dictus gerens vices gubernat. vt videat actus officialium regiorum, & recognoscat eorum conatus, iustos & licitos comprobando, improbos & illicitos reprimendo: vt in dicta creatione geren. vices gubernato. litera liter disponitur. Et propterea in consti. 2 anni. M.D.XXXXII. cap. 9. a statutum fuit, quod gubernator sit obligatus ire per principatum, ara en vna ciutat, o vila, ara en altra.

a. Cap. 9. quod est in tit. de offici de gouernador. fol. 102.

CAP. 48.

SVMMARIVM.

1 *Executio rei iudicatæ an possit ad Gubernatorem euocari.*

1 Causę per sententiam decisę, & in rem iudicatam transactę, & sic causę executionum sententiarum in rem iudicatam transactarum non euocantur per gubernato. Mier. in dict. constitu. Les causes num. 10. & 11. michi 19. & 20. fol. 1. collatio. 11. quod ego intelligo extra vicariam, nam si executio est intra vicariam in qua est gubernator, dico quod tunc potest, quia concurrit cum ordinario, & est maior illo, & non est dubium & est de mente d. Mier. & ita practicatur.

CAP. 49.

SVMMARIVM.

2 *Causę executionum censualium non euocantur ad gubernationem limitta vt ibi.*

Causę

Ausę executionum censualium non euocantur ad gubernationem Mier. in d. cap. Les causes, n. 10. & 12. mihi. 19. & 20. & in c. Ne ex beneficio nu. 53. col. 9 fol. 137. quod declara & limita, vt in proximo pręcedenti capitulo.

CAP. 50.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator qualiter procedat contra de legatos Apostolicos procedentes contra regios officiales.*

1 Onsueuit gubernato. scribere delegatis apostolicis etiam cō missarijs sanctę Cruciatę pto cedentibus contra laicos etiā officiales dicti commissarij: (dummodo non ratione officij) quod reuocent procedimenta: aut certa die compareant bā chum regium informaturi, vt latius dictum est supra in prima parte c. 80.

CAP. 51.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non potest signare litteras iustitiæ tangentia interesse partis in iudicium deducibile.*

1 Vbernatores prohibentur signare litteras iustitię tangentes interesse partis in iudicium deducibile sicut est ordinatum in domino rege text. in constitutio. Item com poch valdrie in fine fol. 47.a Adde ibi Mier. colla. 8. fol. 75.

a. Fol. 47. in nou. vero compil. fol. 101. sub titu de offici de gouernador.

CAP. 52.

SVMMARIVM.

1 *Assessor Gubernatoris non potest absente Gubernatore facere actus iurisdictionis.*

1 Ssessor gerentis vices guberna. in principatu Cathalo. non potest signare. nec facere actus aliquos iurisdictionis, nisi pręsente gerente vices gubernator. in vna eadem ciuitate, villa, aut loco cum dicto assessore. ita literaliter disponit constitutio. Lo assessor de portant veus in titulo de offici de gouernador fol. 48. a. alias. 50. a

a. Alias. 50. in nou. vero compil. fol. 101.

CAP. 53.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator in prima instantia cognoscit verbaliter de causis vsque ad 20. libras inclusiue.*

1 Onsueuit gerens vices guberna. cognoscere verbaliter de causis vsque ad 20. libras inclusiue in prima instantia, sicut dispositum fuit in cancella, vicecancella, & regen. cancella, a anno M.D.XX. cap. xviii. a Et a iuerte quod cum in visita generali anni M. D. LXXIII. gerens vices guberna. per viā denuntiationis secrete fuisset inculpatus, quod cognoscebat verbaliter de causis excedentibus summam decem librarum. fuit conclusum quod absolueretur & moneretur quod obseruet constitutionem super hoc disponentem quo ad summam, & alia videatur constitu- b tio anni. 1553. c. 16. b

a. C. xviij. quod incipit confirmant e declarāt tit. de juy verbal del senyor rey &c. f. 90
b. C. 16. incip. statuim y ordenam per major expeditio tit. de causas summarias fo. 156

CAP. 54.

SVMMARIVM.

1 *De salarijs & alijs de quibus ibi cognoscit Gubernator.*

1 Multa alia gubernationem tangẽtia (vltra tradita supra in prima, & secunda partibus:) colligi, & deduci possent. Sed quia sunt (vel saltem mihi visa fuerunt) parui momenti: & non respiciunt principale institutum, vt sunt, verbi gratia, quod non potest esse nisi vnus algutzirius c. La superfluitat in titulo de algutzirs, e de llurs sala-
a ris, fol.152.a cuius debet esse conditionis seu status.c. Item statuim, sancim eo. titu. & fol. & eorum potestates, & salaria vt per totum illum titulũ, & per Mier. in dict. consti. La superfluitat, & in alijs locis, Salaria gubernatoris, assessoris guberna. & alia salaria dicti algutzirij, &
b portariorum constitu. anni.1503. ca.23.b
c & 24.c & anni.1510. cap.21.d & 22.e &
d 40.f Quod continetur in capitulo cu-
e riç anni.1553. cap.19 g & cetera. Et quia
f etiam ordinario onere (quod non leue
g est) occupatus eram: ideo illa inscriptis non redegi, quanquam voluntas non deesset nec deest.

a. Fol.152 in nou. compil. fol.112.
b. Cap.23. incip. ordenam e prouehim tit. de offici de Gouernador. fol.103.
c. Et 24. incip. mes auant statuim y ordenã tit. de salaris de sentencies. fol.288.
d. C.21. incip. confirmant la constitutio tit. de salaris de dietas. fol.297.
e. Et 22. incip. confirmant encara tit. de offici de porters. fol.151.
f. Et 40. tit. de iuys y fermas de dret fol.193.
g. Cap.19. quod incipit supplica la dita cort tit. de offici de gouernador, fol.104.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen.

OBSERVANTIAE ALIQVE HVIVS REGIÆ AVDIENTIÆ CATHALONIÆ PER MICHAELEM FERRER VNVM EX DOCTORIBVS DI-

ctæ regiæ audientiæ, ad illius memoriam, olim repilogate, & nũc anno. M. D. lxxxvj. propter curias generales nouissime Montissoni anno videlicet M. D. lxxxv. celebratas: In quibus aliqua de antiquis innouata, seu mutata fuerunt: reuisæ, Et proinde, & alias alique subijciũtur suis aptioribus locis Additiones, non recedendo pro posse, ab stylo antiquo, vt facilius quæ per dictas curias mutata fuerunt dignoscantur.

Iudicandum quomodo sit in Cathalonia.
Exemplarium rerum iudicatarum auctoritas.
Operis totius institutum.
Ex conclusionibus factis in regia audientia decisiones sunt fiendæ expensisque generalis Cathaloniæ imprimendæ.

QVONIAM super in-
telligentia generalium
1 huius principatus Ca
thaloniæ constitutio-
num, vsaticorum, con
suetudinum, & alioꝝ
iurium, Doctores pra-
ctici in multis diformiter scripserunt: si
cut & super intelligentia iuris canonici
& ciuilis (secundum quæ iura canonica
& ciuilia in subsidium tantum: idest de-
ficientibus dictis constitutionibus, vsati
cis, & alijs iurib. Cathaloniæ iudicari
a oportet. a const. Encara statuim. b in titu
b lo de lleys y vsatges fol. 26. ca. Item se-
c ñor c quel canceller in tit. de offi. de can
celler fol. 42. & ibi notanter Mier. num.
23. & 27. collatio. 8. fol. 67. & pragma. d
regis Pet. dat Barcino. 23. Feb. 1380. in vo
lum constitu. fol. 323. ibi primirus, & in
dubio prius secundum ius canonicum,
& postea secundum ius ciuile Mier. in
d. consti. Item senyor quel Canceller nu
me. 23. & 24. post Iaco. de Monteiuday.
Iaco. de Valle. & Guil. de Vallesi. in via.
iudicia curiæ. Adde pro materia notan-
ter Ioann. de Turrequemat. in can. lege
imperatorum n. 2. & 5. distin. v. fol. 43.)
Doctores canonistæ & legistæ deformi
ter, & contraria scripsere, & quia styli,
practicæ, siue obseruantiæ curiarum pre
maxime regiæ audientiæ seruari debẽt:
quia pro legibus habentur. Mier. in c. la
rigor, in fine colla. 10 fol. 42. per illum
textum in verbo. Vs y pratiques de a-
quelles, & in c. Occorrents a la dificul-
tat, in fine per illum tex. & per alia iura
colla. 10 fol. 10. bonum argu. de tex. in l.
fi. C. de legi. & de materia vide Feli. in
ca. in causis nu. 9. de senten. & re iudic.
post Panormi. ibi. & Panor. in c. ex litte
ris n. 5. & 6. de consti. Et pro stylis, vsi-
bus & consuetu, committatuum Rossi-
e lionis & Ceritan. vide pragmaticam e
regis Pe. dat. Barcinonæ. 15. Martij. 1364
in vol. consti. fol. 322. Adde Pet. de Bellu
ga in speculo principum de propositio.
gragaui. Rubri. 11. §. his igitur nu. 8. fol.
25. & in tit. de materia excu. rubri. 17. in
versi. Videamus n. 7. fol. 96. & in tit. de

materia ſenſual.rubri.'41 § leges regni
n.454.fol. 95. Et quia illa opinio quę ex
diuerſis & ſeu contrarijs doctorum iu-
ris ciuilis & canonici, ac huius patrię o-
pinionibus recepta fuit per regiam au-
dientiam, & maiores illius, eſt in iudicã
do conſulendo,& aduocando ſequenda
& tenenda: per notata per glo. Bar.& a-
lios in l. More maiorum per illum tex.
ff. de iuriſ.om iudi.l. Si de interpretatio-
ne cum duabus ſequentibus.ff. de legib.
tex. in l. Nam imperator quæ eſt vna de
2 dictis tribus, inquit. Nam imperator no
ſter Seuerus reſcripſit in ambiguitatibus
quæ ex legibus proficiſcuntur: conſuetu
dinem aut rerum perpetuo ſimiliter iu-
dicatarum auctoritatem vim legis obti-
nere debere. De hoc articulo ſecundum
ius commune, vide omnino Panorm. in
3 c. canonum n.14. de conſt. Ideo & etiam
ex alijs cauſis & rationibus: opere præ-
tium,& vtiliſsimũ viſum fuit mihi Mi-
chaeli Ferrer ex doctoribus regiæ audiẽ
tiæ Cathaloniæ minimo, ſtylos, practi-
cas, ſiue obſeruantias, tam circa deciſio-
nem cauſarum,& ſalariorum infraſcrip
tas (pro retinenda facilius illarum me-
moria) in ſcriptis redigere. Neque abſur
dum cuique legenti videri debet: Si for-
ſan in aliquibus ex infraſcriptis obſer-
uantijs, aliquas vrgentes rationes in cõ-
trariũ aſsignari poſſe arbitrabitur: quo-
niam illud principaliter huic delibera-
tioni & inſtituto cauſam dedit, prout e-
tiam dederat multis legislatoribus, vt
in l. ꝓxime in cognitione ff. de his quę
teſta. de lent. cum mille ſimilibus & C.
de nouo Codi. confici, & C. de Iuſt. Co.
confirmando,& C. de emendatio. C. Iu-
ſtini. & melius C. de veteri iure enucle.
verſ. Sed & hoc ſtudioſum col. ij.& ver
ſi. hoc etiam nihilominus obſeruandũ.
4 Et hoc inſtitutum eſt conſtitutioni cu-
f rię anni. 1542. cap. 3. ſ Conforme. Conſti-
tuit enim illa curia quod de concluſio-
nibus tunc in regia audientia factis: deci
ſiones fierent ſecundum ordinem datu
rum per locumtenentem generalem cũ
regio conſilio,& imprimerentur expen
ſis generalis Cathalonię,& idem diſpo-
ſuit de concluſionibus quę ab inde fie-
rẽt. Et vtinam factum fuiſſet, quoniam
doctores regię audientię preſertim anti
qui: non eſſent pront nunc ſunt in conti
nuo conflictu iterum atque iterum, pro
quacunque cauſa nouiter introducta diſ
cuſsiendi, quę ex varijs & ſeu contrarijs
doctorum opinionibus ſit verior, ęqui-
or, aut magis conueniens, & ſequenda,
&c. Et proinde aduocati eorum clientu
lis certum conſilium prębere poſſent.

a. Oportet. vid. nouam conſt. phil. 2. nunc fe
licites regnantis in cur Barchi. an. 1599.
con. 40.
b. Encara ſtatuim quod eſt correctum vid. il-
lud. in vol. 3. ſuperf. tit. 8. de vſatges con-
ſtitutions y altras lleys lib. 1.
c. Item ſenyor. in nou. vero compil. incip. lo
canceller e vicicanceller fol. 91.
d. Pragma, que in nou compil. incipit. dedu
cto ad auditum ti. de lleys vſatges y cõſt.
fol. 28. in vol. pragma.
e. Pragmaticam, quæ in noua compil. incip.
pro conſeruatione tit. de coſtums e di-
uerſos ſtils fol. 29. vol pragma.
f. Cap. 3. quod incip. ſtatuim e ordenam que
de las decifions titu. de decifions de la re-
al audientia. fol. 90.

PRIMA PARS OBSERVANTIARVM REGIÆ AVDIENTIÆ DE EVOCATIONIBUS CAUSARUM.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 Causæ vicariæ & baiuliæ etsi intra vicariam & baiuliam respectiue sint terminandæ cõsueuit tamen regia audientia eas ex aliquibus qualitatibus euocare.

ETSI regulariter omnes causæ cuiuscunq.
1 Vicariç intra Vicariã,
& Baiuliæ intra Baiuliam in prima instantia decidi debeant: & quippe per ordinarios illarum ciuscunque quantitatis sint dictæ causæ: Attamen regia audientia cõsueuit, & potuit aliquas illatũ sine qualitate, & aliquas cum qualitate ad se euocare, vt in casibus seqentibus.

Prædicta comprobantur per constit. Item que les causes dela veguetia, & per const. Item ordenam que los capitols in titulo de jurisdicti. ode tots jutges, e de
a for competent fol. 80. & 82.[a] & per constitutio. Per ço que del benefici, cum alijs sequentibus in titulo. Quant lo Princep
b entre pubills, e viudes[b] fol. 86. & vbiq. Micr. scilicet in collat. ij. fol. xj. & collat. 9. fol. 134. & C. quando imperator inter pupil. vel viduas.

a. Et 82. in nou. compil. fol. 194. & 195.
b. Viudes. in nou. vero compil. tit. de euocations de causas. fol. 213.

CAP. 2.

SVMMARIVM.

1 Causæ maiores centum librarum eius vicariæ in qua est regia audientia ad eã euocantur.
2 Iurisdictiones omnes in Cathalonia procedunt a rege tanquam riuuli a fonte.
3 Rex concurrit cum ordinario.
4 Quare rex recedendo a vicaria non trahat secum causas ratio traditur.

1 ANte vltimam curiam anni videlicet 1585. causa centum librarum vel maior c. ll. (quamquam esset minor. ccc. ll. domino rege seu eius locumtenente generali cum eius audientia existente in ea vicaria in qua est dicta causa:) consueuerat ad regiam audientiam euocari sine qualitate. Si tamen regia audientia recedebat a dicta vicaria: dicta causa restituebatur aut remanebat ordinario illius. Ita hodie causç maiores c. ll. quãuis sint minores ccc. ll. euocãtur ad regiam audientiam existentem intra vicariã illius causæ, non obstante nouissima con
a stitutione anni M.D.lxxxv. ca. lij.[a] quç prohibet causas minores ccc. ll. in prima instantia euocari, & ita in dies seruatur, & fuit per doctores determinatum.
2 Primum dictç obseruantiç arbitror sumptum fuisse ex eo quia omnis iurisdictio in Cathalonia processit a domi-
b no rege[b] tanquam riuuli procedentes a fonte, vt per Iaco. Cali. in Margari. fisci viij. dubio prerogatiua. 213. & rex non distribuit abdicando a se iurisdictionem quia maior iurisdictio & auctoritas est in se quam in eo cui committit eandem

quā habet Cali.in pręroga.liiij.fol.117.
Additio. Et quod dictum est non obstante nouissima constitutione anni M. D.lxxxv.c.lij.dicitur, quia ita die.xxv. Iunij M.D.lxxxvj.fuit visum doctoribus vtriusq.aulę regię audientię, pro declaratione dictę cōstitutionis anni M D lxxxv.c.lij.& ad relationem magnifici Guillermi Sunyer doctoris regię audiētię in causa quę vertebatur inter Monserratum T.& viduam Puiguentos relictam T. Puiguentos quondam legū doctoris agentes ex vna parte,& coniuges Rulls ciues Barcinone ex altera fuit cō
3 clusum,erat scriba T.pro eo Franciscus Font notarius hac ratione quia dominus rex cōcurrit cum ordinario per doctrinam notabilem Cali.supra allegatā, Et quamquam,in hoc casu aliquid satis colorate posset in contrarium deduci:at tamen sufficit nobis scire regiam audiētiā,ita intellexisse,& intelligere,& passim obseruari.Intelligēdo tamen, quod in ciuitate Barcinone propter priuilegiū curię vicarij dictę ciuitatis,cōcesū.xxvj
c Iulij M.ccclxxx.quod est in volu.cōst.c fol. ccj. causę sunt incipiende in curia dicti vicarij per firmam iuris,quę vulgariter dicitur,quęrela.Adde infra c.3.
4 Ratio autem quare regia audientia recedendo a vicaria non trahit secum dictam causam: est quia esset contra dictas constitutiones relatas supra in ca. 1. disponentes quod causa Vicarię debet intra vicariam decidi: melius & in specie in constitutio. Tollents lo abus, ibi, romanguen de fet als ordinaris de dita vegueria in titulo de offici de Camer-
d lench, d & de prothonotari fol. 44. & ibi Mier.colla.10.fol.18.

a.Cap.lij.incip.considerant tit.de euoca.de cau.fol.220.

b.Domino rege.& habet super ipsa iurisdictione intentionem suam fundatam c. so litae ibi.pręterea nosce debueras &c. ex. de maio.& hobe. Panot.in cap.si diligenti in prin.ex.de praescrip.idem in ca.veniens de accusa. Augusti. Morl.par.1.em po.jur.tit.2.de iurisd.om.iudi.n 6.de iur. Cathalonię facit vsat. hoc quod iuris est sanctorum.tit.de pręscrip.practici etiam Mier in cap.per repos par.3.colla.10.col. 2.n.7.fol.43. Olib.in vsat.alium namq. ca 10.n.2.Don Ludo.a Pegue. in Decis. Cath.c.36.n.2.& 3.fol.116.quam quidem intentionem fundatam non habere locū quoad allodia declarat pulchre Cancer varia.resol.c.11.de Emphiteusi n.35.fol. 61.

c.Constit.in nou.compil.tit.de donar libell o demanda.fol.65.vol.pragma.

d.Camerlenc.in noua vero compil.tit.de offici de prothono.fol.95.

CAP. 3.

SVMMARIVM.

1 *Causae minores tercentarum librarū non euocantur praetextu pupillaritatis paupertatis religionis aut viduitatis.*

2 *Quod intelligitur de causis extra vicariā in qua residet regia audientia nam intra eam absque qualitate euocantur.*

1 CAusam autem minorem cētum librarum in prima instantia ante dictam curiā anni MDlxxxv. nulla tenus consueuerat regia audien.ad se euocare,quamuis esset intra vicariam nec extra vicariam etiam cum qualita-
a te obstante const.ij. curię anni Millesimi quingentesimi quadragesimi septimi. a Hodie tamen per nouissimam constitu-
b tionē anni videlicet M. D.lxxxv.c.lij.b in causis extra vicariā, in qua regia audientia residet si sint minores ccc.ll.seruatur idem quamuis sint maiores c. ll. Disponit enim dicta constit. anni M.D. lxxxv.c.lij quod causę minores tercentarum librarum euocari ad regiam audientiam non possint in prima instātia cum aliqua qualitate pupillaris ętatis, paupertatis,religionis,aut viduitatis,& quod dicta consti.duratura sit vsque ad
2 primas curias, Et hęc constitutio intellecta fuit per regiam audien.de causis existentib.extra vicariam vel baiuliā in qua residet regia audien.& de se patet dum loquitur de euocationib.prętextu alicuius qualitatis,nam intra vicariam vel baiuliam,absq.aliqua qualitate euocātur, quia dominus rex concurrit cum ordinatio

nario, & est maior illo, vt traditum fuit supra in c.ij. vbi latius vide. 1tē.24. Octobris.1586. referente magni. Anto. Oliba fuit per doctores aularum Reuerendi Cancella. & mag. Reg. Can. determinatum dictam const. comprehendere etiam causas habitantium in baronijs. Quid si de facto euocata fuerit, vide in obseruantia quinta, quid in causa appellationis, vide infra obseru. xxxiij. Quid in causis vassallorum, baronum: in obseruan. xxxij.

a. Septimi incip. com experientia. tit. de euo. de causis, fol.218.
b. Cap. lij. incip. considerant titu. de euoc. de cau. fol.220.

CAP. 4.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur maior vel minor iuxta quātitatem petitionis non reconuentionis.*
2 *Intellectus ad l. si idem cū eodem. §. quod si mutuæ ff. de iurisd. om. iud.*
3 *Circa euocationes causarum partes vexari non debent paruæ quantitatis.*
4 *Iurisdictio limitata quoad cōuentionem non est limitata quoad recōuētionem.*



1 Ausam esse minorem vel maiorem intellexit regia audientia secundum solam petitionē & non secundum reconuētionem, quia causæ regulantur, & regulari, & metiri debent secundum qualitatem, & quantitatem petitionis, & nō secundum reconuentionem, a & quantitatem in reconuentione petitam. Et ideo consueuit regia audientia causam minorem centum librarum in petitione (quāuis maiorem in reconuentione:) non euocare ad regiam audientiam.

Quamquam antiquitus fuerit circa prædicta diuersimode prouisum, & seruatū, vt in libro exemplariū Hiero. Dalmau, in verbo reconuētio n. 1. & in 4. cerui potest: nā in primo refert de mense Aprilis MDxxiij. (nō cōsiderata quātitate petitionis, & nō obstāte l. si idem, cū eodem §. quod si mutue ff. de iurisd. omni iudi.) fuisse prouisū refferente Frācis. de Vallesi facto verbo in vtraq. aula causam esse tractandam vt maiorem habito respectu ad quantitatem recōuentionis. huc fundamēto, quia mēs cōstitutionū est, quod causæ in quibus agitur de maiorib. quātitatib. & de maiori prę iudicio per plures examinētur, & expediantur. Et postea in eodē verbo n. 4. refert per hęc verba, facto verbo per Ioan. Sunyer, in vtraq. aula, fuit visum, quod si in causa minore cc. ll. fiat reconuentio de maiori quantitate cc. ll. quod in omnib. iam in denūtiatione, quam in probationib. est regulanda causa, vt minor ad tollendū cauillationes & finiendū lites, quæ decisio aliquibus displicuit, hęc ipse Dalmau. attamē postea obseruatum fuit secūdū pximé dictam vltimam determinationē per d. Dalmau relatam, & in specie ad memoriam reduco, quod 14 Iunij. 1558. fuit ita puisum & declaratū facto verbo in regia audiē. p me Michaelē Ferrer in causa quæ vertebatur inter Franci. Sunyer, & archidiaconū Iunyēt ex vna parte, & Michaelē Riu ex altera erat scriba mandati Michael Amat, & pro eo Marti not. & ita pluries intrepide seruari vidi & ita regia audiē. intellexit tex. in d. l. si idē cū eodem § q si mu
2 tue sint actio. ff. de iurisd. omni. iud, amplectēdo tertiū intellectū glo. ibi in verbo minorē in fine iūcta glo. in verbo, ne in potestate, dū per illum tex. dicit nō debere conferri in potest. aduersarij mei id negotiū quod mecū habet facere, quam rationē, & alias per dict. Dalmau in vlt. suo exemplari positas, & quæ ex cōst. Cathalo. assignari possunt (licet forsan aliquib. nimis prolixus, & in minimis occupari videar) declaro pro iunioorib. sic. const. cauetur. quod causæ minores c. ll. debent intra vicariam, & coram ordinarijs illius terminari & decidi, ita quod nō possunt ad regiam audien. euocari etiam prætextu [illegible] qualitatis intra vicariam & [illegible] ext. vic. ne partes euocationib. causarū vexentur, vt inquit const. Segueix se q molces volies in
b ti. de la audien. e cōsell real, b fol. x. cuius

verba ſunt hęc. ſegueixſe moltes volres
q̃ per donar vexatio,les cauſes minimes
ſe euoquē a la audiē.real &c. per ço or-
denā q̃ cauſes menors de x.ll. fora la ve
gueria, e menors de v.ll. dins la vegue-
ria no puguē eſſer euocades a la audien-
ria,quæ quātitas dictę cōſtitutionis fuit
c poſtea extēſa ad xx.in cōſt.30.c codē ti
Et poſtea anno M.D.xxxvij c.xxij.fuit
d extēſa ad lxx.ll.& poſtea an 1547.c.ij.d
fuit extenſa ad c.ll.vexātur in quā par
tes dict. euocationibus ne dū laboribus
perſonarū cūdo & redeūdo,& procura-
tores cōſtituendo,ſed etiā maioribus &
carioribus expēſis extra domū,& extra
vicariā,quam in domo propria,& extra
vicariā,& in extrahēdis ſoluēdis,& ex-
portādis proceſsibus & actis a curia or-
dinariorū ad regiā audiētiā, nō ſolū ex-
tra vicariā,ſed etiā intra vicariā,& in a-
lijs ſimilibus multis,ita quod nil clarius
ſignanter quādo actores ſunt pauperes
vltra inquietudinē ſpiritus in eo quod
cauſę decidātur in eorū abſentia.Et ſi at
tēderetur recōuētio poſſet reus cōuen-
tus(quāuis in aliquo non eſſet creditor)
cauſa vexādi & diferēdi deciſionē cau-
ſę recōuenire ſuū actorē in maiori quā-
titate,& propter illā tanquā maiorē cau
ſam ad regiā audiētiā euocari ſupplica-
re intra vicariam ſine qualitate,& extra
vicariā cū qualitate viduitatis,pauperta
tis,vel alterius ſimilisqualitatis.Et hinc
etiam ſequæretur pręfatū incōueniens
quod ponit dicta gl.in d.§.quod ſi mu-
tue,quod eſſet in poteſtate rei facere ne-
gotiū actoris aduerſarij ſui ideſt mutare
iudicē,& locū iudicij quos elegit actor,
& quod peius eſt,nō ad cōmodū ſuū ſed
ad dānū actoris, & maxime procedit ſi
actor eſt pauper,& reus eſt diues.Et no
uiſsime fuit ita obſeruatū in aula Reue
rēdiſsimi Cācellarij regij,refferēte mag
nifico Frācilco Puix facto verbo per eū
in vtraq. aula , in cauſa quę vertebatur
interlo. Ros v[illegible] ſanctęColūbe deQuę
ralt.& Ioan.Bages [illegible]uſdē villę.Petēte e-
nim dicto Ros in curia regētis vicariam
Barcinone a dicto Bages quandā vineā
valoris minus xx.ll.dictus Bages recō-
uenit dictū Ros in ccl. ducatis videlicet
l.pro damnis,& cc.pro iniuria. fuit lata
ſentētia 26.Iunij.1579 per d.regen.vic.
Barcino. cōdēnādo dictū Bages in dicta
vindimia quę poſtea liquidata fuit in x.
ll. Et dicto Bages in per eū petitis fuit ſi
lētiū impoſitū. Ab iſta ſentētia fuit per
dictū Bages appellatū,& cauſa appella-
tionis cōmiſſa dicto Frācilco Puig doc-
tori regię audiētię, & illa cauſa tāquam
minor xx.ll.fuit ad decidēdū commiſſa
dicto Puig , & cū ſola dicta cōmiſsione
lata fuit ſentētia regia definitiua xij no-
uēbr.1580.in poſſe Sebaſtiani Coſta ſcri
be mādati,& pro eo Antonij Matabous.
Et poſtea eum peteretur executio dictę
regię ſententię pro parte dicti Ros prę-
ſtita cautione,dictus Bages oppoſuit ex
ceptionem nullitatis dictę ſentētię ex eo
quia cauſa di appellationis debuerat cō
mitti duobus doctoribus ad dicēdū , &
proceſſus debuerat denuntiari, quia li-
cet quoad conuentionem dicta cauſa eſ
ſet minor xx.ll. attamen quo ad recon-
uentionem erat maior.

Tandem dict.magni.Puig de prędic-
tis(non tamen nominando partes) ver-
bō fecit in vtraq.aula regię audien.& vi
ſis dict.exēplaribus tā in libro Hierony
mi Dalmau relatis quā alijs per me re-
pilogatis,fuit cōcorditer per omnes de-
terminatū proceſſum nō debuiſſe denū-
tiari,nec cauſam ad decidendū duobus,
ſed vni tātum committi,& proinde be-
ne fuiſſe proceſſum:refferēte dicto Puig
& ideo fuit per d. Puig.ita prouiſum.

4 Et pro materia quo ad recōuentionē
videatur doctrina Bal.in d.§.quod ſi mu
tue,verſi.ibi de vtroq.& ibi nota iuriſdi
ctionem limitatā quo ad cōuētionē nō
eſſe limitatam quo ad recōuentionem.

a.Reconuentionem. Don Ludo.a Peguer.
in practi.crimi.rub.21.de denuntia.pro-
ces.n.3.ſalarium vero augetur per recon-
uentionem ita Mier.c.8. los ſalaris colla.
9.n.7.23.par.2.

b.Conſell real.in nou.vero compil.titu. de
iuy verbal del ſenyor rey.&c.fol.89.

c.Conſti.30.quæ eſt ſequens in ordi. ſupraſ
criptæ.

d.C.2.quod eſt tit.de euo.de cau fol.218.

CAP.

CAP. 5.

SVMMARIVM.

1 *Si causa tanquam maior euocata ad regiam audientiam & clare constat minorem esse tunc iudex primitiuus & non obstante inhibitione procedat secus vero quando esset dubium.*

2 *Causam maiorem esse vel minorem constat clare quando agitur de certa pecuniæ quantitate secus quando de proprietate aliqua.*

3 *Quando appellatio est manifeste friuola valet processus iudicis primitiui etiam post appellationem.*

1 SI de facto causa minor ccc. ll. e-
uocata fuerit ad regiam audien-
tiam in prima instantia, cum so-
lita clausula inhibitoria, & constat cla-
re dictam causam esse minorem ccc. ll,
videtur seruandū esse sicut ante dictam
nouissimam curiam seruabatur in cau-
sa minore c. ll. postquam est eadem ra-
tio, videlicet quod iudex inferior, etiam
si esset inhibitus, poterat procedere &
non reuocabatur per viam attentatorū.
Si vero constabat clare causam esse ma-
iorem vel esset dubium an esset maior:
tunc iudex inferior non poterat proce-
dere, alias reuocabatur per viam atten-
tatorum.
Ita die. 10. Maij. MDLX. in aula mag
nifici regentis Cancellariam, fuit deter-
2 minatum, & fuit intellecta constitutio.
a ij.[a] anni M.D.xxxxvij. videlicet exem-
pli gratia: quod si causa quę euocatur:
cōstat clare quod est minor c.ll. vt quia
agitur de certa pecunia: seu quantitate
pecunię: iudex inferior (licet sit inhibi-
tus:) potest procedere non obstante inhi
bitione. Et regia audien. non reuocabit
illa procedimenta facta per iudicem
inferiorem post dictam inhibitionem, &
q̄ ita p̄cedat d. cōstitutio. ij. anni M.D.
xxxxvij. circa finē. Ibi eximunt aq̄lles, dicta inhibitio. Si vero cōstat clare quod
causa est maior: vt quia agitur de certa
pecunię quantitate, vel est dubiū, an sit
maior, vel minor, vt quia agitur de qua
b dam domo, terra, aut hereditate:[b] tūc iu
dex inferior nō poterit procedere, alias
reuocabitur per viam attentatorū, quia
ad dominum regem pertinet cognitio
an sit maior vel minor, & sic an sua sit
iurisdictio, vel iudicis inferioris arg. tex.
in c. licet de offi. lega. Inno. in c. cum M.
Ferra. n. 10. de consti. & ita tunc continu
aui in dicta mea const. ij. anni MDxxxx
vij. in margine. Et pro fundamento pri-
mę partis huius obseruantię, fa. bonus
tex. in argum. in ca. Cum contingat de
rescript. in distinctione quam facit sig-
nanter ibi. Si ex ipsarum litterarum te-
nore deprehenderis euidenter &c. Ad-
de bene etiam facere decisio. Rote Ro-
c ma. ccccxij. in nouis[c] vbi decisum fuit
valere processum iudicis primitiui fac-
tū post inhibitionē; quādo appellatio est
3 manifeste friuola &c. quę maxime pro-
cedūt in casu dictę nostrę cōst. quę duo
disponit, primū est quia tollit potestatē
euocādi, secū. est quod causas minores c.
ll. eximit ab inhibitione, quę posita fue-
rit in litteris citatorijs & inhibitorijs. Et
quāuis ad fortificationē deduci possent
ea quę super notorio tradunt regulari-
ter doctores: & alia multa, tamen illa re
ferre omitto quia sufficit quod ita fue-
rit intellecta & practicata dicta consti-
tutio per regiam audientiam: minime e-
nim sunt mutanda quę interpretatio-
nem certam semper habuerunt l. mini-
me. ff. de legi. l. si de interpretatione. l. nā
imperator. co. titu. & (vt supra in princi
pio dictum fuit) styli, & obseruantię, &
practicę regię audientię pro lege haberi
debent & habentur. Pro materia videri
potest Lanfra. de Oria. in cap. quoniam
contra in verbo interlocutorie & appel
la. numero. 127. versic 5. fallit fol. 101. de
proba.

a. Constitutio. ij quæ incip. con experientia tit. de euo. de cau. fol. 218.

b. Hereditate. contrarium tamen est circa executionem sententiæ primitiuę minoris centum librarum, non obstante appellatione, pręstita tamē cautione iuxta formam c. considerant in ordi. [illegible]

execu

execu.de ſententias quia dicta coi ſtitutio procedit quando cōdemnatio nedum conſiſtit in quātitate certa verum etiam quando in ſpecie conſiſtit ita tenet Vincen.de Franchis deciſ.308.per tot.vbi ait quod ſtante pragmatica diſponente,ſententias magnæ curiæ a ducatis cētū quinquaginta infra paratam habere executionem præſtita tamen cautione quam ſtatuit Illuſtriſ.Dux de Alcala in reforma. ſacri conſilij quæ eſt pag.5.§. quod vero de offi.ſacri conſi.habet locū dicta pragmatica & ſic executio iuxta illius formā eſt fienda non ſolum quando condemnatio conſiſtit in quantitate certa verum etiam quando in ſpecie conſiſtit quia quātitas æſtimationis rei inheret gl.in auth. generaliter C.de ep iſ.& Cler.l.ſi in fideiuſſorem accepero.ff.de fi ieiuſ.Bal.in d. authen.generaliter col.pen.hæc autem ratio non militat in caſu huius obſeruātiæ propter cauſam in ea traditā quia ad dominum regem pertinet &c.

c.In nouiſ.titu.de appella.& eſt in ordi.58.

CAP. 6.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ minores tercentarum librarū non euocantur ad regiam audiētiā ſub prætextu pupillaritatis viduitatis &c. neque quando proceſſus eſt denuntiatus.*

2 *Euocare cauſas pauperum viduarū &c. eſt vna ex regijs regalijs.*

3 *Peregrini etiam diuites gaudent priuilegio paupertatis.*

4 *Miſerabiles non poſſunt paupertatis priuilegio renunciare.*

5 *Miſerabiles perſonæ quæ dicantur.*

6 *Quātitas in euocatione requiſita intelligitur monetæ Barthinonæ.*

7 *Et quid de moneta Roſſilionis quando reus & res immobilis de qua agitur ſūt de commitatu Roſſilionis.*

8 *Cauſæ ſecuritatis iudicij pro debitis mercantilibus conſueuerunt euocari prætextu paupertatis.*

1 Vamuis cauſam valoris cētum librarum vel maioris valoris cōſueuit regia audientia extra vicariam cum qualitate pupillaritatis, viduitatis,paupertatis,vel alterius miſerabilitatis euocare ante vltimam curiam anni videlicet M. D. Lxxxv. Attamen a hodie per ca.lij.a dictæ curiæ requiritur quod cauſæ ſint valoris ccc. ll. & etiam quod proceſſus non ſit deuuntiatus, vt in actis dictæ curiæ c.vij.fol.41.

Fundatur dicta obſeruantia antiqua b ex mente conſtitutio.2.b anni.1547.diſponentis ne cauſæ minores centum librarum poſſint euocari aliqua qualitate ad regiam audientiam, quasi concedendo quod maiores poſſint euocari, 2 & etiam fortius fundatur iſta obſeruantia in vna ex regalijs domini regis c de c qua eſt tex.in l.vnica C.quando imperator inter pupil.vel vidua.& miſerabi. perſo.cognoſcat,& ibi Bal.Pau. de Caſtr.& alij Cali.in margat.fiſci in viij.dubio prærroga.67.pag.117.& rub. & nigrum in volum.conſtitu.Cathaloniç in tit.Quāt lo princep entre pubills e viudes,e miſerables perſones, pot conexer d fol.86.d vbi (vltra limitationes poſitas in dict.conſtit.2.anni.1547.) ponuntur limitationes notande, & ſignanter in conſtitu.Per ço que del benefici,& in c. Les cauſes de pubills. ſita in titulo de la real audientia e fol.9.& ibi per Mier.col e la.11.fol.1.& in c. Ne ex benefi. n.15. 16. 17.25.& ſeq.coll.9.fol.135.vbi late de iſta materia, & inter cætera dicit vxorē, marito bannito,vel a pace & treu. eiecto, gaudere priuilegio viduitatis. Et quod peregrini aduenæ etiam ſi fuerint diuites gaudent priuilegio d.l.vnicæ. C.quā 3 do imperator inter pupil.& vidu. & quod ita ſeruatur de ſtylo curiæ Regis noſtri Aragonū. Adde & nota quod miſerabiles perſonę non poſſūt huic priuilegio,nec 4 alteri eis indulto miſerationis intuitu renūtiare ſecū Bal.in d.l.vnica numero.3. C.quando imperator inter pupil.& vidua.per gl.ibi in verbo excedere,quam gl.dicit ſingul.ibi flor. pro vt refert apo ſtil.ad Bal.ibi.Et vlterius Bal.ibidem ponit quæ dicantur miſerabiles perſonæ, 5 dicens illum textum exprimere aliquas & quod Bar.dicit de hoc ſtandū eſſe arbitrio

bitrio boni viri &c. vt per eum. & per
5 Thomam Mier.in dicta constit. Ne ex
beneficio num.15 16.17.25.& seq.colla.
9 fol.135.Et apostilla.ad Bal.in d.l.Vni-
ca in verbo.Miserabiles dicit nedum vi
duam : sed etiam illam quę habet mari-
tum inutilem,vel damnatum ad perpe-
tuum carcerem dici miserabilem perso-
nam,& viduam secundumBal.in l.fina.
per glo.ibi in fine.C. de plagia. Cũ au-
tẽ hodie per constit.in curię anni M.D.
lxxxv.sit dispositũ quod causę minores
ccc.ll.in prima instãtia extravicariã euo
cari nõ possint quacũq.qualitate pupil-
laritatis,paupertatis,religionis,aut vidu
itatis:sequitur quod causę tercentum li-
brarum. & maiores possunt euocari cũ
aliqua ex dictis qualitatibus per easdem
rationes & fundamenta relata super in
telligẽtia pręfate constitutionis antique
anni M.xxxxvij. ꝙ procedit si ꝓcessus
non est denuntiatus per ordinarium,vt
in actis dictę curię anni M.D.lxxxv.ca.
f vij.sibi.Plau a sa Magestad que los ordi
naris denuntien los processos,per mos-
trar que se ha cõclos en aquelles en les
causes de primera instãtia, y q̃ feta dita
denũtiatio,nos puguẽ euocar a la Real
audientia ab qualitat de pupillaritat,vi-
duitat,o pobresa.Et dictę tercentum li-
brę intelligi debent de moneta Barcino
ne. Adde (quamuis superfluum mihi sal
tem videatur) quod dicta obseruantia:
6 dũ in ea dicitur causam valoris cẽtũ li-
brarum posse & consueuisse ad regiam
audientiam extravicariam prętextu pu
pillaritatis,vel alterius miserabilitatis e-
uocari intelligitur de valore cẽtũ librarũ
monete commitatus Barcinone in quo
constitutiones de his loquentes edite
fuerunt, & non intelligitur de moneta
flaca siue de billo Perpintani,seu comita
tuum Rossilionis,& Ceritanię,quorum
centum librę monete flace,siue de billo
sunt in moneta Barcinone (quę in dictis
comitatibus vocatur fort:) sexaginta li-
brę tantum,& ita obseruat regia audiẽ-
tia. Nam alias esset contra causam fina-
lem constitutionum Cathalonię super
his editarum & contra mentem statuẽ-
tium:vt in constitutio. edita per regem
Ferdinand.ij. in prima curia Barcinone
incipien.Seguexse.que moltes voltes,in
g titulo de la audientia e consell real.i.fol.
10 quę est prima cõstitutio, quę de non
euocandis causis minoribus loquitur,&
postea illius quantitas per eũdẽ regẽ in
curia ij.Barcino.c.30.eo.tit.fuit extensa
ad 20.ll.& postea per regẽ Carol.In cu-
h ria Montiso.anni.1542.c.t.6 extẽsa fuit
ad 70.ll.Et postea regẽ Philipp.nũc fe-
liciter regnantẽ,& tũc principẽ,fuit ex
tensa ad centũ libras,& in d.cõst.Perço
q̃ del benefici,in dicto titulo.perquas cõ
stitutiones signanter per dictam primã
incipien.Segueixse q̃ moltes voltes pro
batur,quod causa prohibitiua ne causę
minores euocentur extra vicariam fuit
ne partes laboribus & expensis vexen-
tur. Item esset exorbitans & inductiua
perplexitatũ innumerabiliũ tã in denũ-
tiationibus,ꝓcessuũ & decisionibus cau
7 sarum quã alias. Nã quid si pauper, vel
alia miseriabilis persona comitatus Bar
cinone supplicat prętextu suę pauperta
tis hominẽ comitatus Rossilionis pro re
immobili existente in comitatu Rossi-
lionis valoris c.ll. monete flace, siue de
billo Perpiniani:[quę sunt valoris lx. ll.
monete Barci. quę ibi dicitur fort, sup-
plicauit causam regiam audientiam e-
xistentem in Cathalonia euocari? quid
si pro pecunia vsque ad c.ll. tantum il-
lius monete?

Quid si duo naturales incolę & do-
miciliari in comitatu Barci.cõtraxerint
in comitatu Rossilionis,& alter illorum
(scilicet miserabilis) ratione illius cõtra-
ctus c.ll. dictę monete Rossilionis: sup-
plicat causam dictarũ c.ll.monete Rossi
lionis ad regiam audientiam in ciuitate
Barcinone existentem euocari?

Quid si non ex contractu: sed actio-
ne reali:videlicet vẽdicationis rei immo
bilis existẽtis in cõitatu Rossilionis,vel
alia simili:alter alterum vult cõuenire:&
supplicat causam ad regiam audiẽtiam
extra dictos commitatus, & sic in com-
mittatu Barcinone existentem euoca-
ri?

Et

Et quid e conuerso? Prædicta & alia multa latius de duxi, & cõstitutionibus, legibus, & doctorum doctrinis probaui in libro mearum annotationũ, quæ hic tãquam (vt dixi) superflua, & parui momenti non nisi summatim refero.

8 Adde quod etiam causæ securitatis judicij pro debitis mercantilibus, & cãbiorum consueuerunt ad regiam audiẽtiam prætextu paupertatis agentis euocari etiam extra vicariam, Et quid prætextu viduitatis, & pupillaritatis dicitur infra in obseruantia incipiente, Causæ securitatis iudicij. Adde etiam quod quanquam in remissione supra facta de Thoma. Mier. consti. ne ex beneficio colla. 9 signanter n. 15, cum multis sequentibus fol. cxxxv. comprehendatur ille miserabilis qui perhorrescit vicariam vel baiuliam, vel partem illius. Attamen, quia miserabilitas perhorrescentiæ, quid speciale habet: ideo specialiter, & ad partẽ de illa in capitulo proxime sequenti dicere decreui.

a. C. lij. & incipit considerant in ordi. 14. titu. de euocations de causes. fol. 220.

b. Constitu. 2. & in ordi. 11. titu. de euoca. de causes. fol. 218.

c. Regis. & ista regalia maxime conuenit sacris eloquijs. Exod. 22. viduæ & pupillo non nocebitis. Esai. ca. 1. defendite viduã iu[?]ate pupillo Phal. 9 tibi derelictus est pauper orphano tu eris adiutor Phal. 10. oculi eius ad pauperẽ respiciunt & Phal. 40. beatus qui intelligit super egenum et pauperem.

d. Conexer. & hoc in vete. compil. in noua vero sublata est ista rub. cõstitutiones enim in vete. posite suis coaptate sunt cõmodioribus titulis.

e. Real. in nou. vero compil. titu. de euoc. de cau. fol. 213.

f. Cap. vij. & in ordi. 17. titu. de euo. de cau. fol. 221.

g. Consell real. in nou. vero compil. titu. de juy verbal, fol. 89.

h. C. 2. qui est correctus & sit in vol. 3 super flu. lib. 1. tit. 3.

CAP. 7.

SVMMARIVM.

1 *Perhorrescentiæ prætextu euocantur causæ ad regiam audientiam.*

2 *De perhorrescentia materia & quid sit perhorrescentia modus & requisita circa euocationem causarum perhorrescentia pratextu.*

3 *Differentia inter casũ perhorrescentiæ & casum miserabilitatis.*

1 PErhorrescentiæ, seu metus prætextu euocari potest & consueuit causa extra vicariam, aut baiuliam propriam ad consistorium Regium seruata forma constitutionis, Per ço que del benefici, in ti. quant lo princep entre pubills vidues, e miserables
a persones pot conexer a fol. lxxxvj.

2 De ista materia perhorrescentiæ loquitur textus in l. vnica. C. quando imperator inter pupillos, vel viduas, vel miserabil personas cognoscat, & ne exhibeantur, & ibi doctor. & textus in ca. statutum. § cum vero de rescrip. in vj. & in d. cõst. Per ço que del benefici, versi. Ordenam que nengu per esguarr de perhorrescentia. in tit. quant lo princep entre pubilis vid. e misera. perso. por conexer. Et scias quod perhorrescere, est timere, seu metuere secundum Bal. in d. l. vnica n. 2. super verbo perhorrescunt, vbi verbũ perhorrescũt exponit id est, metuũt. Et Rota in decis. lxxviiij. in antiquis fo. mihi. cxxiij. exponit, perhorrescẽtiã seu timorẽ pro quo allegat notabilẽ tex. in dicto c. statutũ. §. cũ vero eiusdem, ibi, aut sui aduersarij potentiam merito perhorrescens, iunctis verbis relatiuis positis infra in versi. Sed in duobus ibi, nisi impetrãs de prædicto timore (quẽ in litteris cõmissionis exprimere teneatur) primo fidẽ iudici faciat, Ecce quod perhorrescẽtiã prędictã exponit per verbũ timorẽ dicẽs, nisi de prædicto timore fidem primo faciat, & ita etiã intelligit Mier. in d. cõst. Perço que del benefici alias, ne ex beneficio nu. 8r. colla. 9. fo. 138. Itẽ quãquã in dicta cõstitutione, verbũ perhorrescẽtia scriptũ reperiatur sic, pethorrescentia, & sic absq. spiratione h. & eodem modo reperiatur scriptum per Mier. super eadẽ constitutione: attamen in textu d. l. vnice C. quã

do

do impeta, inter pupil. scriptum reperitur cum spiratione h. videlicet perhorrescentia, Et idem in d.c. statutum. §. cũ vero, & in dicta decis. rote, & nimirum, quia (vt arbitror) dictum verbũ perhorresco componitur a verbo horreo siue horresco, quod est timeo & a dictione per, quę idem significat vt valde. glo. notabilis, cum suo tex. in l. tutor quoq; §. tutores qui repertorium in verbo perti naciter ff. de suspec. tuto. vbi dicit glos. ptinaciter, aper. i. valde & tenax, & sic in nostro casu perhorrescere erit, id est valde timere, Aliquando etiam dicta dictio per, denotat augmentum, aliquãdo per fectionem vt late per Brixiensem in suo reportorio in verbo per: & scribi debet
3 perhorrescentia, & non perhorroscentia, per ea quę supradicta sunt. Et est sciẽdum quod aliquando aliquis perhorrescit, id est timet totam vicariam, vel totam baiuliam in qua ius reddi deberet, vt puta quia omnes de dicta vicaria, vel baiulia sunt inimici sui: & ideo non audet intrare dictam vicariam, vel baiuliã, vt declarat & ponit exemplum Mier. in d. const. n. 81. & 100. col. 9 fol. 138. & tũc, prętextu dictę perhorrescentię, siue metus seu timoris poterit ad Regiam Audientiam euocari quãuis dictus perhorrescens non habeat aliquam de pręfatis alijs qualitatibus scilicet paupertatis, pupillaritatis viduitatis, vel alterius miserabilitatis, dummodo consistorium domini Regis sit intra vnam dietam, siue jornada. alias erit cõmittenda in aliqua ciuitate, vel villa alterius vicariæ proximioris quæ non distet a fine dictæ vicariæ vltra vnã dietam. Si autem perhorrescit vnum locum tantum propriæ vicarię vel baiuliæ: tunc est prouidendum vt late habetur in dicta constitutione. Per ço que del benefici, versicu. Per ço que de aqui no nasquen injuries. quæ est tenoris sequentis. Perço que de aqui no nasquen injuries dõ deuẽ drets naxer, Ordenam que negu per sguart de perhorrescentia, per son aduersari allegadora, fora sa propria vegueria, o batlia, a nostre consistori no sie tret, e les causes de aqll nõ sien euocades, si dõchs la perhorrescentia en altra manera que per sagrament no sera prouada, e a la dita vegueria o batlia setem vehins per vna jornada, e fora la nostra cort prouada la perhorrescentia, en altra manera que per jurament segons es dit si hun lloch tan solament de aquella vegueria o batlia lo recorrent a cos se dira per horroscer que li asignem jutge en algun lloch a ell segur en aquella vegueria o batlia. Mas si tota la Vegueria o batlia meritament sera perhorrescent, prouada la dita perhorrescentia en la manera demunt dita, dins altre vegueria. o batlia a ell pus prop vehina en alguna ciutat o lloch, y doneu, si trobar se potan en lo qual puga copia de perits en dret esser haguda, pus que no sia distant vltra vna jornada de la fi de la vegueria, o batlia hont les causes deuien, cessant la perhorrescentia, per justitia esser tractades, aquella hajam acomanar, e les coses attemptades en contrari sien
4 nulles ipso iure.

Et de vlteriori intelligentia huius cõstitutionis videatur Mier. ibi præsertim nu. 78. colla. 9 fol. 134. 138. vbi inter alia n. 78. tradit duas principaliter differẽtias inter hũc casum perhorrescẽtiæ, & aliũ casum aliarum miserabilitatum, scilicet paupertatis, pupillaris ætatis, & viduitatis quarum differentiarum vna est, quia in isto casu perhorrescentię probatio fieri potest, aliter quam per testes, nec in eo casu requiruntur illa sex, vel septem quę ibi refert, tamen tu aduerte quod dicta probatio perhorrescẽtiæ fieri nequit per iuramentum perhorrescentis, vt satis clare apperit dicta constitutio, ibi, Si donchs la perhorrescentia en altra manera que per sagrament no sera prouada, & ita practicatur hic: licet aliter Ro-
b mæ, vt in decis. rote in decis. lxxviij. in antiquis fol. mihi. cxxiij. vbi decisum fuisse refertur quod si quis impetrauerit causam committi in curia asserens quod nõ sperat justitiã habere in partibus, quod si iurauerit hoc corã auditore, pars aduersa allegans commissionem surrep-

titiam

titiam, non auditur si velit probare contrarium, quia iuramento dicentis perhorrescentiam seu timorem meredi tur, vt in cap. statutum de rescriptis, & per alia quæ allegat, & est ratio, quia ex quo alicui aliquid relinquitur suæ conscientię non auditur alius contrarium probare volens ad quod allegat glo. in cap. statutum. §. accessorem de rescript. lib. vi.

Secunda differentia principalis est quod in hoc perhorrescentię casu, non poterit causa tradi vltra dictam, causa vero aliarum miserabilitatum seu aliarum miserabilium personarum tradi poterit per totum principatum, vt in constitu. Les causes de pubills in titu. de la audientia real, c e del gouer. fol. 9. Quęstiones multas in hac materia incidentes, tradit Mier. in d. constitu. Per ço que del benefici, quas breuitatis causa referre ommitto.

a. Conexer. in noua vero compil. tit. de euo. de cau. fol. 213.

b. In decis. quæ est in ordi. 3. tit. de rescrip. & vid. eandem decis. in ordi. co. titu. in nou. vbi latius cum addit. & ita etiam procedit regulariter de iure communi. c. statutum. §. 1. cum ibi glos. verb. per proprium iuramentum & ibi scrib. Geminia. in prin. & colum. 3. de rescrip. in 6. Felin. in c. accedens. 2. n. 13. vt lit. non contest. Bar. in l. inter omnes. §. recte ff. de furt. quia in dependentibus ab animo statur iuramento eius de cuius animo & proposito dubitatur. gl. in §. aliæ inst. de actio. c. pastoralis de excep. ca. significasti. 1. de homicid. Bar. in l. 2. §. si a pupillo. ff. pro empto. Deci. cons. 256. n. 9. Aliter ergo de iure Cathaloniæ quod expresse derogat iuri communi, vt in suprascripra constitu. Et circa modum probationis perhorrescentiæ vid. Olib. in vsat. alium namque ca. 3. n. 36. fol. 40. qui ait probari summarijssima informatione.

c. Consell real. in nou. compil. tit. de euo. de causes. fol. 214.

CAP. 8.

SVMMARIVM.

1 *Religionis prætextu causæ etiam monasteriorum opulentos redditus habentium euocantur causæ ad regiam audientiam.*

2 *Religiosi licet euocent causas religionis pretextu tamen quo ad sala persoluenda seu deponenda, & alia similia non gaudent paupertatis priuilegio, nisi alias sint pauperes.*

1 Religionis & notorie pauper tatis prętextu, & intuitu, cõ sueuit regia audientia causas euocare, vt pote causas omnium monasteriorum, etiamsi opulentos redditus possideant. Et causas religiosorum sancti Ioannis Hierosolimitani, etiam eorum qui pręceptorias, siuem comandas opulẽtas possident. Et etiam causas hospitalium.

Istam obseruantiam fundatam fuisse, seu fundari potuisse arbitror: similibus intuitibus, iuribus, & rationibus, quibus fundata fuit pręcedens. vi. obseruan
a tia. Et in specie per pragmaticam Regis Caroli, dat. Barcinonę, xvj. Ianuar. 1520. disponentem per hęc verba. Sancim, statuim y conformantnos ab la disposicio de dret declaram que tots los religiosos y comendataris pus son pobres y los bens dels monestirs son dedicats a pobres religiosos: que dits religiosos y monestirs quant a la euocatio de llurs causes a la real audientia: se euoquen en aquella per qualitat de pobresa, o de pietat de religio, sens que no sien tenguts donar informatio de pobresa, y lo matex sie entes enlos Abbats, y priors que son y seran comendataris. Et per consti tutio, curię regine germane anni. M. D.
b xij. c. vj. seu ex mente & vi illius dispo nentis per hęc verba. Ordenam que algu no puga esser admes per pobre, sino que vetament sie pobre, no agut respecte a la conditio de la persona que allegara pobresa: sino als bens que possex: Saluat lo dret a les persones, hospitals, y llochs religiosos qui per priuilegi se poden alegrar de pobretat. Et quoad hospitalia vide tex. in c. ad hęc de religio. domi. in quo dicitur locum hospitali au ctoritate

ctoritate pontificis destinatum, esse religiosum.

Et nouissime die videlicet xj. Febr. 1580. fuit euocata causa prætextu religionis & notoriæ paupertatis comendatoris comande de Vall moll, qui erat Ioannes Torroelles ordinis sancti Ioan. Hierosolimitan. super iurisdictione loci de Puigpelat, contra don Bernardum Boxados dominum de Vall moll, & causa fuit commissa Magnifico Michaeli Quintana iuniori doctori regij consilij ciuilis.

2 Et est aduertendum, quod dicta pragmatica in verbis illis, quant a la euocatio: ideo limitate loquitur, quia quantũ ad alia, videlicet quantũ ad salaria processuum & relatorum causarum, & similium: si dicta monasteria & religiosi nõ sunt pauperes, non gaudent priuilegio illorũ qui reuera sunt pauperes: sed soluunt integra salaria sicut cæteri litigantes qui non sunt pauperes, & ita inconcusse obseruatur.

a. Pragmaticam, quæ est in vol. pragma. sub tit. de euo. de cau. fol. 65.

b. C. vj. quod inci. aiustant tit. de pobres pladejants. fol. 259.

CAP. 9.

SVMMARIVM.

1 *Euocantur causæ ad regiam audientiam prætextu quia partes sunt præsentes in curia, & quomodo sit intelligendum.*

2 *Barchinonæ ciuitas est caput totius Cathaloniæ principatus & communis patria.*

3 *Fallit obseruantia in afferentibus victualia.*

4 *Euocantur causæ ad regiam audientiam in casu huius obseruantiæ etiam quando dominus rex seu eius locumtenens non sunt præsentes in ciuitate Barchinonæ.*

5 *Episcopus repertus in curia romana potest ibi conueniri.*

6 *Papa est ordinarius singulorum.*

7 *Papa vbi est ibi Roma & an idem sit in imperatore.*

8 *Raymundus Berengarius dicitur subiugator hispaniæ.*

9 *Comes Barchinonæ non recognoscit superiorem nec reges hispaniæ.*

10 *Causa quando est euocata prætextu huius obseruantiæ, si conuentus venisset pro aliqua causa & illam allegasset ius reuocandi haberet.*

11 *Exceptio impediens litis ingressum opponi debet intra octo dies.*

12 *Euocatur causa prætextu huius obseruantiæ si non solum reus verum & actor sunt præsentes.*

13 *Contra ciues Barchinonæ est prius firmandum de iure in curia vicarij seu batuli Barchinonæ, nisi in causis verbalibus.*

14 *Euocantur causæ prætextu huius obseru. inter regnicolas & Cathalanos tantum.*

1 Prætextu quia partes sunt præsentes in curia, consueuit regia audientia ab antiquissimo tempore causas euocare. Adde dictam obseruantiam debere intelligi: ita quod si conuentus pro alia iusta & necessaria causa venisset: & illam intra tempus per constitutionem Cathaloniæ ad opponendam exceptionem litis ingressum impedientes præfixum allegasset: ius reuocandi domum haberet. Adde etiam dictam obseruantiam intelligi inter Cathalanos & regnicolas, & non in extraneis Cathaloniæ, nisi alias extranei sortirentur

2 forum ratione cõtractus aut rei de qua ageretur, aut domicilij.

Ista obseruantia: quando dominus rex, vel eius locumtenens generalis est in ciuitate Barcinonæ: clara & indubitata est, quoniam ciuitas Barcinonæ est caput principatus Cathaloniç, & est communis patria. Thomas Mieres in constitutione incipien. item volumus quç est. xxxvij. collatio. ij fol. 17. Marquil. in v. sati. sequiam molendinorum Barcinonç versi. nota. vj. fol. ccxv. col. iij. cuius verba

ba ſunt hæc. Nota vi. quod illuſtris ciui
tas Barcino. propter ſui excellentiā cō-
munis eſt patria, & priuilegio decorata:
ſic quod quilibet extraneus in eadem ci
uitate perſonaliter repertus ad iudiciū
ibi vocari poteſt, & vocatus reſpondere
tenetur. De hoc eſt priuilegium a do-
mino rege Iac. ij. vj. kale. Ianuarij anno
domini M.ccc vj. conceſſum. Et hoc fal-
lit in illis qui victualia panis, vini, car-
nium, & piſcium recentium portant.
Quoniam ipſa victualia marchari, vel
pignorari pro debito alieno minime
poſſunt &c. niſi in contractibus Barci-
nonæ celebratis &c. dic, vt per eum ad
quem breuitatis cauſa me reffero, & la-
tius in vſa. cum domnus, qui eſt quintus
in ordine fol. v. a ij. notabili vſque ad fi-
nem, & ſignanter numer. liij. & per Gui
llermum de Valleſica in d. vſa. cum dom
nus, & ſignanter num. 13. cum ſequenti
bus, vbi multa laudabilia dictæ ciuitatis
& comitum Barcinonę reffert. Et etiam
quo tempore, & per quem fuit edifica-
ta dicta ciuitas & quod fuit edificata an
tequam Roma. ccccl x. annis, & ante ad
uentum Chriſti D.cclij. annis.
Et quæ dicta ſunt in ciuitate Barcino
næ: tanquam de communi patria com-
probantur arg. tex. in l. Roma. Et no. ibi
per glo. ff. ad municipal. de incolis, dieit
enim ibi tex. Roma communis patria
noſtra eſt, & glo. ibi inquit, vnde quili-
bet poteſt ibi conueniri, ergo cum Bar-
chinona ſit communis patria in Catha
lonia: ideo quilibet poterit ibi conueni-
ri, hoc idem diſponitur in c. licet lo. ij. ex
tra de foro competen. & ibi glo. in ver-
bo compelli potuit, & in illo textu po-
nitur dicta exceptio in prædicta obſer-
uantia poſita, vt latius ibi declarabitur.
4 Eadem obſeruantia procedit etiam
quando dominus rex, vel eius locumte
nens generalis non eſt in dicta ciuitate
Barcin. ſed in alia ciuitate ſeu loco Ca-
thaloniæ, quia etiā prætextu quod par-
tes ſunt præſentes in curia conſueuit, &
poteſt de iure euocare cauſas extraneo
rum illius ciuitatis vel loci. in quo eſt
rex, vel eius locumt. generalis, arg. tex.
in dicto c. licet ij. de foro competenti ex
tra. & eorum quæ ibi per glo. fi. Pano. &
5 alios doct. traduutur. Diſponitur n. ibi,
quod Epiſcopus, & quilibet clericus re-
pertus in curia Romana: poteſt ibi con-
ueniri licet alias ſpecifice forum ibi nō
ſortiatur, ea ratione: quia ſedes Apoſtoli
ca omnium eccleſiarum mater eſt, gloſ.
fi. ibi declarando illum textum inquit,
quod cum dominus Papa ſit iudex or-
6 dinarius ſingulorum: nullum fori priui
legium poterat allegare Epiſcopus ibi
conuentus, allegat can. cuncta per mun
dum lo. j. viij. q. iij. &c. Et Panor. in dic-
to c. licet numero. 45. declarando illum
7 tex. inquit. Aduerte quod vbi eſt Papa,
ibi eſt Roma, vt no. in c. ego. n. de iure
iuran. & quod ita capitur ibi, nam con-
uentio illa inſurgit ex eo, quia Papa eſt
iudex ordinarius, & totus mundus eſt
ſibi territorium quo ad cauſas ſpiritua-
les, & quod facultas ibi conueniendi ſur
git non a loco ideſt a ciuitate Romana:
ſed ex poteſtate ipſius Papæ, per iura
quæ allegat. Et quod idem eſt in impe-
ratore, vt vbicumque ſit dummodo lo-
cus ſit ſibi ſubiectus cenſeatur Roma,
vt poſſit quilibet coram eo conueniri.
Et eiſdem iuribus rationibus & funda-
mentis ſupradictis de Imperatore fun-
dari potuit. & arbitror quod fundata
fuit & recepta dicta obſeruantia in hoc
Cathaloniæ Principatu, & regia audien
tia illius. & nimirum, quia Comes Barci
nonæ a faucibus inimicorum habuit im
a perium, pro quo vide vſati. Com lo ſe-
nyor en Ramon Berenguer lo vell. ſub
titulo de lleys, vſatges, y conſtitutions.
8 26. vbi dictus Raymundus Berengarius
vocatur ſubiugator Hiſpaniæ. Et decla
rat hoc notabiliter, & late ibi Guiller-
mus de Valleſica præſertim num. 19. 20
& 21. fol. 3. & etiam Marquil. in eo. vſa.
verſi. Nota quod hic comes, cum ſequē
tibus fol. 6. & hinc dicit Iacobus Calic.
9 in eodem vſati. numero. 6. quod dictus
comes Barcinonæ erat princeps poteſta
tem regiam habens, & neminem recog
noſcens, & glo. in ca. Hadrianus in ver.
per ſingulas in fi. diſtin. lxiij. dicit quod
reges

reges Hispaniç nõ recognoscũt Imperatorẽ, in superiorẽ prædicta ratione, quia dicti reges Hispaniæ a faucibus inimicorũ: idest sarracenorũ & aliorũ infidelium imperium eruerunt concor. Ias. post alios per eum relatos etiam in rege Frãciç in l. 1. nu. 10. & 11. C. de summa Trini. & fide catho. & ideo (ad propositum nostrum) nimirũ si (vt imperator in terris imperij, & Papa in terris suis:) rex noster vt comes Barcinone euocat ad se causas prętextu, quia partes sunt in curia, id est in loco in quo ipse rex est.

10 Adde dictę obseruantię scilicet, quod si consentus eo prætextu quia partes sunt præsentes in curia: venisset pro alia iusta, & necessaria causa: & illam allegasset: ius reuocandi domũ haberet. fundari potuit per textum in d. c. licet lo. 1. de foro competenti ibi, nisi pro alia iusta & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset: ius reuocandi domum saluum fuisset eidem & Barb. ibidẽ exponendo illud verbum, tunc, declarat id est ante litem contestatam. Ex quo no. quod sicut exceptio declinatoria, fori est dilatoria: & debet proponi ante litem contestatam: adeo quod si non apponatur: pars videtur illi renuntiare. per tex. & ibi Panor. in c. inter monasterium extra de senten. & re. iudi. & no. in c. exceptionẽ de exceptio. ita exceptio facultatis reuocandi domũ. s. d in nostra Cathalonia exceptio impediens

11 litis ingressum debet proponi intra octo dies, vt in consti. Item statuim e ordenã & in ti. de dilationis fol. 77. ista tamẽ fal-

b lentia patitur quatuor fallentias fa le. tias quas ponit Panor in d. c. licet sub num. 49. versi. vltimo hic quæro. vt pote quando ipsi extranei agunt, quia ipsi tunc tenentur respondere, & quando in curia contraxerunt, & quando perfecta legatione stant in curia voluntariè. Et in causis quę celeritatem desiderant dic vt ibi, Et quid si curia recedit a vicaria illa in qua erat tempore euocationis vide in obseruan. sequen. Et quę dicantur causæ iustę & necessariç, & quę non: vide per eundem Panor. latissime, & per alios docto. in dicto c. licet.

12 Adde (licet superfluũ videatur) quod dicta obseruantia fuerit per vtrãque aulam die. 4. Feb. 1579. intellecta quando vtraque pars est præsens in curia, idest quod nõ sufficit quod reus sit præsens: sed etiam requiritur, quod actor sit pręsens, & non sufficit, quod procurator actoris sit præsens eo tẽpore quo reus vt præsens in curia conuenitur, quia de propia significatione vocabuli, pręsens: est quod sit præsens personaliter. glo. in clemen. dudum in verbo præsentari, & ibi Cardi. de sepultu. Philip. Fran. in c. cum parati. versi. vltimo not. de appella. post alios quos ipse allegat.

13 Vlterius est aduertẽdum quando dominus Rex vel eius locumtenens generalis est in ciuitate Barcinone, quod dicta ciuitas habet peculiare priuilegium per regem Petrum 26. Iulij Mccclxxx. consiliariis Barcinone, & dictę ciuitati

c concessum. quod est in volumine *. constitutio. fol. 299. aliàs cccj. quod si de supplicationibus petitionibus, vel quærelis offerendis contra ciues vel habitatores Barcinone in factis ciuilibus principalibus habebit processus quicũq. fieri in scriptis: nõ possit dominus Rex, seu eius Cansellarius, Vicecancellarius & Regens Cancella. illas admittere nisi prius habuerit certificatoriam a curia vicarij vel baiuli Barcinone, quod partes firmarunt de directo in forma in dicta curia, &c. atque ita, quod non potest dominus Rex, vel eius locumtenens generalis euocare dictas causas, nisi prius firmatum fuerit per supplicantem in dicta curia: & de eo certificatoriam habuerit, & ita inconcusse seruatum fuit & seruatur. Et cauc qui dictum priuilegium loquitur de causis de quibus processus fieri debet. Et ppterea locũtenẽs generalis de omnibus causis verbalibus cognoscere cõsueuit, licet firmatũ nõ fuerit đ directo in aliqua dictarũ curiarũ vicarij & Baiuli Barci. & idẽ pcedit in regio Cancel. & Regẽ. Cancel a. qui vsq. ad xx. ll. cognoscũt verbaliter, & dixi in obseruantiis Gubernationis cap. lvj.

Denique est aduertendum dictā obseruantiam intelligi debere inter Cathalanos & regnicolas de qua facta fuit cōclusio.5.Septem.an.1532. pro vt refert Hierony.Dalmau in suis exemplaribus in verbo Aragonensis, vbi posuit conclusionem tenoris sequentis. In facto nobilis baronis de Erill citantis ad regiam audientiam nob. Ysabelam Fabro Aragonensem hic Barcinone repertam præsentem in curia ex vna:& dict. Ysabelę citatę,& dicentis citationem prędictam esse nulliter factam, & propterea forum declinauit, facto verbo per Petrum Clariana in vtraque aula fuit visum & deliberatum. Attento quod ipsa nobilis Ysabela erat extranea, & non regnicola huius principatus nec aliàs sortiebatur forū ratione domicilij: nec contractus nec rei de qua agebatur. & Barchinona est communis patria inter Cathalanos & regnicolas: dictam citationem esse nulliter factam.

a Lo vell hoc vsat, modo est citum in vol. 3.correcta & super f.u.lib.10.tit.fin.
b E ordenam in noua vero compil. est. di uisa hæc cōst.per §§.&.§.1. qui probat in tentum continetur in titu.de exceptions impedi.lo ingres de la causa fol.227.
c Volumine. titu.de donar.libell o deman da fol.65.

CAP. 10.

SVMMARIVM.

1 *Causam ad regiam audientiam euocatā eo prætextu quia partes sunt presentes in curia, recedente regia audientia ab illa vicaria apud quem remaneat.*



Vando causa euocatur ad regiam audientiam prætextū quia partes sunt in curia si regia audientia recedit ab illa vicaria in qua fuerat euocata: nō trahit ad se illam causam, sed illā restituit ordinario, aut remanet ordinario cui antea fuerat commissa, aut verius corā quo antea illa causa vertebatur, nisi euocata esset ex aliqua qualitate extra illum vicariam.

Ita reperio in exēpla.Hierony. Dalmau,in verbo euocata causa quando redit versi.Itē nota de euocatione,melius clarius,& latius ponitur in verbo causæ vicariæ intra vicariam, vbi dicit ita fuisse declaratum in causa quæ vertebatur inter nob.Galcerandum de Remolins,& Elizabetem Ribera ad relationē Fran.Castello docto.regij consilij facto verbo in regia audientia viij.Martij M.Dxxxv.& erat scriba Paulus Marchus Lauaneres scriba petitionarius, & pro eo Raphael Marti not. Et licet ipse nō ponat rationem,nec fundamentum, tamen arbitror veram rationem, & fundamentum esse,quia causę non possunt extrahi a vicaria, nisi cum qualitate vt in consti.Itē que les causes de la vegueria in titulo de iurisdictio de tots iutges *a* fol.81. *a* & in aliis relatis supra in prima & secunda obseruantiis, signanter dum in ij.in fine allegat tex.expressum in consti. Tollents lo abus, ibi romanguen de fet.in ti.de offi.de Camarlench *b* *b* fol.44.

a Fol.81.in nou.compil.fol.194.
b Camerlech.in nou.compil. titu. de offic de protonotari.fol.95.

CAP. 11.

SVMMARIVM.

1 *Euocatur causa ad regiam audientiam eo pretextu quia partes sunt presentes in curia inter Cathalanos tantum.*



1 Rætextu quia partes sunt presentes in ciuitate Barcinone euocantur causę ad regiā audientiam in ea ciuitate existentem:quia ciuitas Barcino. est communis patria inter Cathalanos, & regnicolas, intellige, declara,& limita vt dictum est supra in obseruan. viiij.in prin. & versi. vlterius.

CAP.

CAP. 12.

SUMMARIUM.

1 *Causæ euocantur ad regiam Audientiā prætextu pupillaritatis etiam contra habentem priuilegium generale quod eius causæ non euocentur.*

2 *Statutum disponens generaliter super decisionibus causarum non comprehendit causas pauperum.*

3 *Regaliæ semper censentur exceptæ à generalitate constitutionum nisi expressè de eis caueatur.*

1 Vocari consueuit ad regiam audientiā prætextu pupillaris ętatis, vel alterius qualitatis causa etiam contra habentem priuilegium expressum quod eius causę non possint ad regiam audientiam euocari, nisi in eo priuilegio esset facta mentio de dictis qualitatibus.

Ita declaratum fuit inter actorem Iacobi Mahull pupilli: & vniuersitatē ciuitatis Ilerdę, ex eo quia dicta ciuitas pretendebat quod causa sui priuilegii q vulgo dicitur de la bandera de damnificar, &c. non poterat ad regiam audiē tiam euocari, nec executio illius impediri pretextu sui priuile. hoc expressè disponentis & prohibentis. quę declaratio facta fuit precedente cōclusione ad relationem Vincentij Orrit. 12. Decembris 1513. in posse Francisci Giraldi Fogassot, & pro eo Sola not. vt sequitur. Quia in dictis priuilegiis ciuitatis Ilerdę concessis per serenissimum dominū regem Ildefonso nulla fuit facta de qualitatibus viduitatis, vel pupillaritatis quibus in viam iuris non censetur derogatum. Et ideo sequendo conclusionem in in regia audiētia factam sua dominatio declarat dictam causam bene esse euocatam.

Ista conclusio fundari potuit per tradita per Cy. & Salt. in l. vnica. C. quando imperator inter pupil. & vidu. Mier. in cōstitutione nr ex beneficiō. n 5. & 13 colla. 9. fo. 135. per tex. in c. significātibus de offi. deleg & ibi vide Feli. in c. sedes de rescriptis. Feli. in c. si qui testium nu. 2 10. de testib. & vide quę refert Mier. in d. c. nr ex beneficio nu 6. vbi post alios dicit, quod statutum disponens generaliter super decisionibus causarum: non comprehendit speciales causas pauperum. per tex. in l. si procuratorem §. Si ignorans ff. mandat. & per id quod tradit idem Mier. colla. 2. fol. 18. c. Item si barones, quę est xxxviij. num. ij. & iij. 3 dicens, nota quod regaliæ semper intelliguntur exceptę a constitutionibus, nisi in eis specialiter dicatur. Et ita communiter tenetur, & practicatur, quia nō est verisimile quod dn̄s rex voluerit vnico verbo à se abdicare regalias suis ossibus affixas, ad quod allegat extra de reg. iur c. In generali lib. 6. Et in col la. 10. c. 4. nu. 11. & 12. fol. 4 dicit multa notāda & per notabilia iura & doctor & inter cætera dicit & probat, quod regaliæ semper intelliguntur exceptæ nisi de eis caueatur expressè. Item quod statutum generaliter disponens super decisionibus causarum non cōprehēdit causas speciales pauperum & aliarum miserabilium personarum. Adde videnda quę ponuntur super obseruantia. 14. de priuilegio alcaldorum circa finem.

CAP. 13.

SUMMARIUM.

1 *Causæ minores quinquaginta librarum non euocantur ad regiam Audientiam in vim clausularum renuntiationis proprij fori.*



1 Causas minores l. ll. euocari non possunt ad regiam audiē tiam etiam in vim clausulę renuntiationis proprij fori, & submissionis cuiuslibet alterius fori per c. lxviij. curię anni. M.D.lxxxv.

c. lxviij. & in ordi. 15. titu. de euocations de causes fol. 220.

CAP. 14.

SVMMARIVM.

1 *Causæ eorum qui sunt de iurisdictione alcaldorum de la seca dum actu operantur nõ euocantur ad regiã Audientiã.*
2 *Rex an possit concedere quod non possit causas miserabilium euocare.*
3 *Episcopus non potest a se eximere ecclesiam.*
4 *Intellectus verus huius obseruantiæ.*
5 *Rex an possit regaliam oppressionis a se abdicare in curiis generalibus.*
6 *Resolutio obseruantiæ.*
7 *Causa ministri de la seca quæ ad iudicẽ capibreuationis spectat an tractari debeat coram alcaldis de la seca.*



Causas eorum qui sunt de iurisdictione alcaldorum (si in prima instantia euocantur ad regiam audientiam etiã prætextu paupertatis, pupillaritatis, vel viduitatis) obseruat regia audientia restituere curię alcaldorum vigore priuilegij illis concessi per regẽ Alfonsum. Dat in castronouo. Neapoli. 22. Septemb. 1445 Adde quod hodie per nouissimam constitutionem curię, videlicet anni. 1585. c. 2. officiales seccę, siue dels alcaldes tam in principatu Cathaloniæ, quam in comittatibus Rossilionis & Ceritanię, non gaudent suis priuilegiis nisi in quantum facient exercitium sui officij, & in eo quod ad dictum officium tangit, & non aliter. Et quid si renuntiauerint eorum proprio foro & cuicunque alteri se submiserint, dicetur in obseruãtia sequenti.

Pro clariori intelligentia materię huius capituli 14. seruabo modũ hunc. Primo referam quid ante nouissimã curiã anni videlicet 1585. & postea referam, quid in dicta proxima curia statutum fuit, & qualiter fuit intellectum. In prima impressione huius materię ad probandum quod regia audientia consueuerat restituere alcaldis seccę causas ab illorũ curia ad regiã audientiã prima in stantia euocatas prętextu paupertatis pupillaæ ætatis, vel viduitatis, tetuli vt sequitur, Ita reperio relatũ in exemplaribus siue notis Hieronymi Dalmau in verbo, Alcaldi, fuisse obseruatũ in causa Ioannis Christophori Celdoni, contra Mattheũ Roig procuratorem Philippi Galiano facto verbo in regia audientia per Cauila docto. regij consilij 11. Octobris 1546. Et in alia causa per Salauerdenya 1539. inter T. Ioannem, & viduã Domenech etiam prętextu cuiuscunq. qualitatis, & pars ad cuius instantiã fuit euocata: fuit in expensis condemnata.

Aduertatur quod Mier. colla. 11. c. Les causes de vidues. fol. 3. col. 2. versi. Sed nunquit, tenet contrariũ pede fixo in eisdẽ terminis huius obseruantiæ, dicẽs per hęc verba. Sed nunquid ex priuilegio potest concedere ne possit causas

2 pauperum & aliarum miserabiliũ personarum euocare. sicut vidi tale priuilegiũ fore nouiter concessum monetariis Barcinonę. Respondeo non quia princeps non potest sibi auferre regalias recurrendi ad eum nisi renuntiaret sedi regię secundum Innocen. in c. cũ venerabilis extra de censibus quod est verũ per rescriptũ, sed bene per cõstitutionẽ generalẽ cũ coadunantia in curiis generalibus editis, vt patet hic, & supra eodẽ in constitutio. censualiũ & violariorũ. Et ita vidi determinari semel in audientia & credo quod bene per vsati. aliũ nãq. & melius 23. q 5. Hęc ipse Micres. Quid igitur dicendum & obseruandum in tanta contrarietate: nedũ quo ad ius: sed etiam obseruantiam regię audientię? Ego salua correctione regię audiẽtię ex doctrina Panormi. post. innocen. in d. c. cum venerabilis nu. 3. vsque ad 7. & signãter nu. 6. & Henrici Boic. in c. pastoralis extra de dona. dicerem cum distinctione concordari posse pręmdicta. Dicunt enim prefati doctores signanter. Panor. in d. c. cum venerabilis num. 6. declarando dictũ tex. quod licet episcopus non possit in totũ a se eximere Ecclesiã per illũ textum: tamẽ per modũ cuiusdã vicarię perpetuæ: potest concedere inferiori prælato etiã recipienti

cipiēd nomine suę dignitatis omnia iu ra propter hoc tamen illa iura nō erūt abdicata ex toto ab ep.scopo, quia saltem illo vicario negligente potērit Ep.scopus exercere, argumen. in c. irrefragabili in § excessus de offi. ordi. Atq; ita in proposito nostro dicti priuileg j alcaldorum seccę monete Barcinone. licet dominus rex dederit priuilegium dictis monetariis siue alcaldis, & eis qui sunt de alcaldis ne causas illorū possit dominus Rex ad suam audientiā euocare:sed debebant illę causę per dictos alcaldos dictorum monetariorum terminari & decidi:non tamen propterea abdicata esta domino rege in totum dicta regalia, videlicet quin propter negligentiā doctorū alcaldoru vel propter oppressionē per eos factam:possit dominus rex ad se suam audientiam euocare Et ita potest saluari, & debet intelligi prædicta obseruantia regiæ audientiæ lata per dictum Hieronymū Dalmau, de non euocando causā dictorum monetariorum seccæ: quia propterea non excludit quin Rex ex sua supprema regalia propter negligētiam dictorū alcaldorū, &etiam propter oppressionē, quę per ipsos alcaldos fieret dictis pupillis, & aliis miserabilibus personis: & sic per recursum oppressorum: possit dictum recursum admittere, & ad suā regiā audientiā euocare, nō obstante dicto priuilegio regio dictis alcaldis, & monetariis concesso, quoniā ipse dominus Rex non potuit a se abdicare dictā superioritatē, & supremā suam regaliā, & onus liberandi vi oppressos a manu calumniantiū, quia officiū propriū regis est libere vi oppressos a manu calumniantium &c. vt inquit tex. in d. cano. regum officium 23. q. 5. cui est cōformis dictus vsati. alium namque. Et ita potest intelligi, quod dicit dictus Mier. & hoc ipse quodammodo aperit in verbo recurrendi, dicēdo quod Rex nō potest sibi auferre regaliā recurrendi ad eum nisi renuntiaret sedi regię, allegando Inno. in d. c. cum venerabilis extra de censi. & dictū suū debet intelligi secundū iura. & docto. quæ allegat. & sic secundū dictum c. cum venerabilis, & secundū intelligentiam ad d. c. datā per Inno. quē allegat, & etiam secundū dictā doctrinā Panormi. ibidem & Henrici Boic. in d. c. pastoralis de dona.

Limitationem autem quam videtur ponere dictus Mier. dicendo quod rex potest renuntiare dictæ regaliæ per constitutionem generalem, cum coadunantia in curiis generalibus, vt patet in d. constitutione, & in constitutionibus cēsualiū & violariorum: si ipse intelligit de regalia oppressionis, aut negligentię dictorum alcaldorū qui sunt iudices ordinarij monetariorum: non puto eius opinionem esse veram sed erroneam & nullo modo posse, nec debere obseruari per ea quæ inferius dicentur, & eius opinionem per constitutiones quas allegat nō probari, quia non loquuntur de recursu ad dominum regem propter oppressionem vicariorum, alcaldorum & aliorum iudicum inferiorum opprimentiū Et arbitror quod quamuis aliqua constitutio Cathaloniæ illud disponeret: quod talis constitutio tanquam irrationabilis & contra bonos mores naturales, & cōtra canonicas & sanctas, & charitatiuas sanctiones non valeret iuxta tex. in cans erit autem lex distinc. iiij. can. regum officium est proprium, cā principes sęcu. li. cā, administratores cū similibus xxiij. q. v. & vbiq. docto. & in d. vsā. aliū nāq. supradicti principes nobilē, & honestū & vtilem miserunt vsaticū fol. 170. vltra quod dicta constitutio esset incitatiua delinquendi & sic peccandi contra Deum & proximum: cum cessante dicta regalia: delicta remaneret impunita. quod patet, quia si iudex inferior nō liberat subditū suū ad oppressione, & fortius si ipse iudex est qui opprimit subditum suum: & subditus non potest recurrere ab superiorem dicti iudicis inferioris (qui est dominus Rex:) remaneret oppressus subditus sine remedio, & sic ipse oppressus remaneret in oppressione, & iudex inferior delinquens remaneret sine punitione, quod

quam iniquum, & contra leges ciuiles & canonicas fit: nemo est qui ambigat, pro quo ca 1. 2. & 3. distinctio. 4 cap. nō est iniquitatis. c. non frustra. can. principes sęculi. can. regum officium. can. administratores. can si audieris in vna, & est not. can. non est innocentię, & seq. xxiij. q. v.

Adde quę dicam infra in capi. xviiij. incipien. causas vi oppressorum.

6 Et si, & vbi dictę obseruātię non possent dicto, vel alio modo concordari: sed essent contrarię respon. quod vltima obseruantia relata per dictum Hieronymum Dalmau est de iure sequenda: tum quia vltima derogant prioribus signanter, attento quòd per vltimā causę redeunt ad suum primeuū statū, id est ad iudicem ordinarium, vt pote Vicarium, vel baiulum, & similes iuxta constitutiones disponentes quòd causę vicariæ intra vicariam, & causę baiuliæ intra baiuliam sunt terminādę, & quod omnes causę regulariter per suos iudices ordinarios sunt decidendę, nisi euocatę fuerint ad regiam audientiā, vt dictū est supra in obseruā. 1. & 2. & sic pupilli pauperes, & viduę non remanerēt sine iudice ordinario, & consequenter non remanerent oppressi, quia habent remedium ordinarium appellationis in casu iniustitię: & in casu oppressionis, vel negligentiæ iudicis ordinarij recurrere possent ad dominum Regem, qui non potest non admittere eorum recursum cum eius proprium sit officium, nisi sedi regię renuntiaret, vt dictū & probatum fuit supra, tum etiam quia dicta vltima obseruantia relata per Dalmau: hodie seruatur per regiam audientiam, & sic sequēda per tradita supra in pręfatione huius instituti.

7 Hoc intell go, quādo causa quę euocatur vertetetur coram alcaldis seccę, quid autem si aliquis de ministris seccę esset emphiteota, & rōuentus fuisset corā iudice capibreuiationis assignato per dominū directum rei emphyteoticarię, & dictus minister firmauerit de iure corā alcaldis seccę, & contentio iurisdictionis inter curiā alcaldorū, siue seccę, & dictū iudicē euocata fuerit ad regiam audientiā: an tali casu regia audiētia declarare debeat, vel cōsueuerit cognitionem dictę causę emphyteoticarię ad dominū directum pertinere: dic vt in capit. xviij. incipien. ita fuit declaratū.

a Cap. ij. & in ordi. 4. titu. de offici de alcaydes y monedees de la seca.

CAP. 15.

SVMMARIVM.

1 *Causæ alcaldorum de la seca an euocentur ad regiam Audientiam in vim renuntiationis proprij fori.*

2 *Priuilegio alcaldorum de la seca an possit renuntiari.*

3 *Priuilegium alcaldorum de la seca continet fauorem publicum.*

4 *Officiales de la seca nulli subsunt nisi domino Regi.*

5 *Officiales de la seca gaudent solum priuilegiis dum exercent officium.*



N tamen causę dictorum alcaldorum, seu eorū qui sunt de iurisdictione dictorum alcaldorum, & renuntiauerūt eorum proprio foro, & se cuicumq; alteri foro submiserunt, possint in vim dictarum clausularum ad regiam audientiam euocari.

Reperio Hieronymū Dalmau quondam doctorē regij consilij in suo libro exemplarium dicentem. Credo quod sic per motiua quæ deducuntur per dictum Saluerdenya in dicta causa viduæ Domenec, & subdit. Sed dubito, quia priuilegio alcaldorū nō potest renuntiari, de quo vide infra in verbo forū viri, & ibi remissiue dixi: hæc ipse Dalmau, & in verbo forū dicit quod in dictis priuilegiis alcaldorū habetur nō posse renunciari foro alcaldorū Et ita 28. Aprilis 1569. in causa retroclami expositi in regia audiēcia instāte Iacobo Camps mercatore villæ Granulla, cōtra Michaelē Verges fici procuratorē curiæ Alcaldorum, fuit per me facto verbo in Regia

gia Audientia prouisum vt sequitur. Attento constat, Michaelem Verges creatum fuisse procuratorem fiscalem curię seccę monetę regię quę cuditur Barcinone. Et eodem die dictam procurationem acceptauit, ac iurauit, inter cetera, non subire iudicium coram aliquo officiali, nisi coram persona regiæ maiestatis præsentis in curia, & in eius absentia coram Alcaldis dictę seccę. Et attento priuilegio per Regem Alfonsum bone memorię officialibus, collegio, & ministris, siue officiariis dictę seccæ concesso. 12. Decembris. 14 15. & aliis priuilegiis per alios Reges dictæ seccæ concessis. Aliis etiam meritis processus attentis: prouidet ad vlteriora pręsentis causæ non esse procedendũ, sed partes & causam remittendas esse sicuti cum pręsenti illas ad dictam curiam Alcaldorum remittit, & pro his fiant cartella, & neutram partem, &c. rst in posse Viladamor scribę mandati r gij, & pro eo Fanes, idem fuit prouisum per magnificum Michaelem Cordelles doctorẽ alterius aulę Cancellarij Regij facto verbo in regia Audiencia. 17. Decemb. 1577. in causa retroclami expositi per Pet. Atles contra personã & bona Hieronymi Valls domicelli officialis dictæ seccę, est in posse Gab. Mas Scribæ regij mandati & pro eo Capella nota. Ratio fundamentalis est, quia priuilegiũ Alcaldorum continet fauorem publicum principaliter ne Alcaldi ab illo exercitio distrahantur, & ideo dicto Priuilegio per priuatũ, id est per eos qui sunt de iurisdictione dictorum Alcaldorum renũtiari minime potest, ius enim publicum priuatorum pactis mutari non potest. inquit tex. in l. ius publicum ff. de pac. etiam si iuramentũ interueniat c. si diligenti de foro competen. qui licet loquatur in clerico: idem videtur in laico, vt aperit illę tex. in verbis illis, immemor constitutionis qua cauetur pacto priuatorum iuri publico minime derogari. & per glo. ibi in verbo, pacto priuatorũ, & ibi docto, & in locis infra relatis, & propterea non obstat regula textus, qui pro contrario allegari poterat prima facie in l. si quis in conscribendo C. de pact. qua habetur quod quilibet potest renuntiare suo foro, & fori priuilegio a lege, vel a principe indulto, quia est regula iuris antiqui: omnes licentiam habere his quæ pro se introducta sunt renuntiare, nam ille tex. loquitur in priuilegio fori priuatam vtilitatem principaliter continente. Et ad cognoscendum quãdo priuilegium est concessum ad vtilitatem publicam principaliter: & quando ad priuatam: & de regula & fallentijs videatur. Ias. in d. l. ius publicum, & aliquid saltem in argu. in l. pacisci nu. t. ff. eo. ti. Et quia his tẽporibus officiales seccę iurant non subire alium forum: procederent pręd ista absque dubio, & ad istorum corroborationem videatur consilium. 46. Cels. Vgonis vbi loquendo expresse de isto Alcaldorũ priuilegio arguit pro & contra. Præcipue num. 12. & 13. & sequen. vbi ponit alia fundamenta, & de materia, Capi. Decisio. 9.

4 Adde pro materia, quod Thom. Mietes in constitu. Molts inexperts col la. 10. nu. 5. fol 29 dicit quod monetari in omnibus sunt de foro alcaldorũ, ita quod nulli nisi Rex habet iurisdictionem in ipsos. Et quod f. lhe in Moscaçaffio qui quoad eius officiũ pertinet habet iurisdictionẽ etiã super clericos, & quod ita per Regem p st multas altercationes fuit declaratum, & credit quod bene, & quod ita fuit conclusũ in cõsilio regio viiij. Nouẽ. M. cccclxviij.

5 Adde & tene mẽti restrictionẽ traditã per nouã cõstitutionẽ curiæ anni proxime lapsi, videlicet M.D.lxxxv. c. ij. a qua est statutũ, & ordinatũ quod dicti officiales seccę, aut alcaldorum, tam in principatũ Cathaloniæ, quam in comitatibus Rossilionis & Ceritanię, nõ gaudent suis priuilegiis, nisi quatenus faciẽt exercitiũ sui officij, & in eo quod ad dictum officiũ tangit, & non aliter, & ex his restat, quod in eis quę non tangunt officium dicti officialis valet dicta renuntiatio, quinimo forsan,

quamuis quis esset officialis seccæ, siue dels alcaldes; si non faceret exercitium sui officij: valeret dicta renuntiatio. sed non affirmo, quia hactenus in tam breui termino, scilicet vsque ad præsentem diem, quæ computatur xx. Maij M.D. lxxxvj. non vidi aliquam super his determinationem, nec incontingentia fac ti deductum.

a. C.ij. & in ordi. 4. tit. de offic. de Aleaydes y moneders de la seca.

CAP. 16.

SVMMARIVM.

1 Causa nõ euocatur ad supplicationem tertij opponentis.

1 Causam ad supplicationem tertij opponentis consueuit regia audientia non euocare, & si euocetur restituitur. Ita fuit me refferente determinatum in regia audiẽtia & prouisum xxv. Septembris 1555. in causa vertente inter vniuersitatem loci de Arees, & rectorẽ parrochialis Ecclesiæ dicti loci, scriba Gorr, pro eo Vidal. fundatur per doctrinam Bar. in l. 1. C. vbi in rem actio, & in l. pro curator ad exhibendum. §. 1. ff. rem ratã haberi.

Adde quod in curia generali anni proxime lapsi, videlicet M.D.lxxxv. c. lv. a fuit statutum, quod ad instantiam illius qui se opposuerit in aliqua causa, petendo, aut assistendo, aut excludendo aliquem ex litigantibus nõ possit illa causa euocari qualitate aliqua, quæ concurreret in persona dicti opponentis, reuocando quantum ad dictam euocationẽ b c. 34. b anni. 1547.

a. c. lv. & in ordi. a titu. de tercers opposants fol. 161.

b. Cap. 34. quod est. 1. in ordi. eo. titu. de tercers opposants.

CAP. 17.

SVMMARIVM.

1 Causa capibreuiationis euocatur cũ qualitate.

2 Emphiteuta non cogitur littigare nisi coram domino.

3 Priuilegium ciuitatis Barchinonæ circa allodia.

4 Causæ emphiteuticales primarum vel secundarum appellationum quomodo euocentur.

1 Causa capibreuiationis emphitheoticarum rerum euocari cõsueuit ad regiam audientiam cũ qualitate paupertatis, seu pupillaritatis, & similium etiam in prima instantia.

Ita fuit prouisum per Iacob. Claret quondam docto. regij consilij. 12. Nouem. 1562. scriba. T. & pro eo Pollonius Ferret, & ita videram ego antea obseruari ab anno. 1550. vsq. 1560.

Dubium sum & formari poterat de constitutio. incipient. Item que nengun hom sie destret in titulo de jurisdictio de tots jutges, e de for competent fo. 81

2 vbi disponitur quod nullus homo distringatur litigare pro honore quem tenet nisi in posse illius pro quo dictum honorem tenet Et ex parte domini directi etiam summi potest argu. eiusdem constitutio. Nam si emphiteota non cogitur litigare, nisi coram domino directo: ergo dominus habet iurisdictionem: ergo eius iurisdictionem emphiteota declinare non potest, nec iurisdictio a domino separari potest. & hoc procedit tã de iure constitutio. & vsati. quam de iure communi per iura relata per Mier. in d. const. num. 6. & sequen. colla. 4. fo. 50. Socatrats in consue. si aliquis habet

3 hominem pag. 450. num. 14. Et ciuitas Barcinone habet priuilegium relatum post volumen constitutionum generalium Cathal. sub titu. priuilegis, e altres coses fahents per la ciutat de Barcelona fo. cclxxxvj. pag. 1. tenoris sequentis.

a Item concedimus a quod quilibet laicus teneatur assignare iudicem laicum suo terrã tenẽti super honoribus quos per eum tenuerit. Sed nihilominus in vim dictarum regaliarum potest distrin-

gi

gi litigare in regia audientia, quia regaliæ non comprehenduntur in legibus seu dispositionibus generalibus vt dispositum est in alijs quibuscunque ordinarijs regulariter. pro quo vide iura & docto. relata, & relatos supra c. xj. super priuilegio penonis siue dela bandera de Leyda.

4 Idem est de causis primatum appellationum, quia consueuerunt euocari prætextu qualitatis. Causæ vero secundatum appellationum, consueuerunt euocari sine qualitate.

a. Item concedimus. in nou. vero compil. cu us. in consu. Bar. vulgo dictis recognouerunt proceres fol. 4c.

CAP. 18.

SVMMARIVM.

1 *Causa contentionis inter iudicem capibreuiationis & alium regium euocatur ad regiam audientiam quæ consueuit illam remittere iudici capibreuiationis.*

2 *Si minister seccæ conuentus coram iudice capibreuiationis firmauit ius coram alcaldis, corā quo causa debent termi nari?*



1 Ausa tamen contentionis iurisdictionis inter iudicem capibreuiationis, & alium iudicem regium consueuit ad regiam audientiam euocari & regia audiētia consueuit causam remitere iudici capibreuiationis.

Ita fuit declaratum. 29. Nouembris 1546. ad relationem magnifici Bernardi Vilana facto verbo in regia audientia in posse Ioannis Viladamor, & pro eo Georgij Ioannis Tost nota. in processu causæ vertentis inter camerarium Cresspo, siue Rocha Crespa, & T. Cosco super contentione iurisdictionis inter curiam Alcaldorum, & iudicem capibreuiationis assignatum per dictum Crespo, vt dominum directum, & postea ad mei relationem in casu simili inter Economum monasterij Prædicatorum Barcinone ex vna, & Michaelem de Puigmari officialem seccæ Barcinone. 17. Martij. 1551. fuit idem declaratum non facto verbo. & ita hodie intrepide & in concusse obseruatur. reliqua, vide in obseruantia sequenti immediate.

2 Quid autem si emphyteuta est minister seccæ, & conuentus fuerit coram iudice capibreuiationis per dominum directum rei emphiteoticarie assignato, & minister seccæ firmauerit de iure, coram Alcaldis seccæ, & inde mota fuerit inter dictos iudices contentio iurisdictionis, & causa contentionis ad regiam audientiam euocata fuerit: an hoc casu regia audientia consueuerit, vel debeat declarare in fauorem curię alcaldorum vel domini directi rei emphiteoticariæ, seu iudicis capibreuiationis per dominum assignati remittendo illi cognitionem dictæ causæ capibreuiationis, non recordor vidisse similem casum, sed pro parte iudicis capibreuiationis, seu domini directi, allego bonum & notabilem textum in constitutio. Item que nengu sie destret, in titulo de iurisdictio de tots jutges fol. lxxxj. a vbi disponitur, quod nullus homo distringatur litigare pro honore quem tenet nisi in posse illius pro quo dictum honorem tener. ergo cognitio illius causæ remittenda erit di cto domino pro quo illa res, seu honor tenetur, pro quo videatur Thomas Mier. in d. constitutio. nume. 6. & sequent. collatio. 4. fol. 50. Socarrats in consuetu di. si aliquis habet hominem pagi. 450. num. 14. Et priuilegium Barcinone relatum post volumen constitutionum generalium Cathaloniæ sub tit. Priuilegis, e altres coses faents per la ciutat de Barcelona fol. cclxxxvj. pagi. 1. tenoris sequentis. Item concedimus b quod qui libet laicus teneatur assignare iudicem laicum suo tettam tenenti super honoribus quos per eum tenuerit, pro quo etiam vide in duobus capitulis, proxime sequentibus, & retuli supra in cap. præcedenti.

a. Fol. 81. in nou. compil. fol. 194.

b. Item

fectum patium, vel alias partium con-sensu dimisso iudicio patium, quia tūc appellandum est a dicto iudice per do-minum assignato tanquam a iudice da-to, vel delegato ad ipsum dominū met tanquam ad delegantem seu dantem se cundum Calicium in eodē vsat. nume-ro duodecimo versiculo aut quęris quā do est cognitum, sequendo in hoc Iaco-bum de monte Iudai. per iura quę alle-gant, & illos in hoc sequitur Ioan. Socar rats in consuetudine incipiente, Consue tudo est in Cathalonia sub numero. 32. pagina 519. dicens referendo Calici. procedere in hoc casu: tam ex iure com muni feudali, quam ex consuetudine, & longęua obseruantia Cathaloniç in-concusse obseruata, quę est obseruanda. l. minime, ff. de legi. & c. cap. Romana de appella. in vj.

Sed dubium est quādo dominus feu di non habet superiorem dominum in feudo: & sententia fertur per pares cu-rię, quia tunc secundum Cali. & Socar-rats in locis pręfactis, a dicta sententia per pares curiæ lata: appellatur ad iudi cem ordinarium illius territorij vbi res feudalis est sita, ad quod Cali. in d. vsa. placitum iudicatū sub numero 12. versi. aut quęris fo. 52. allegat Inno. & Io. An. in c. ceterum de Iudi. arg. l. vltimę. C. de iudi. & in hoc casu forsan posset dici quod non procedit dicta obseruantia, quia de eo casu nō loquitur, & ratio vi-detur diuersa, & quod non mutatur sta re non prohibetur, & ita potest: immo debet intelligi decisio regię audientię re lata per Hieronymum Dalmau in suis exemplaribus in verbo, Appellari ver-si. Item aduerte, tenoris sequentis.

Item aduerte quod vbi a paribus cu rię appellatur per dominum feudi: vel vassallum in causa feudali: quo casu de iure est appellandum, ad ordinariū per tradita per Bal. ad Barba. ibi in addi. c. ceterum de Iudi. fuit visum in regia Au dientia in causa Bernardi de Fuxano, & illustrissimi infantis Henrici ad relatio-nem Martini Sunyer, regiam audientiā haberi pro ordinario, quo ad hoc, vt ad eam appellari possit sicut ad ordinariū maxime, vbi est causa inter magnates. hæc ipse Hierony. Dalmau. alias si ita non intelligeretur proxima dicta deci-sio per dictum Dalmau relata: esset illa contraria aliis decisionibus, & obseruā-tiis Regię audientię, & doctrinis tot, & tantorum Doctorum relatorum supra in versiculo: Ita obseruantia, & versi. Et etiam procedit. Et euitanda est correc-tio quatenus fieri possit signanter, vbi est clara & aperta ratio diuersitatis, vt in isto casu l. Vnica, C. de inoffi. doti. Et denique: circa ea quę dixi in dicto ver-sicu. Et etiam procedit: est aduertendū quod Cali. ibidem versiculo, & prędic-ta vera puto fol. 52. colum. 2. loquendo de sententia lata per iudicem per domi num feu di in causa assignatum ob de-fectum parium vel alias partium con-sensu dimisso iudicio parium, quo casu appellandum esse a ipso iudice per do minum assignato tanquam a delegato ad ipsum met dominum feudi inquit. Et prędicta vera puto si ie dominus hoc casu assignans iudicē habuerit aliū dominum superiorem in ipso feudo: si-ue non, & ita seruatur, nisi dominus su perior ipsius feudi, & iurisdictionis in infeudatione ipsius feudi, & iurisdictio nis retinuerit sibi primas, & secundas appellationes, pro vt fecit dn̄s Rex Ia-cobus secundus in infeudatione iurisdi ctionis baroniarum de Lugano, & de Pottella, a vt in ipsis infeudationibus ad oculum vidi, ad quem (breuitatis gra tia) me refero, & reliqua dicā Deo du-ce infra in titulo de appellationibus.

a De Pottella ita loca. in consue. consue-tudo est Cathaloniæ num. 32. prope finē fol. 329.

CAP. 21.

SVMMARIVM.

1 *Causa afflictionis per dominum feudi mi litis vassallo facta euocatur.*

Cau-

1 Ausam afflictionis per dominum feudi militi & eius vasallis factæ: consueuit regia audiētia ad se euocare.

De his loquitur Cali. in Margari. fisci. viij. dubio prærogatiua lxviij. fol. 227. & in vsa. omnes homines lo.1. numero 10. versi. Quero iuxta prædicta fol.40. a Et quia iste articulus potius concernit materiam appellationum, ideo ibi latius referam,

a Fol.40. latius idem in vsat magnates per tot. vsat. similiter etsi senior titu. de dret del fisc. & ibi glosatores quæ est propria sedes huius materiæ ac particularis regalia: pluribus modis affligit dominus vassallum vt quando non dat sibi iudices de paribus curię competentes nō suspectos Iaco. de mōte iuda. in prin. vallescie. nu. 8. Marquill. colum. 4. versic. quæro quādo habeat locum in d. vsat. similiter etsi senior cali. vbi sup. Olib. in vsat. aliam namque num. 112. Requirendus est tamē dominus per vassallū bis aut ter, vt not. Socco. in cap. si quis habet hominē. nu. 58. fol. 462. ait enim quod ad effectū constituendi superiorem in mora requiritur quod ter interpelletur c. 1. & ibi. Hos. de sup. neg. prela. Nic. in clem. 1. de heret. verb. requisiuerunt. Et aduertit Cali. in d. vsat. magnates aduocatos cautos esse debere informando requisitionē præcipue ad petendum Castrum a domino apprehensi vbi late tract. requisita in similibus interpellationibus quæ sunt valde aduertenda ne vassalli ira bacati) quæ solet facile in his concurrere) incidant in se loniæ labem valde a dominis optatam ne dicam vtilem.

Ista obseruantia fundari potuit & debuit per tex expressum in vsa. Altre noble. in titulo de dret del fisch, e de les sues regalies. fol. 170. b ibi mantenguesseri lo oprimit, y occorreguessen al assetiat, scilicet ipsi principes, & de illa loquitur expresse Cali. in Margari. fisci. viij. dubio prærogatiua lxviij. per tex. in can. regum xxiij q. 5. & can. administratores cum ibi nota, & per dictum vsaticum, Alium namque supradicti Principes. Et etiam Guillel. de Vallesica in eodem vsati. in verbo oppressum fol. 152. & melius, & latius Iacob. Marquil. ibidem fol. 332. co. 3. in verbo oppressum, vbi dicit dictum vsaticum: & consequēter istam obseruantiam intelligi debere siue oppressus sit laicus, siue clericus, & siue opprimentes sint laici siue ecclesiastici, & qualiter contra ecclesiasticos opprimentes procedere posit dominus Rex: & multa alia adistā obseruantiam pertinentia: per multa iura notanda quę hic breuitatis causa ress. treomitto.

Et quod dixit principali prærogatiua regia, ideo dixi quia rex potius posset desinere esse Rex: quam dimittere obligationem liberandi vi oppressos, nam cum proprium officium Regis sit liberare a manu calumniantium vi oppressos: vt inquit textus litteraliter in dicto can. regum xxiij. q. 5. sequitur quod ex quo est rex: habet ipsam obligationem propriam, & officium liberandi vi oppressos, atque ita constat quod non potest esse Rex, sine dicto onere, & si dictum onus proprium regis non vult sustinere: debet dimittere esse Rex, cum vnū sine altero stare non possit, & quod proprium est separari non potest a subiecto, sine corruptione ipsius subiecti. Et propterea in propriis terminis dicit Mieres in constitu. volents les constitutions au. decimo tertio quod Princeps non potest, à se auferre hanc regaliam ad ipsum recurrendi per miserabiles, & oppressos. nisi renuntiauerit sedi regiæ per nota. per Inno. & allōs docto. in c. cum venerabilis extra de censibus, & di. can. regum 23. q. 5. Aduertatur tamē quod

CAP. 22.

SVMMARIVM.

1 *Causæ oppressorum euocantur ad regiam audientiam.*

2 *Rex potius desinet esse rex quam quod dimitat obligationem liberandi oppressos.*

Ausas vi oppressorum consueuit regia audientia ex principa
a li prętogatiua regia. euocare. a

quod idem Mier. in c. ne ex beneficio num. 109. colla. 9. fol. 143. dicit se intelligere dictum Inno. quando rex renunciaret ex rescriptio. Secus per constitutionem arg. c. Les causes de pubills. § E si alguna. in titu. de audientia e consell real c fol. 9. & eorum quę ipse ibi dicit in colla. 11. fo. 3. col. 2. versicu. Sed nunquid ex priuilegio, quod vltimum ego intelligerem cum grano salis, scilicet in causis in quibus ipse loquitur, quę sunt causæ pupillorum & aliorum miserabilium non oppressorum, & non generaliter vt comprahendantur causæ miserabilium oppressorũ: nam in causis miserabilium non oppressorum quamuis non euocarentur dictę causæ superesset dictis miserabilibus remedium ordinarium, quia iudices ordinarij illorum: poterunt illis iustitiam ministrare, attamẽ secus est in causis in quibus ipsi opprimerentur agendo, vel nolendo, seu neg ligendo, iustitiam ministrare. Ita quod si dictis miserabilibus nõ subueniretur per dominum regẽ: ipsi remanerẽt oppressi, male tractati, tali enim casu non puto quod aliqua constitutio posset valide disponere ꝙ dñs rex nõ posset occurrere taliter oppressis, & ꝙ renũtiatio regis valeret: quia talis renuntiatio quãuis per constitutionem esset admissa, quia ipsa constitutio esset contra bonos mores naturales, atque ita nullius momenti per text. in can. erit autem lex distin ctio 4. & esset contra dispositionem dicti can. regum officiũ, & can. princeps sæculi & similium, nisi dicta constitutio & prædicta opinio di. Mier. modificaretur cum doctrina Henrici Boic. in c. pastoralis circa finem de donatio. extra. arguendo de eo quod dicit de episcopo renuntiante ad dominum regem renunriantem ita videlicet, vt alius vice domini regis: occurreret oppressis, quia per hoc nõ diceretur abdicata potestas à domino rege. cogita, & vide que dixi supra in obseruan. 12. versic. limitationem autem.

Adde pro materia ea quę dixi supra in additionę c. 7. & sequenti de eo qui per hortescit totam vicariam vel totam bauliam, vel aliquem locũ illius iuxta consti. Perço que del benefici versi. Ordenam que negu per esguart de perhor d resce ntia in titu. quant lo princep entre pubills d fol. 86.

a Euocare. de oppressionis regalia late Auil. in cap. preto. in proIle. super verbi regimiento. in princi. Monta. in trac. de aucto. mag. consi. & parlam. Gal. a nu. 131. Qui refert verb. Cassiodo. 3. variarum. to. 10. Cordi est nostro sanctitatem humilium & contra potentiam superborum nostrę pietatis erigatur obstaculum ne liceat cuiquã apud nos audacie, quorum est propositi superba calcare. Cuius regalię virtute à prædecessoribus varie commendata consueuerunt Comites Barchinone non solũ per modum causę ac tela (vt aiunt) iudicialis oppressos defendere ac subleuare verum etiam extra iudicialiter per modũ defensionis naturalis per eã quæ trad. Olib. in vsat. alium namque cap. 3. n. 47.
b Fol. 170. in nou. comp. fol. 528.
c Consell real in nou. vero compil. titu. de euoca. de cau. fol. 214.
d Pubills in nou. vero compil. titu. de euoc. de cau. fol. 131

CAP. 23.

SVMMARIVM.

1 *Causæ patrimoniales vertentes in curia baiuli generalis non euocantur ad regiam audientiam.*
2 *Et quid quando agitur de viribus regij priuilegij.*
3 *Causæ appellationum a sententiis per baiulum generalem latis euocantur absque qualitate.*
4 *De causis Rossillionis ac ceritania maioribus 400. soli. commissis in baiulia generali est faciendum verbum in regia Audientia.*

1 Causæ regij patrimonij vertẽtes in curia Baiuli generalis Cathaloniç in prima instantia: non euocantur regulariter ad regiam audientiam: etiam prę-

rexru

textu pupillaris ętatis, viduitatis, aut paupertaris, & si euocantur: restitui solet. An autē euocari cōsueuerint, & pos
2 sint prætextu, quia agitur de viribus, seu intelligētia & obseruātia priuilegij
3 & beneficij regij dicetur statim infra. Causæ vero appellationū a sentētiis per Baiulū generalem latis euocantur ad regiam audientiam, & assumuntur per regiam audientiam sine aliqua qualitate.

Adde quod in nouißimis curiis anni
4 M.Dlxxxv. cap.liiij. a dispositum fuit quod quando in baiulia generali Catha
a loniæ ex comisione reali Rossilionis & Ceritaniæ est ferenda sententia diffinitiua, in causis ecec.ll. aut maiorum compelli posśint dicti baiulus, & procurator facere verbū in regia audientia modo & forma in d.cap.contētis, & quod sequendo determinationem regię audientię, & non aliter proferre debeant sententias.

a Cap.liiij. & in ordi. 4 de offici. de Balle general. &c.

CAP. 24.

SVMMARIVM.

Euocatur causæ eo pretextu quia agitur
1 *de viribus regij priuilegij.*
Interpretari an poßint per alium quam
2 *per principem ea quæ ipsius tangunt beneficium.*
Princeps solus cognoscit de concesśionibus & priuilegiis.
3
Causæ patrimoniales tractantur in re-
4 *gia audientia quando agitur de viribus regij priuilegij.*

1 Regia audientia causas eo prętextu, quia agitur de viribus seu intelligentia, & obseruantia priuilegij consueuit ad se euocare.

2 Fundamentum huius obseruantię arbitror dependere ex illa quæstione an ea quę tangunt beneficiū principis pos sint per alium quam per principem dirimi, & sic an eo pretextu posśint & soleant causę dicti dubij ad regiam audiētiam euocari, Bal.in c.1.num. 3. apud quem vel quos controuersia debet decidi in vsibus feud.fol.xxiij refert Ioānem tenere, quod aut est dubiū de priuilegio, aut de priuilegiato. Primo casu solus Princeps. Secundo casu etiam inferior cognoscit, & tādem post alia Baldus concludit distinguendo, quatuor partes faciendo, & inter alia concludit, quod quando priuilegium tangit solū ius principis ipse solus cognoscit, a idē
a dicit quando intentio Principis est incerta, quia ad principem recurrendum est, nisi lex scripta super ipsa intentio ne presumat, quia tunc non est opus recurrere ad Principem, post ea Cali. in Margarita fisci viij. dubio in prerogatiua lxxiij. pagi.18. qui de prędictis sub breui meminit: inquit per hęc verba.
3 74. quia solus Princeps directe cognoscit de concesśionib. & priuilegiis suis, si sunt iustæ, validæ vel inualidę, licet indirecte cognoscere posśit alius officialis suus, puta si muat causam, vel si sunt vera, vel falsa, vt in c.cū venissent de iudi. cum ibi nota.per Inno. & Ioan.And. in nouella ibi. & in c.cū tēpore de arbi. qui dicit, aut est dubiū de priuilegio aut de priuilegiato: primo casu solus princeps iudicat secūdo casu etiā inferior cognoscit, & pronuntit. de arbi.c.cū tempore. de iudi.c. cum venissent, Et ita refert Bal.in d.c.1. apud quem vel quos contro. debeat decidi.in vsib. feu. & ponit Antonius de Butrio in c.cum venissent de iudi.hęc ipse Calicius ibi, Item idem Calicius in prerogatiua 147. pag. 125. dicit quod solus Princeps interpretatur sua beneficia per l.nerarius ff. de re iudi. & alia iura Mier. in colla. 9. c. ne ex beneficio numer.109: fol.143. dicit regem pro causa concernente suam iurisdictionem posse trahere suos subditos in quācunque partem regni. Adde Socorrats in consue. si aliquis habet hominem pagi.451. num.19. & .20.

Ex prędictis arbitror emanatam fuisse obseruantiam, quod licet regula sit: quod

quod causę patrimoniales debeant in prima instantia coram baiulo generali Cathaloniæ decidi: Attamen quando dubitatur de viribus regij priuilegij, vel de intelligentia regij priuilegij consueuit regia audientia prætextu quia agitur de viribus vel intelligentia regij priuilegij causam euocare, & ita vidi semper obseruari nisi in vno casu per maiorem partem doct. aulæ regent. cancel. in quo casu erat minus dubium, vtpote quia agebatur de intelligētia duorum priuilegiorum duabus personis, & diuersis temporibus per regē concessorum, quo casu infallibiliter videbatur nedum potuisse, sed debuisse euocari & euocatam retineri per tex. in d. c. 1. in princi. & ibi glo. in secundo intellectu. versiculo vel dicas apud quē vel quos controuersia feudi diffiniatur in vsibus feudo.

a Cognoscit. Bal. in prælu. feud. nu. 18. Gail. obser. lib. 1. obser. 2. nu. 13.

CAP. 25.

SVMMARIVM.

1 *Causa semel euocata cum qualitate quæ postea fuerit probata non subsistere sed alia probetur, retinetur.*

2 *Missus in possessione ex causa iniusta potest petere ex alia iusta confirmari.*

3 *Princeps iudicat secundum veritatē omissis ambagibus.*

4 *In causa quæ ex prætextu iusto retinetur quæ ex iniusto alias fuerat euocata debet euocans vsque ad diem retentionis in expensis condemnari sed obseruat regia audientia neutram partem in expensis condemnare.*

Vando causa fuit euocata prętextu alicuius qualitatis quæ post ea probata fuerit nō subsistere: si tamen allegatur, & probatur alia qualitas vera, & subsistēs 1 consueuit dicta causa retineri in regia audientia.

Ita reperio in exemplaribus Hieronymi Dalmau fuisse conclusum, sed ego numquam reperij dictam conclusionem, & vidi contrarium seruari, non recordor tamen pro nunc in qua causa, at bitror tamē dictam conclusionem esse sat iuri consonam, & conformē, & probatur duabus, vel tribus sequentibus rationibus saltem simul iunctis, videlicet fauore dictarum qualitatum paupertatis, pupillaritatis, viduitatis, & miserabi2 litatis; & cuiuslibet illarum, & ex notabili doctrina Alexan. in l. si finita num. 5. cum sequentibus vsque ad finem. ff. de damno infecto post alios docto. per eum ibi, & reliquos in l. fin. C. de edicto. diui Adriani tollen. tenentes quod si sum ego immissus in possessionem ex causa iniusta, seu nulliter; possum petere me ex alia causa confirmari, quia non interest aduersarij mei, &c. & succedit exceptio dolo facis, &c. & quia prędicto modo resecantur lites & expensæ, quia si non procederetur ad vlteriora illius causæ, ille miserabilis ex alia causa subsistente de nouo instaret causam euocari, & euocaretur, & sic absque comodo conuenti & cum damno agentis fierēt nouę expensæ, quod non est ferendum, videatur, Alexan. qui fere hęc omnia in effectu tradit, nu. 5. 6. 7. 8. vsque ad finē & pro complemento videatur prerogatiua 123. posita per Cali. in viij. dubio 3 fol. 131. vbi dicit, quod princeps iudicat secundum veritatem omissis ambagibus & ex processu nullo.

Iustum tamen erit quod is ad cuius supplicationem fuit causa euocata; condemnetur in expensis factis vsque ad diem retentionis dictæ causę ex noua qualitate aut (iuxta doctrinam Alexan in d. l. si finita num. 5. circa finem ff. de damn. infecto, quia vtraque pars esset victrix, & victa,) quod vtraque pars sit absoluenda in expensis, pro qua ab solutione nos prouidere solemus, neutram partem in expensis condemnat. 2

CAP. 26.

SVMMARIVM.

1 *Causa ex filij paupertate non euocatur quando pater est diues.*

SI diues donat filio & filius supplicat pretextu paupertatis causam euocari: consueuit regia audientia causam non euocare, quia filius non potest dici pauper qui patrem diuitem habet.a

Ita reffert Hieronymus Dalmau in dicto suo libro exemplariũ in verbo pauper versi. Item nota quod si pater diues donat filio: fuisse deliberatum in vtraq. aula ad relatio. Francisci Castello in causa T. Mollet, & T. Gilabert villæ de reddis 4. Madij. 1515. per doctrinam Soci. consil. 121. num. 49. in 4. volum.

Adde quod erit bene addere dictæ obseruantię, & si de facto euocatur talis causa, & opponitur dicta exceptio quod pater est diues & probatur: consueuit regia audientia declarare, non esse procedendum in regia audientia super meritis dictę causę.

a Habet. c. clericos 1. q. 2. ibi. qui autem bonis parentum, & opibus suis sustentari possunt si quod est pauperum accipiunt, sacrilegium profecto committunt idem in c. fin. in fi. 16. q. 1. & c. 5. de magis. vbi. Abb. nu. 1. Surd. in trac. de alim. titu. 1. q. 23. nu. 21. fol. 19. & q. 103. nu. 3. fol. 82. et ita fuit decis. in regia audientia referente magnifico Francisco Sans in causa retroclami instante Valentia domicello loci de Piera contra benedictum et Gabrielem Vrgells loci de Ceruera. 20. Decem. 1584. not. nunc Bosc. et est prouio in processu. fol. 133.

CAP. 27.

SVMMARIVM.

1 *Causa vxoris pauperis non euocatur quando maritus est diues.*

1 ITem eadem ratione quando maritus est diues consueuit regia audientia non euocare causam pretextu paupertatis vxoris.

a Ita vidi pluries obseruari, licet pro nunc non menti teneam casus, seu personas in quibus fuit obseruatum, quia tanquam notorios non redegi illos casus in scriptis.

a Obseruari. et not. quod hæc obseruantia intelligitur quando causa est dotalis; secus vero quando agitur de bonis parafernalibus vxoris tunc enim quamuis maritus sit diues euocatur nihilominus causa propter paupertatem vxoris, nihil enim communè habet maritus cum bonis parafernalibus vxoris ea inuita l. hac lege cũ ibi commu. scrib. C. de pact. couẽ. nec coniuges dicũtur pauperes vnus propter aliũ vt not. Crauet. cons. 164. nu. 3. et 5. vol. 1. nam superstes habet quartam in bonis diuitis præmortui auct. preterea. C. Vnde vir et vx. et ita fuit decisum in regia audientia referente magnifico Saluatore Fontanet inter Eufraz nam Fustera contra Petrum Valls de Sotarriba 15. Octo. 1604. not. Roura.

CAP. 28.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas quoad euocationem arbitratur iuxta qualitatem personarum.*

2 *Arbitrandi modus circa paupertatem quantum ad causarum euocationem.*

1 QVis dicatur pauper seu miserabilis persona, vt pretextu suę paupertatis & miserabilitatis posit, seu debeat ad regiam audientiam causa euocari consueuit regia audientia arbitrari secundum qualitatem personarum.

2 Ista obseruantia seu arbitrium potuit summi initium (vt breuius agam) per iura quę allegat Mier. in vulgata cõstituti. ne ex beneficio a nu. 18. vsq. 22. & signanter nu. 21. col. 9. fol. 135. quę constitutio est in volu. constitu. in titu.

quang

quant lo principe entre pubills e viudes e miserables persones poc conexer. a. & incipit. Per co que del benefici, vbi, dicit per hæc (inter alia) verba, arbitratur autem hoc index diuersimode secundum diuersitatem personarum, nã vnus miles, vel nobilis homo habens mille in bonis est pauper, & vnus rusticus habens minus est diues &c. Et hoc vnum non omitto quod ipse Mier. reffert ibi nu. 19. & est doctrina Bal. in l. paupertas ff. de excusa. tuto. quòd pauper dicitur ille qui non potest viuere de suo continuo labore per illũ tex. & subdit Mier. Credo quod ita debet accipi hic, quia litigans habet circa litem vacare, & tunc non bene potest victum lucrari. Et licet contrarium videatur sentire determinatio antiqua relata in dicto libro exẽplarium Hieronymi Dalmau in verbo, pauper qui est iuuenis & sanus: tamẽ illa potest & debet saluari dicto arbitrio iudicis aliàs esset iniqua illa determinatio.

a. Pot conexer in nou. vero compil. tit. de euo. de cau. in ordi. 1. fol. 213.

CAP. 29.

SVMMARIVM.

1 *Causæ magnatum euocantur ad regiam audientiam.*

2 *Inter magnates ordinarij non sunt potentes.*

3 *Princeps ex sui prærogatiua cognoscit de causis arduis vniuersitatis vel corporum &c.*



1 CAusæ magnatum vertentes extra vicaria corã ordinarijs possunt, & consueuerunt ad regiam audientiam euocari.

Ita reperio relatum in libro Hieronymi Dalmau in verbo causæ magnatum verten. fuisse conclusum ad relationem Ioan. Sunyer an. M.D.xxij. in facto spectabilis gerentis vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ contra illustrem Ducem Cardonę insequendo quã illam illam antiquam conclusionem regiæ audientiæ.

2 Et arbitratur rationem esse, quia ordinarij inter magnates non sunt potẽtes, & seu sũt viribus imbecilles, & hoc prætextu vidi causas alias euocari. Et ista est vna de prærogatiuis quas ponit Cali. in Margarita fisci viij. dubio, pręroga. lxiiij. f. 177. qua habetur quod propter periculum: puta propter potentiam litigantium, dominus rex euocat causam ad suum consistorium per iura, quæ allegat, ego allego bonum tex. in l. presides C. de offi. rectoris prouinciæ, cuius verba sunt hæc: Præsides prouinciarum oportet si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non possunt: aut examinare, aut pronũtiare nequeũt de eius nomine: aut nos, aut certe ad prętoriãnæ præfecturæ scientiam referre: quo prouideatur qualiter publicæ disciplinæ & læsis tenuioribus consulatur. Mier in constit. Tolleots lo abus num. ro 17. colla. 10. fol. 3. & Cali. in prærogatiua lxv. dicunt, quod Princeps sua præ
3 rogatiua cognoscit in suo consistorio de causis arduis vniuersitatis, vel corporum, &c. Idem dicit Mier. in d. cõst. Tolleots lo abus nu. 21. & 22. col. 10. fol. 3.

CAP. 30.

SVMMARIVM.

1 *Euocantur causæ etiam contra capitaneum guerra eo prætextu quia ordinarij non sunt potentes.*



1 PRætextu quia officiales nõ sunt potentes, euocari solent causæ ad regiam audientiam etiam cõtra capitaneum generalem guerræ.

Potuit dicta obseruantia fundari per iura supra in proximo capitulo allegata, & signanter per textum in l. præsides. C. de offici. rectoris prouincię, cuius textus verba retuli supra in dicto proximo capitulo vbi vide.

De capitaneo guerræ vidi copiã autenticã in posse Stephani Puig quondã

doctoris regię audientię & fisci aduocati. In qua relatum fuit, quod xxiiij. Maij M D v. facta fuit conclusio contra capitaneum. nam quia ordinarij non erant potentes & alias: causa euocata fuit ad regiam audientiam.

CAP. 31.

SVMMARIVM.

1 *Causæ pensionum censualium & violariorum non euocantur prætextu paupertatis.*

2 *Censualium executio est introducta fauore & vtilitate Reipublicæ.*

3 *Ab executione censualium non potest appellari nisi allegetur excessus in modo exequendi.*



1 Causę pensionum censualiū & violariorum non possunt ad regiā audiētiā euocari extra vicariā prętextu paupertatis, etiam quod dicatur contrafactum constitutionibus cēsualiū & violariorū.

Ita reperio relatum in d. lib. Hieron. Dalmau in verbo causę pensionum censualium fuisse visum in vtraque aula ad relationem Bernardi Ribalter facto verbo, & hoc videtur rationabile quando in contractu est apposita clausula submissionis fori aliàs patitur contrarium de priuilegio, & fauore paupertatis & miserabilitatis, sed respon. executionem censualium esse introductam fauore, &

2 vtilitate reipublicę, qui fauor est maior & sic pręualet priuilegio paupertatis, pro quo est tex. in constitutio. Com sobre la conseruatio in princi. & circa medium, posita in titulo de censals y violaris, e execution de aquells fol. 129. & ibi

4 videtur textus expressus saltem de eius mente, quod non possunt euocari, dum ille textus prohibet fieri inhibitiones, reseruationes, abdicationes, & alias prouisiones aliqua ratione, vel causa etiam per regaliā &c. Et in quātū in ista obseruātia ponūtur illa verba: etiā quod dicatur cōtrafactū: videtur prima facie contra cōsti. incip. Declarāts cū alijs ibi relatis in tit. de cēsals y violaris: illud procedit per viam appellationis, id est dicere quod licet ab executione censualiū non

3 possit fieri appellatio vel recursus ad quemlibet alium officialem vel ad dominum regem: tamen si allegetur excessus in modo exequendi: tunc potest appellari, vel recurri. ita declarat Mier. colla. 11. ca. 14. fol. 26. Adde quę dico in obseruantia sequēti. Et quicquid sit sufficit quo ad nostrum institutum: istam partem fuisse per regiam audientiā receptā, & ita tenēdā, l. minime, ff. de legi.

4. Fol. 129. in nou. compil. fol. 420.

CAP. 32.

SVMMARIVM.

1 *Euocari possunt causæ censualium & violariorum intra vicariā absq; qualitate.*

2 *Intellectus huius obseruantiæ.*



1 Causę pensionum censualium, & violariorū intra vicariam, in qua residet regia audientia: possunt euocari ad regiam audiētiam sine aliqua qualitate sicut omnes alię causę.

Ita reperio in dicto libro exemplatium Hieronymi Dalmau in dicto verbo. Causę pensionum censualium versi. Nota tamen circa prędicta fuisse cōclusum in regia audientia 4. Augusti. 1536. B. r. in. pręsidente Ianfrido de Ortigijs Regente Cancella, videlicet, quod ratione viduitatis, vel alias causa censualis non potest euocari, sed si dominus Rex vel eius locumtenens esset præsens in ciuitate Barcin. vel alio loco vbi fit dicta executio, tunc dictam causam sicut aliā poterit euocare, & quod dicta cōclusio facta fuit attētis verbis cōsti. Etsi appelletur ab ordinario exequente, eo quia allegatur modum excedere non seruādo modum constitutionum super hoc disponentium vel alias agrauando: introducta appellatione io audiētia nō facta aliqua inhibitione viso pcessu executionis: fit cognitio ao modū excesserit, & si ita sit, reuocat & reducit ad primū statū aliàs

alias dicta executio semper continuatur dicta appellatione non obstaute hęc ipse Dalmau.

2 Ego tamen gratia dubitandi tantum deduco. quod si in contractu censualis vel violarij non sunt clausulæ submissionis,& renunciationis proprij fori, & aliæ solitæ: absq; dubio procedit de iure dicta obseruātia. Sed diffi. ultas est quā do in contractu sunt dictæ clausulæ, & cum iuramento, quia tunc debitor censualista tenetetur obseruare iuramentū, & ideo non posset supplicare quod eius causa euocaretur. Et proinde forsan dictæ obseruantiæ possent addi, hęc verba, nisi renuntiatum esset proprio foro, & & submissum cuicunq; alteri, vel intelligendo quod dicta obseruantia procedat supplicante creditore: tunc possunt addi hęc verba, ad supplicationem creditoris:& non ad supplicationem debitoris censualistę vel violaristę.

CAP. 33.

SVMMARIVM.

1 Euocantur causæ vassallorum baronis cum qualitate & maioritate tercentarum librarum.

1 Causas vassallorum baronis in prima instantia, ante constitutiones curiæ anni M.D. a lxxxv.c.lij.ª regia audientia consueuit non euocare nisi cum qualitate paupertatis, vel alterius similis,& nisi causæ essent valoris centum librarū vel vltra. Hodie tamen propter dictam nouam constitutionem prohibentem causam minorem tercentum librarum posse enocari ad regiam audientiam: erit dicendum causam dictorum vassallorum non posse ad regiam audientiam euocari nisi cū aliqua ex dictis qualitatibus, & quod causa sit maior tercentarum librarum, quid in causa appellationis dicetur infra suo aptiori loco in iij. parte in verbo appellari cap. 39. incipit. Ratio quare.

a.Ca.lij.in noua vero compil.34.in ordi.ti. de euoca.de cau.fol.220.

CAP. 34.

SVMMARIVM.

1 Causa appellationis non euocatur nisi sit maior decem librarum.

2 Et quid quando dicta causa est euocata cum qualitate.

1 Causa appellationis interpositæ a sententia ordinarij dummodo esset lata in causa maiore quinquaginta solidorum euocabatur ad regiam audientiam absque qualitate, ante curias anni M. D. lxxxv. Hodie tamen per constitutionem curiæ M.D. lxxxv.ca.xiiij.ª est prohibitum euocare, seu admittere causam appellationis a nisi instrumento publico probetur sententiam a qua fuit appellatum latam esse super interesse maiore decē librarū. Est tamen verum quod dicta constitut. 2 xiiij.non disponit expresse quod pręter tu alicuius qualitatis miserabilitatis causę dictarum appellationum minores decem librarum euocari non possint. Et pro parte affirmatiua,quod cum qualitate paupertatis &similium qualitatum euocari possint:vi leantur tradita supra in c.xij. incip. ita decl. ratum fuit inter actorem. Articulum istum in facti contingentia vsq;ad presentem diem, quę computatur xx. Octobris M D lxxxvj. non vidi. Si tamen in futurum casus eueniet: & vita mihi comes erit. referam pro mei memoria saltem.

Reliqua de appellatione & inter alia de causa appellationis minori quinquaginta solidorum. vt infra in tertia parte c.19.inci. Cum nulla constitutio.

a.C.xiiij.in nou.vero compil.in ordin.tit. de euoca.de cau.fol.219.

CAP. 35.

SVMMARIVM.

1 Executio sētētiæ arbitralis inter duos laicos latæ licet vnus ex arbitris sit cleri-

eus & fuerit recursus interpositus a di cta sententia, euocatur.
2 Executio debet peti coram iudice rei.



1 Xecutio sententiæ arbitralis inter duos laicos latæ per arbitros (etiam si vnus illorum sit clericus, & fuerit recursus interpositus a dicta sententia:) euocari consueuit & potest ad regiam audiētiā.

Ita fuit declaratum & prouisum me refferente facto verbo in regia audientia in causa supplicationis contrario imperio interpositæ per Antonium Saniust doctorem villæ Tarregæ a prouisione quam inter ipsum Saniust, & communitatem præsbyterorum dictæ villæ prius feceram etiam facto verbo xxiij. Iunij M D lj. sequēdo vnam opinionem doctorum, & dicta prouisio xxiij. Iunij MDlj. facta reuocata fuit in dicta causa supplicationis contrarij imperij sequendo aliam doctorum opinionem per doctrinam Panor. in c. cum dilectus numero 20. de arbi. alleg. Bar. & tex. in l. cum antea C. de recep. arbi. per quem tex. dicunt dicti docto. quod licet recurrendū seu appellandum sit ad iudicem superiorem illius arbitri qui tulit sentētiam: at tamen executio debet peti coram iudi-
2 ce rei per d. l. cum antea ibi, vel eius cuius forum pars sequitur fugientis. & c. licet esset factum dubium de consti. Regis Ferdi. incip. Primerament sub titulo de executio de cosa iudicada. f. 129. quæ vult, quod fiat executio præstita cautione, & quod causa recursus termineţur intra annū fuit respōsum dictā costi. nō obstare eo maxime quia dum dicta constitutio loquitur de anno, est facta in fauorem petentis executionem. Itē quod prouideretur quod pręsteţur cautio per petentem executionem, & in dicto casu vnus ex dictis arbitris erat clericus đ dicta causa erat mandati scriba Thomas Veciana, & pro eo Riābau. Adde Bal. in l. a diuo pio in prin. & in. §. 1. nu. 7. ff. de re iudi. Bal. in l. cū specialis n. 6. C. de iudi. Et scias ꝙ quāquā olim etiā in Catalo. erat recurrēdū, & recurrebatur ad iudicem superiorem arbitri. attamen hodie recurritur, & recurri debet ad iudicem partis condemnatæ per const. curię anni M D lxiiij. c. 24 a & dicetur latius in tertia parte in verbo recursus.

a. Cap. 24. contentum sub tit. de arbitres y arbitradors. fol. 190.

CAP. 36.

SVMMARIVM.

1 Causa executionis sententiæ arbitralis euocatur ad regiam audientiam licet sit inter ciues Barchinonæ & non incipiatur a querela & licet sit minor centum librarum.

1 IN ciuitate Barcinone habente priuilegium quod causę sunt incipiende a quærela in curia vicarij Barcinone, causa executionis sententiæ arbitralis consueuit euocari ad regiā audientiam. licet non incipiatur a quęrela. Et licet causa sit minor cētū librarū.

Ita fuit factum & declaratum anno M Dxxxxvj. in regia audientia refferente Bartholomeo Marti, tunc doctore regij consilij in posse Io. Viladamor regij mandati scribæ, & pro eo Vilanoua. Et habeo continuatum in meo primo libro exemplarium, vt sequitur ad supplicationem Bartholo. Vidal Bar. 2. Augusti. 1546. fuit euocata causa executionis sententiæ arbitralis, latæ in sui fauorem contra Petrum Puig & viduā Comella, eo solo prætextu quia sententiæ arbitrales debent demandari executioni. Et fuerunt opposite exceptiones ꝗ erat prius incipiendum a querela in curia vicarij Barcinone propter priuilegium ciuium. Item quod erat minor, & sic erat restituēda. Et fuit processum ad denuntiationem processus non obstantibus dictis exceptionibus de quibus haberetur ratio quę đ iure haberi poterit.

Clarius & latius reffertur in exēplaribus Hiero. Dalmau in verbo executio &c. vbi reffertur late ita fuisse determinatū p oēs fere doctores vtriusq; aulę 28 Ianuarij. 1526. in audiētia Gubernato. ad relationem

relationem Hierony. Albanell. Sed tamen erat citandus illæ contra quem petebatur executio, & quod fuerat ita determinatum sequendo conclusionem aliàs factam in regia Audien. seu audiē. domini gubernatoris 14 Iulij 1556. ad relationem Ioan. Sunyer in facto T. Iorda, contra Io. Guillermū Iorda eius fratrem & dicit quod de dicta conclusiōne aliquis doctorum dubitabat, tum quia principaliter aditur iudex super hoc, & non agitur officio iudicis mercenario, sed conditione ex statuto, seu constitutione & attenta latitudine verborum localis de querela loquentis, & quia videtur implicare contradictionē quod dentur 25. dies, tu quo ad istos 26. dies vide infra statim.

Amplius in eodem libro Hierony. Dalmau refertur quod 20 proxime dictorum mensis & anni refferente Hieronymo Albanell in facto executionis cuiusdam sententiæ arbitralis latæ in fauorem Economi, seu conuentus Prędicatorum contra nob. Ludouicū de Boxados patrem & legitimum administratorem filiorum suorum opponentem esse interpetendum a querela in curia vicarij barcinone, & cum citatione & literis 26. dierū iuxta constitutiones Cathalo: 15. & priuilegia militaribus concessa. fuit visum & deliberatum facto verbo in vtraque aula quod nō erat incipiendum a querella: sed bene erat citandus cum termino 26. quia decisione saltem in occurrenti casu multum dubitauit Hieronymus Dalmau propter renuntiationem in compromisso factā beneficio seu termino 26. dierum, hæc ipse Dalmau de verbo ad verbum. Et propterea ego Michael Ferrer reduco ad memoriam an erit bene, quod in dicta obseruantia, addatur quod fiat citatio cum termino 26. dierum si sunt militares, & in compromisso non renunciauerint termino 26. dierū, & ꝙ qui nō sunt militares citentur cū termino decem dierū, vel sex dierū. Adde pro materia citationis militariū infra in tertia parte in verbo, citatio militaris.

CAP. 37.

SVMMARIVM.

1 *Non euocatur etiam cum qualitate liquidatio sententiæ arbitralis quando arbitri retinuerunt tempus ad rearbitrandum.*

2 *Retentio arbitratorum facta ad rearbitrandum valet in vim pacti resultātis ex emologatione post sentētiā facta*

3 *Compromissum etiam non iuratum & sine pœna valet in Cathalonia.*


1 Consueuit regia Audientia non admittere euocationē liquidationis sententię arbitralis etiam prætextu paupertatis, vel alterius qualitatis quando arbitri retinuerunt certum tempus ad rearbitrandum, & partes emologauerunt dictam sententiam arbitralē sine iuramento quamuis instrumento compromissi partes non dedissent expresse arbitris potestatem retinendi tempus ad rearbitrandum.

Ita fuit determinatum in regia Audientia, & promsum me reff-rente 20. Iunij 1552. in causa vertēte inter Geraldum Oriola, & coniuges Mironsin posse T. Rou in regij mandati scribæ, & pro eo Sancier ea ratione quia talis retentio valet in vim pacti resultantis ex
2 dicta emologatione post sententiam arbitralem facta pro quo est tex in l. nec in arbitris §. si quis & ibi notabiliter Pau nu. 2 & 3. C. de recep. arbi. l. cū antea, & ibi Bar. C. de recep. arbi. & de materia Io. Bapti. Canialupi in tracta. de trāsact. q 12 nu. 14. vol. 3 fol. 25 Fortu. Garcia in tracta. de vltimo fine iuris canon. & ciuil. nu. 156 vsq. 262. volu. 1. fo. 133. vbi multa dicit circa intellectū d. l. cū antea. C. de recep. arbi. quod procedit licet dicta emologatio iurata nō fuerit cū talis emologatio valeat (vt dictū est) in vim pacti ꝙ videtur esse cōpromissū, cū dependeat a dicto cōpromisso & sit pars illius, quia in Cathalonia va
3 let cōpromissum etiā non iuratum, & sine pena, & valet renuntiatio recur-

sus, & arbitrij boni viri, &c. vt in cõsti. regis Iacobi ij. in curia. 3. Barcin. c. 12. incipien. Item ordenam, & Gerundæ, c. 16. & Petri. 3. Montisõni. c. 17. sub titulo de executio de cosa iudica a fo. 128. per quas cõstitu. & iura resoluitur quod in contrarium deducebatur de materia l. ius publicum priuatorum pactis mutari non potest. ff. de pactis iuncto c. si diligenti de foro competẽ. cũ similibus, & etiam resoluitur, & respõderi potest ad consilium Anchartã consi. 111 & 211. & aliorum relatorum per apostillatorem ad Batt. in l. quid tamen in princi. in verbo corrigere. ff. de receptis arbi. & dicentium quod si arbitrator sibi in laudo reseruaret potestatem declarandi: quod tamen non poterit mutare: nam dictus Anchar. & alij idẽ cũ ipso tenentes: non loquuntur quãdo partes expresse emologarunt sententiã arbitralẽ in qua arbitri expresse retinuerunt tẽpus ad rearbitrandum ex qua emologatione resultat tantum pactũ. &c. vt prędictũ fuit Et quicquid sit: sufficit quo ad nostrũ institutũ quod regia audientia prędictam receperit partem, & etiam intelligentiã ad dictas cõstitutiones quibus in Cathalonia standũ est cæteris iuribus omisis vt supra in principio latẽ fuit deductũ, & minime sunt mutanda &c. vulga. l. minime. ff. de legi. Et de materia, vide vltra Battho. & ordinarios in d. l. quid tamen, & ibi apostilla. videatur notanter Lanfran de Oriano in tracta. de arbi. in 5. pat. num. 36. vol. 3. fol. 53. Ioan. Baptist. de arbi. c. 4. lib. 7. & c. 15. lib. 9.

a Iudi. in nou. vero compil. titu. de arbi. y arbitradors.

CAP. 38.

SVMMARIVM.

1 *Euocantur causæ ad regiam audientiam in vim clausularũ renuntiationis proprij fori etiam contra hæredes renuntiantis & quid contra tertios possessores rerum specialiter obligatarum.*

2 *Pacta conuenta seruanda sunt ex naturali æquitate.*

3 *Contra debitorem principalem obligatũ scriptura tertij, possunt cumulari simul duæ actiones per sonalis scilicet & hippot' ecaria.*

4 *Hæres sequitur forum defuncti nec potest proprium priuilegium allegare.*

5 *Possessor tertius rei specialiter obligatæ an possit in quocunque foro conueniri.*

1 Renuntiationis proprij fori, & submissionis cuiuscunque alterius pretextu euocari cõsueuerunt ad regiã audientiam causę, non solum contra renuntiantes suo foro & submittentes se alteri cuicunque foro, sed etiam contra hæredes dicti renuntiantis. & etiam cõtra tertios possidẽtes res specialiter hypotheeatas per dictum renuntiantẽ nõ facta discussione debitoris principalis nec hæredis illius, si in obligatione dictũ fuerit renuntiãtes & submittentes personas, & bona nostra quicunq. foro & curiæ &c. pręcipuè si positæ fuerint solitę clausulę, constituti aut pręcarij & similes, Hodie tamen per consti. anni. 1585. causę minores l ll. non possunt etiã pretextu clausulę renũtiationis proprij fori, & submissionis cuiuscunque alterius euocari.

2 Hanc obseruantiã fundatam fuisse, & fundari potuisse (arbitror) præmaximè primam partem illius: in edicto generali l. 1. ff. de pact. cuius verba sunt hęc huius edicti equitas naturalis est, quid enim tã congruũ est fidei humanæ, quã ea quę placuerunt inter eos seruare: vt de tex in l. inrisgentium. §. pretor ait, inquit prætor ait pacta conuenta seruabo quod intelligit si neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, senatuscõsulta, edita, decreta principũ, neq. quo fraus, cuiquã eorũ fiat facta erũt illa enim pacta (iuxta tex. in l. pacta quæ cõtra leges C. eo.) nullã habẽt vim. quæ lex addit etiã quãdo sũt cõtra bonos mores, & pcipue si sũt cõtra bonos mores naturales

turales quę obseruata vergunt in animæ detrimentum c. fi. extra eo. & vbi que scribentes. Et dicta obseruantia fortius procedit, quando d. renuntiatio, & conuentio, iuramento, vallate fuerunt. Nam tunc militat regula. c. cum contingat de iureiuran. &c. quamuis pactum de pact. libro. vj. cum similibus, videlicet quod pactum iuramento firmatum quod potest seruari sine interitu salutis eternę si non fuerit vi aut dolo firmatū est obseruandum, quod intelligo pro vt doctores catholici declarant & intelligunt & intelligere debent, ad quos me refero, non solum breuitatis causa: sed etiam quia nolo predicta & alia dicta & dicenda intelligere nisi secundum quod nostra sancta mater ecclesia intelligit, docet, & tenet, cui in omnibus me & per me dicta & dicenda submitto, & secundū illā viuere volo, & intendo.

Adde quod contra ipsum debitorē
3 principalē possunt simul cumulari actio personalis, & hypothecaria, vt tradit notabiliter Guido papæ q. cviij. per tex. inter alia, in auct. de fideiussoribus. §. sed neque col. 1. Ioan. Fab. insti. de actio. §. item seruia, &c.
4 Secunda pars dictæ obseruantiæ quę habet posse contra hæredem renuntiantis foro proprio, & submittentis se, & bona sua foro alterius procedi: & fundari potuit per regulā l. hęres absens ff de iudi. vbi disponitur regulariter: quod hæres sequitur forum defuncti, nec potest proprium priuilegium allegare. Et ita illum tex. summant Bar. & Paul. de Castro per quos, & per apostillatores ad illos videri poterit i. tellectus, seu restrictio illorū verborū proprij priuilegij.

Tertia pars dictæ obseruantię (dum in ea dicitur, quod si debitor submiserit cuicunque foro non dum se, sed etiam bona sua specialiter obligata tali casu tertius possessor illius rei specialiter obligatę: poterit per creditorem conueniri coram iudice quem creditor elegerit) est difficilis probationis admodū, & nō
a recordor meis tēporibus discussam a in illa audientia fuisse. Pro ea tamen parte arbitror facere sequētia, primo videtur illam fundari potuisse argu. eorū quæ traduntur per Ioan. Pet. Ferrariensem in sua practica in forma responsionis libelli in actione hypothecaria in verbo exemptionem excussionis, & per Guido Papę q. 431. post q. 108. & per Antoni. Negusan. in suo tracta. de pigno. & hypothe.

Quarta pars dictę obseruantię dum dicitur in ea, quod causę minores l. ll. etiam virtute clausulę renūtiationis proprij fori, & submissionis cuiuscunque alterius fundatur per tex. expressum in dicta constitutionę anni M. Dlxxxv. cap.
b lxviij b fol. 22.

a Discussam fuit tamē postea in simili pro hac opinione decisum in regia audientia die & anno relatis per Canc. p. 2. varia resol. cap. 2. de iurisdic. omni iudi. num. 173. vbi a n. 170. hanc quæstio. copio è per tractat ac resoluit.

b Cap. lxviij. titu. de euo. de cau. in ordi. 15. fol. 220.

CAP. 39.

SVMMARIVM.

1 *Causæ securitatis iudicij pro debitis mercantilibus euocantur cum qualitate & maioritate tercentarum librarum.*

Causis securitatis iudicij pro debitis mercantilibus, & cambiorum consueuerunt ad regiā audientiam etiam extra Vicariam euocari prętextū paupertatis, vel alterius qualitatis dummodo essent olim maiores c. ll. hodie vero per consti. anni 1585 requiritur quod sint maiores ccc. ll.

Cum de anno 1574. die 5. Febru. Ioānes March vt procurator Benedictæ Sala viduę relictę Ioānis Salā mercatoris ciuitatis Minorissę obtulisset in regia audiētia supplicationē cōtinētē in effectu quod Petrus Arnaldus Rossello Mercator villę de Mora diocesis Dertusæ esset debitor ex literis cābij Paulo rossello mercatori ciui Barci. a quo Paulo dicta vidua

ius causã,& cessionē habebat in cclxx x. ll.& quia litteræ cambij promptã executionem & vim guarētigiæ iuxta capitula consulatus habent. Et propterea supplicasset dicto locumtenenti generali, quatenus dictam causam maiorem c. ll. (vt ex actis constabat) mandaret prętextu viduitatis dictę Benedictę Sala euocare,& committere alicui ex doctoribus regiæ audientię, qui iuxta rigorem literarum cambij,& capitulorũ consulatus executionem decerneret cōtra personam dicti Petri Arnaldi Rossello villæ Morę:saltem donec caueret de iudicio sisti & iudicato soluendo iuxta capitula consulatus pro obseruantia constitutionis offerendo pars dictę viduę solita iuramenta prestare,& faciendo fidem de actis, &c. supplicauit litteras & prouisiones opportunas expediri,&c.quę quidem supplicatio fuit decretata vt sequitur.

Constito de valore, euocata causa prętextu quo supplicatur magnificus Ioan. Iofre,audiat,colligat, & refferat, & super intermediis & aliis debite prouideat.

Prouisa per magnificum regentem Cancella.v.Februa.1574.Barcino.

Macip.

Post modum x. eiusdem mensis Ioannes March procurator prædictus dicto nomine corám dicto relatore prestitit quatuor iuramenta f.quod securitatem a dicto Petro Arnaldo Rossello petitã esse pro debito vero & nō ficto,& quod dictum debitum erat mercātile eo quia erat ex literis cambij,& quod dictusPetrus Arnaldus Rossello non erat securus imo timebat dictum debitũ perdere,& quod ipsum pro non securo tenebat,& quod prædicta non faciebat, seu petebat animo calumniaudi, nec ratione malę voluntatis fol.4. Et incontinē ti dictus relator fecit prouisionē sequentem.fol.7.R.&c.13.prædictorum, visa litera cambij, &c. facto verbo in regia audientia. quia ex supplicatione cōstat de valore causæ inferantur,seu consuãtur producta,& pro obseruantia dictarum constitutionum, & ordinationum styli,vsus,obseruantiarum & aliàs prouidet quod dictus Petrus Arnaldus Rossello per aliquem ex regiis officialibus portetur personaliter ad pręsentem ciuitatem & relatorem pędictum ad finem quod dictam petitam securitatem iudicij pręstet,& aliàs, in eius renitentiam, & indefectum non pęstatiouis illius,in carceribus regiis mancipetur, & pro his fiant litterę & cōmisiones oportunæ seruatis constitutionibus.

Iofre.

Erat in posse Palau regij mandati scribę nunc Monserrati Carbonell pro eo Puigsec,& dicta causa per obitum dicti Iofre comissa fuit Petro Çabater, & dicta suum debitum finem habuit scilicet sententiam & executionem.

Idem reperio fuisse obseruatum viij. Nouembris.M.Dlxxvj. ad relationem magnifi. Ioan. Pontij Sescases doctoris regiæ audientię ad supplicationem Fräcisci Montaner mercatoris ciuitatis Tarraconæ contra Ioannem Marti mercatorem,& alios eiusdem ciuitatis socios dicti Montaner pro quantitate cccc. ll. sibi dicto Montaner debitarum ex causa societatis inter eos initę super tenenda & exercenda quadam botigia pãnorum lanę,& ita super negotio mercantili pro quo exbursauerat pro sua parte pto capitali,& dicto Marti liberauit mille libras.&c. qui quidem relator facto verbo in regia audientia, visis supplicationibus per dict. Montaner oblatis, & concordia exhibita:& iuramentis præstitis prouidit,quod dict. Ioannes Marti portaretur personaliter coram relatore,vt postea super prouidendis prouideri valeret, & pro his fierent litterę solite,& oportunę etiam vniuersis & singulis officialibus directis,erat regij mandati scriba T.& pro eo Marabous notarius fuit etiam pluries idem obseruatum.

Et nouissime congregatis omnibus doctoribus vtriusque aulæ in aula magnifici regentis Cancellariam die Lunæ quę computabatur v. Decemb.1580.super supplicatione oblata per Monserratum

tum Company vna cum Ioanne Serra ciuitatis Barcino. contra Dominicum siue Domenjo Maluesi principalem vil lę de la Selua campi Tarraconæ, & Ioã. Ribes aliàs Maluesi fratres dicti Domi nici villę de Reus qui subscripsit debitorium mercantilè, scilicet quarundam telarum, reuisa cõstitutione curię anni M.Dx. cap. xvij. a fuit per maiorẽ par a tem doctorum idem (vt supra) determi natum intelligendo, quod dicta constitutio non solum non se astringit ad cau sas consulatus maris ciuitatis Barcinone, sed indefinitè loquitur de causis con sulatus maris, & indefinita ęquipolet vniuersali regulariter, & sic loquitur, et intelligi debet de causis cuiuscunq. con sulatu Cathalonię, & non solum non se astringit ad causas cõsulatus, sed etiã definite loquitur de causis de mercaderia, ponderando illam disiunctiuã. o seu aut. positam inter verbum del consols & verba de la mercaderia, videlicet les causes mercãtiuols, o altres pertanyẽts a la iurisdictio dels consols de la mar, e, o, de la mercaderia Atque ita quamuis causa non sit de consulatu dummodo sit de mercantia. Et quod dixi per maio rem partem doctorum: profecto admo dum dolenter ex corde intimo refero, sufficere enim omnibus debuisset scire per regiam audientiam diutius, & nostris temporibus dictam intelligentiam ad dictam constitutionem: factoq; verbo in vtraque aula receptam fuisse: arg. tex. in l. si de interpretatione legis quæ ratur: ibi in primis inspiciendũ est, quo iure ciuitas retro in huiusmodi casibus vsa fuisset, & l. sequenti ff. de legibus, et per ea quæ infra in tertia parte capitulo incipiente. Alimenta vxori per maritũ prestari debent circa fi. versi. Sed etiam sufficere tibi debet, & in prohemio huius instituti. Adde quod per nouam cõ b sti. videlicet curiæ anni 1585. c. lij. b ea quę dixi de causis maioribus c. ll. debẽt hodie intelligi de causis maioribus ecc. ll. per dictam constitu. c. lij.

a Cap. xvij. sub titu. de causes mercantiuols in ordi. 1. fol. 257.

b Cap. lij. titu. de euo. de cau. in ordi. 142 fol. 220.

CAP. 40.

SVMMARIVM.

1 *Contentionis inter regios officiales causæ euocantur regiam audientiam.*

2 *Dominus inter ipsum & emphiteutam cognoscit.*

1 Ontẽtionis iurisdictionis cau sa inter regios officiales vertens, consueuit ad regiam au dientiam euocari, etiam inter vicarium regium, & capitaneum generalem guerrę, idem est de contentione iurisdictionis inter officialem regium, & baronem & idem de contentione in ter curiam alcaldorum, & iudicem capi breuiationis, & inter deputatos genera lis Catalonię & iudicem marcha. & de vno speciali in contentione cum curia consulatus logię maris.

Quia de prędictis scribanię regię au dientiæ sunt plenę, nec vnquam in his hæsitatum fuit, ideo processus & causas refferre superfluũ visum fuit. Hoc vnũ tantũ animaduerti debere quo ad euocationem contentionis iurisdictionis in ter curiã consulatus Logię maris, & curiam vicarij regij ciuitatis Barcinone cẽ seo, scilicet dictam curiam consulatus habere priuilegium ne illis inibitio fieri põsit antequam petitio, seu demanda coram ipsis consulibus data fuerit: & cõ sequenter nec poterit fieri contentio iu risdictionis, & proinde nec euocari cau sa contentionis, & si euocatur restitui solet consulibus.

Et ita fuit etiam nouissimè declaratum in causa quæ vertebatur in regia audientia inter Iacob. de Montarnau, & Fujalt, & Fran. Salba & de Vallesi a, ref rente magnifico Francis. Puig. facto verbo in regia audientia xiiij. Decembris M.Dlxxx. & dicta prouisio in cau sa supplicationis fuit confirmata sequẽ

SECVNDA PARS OBSERVANTIARVM REGIÆ AVDIENtiæ circa formam decidendi causas in ea Audientia vertentes.

SVMMARIVM.

1 *Auctoris institutum.*
2 *Causæ centum & ducentum librarum quo ordine decidantur terminentur.*
3 *Causæ maiores ducentum librarum minores vero quingentarũ quo ordine terminẽtur.*
4 *Causæ quingentarum librarum quo ordine terminentur.*
5 *Causæ supplicationum informa ab intermedijs qualiter decidantur.*
6 *Supplicari quomodo possit a prouisionibus factis post denuntiationem processus.*
7 *A prouisione facta in causa supplicationis interpositæ ab alia prouisione facta super exceptionibus littis ingressum impedientibus non amplius supplicatur.*
8 *Et quid in causis aliarum prouisionum.*
9 *Supplicationes a prouisionibus interlocutoriis interponuntur intra tres dies continuos nisi maior pars eorum esset feriata.*
10 *Causæ supplicationum contrario imperio quomodo terminantur.*
11 *Causæ supplicationum a diffinitiuis interponuntur intra decem dies continuos nisi eorũ maior pars esset feriata.*
12 *Feriæ absorbentes maiorem partem dilationis, de iure excluduntur.*
13 *Supplicari non potest die feriata sed tunc presentatur cum instrumento supplicatio Cancellario seu Regenti cancellariam, & ille remittit decretationem faciendam ad diem primam iuridicam.*
14 *Dies ad supplicandum an sint utiles aut continui & quid in dilationibus, datis a lege, ab homine & a lege ministerio hominis.*
15 *Dilationes quales sint in causis summariis.*
16 *Legis dispositio incurruatur per dispensationem, in casibus particularibus in quibus eius rectitudo seruari non potest.*
17 *Causa commissa ad decidendum & causæ supplicationum maiores ducentarum librarum quomodo decidantur.*
18 *Causæ supplicationum a definitiuis quomodo decidantur.*
19 *Causæ supplicationum a diffinitiuis denuntiantur sicut causæ primitiuæ quod fallit vt ibi.*
20 *Quando supplicantes quorum vnus supplicauit in forma & alter contrario imperio vnus debeat adherere supplicationi alterius: & quid quando ius dictorum supplicantium non procedit ex eodem fonte.*
21 *Causæ appellationum a definitiuis qualiter decidantur.*
22 *Causæ supplicationum ab interloquutoris & diffinitiuis intra qua tempora terminari debeant, remissiue.*
23 *Denuntiatur processus manu relatoris in omnibus causis exceptis summariis quæ non denuntiantur nisi ad effectum vt sit terminus exclusiuus.*

24 *An denuntietur processus in causis praecepti de domibus euacuandis.*
25 *Denuntiatur processus in causis supplicationum sicut in causis prima instantia.*
26 *Quomodo denuntietur causa appellationis interposita a reuocatione manutenentia beneficij ecclesiastici.*
27 *Super desertione qualiter declaretur ante processus denuntiationem.*
28 *Supplicari potest ad aliam aulam post denuntiationem processus a prouisione super attentatis facta.*
29 *Supplicari contrario imperio potest a prouisione alterius contrarij imperij in qua licet prima in aliquo sit confirmata in alio tamen est renocata, commutata, limitata, vel aliquid et de nouo additum.*
30 *Aduocatos audire pro intermedijs quando solet regia Audientia.*
31 *Aduocatus Fiscalis regiae Audientia habet votum decisiuum post relatorem.*



1 VIA in dies (seu feré) originales processus: saltem illi in quibus iuniores sunt aduocati, male instructi (quo ad formam decidendi causas dictorum processuum:) relatoribus illorum portantur: ex quo nedum decisiones causarum dictorum processuum plus debito differuntur: Sed etiam appellationum, & supplicationũ causę in vicium deserendum incidunt, aut ob id expensę plures fiũt: Ideo vtile visum fuit Constitutiones generales Cathalonię, quæ dispersim de his loquuntur: & obseruantias regię audientię in his in quibus per dictas constitutiones specialiter prouisum non fuit: in hanc a summam (ommissa exquisita verborum b solennitate) breuiter redigere & collocare pro vt a multis annis citra ad mei Michaelis Ferrer memoriam tantum, & secundum quod videbam in regia Audientia obseruari: redigebam

2 Omnes causę aut sunt summarię, aut plenarię Summarię & plenarię vsque ad ducentum libras in prima instantia decernuntur hoc modo, scilicet vsque ad centum libras committuntur relatori ad decidendum. Et vsque ad ducentum libras duobus Doctoribus ad decidendum. Et instructo processu, dicti doctores respectiue, debent denuntiare processum, vt sit terminus exclusiuus, ne possit magis instrui processus, & dicta denuntiatio continuari debet in libro denuntiationum. In curia Ferdinandi a anni 1510. Et in curia Caroli anni 520. c. a. in prin. a

3 Causæ maiores ducentarum librarum, minores vero D ll. quę de sui natura sunt summariæ: denuntiatio processu expediuntur per relatorem facto verbo & conclusione in concilio (necolim extrahebantur in septimana) assignato prius ad audiendum aduocatus in domo relatoris, aut si per partes vel aliquam illarum petitum erit, in audientia regia in aula vnde erit relator, in Charoli curia anno 1520 cap. 21. b

b Et est aduertendum quod licet in dicta constitutione non ponantur illa verba minores. D. ll. attamen sic dicta constitutio fuit intellectu, & obseruata, vt etiam litteraliter videri potest in recollecta quę dicitur facta per quondam Petrum Clariana de Seua doctorem regij consilij intitulata, ordo iudiciarius in Regia Audientia, & satis aperit illa constitutio dum disponit aduocatos audiri debere in domo relatoris in numero singulari, &c. & per ea quę sequuntur.

4 c Si vero causę sunt quingentarum librarum, vel maiores post denuntiationẽ processus, in eis petitur, & datur conrelator, & deciduntur modo prędicto in curia d Ferdinandi Barcinone anni. M. D. iij. c. 4. a fol. mihi. 356. Quę constitutio cum indistinctè loquatur no facta distinctione, nec differentia inter summarias & plenarias causas: fuit indistinctè intellecta, siue causa sit summaria, siue plenaria. l. non distinguemus. ff. de recep. arbi.

Qualiter autem, & quando in istis causis dari debeant puncta, & fieri debeat relatio

a. vt in l. 1. in prin. C. de sent. quæ pro eo quod interest pro fere. ibi ad gaudistũ coarctare.
b Mier. in cõst. confirmans nu. 1. in fi. col. 2. 6 vo. 1. fo. 71. per tex. in l. 2. . poll. hos ibi led plus eloquentiæ quam scientiæ uris ope ra dedit ff. de origi iu ris.
c vt in l. cũs quibus ipe c. alter. C. de nouo. Co. fa ibi eo ll. čtes ve ro in vnam sanctionem quę varijs constitutio nibus dissper sa sunt.

latio, ac audiri debeant aduocati: & intra quod tempus decidi debeant causæ istæ:
e traditur in curia anni M.D.xxxxij.c.ij.in curia M.D.xxxxvij.ca.viiij.x.xj.& xij. e
¶. Causæ supplicationum in forma ab intermedio aut prouisione: deciduntur hoc modo. Nam aut prouisio est facta non facto verbo: & debet committi alteri doctori eiusdem aulæ. Si vero prouisio est facta facto verbo, aut cum conclusiune: debet causa supplicationis committi alteri doctori alterius aulę in curia Charoli. M. D.
f xx.c.xxiij. f quam intellige procedere hodie quando supplicatur ante processus denuntiationem, nam secus est quando supplicatur post processus denũtiationem per
g constitu. Philippi. M.D.xxxxvij. cap. vij. g vt dicetur latius infra versic. deciduntur tamen. & versic. si autem prouisio sit facta post. Et de prouisionibus siue inter medijs factis per illum relatorem in dictis causis supplicationum ab intermedijs non potest supplicari, nec aliter recurri per viam restitutionis in integrum, nec alio modo. Et si de facto factum erit contrarium, relator potest procedere ad vlteriora non obstante dicta supplicatione & alijs rebus supradictis in dicta curia Charoli anni M.D.
h xx.cap.xxiij. h iuncta consti. anni. 1547. c.7. ibi declarants, que si dits altercats seran fets apres de la denuntiatio. Et dictę causę olim erant decidendę intra xxx. dies, & ex causa intra alios xxx. dies. vt in titulo de dilations. ca. Mes auant statuim, e orde-
i nam; fol. 79. & non erat concedendum secundum fatale nisi aliter visum fuisset cõ silio secundum arduitatem, & importantiam causarum existentibus causis barônia-
l rum aut aliarum maiorum, aut de stats, in cur. Charoli. 1520. ca. 25. l Sed hodie aliter
m fuerunt assignati termini vt in curia Philippi anni M.D.xxxxvij. cap. iiij. & vij. m ad quas constitutiones breuitatis causa me reffero, quia prolixe sunt. Deciduntur tamẽ dictę causę supplicationum ab intermedio, seu prouisione interpositarum hoc modo. Quoniam si sunt causę supplicationum a prouisione facta non facto verbo ante processus denuntiationem: dictę causę supplicationum, vsque ad centum libras com mittuntur duobus doctoribus eiusdem aulę ad decidendum. Et si sunt maiores centum librarum, vsque ad ducentum libris committuntur duobus doctoribus, qui facto verbo Regio Cancellario, aut Vicecancellario, aut Regenti Cancellariam extra Audientiam & consilium: debent dictas supplicationum causas determinare, vt in
n curia Ferdinandi anni M.D.x.cap.ij. n Et quamuis dicta constitutio in verbo vsque ad c.ll. non dicat inclusiue. Attamen secundum mentem constituentium ac vim d. consti. in ij. parte ibi. Et si sunt maiores centum librarum: dicta dictio vsque includit. Non enim dicta secunda pars constitu. dicit, quod causę centum librarum vsque ad cc. ll. committantur duobus qui facto verbo Cancellario &c. Sed dicit causę maiores c.ll. Et sic habuit pro constanti, quod causæ c. ll. dummodo non sint maiores c. ll. comprehendantur in prima parte, & proinde, quod dicta dictio vsque ad c. ll. includat dictas centum libras, pro quo videatur inter ceteros multos doctores multa iura allegantes, Bal. in auctẽn. hoc amplius n. 24. & seq. C. de fideicom. Et ita dicta constitutio fuit intellecta & practicata, & practicatur. Et ideo non mutandum dict. l. si de interpretatione. l. nam imperator. ff. eo.

Si vero dictæ supplicationum causę sunt maiores ducentarum librarum, nihil disponit dicta constitutio. Sed practicatur & obseruat Regia Audientia, quod tales causę terminantur per solum relatorem cum conclusione facta in Audientia cum alijs doctoribus. Et ideo minime mutandum &c.

Si vero sunt causæ supplicationum interpositarum a prouisionibus factis facto verbo, debent committi in alia aula (vt est dictum) per d. c. xxiij. curię anni M.D.xx. Et nouissima obseruantia Regię Audientię ex deliberatione vtriusque aulę a mense Maij M.D.Lxij. fuit & nunc est, quod tales causę dictarum supplicationũ sunt determinandę, & terminantur per solũ relatorẽ cũ conclusione cũ doctoribus illius aulę.

Quod

Quod dictum est de nouissima obseruantia ab anno 1562. ideo dictum est quia antea solebant committi duobus doctoribus per c. ij. curia anni. M.D x. quę constitutio reuera non loquitur de supplicationibus a prouisionibus factis facto verbo in Regia Audientia, nec est vere simile, quod de illis posset loqui. Quoniam si de illis loqueretur: esset notorium absurdum, seu non rationabile, quod duo doctores cū Cancellario, vel Vicecancellario, aut regente cancellariam deciderent, & reuocare possent, quod factum fuit per totam vnam aulam seu per omnes doctores vnius aulę. Insuper post dictam consti. anni. M.D.x. quę non fecit mentionem de prouisione facto verbo: superuenit constitu anni M.D xx. cap. xxiij. quę expresśe disponit, quod si de aliqua prouisione factum fuerit verbum: aut conclusio in Audientia: & de illa prouisione supplicatur. quod talis supplicatio debet committi alteri doctori alterius aulę: & non dicit quod committatur duobus. Et ideo cum dicta constitutio anni M. D. xx. sit vltima, & loquens expresse de prouisione facto verbo facta. Et quod supplicatio illius committatur alteri doctori, & sic loquitur in singulari. Ideo per dictas & alias rationes fuit per vtramque aulam determinatum (vt predicitur) quod dicta supplicationis causa est terminanda per solum relatorem cum conclusione in regia Audientia. Et ita fuit me refferente obseruatum in mense Maij. M D. Lxij in causa supplicationis interpositę a prouisione facta per Hieronymum Sunyer, facto verbo in causa quę vertebatur inter. T. T. Et postea xxx. Maij. M.M.Lxv. refferente Ioanne Ioffre in vtraque aula in causa supplicationis interpositę per Hieronymum Valls Domicellum a prouisione per me Michaelem Ferrer facto verbo in Regia Audientia iij. Maij. M.D Lxv. facta in causa vertente inter dictum Valls ex vna, & Carolum Sagarriga, & eius fideiussores, & Michaelem de Sammanat partibus ex altera: fuit deliberatum idem. In posse Mis, Scribę mandati pro eo Pellicer, & antea Puio, & nunc Michaelis Sungferrer nota, pro Michaele Amat scriba mandati.

Si autem prouisio sit facta super altercatis post processus denuntiationem: nullo
6 casu à tali prouisione potest supplicari ad alteram aulam ita, quod si prouisio erit facta, non facto verbo: poterit supplicari contrario imperio, & in forma in eadem aula, & si facta erit facto verbo: poterit supplicari contrario imperio tantum in curia Philip. anni. 1547. c. vij.

7 Si a prouisione facta super exceptionibus ad impediendum litis ingressum oppositis, & quod causa non est euocabilis: fuerit supplicatum: & in causa dictę supplicationi fuerit declaratum: non poterit vlterius supplicari, nec aliter recurri, etiam si reuocetur prima prouisio, in dicta curia Philippi anni. M.D.xxxxvij. ca. iiij. in fine. Quod si super alijs altercatis prouideatur, & supplicatur dicam infra immediate.

8 Si vero fuerit supplicatum a prouisione facta super alijs altercatis, quam super exceptionibus oppositis ad impedimētum litis ingressum: & fuerit declaratum in causa dictę supplicationis reuocando dictam primam prouisionem: poterit supplicari à dicta secunda prouisione reuocatoria primæ prouisionis, vt in eadem curia Philippi anni. M.D.xxxxvij. c. vij. versi. E si en la causa de dita supplicatio sera reuocada la dita interlocutoria &c. Et in tali causa poterit peti auditio aduocatorum in domo relatoris. Ita tamen quod propterea non prorogentur termini dictę cōstitutionis anni. M.D.xxxxvij. c. vij.

Dictę supplicationes à prouisionibus debent interponi intra tres dies in dicta curia Ferdi. anni. M.D.x. c. ij. Et obseruat regia Audientia quod isti tres dies sunt continui nisi maior post doctorum trium dierum fuerit feriata. sequendo doctrinam Hostien. relatā per Lāfrā. de Oriano. in c. quoniā cōtra in verbo dilationes nu. 14. & sequen. de prob. de quo latius dicā infra c. causę supplicationū a sentētijs diffinitiuis.

Causę

10 Cauſæ ſupplicationum contrario imperio terminantur hodie cum dilationibus & terminis in curia Regis Philippi.M.D.xxxxvij.d.c.iiij.& vij.nam currunt ipſo iu re partibus decem dies à die ſupplicationis præciſè, & peremptoriè, & ſcriba cauſæ debet portare proceſſum intra tres dies.Et relator debet declarare intra xxv. dies facto verbo in Regia Audientia.Et ſi relator confirmauit dictam prouiſionem,aut dicer,quod ſtat & perſeuerat in illa:non poterit vlterius ſupplicari: vt in curia Chatoli anni M.D.xxxiiij.cap.xiiij.

11 ¶ Cauſæ ſupplicationum à ſententijs diffinitiuis debent intra decem dies interponi per conſtitutionem.Mes auant in titulo de dilations.fol.79. quæ conſtitutio nõ aperit,an dicti decem dies ſint continui vel vtiles.Regia tamen Audientia obſeruat quod ſunt continui niſi maior pars dictorum decem dierum ſit feriata.

12 Iſta obſeruantia fuit(vt arbitror)fundata,& ex multis vrgentiſsimis cauſis (vt inferius dicitur)recepta per doctrinam notandam Hoſtien.in cap.licet cauſam de probatio.relatam per Lanfran.de Oriano.in cap quoniam contra falſam in verbo dilationes num.14.& 15.de probatio.fol.mihi.14.dicentis & tenentis,quod ſi data eſt dilatio à lege, vel à iudice, vel per reſcriptum principis quæ dilatio abſorberet maiorem partem termini propter multitudinem feriarum,ita quod feriæ eſſent tot.quod abſorberent maiorem partem dilationis:tunc feriæ de medio excluduntur,& ita reperio per me continuatum fuiſſe in meo primo libro adnotationum ſiue exemplarium.credo de anno.M.D.LI.aut.M.D Lij.

Hæc obſeruantia his nouiſsimis temporibus per aliquos ex modernis Regij conſilij doctoribus in dubium verſa fuit,& mirum,quia ad id moti fuerunt per quandam ſcripturam manu ſcriptam,& intitulatam,ordo iudiciarius in Regia Audientia Cathaloniæ ſeruandus his nouiſsimis diebus, & fertur dictum ordinem editum fuiſſe per præclarij ingenij & bonæ memoriæ quondam Petrum Clariana de Seua doctorem Regij conſilij,in quo reperiuntur hæc verba. Poſt latam ſententiam diffinitiuam intra decem dies continuos, & quamuis feriatos,eſt emittenda appellatio ſeu ſupplicatio ad ſuperiorem,tam iure communi, quam municipali, & in margine allegatur dicta conſtitutio Regis Ferdinandi ſecundi in capite. Mes auant in Curia Barcinone anno.M.CCCC.LXXXXiiij hęc ipſe.Et dicta conſtitu.eſt in titu.de dilations fol.79.Illa tamen conſtitutio nihil dicit de diebus feriatis.Nec arbitror maiores noſtros,qui de Regio conſilio erant tempore quo dictus ordo ſcriptus fuit voluiſſe arguere de appellatione eo, quia in termino appellationis computantur ferię etiam repentinę,vt eſt textus expreſſus in l.1.C.de feri.Nam(ni fallor) vltra differentias quę ponuntur per gloſ.4.& doctor.in cap.ex litteris de in integ.reſtitu.Specul. in titulo de ſupplicatio.§.differt autem ea per totum & per docto.in auten quę ſupplicatio.C.de pręci.impe.offe.videtur eſſe iſta,quod appella.poteſt emitti etiam diebus feriatis Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra num.93.fol.95.de proba.per iura
13 quę alleg.ſed nõ poteſt ſupplicari diebus feriatis, vnde fit in practica in concuſſe obſeruatur in Regia Audientia per Regium Cancella.& Regen. Cancella. quod ſi de facto ſupplicatur die feriata:non decretatur,nec remittitur vel committitur illa ſupplicatio.Sed illa ſupplicatio pręſentatur cum inſtrumento Cancellario, vel Regenti Cancel. & ille remittit decretationem faciendam ad primam diem iuridicam, & ita fuerunt hactenus intellectę,& practicatę conſti.de ſupplicationibus loquentes, nec non aucten.quę ſupplicatio.C.de pręci.impe.offe. Sed arbitror motos fuiſſe per tex. notandum in ſuo caſu.In l. ſiue pars verſi. ferię autem. C. de dilatio. cuius verba ſunt hæc ferię autem ſiue repentinę,ſiue ſolennes ſint, dilationum temporibus non excipientur:ſed his quoque connumerentur.Et Bar.ſummat illum textum ſic. Dilatione pendente officium iudicis conquieſcit,& dies feriati & non feriati in dilatione cõputantur.Albericus tamen inquit & tenet,quod licet dilatio currat:tamen datur in

integrum

integrum restitutio per l.sed & si per prætorem.§.si feriç ff. quibus ex causis maio. Paulus de Cast.in d.l.siue pars n.7.refert, Specularorem tenere cõttarium,quod tenet Albe.& ipse Paulus distinguit,quo ad articum dictę testit. in integ. vt per eu m

14 Pro veritate omnium prędictorum est aduertendum quod Paul.de Castr.in dict. l.siue pars nume.8.Bal.ibi nume.5.versiculo quęro,quę sit ratio dubitandi, & in l.si quando num.6.C.de testib.& Salice.ibi num.2.versic.quęro.tex.dicit, & alij doctores in pluribus alijs locis intelligunt & dicunt.d.l. siue pars procedere in dilatione data à iudice,siue à lege ministerio iudicis, secus quando dilatio est data à lege, siue statuto,sine ministerio iudicis.quia tunc dilatio,siue terminus est vtilis,& in eo non comprehenduntur ferię.Et in hoc videtur resilire Matheus de Afflic.in consti. Neapol.lib.2.in tit.de processu iudicij nu.14.& 15.fol.25.Et quod tex. in dict.l. siue pars loquatur in dilatione data a iudice,satis aperit ille tex.in verbo data,& in verbo periti temporis,cuius textus verba sunt hęc.Siue pars,siue integra dilatio fuerit data:eo vsque iudicijs officium conquiescat donec periti temporis defluxerint curricula, feriç autem &c. Et hoc modo intelligendo esset de directo contra dictam scripturam quę dicitur Petri Clariana de Seua,& esset amplianda dicta obseruatia suprapositam:vt omni casu,id est quamuis maior pars dictorum decem dierum non esset feriata: sed minor pars:vt puta vnus vel duo dies: illi essent detrahendi. quia non computarentur.Sed Hostien & Lanfran.de Oriano in locis pręcitatis,videlicet Lanfran. in d. c. quoniam contra falsam in verbo dilationes. num 14.& 15. fol.14. sequendo doctrinam Hostien. tenet distincte, quod siue data sit dilatio à iudice,siue data sit à lege, siue per rescriptum principis: si dilatio absorbet maiorem partem termini propter multitudinem feriarum:ita quod ferię essent tot:quod absorberent maiorem partem dilationis: tunc ferię de medio excluduntur. Et istam opinionem (alia ommissa) ex causis inferius relatis, amplexa fuit nouissimè Regia Audientia, quamuis prefatus Matheus de Afflictis,qui de dicta opinione Hostiensis & Lanfran. de Oriano meminit in dicta constitu.Neapolita.teneat,quod in dilatione data à lege non includuntur dies feriati:licet in dilatione data à iudice comprehendantur feriati, nisi protestetur à principio per partem,quia alias imputari debet recipienti dilationem: in qua sunt ferię pro maiori parte:quia videtur acceptasse dilationem prędictam,vel incidit in ipsam sua culpa,nec est succurrendum ei,qui se arctauit:vt leg.2.ff.Si quis cautio. secundum Bal.in le.si quando C.de testibus &c.hęc ipse Afflic.regia enim Audientia quę solet nedum amplecti ęquitatem:sed expensas & perplexitates litium resecare & littibus obuiare ad sequendam in his opinionem Hostien.& Lanfran.de Oriano non facta distinctione an dilatio detur à lege vel à iudice:mota fuit(inter alia:)ex eo.Quoniam si dies feriati comprehenderentur in dilatione legali:& daretur restitutio vt vult alberi.tali casu ratione dictę restitutionis fierent processus & expensę. Et fortius procedit hoc si obseruaretur distinctio Pauli de Castr.super dicta restitutione. Et e contra si quando terminus datur à lege non comprehenduntur dies feriati in termino indistinctè:sequeretur tam magna perplexitas & difficultas super obseruantia aliarum constitutionum:quę volunt dilationes probatorias currere ipso iure & facto:quod si haberent obseruari ad vnguem:sequeretur magnum damnum partibus & decisiones causarum plus debito differentur contra mentem dictarum constitutionum,nam in causis plenarijs tempora probatoria currunt ipso iure & facto sine ministerio iudicis, vt in constitu, Item statuim e ordenam, que encontinent, &
15 seq.in titulo de dilations.fol.78.Et in causis sumarijs dilationes arbitrarię, vt in con
v stitu.Item mes statuim e ordenam que no obstant.fol.79.ç Et sic requiritur ministerium iudicis.Et quando pars cum suo translato petit dilationem ad probandum:relator causę(qui propter multitudinem processum ignorat,& iustam tunc habet cau

sam

sam ignorandi qualitatem illius causæ: in scilicet sit plenatia vel summaria) est incer tus quid prouidere aut desinere prouidere teneatur. Et si pro obseruantia dictarum constitutionum dictus relator antequam prouidere posset, haberet recognoscere ori ginalem processum (quem forsan tunc non haberet in eius studio: sed esset penes no tarium causæ:) esset multum laboriosum & consumaretur magnum tempus & forsan plures dies, & propterea fuit obseruatum (vt dicitur in dicta scriptura ordinis in dicti versi: veruntamen dicta tempora probatoria:) quod hodie dicta tempora nō currunt ipso iure, sed per prouisionem relatoris concedentis semel, bis, & ter dilationem ex stylo Regiæ Audientiæ. Et ad corroborationem & probationem, quòd propter dictas difficultates, & perplexitates fuit conueniens, quinimo, & opportuit hanc opinionem recipi, & obseruari: videatur notabilis doctrina relata per apostillatorem ad Din. in prin. prohemij de regu. iuris in vj. in ij. addi. incip. vide ibi Bar. & modern.

16 fol. 3. pa. 1. vbi inter alia dicit, quod in regulis occurrunt aliqui casus particulares in quibus legis rectitudo seruari non potest, & in illa opus est flectere & incuruare regulam per dispensationem, & dicit quod refert & sequitur Cardin. Alex. in c. regula in distinct. & c. & per prædicta obseruat generaliter regia audientia, quod dilationes probatoriæ quando maior pars dilationis est feriata non currunt diebus feriatis.

17 ¶ Si supplicatio erit interposita a sententia lata in causa commissa ad decidendum: tam in causa principali, quam appellationis: talis causa supplicationis committitur duobus doctoribus, qui facto verbo in consilio, ant audientia regia: & secuta conclu x sione debent dictam causam expedire in curia anni. M.D xij. ca. x. & in istis causis minoribus cc. ll. possunt audiri aduocati in domo relatoris facto verbo in regio con silio, & facta relatione totius processus & lectis in dicto consilio omnibus memoria libus & allegationibus per partes & eorum aduocatos datis. in cur. Charoli. M.D.xx 7 c. xvj.) Istam (licet indubitatam) nota, vt intelligatur fundamentum sequentis obseruantiæ de qua nulla constitutio loquitur.

¶ Idem obseruat regia audientia in causis supplicationum causarum maiorum cc. ll. videlicet, quod committuntur duobus doctoribus, qui facto verbo, seu relatione in regia audientia & secuta conclusione expediunt dictam causam, quia maior ratio est, quod causæ maiores expediantur cum duobus doctoribus, quam causę minores. Et ita fuit determinatum in vtraq; aula in causa vertente inter Elisabetem Olmeda; & Pardina, & Io. Ciuico iurium doctorum Illerdæ. 13. Maij. M.D. Lxvj. in posse Ferran Regij scribæ mandati, & pro eo Biosca, & sic minimè sunt mutanda. &c.

18 Decidi debent dictæ causæ supplicationum à definitiuis vsq; ad centum libras intra tres menses, & ex causa dantur alij tres menses, vt in curia Ferdi. M.D.x. ca. xvj. versi. E axi les dites causes.

Si vero dictæ causæ supplicationum à diffinitiuis sunt maiores centum librarum: habent sex menses pro primo fata, & ex causa datur maius tempus dummodo terminetur intra annum, & ita fuit practicata & intellecta constitutio Ferdinan. in curia sanctæ Annæ Barcinone. c. xxj. incip. Mes auant statuim. licet non faciat differentiam inter causas vsq; ad c. ll. & causas maiores centum librarum.

19 ¶ Causa supplicationis à diffinitiua omni casu debet denuntiari sicut causa primitiua, verbi gratia, si causa primitiua est maior cc. ll. minor vero D. ll. & processus est denuntiatus inter causas maiores, & agens obtinuit in c. ll. tantum, & in reliquis puta: cl. ll. succubuit & supplicat à capitibus sibi lesiuis, scilicet a capite dictarum cl. ll. causa dictæ supplicationis debet denuntiari, vt prima inter causas maiores cc. ll. hac ratione, quia pars altera posset se iuuare dicta supplicatione, & ita fuit determinatum in regio consilio & prouisum me referente 30. Ianuarij. 1552. in causa vertente inter coniuges Pellicers, & Ioannem Gilie: scriba mandati Viladamor.

Quamuis tamen regulariter omnis causa supplicationis a diffinitiua denunciari debeat:tamen excipitur causa supplicationis a sententia lata in causa appellationis.xx.ll.quia talis causa supplicationis non denunciatur,sicut oon denũtiatur causa appellationis.xx.ll.aut minoris,vt in curia.M.D.x.c.vij.[aa] Et ita fuit intellecta & practicata per regiam audieotiam consti.anni.M.D.xx.c.xxiij.

20 ¶ Die Martis.xj.Augusti.M.D.L.xxviij.In vtraq; Aula Regię Audientię fuit tractatum non tamen determinatum,sed inclinabatur pro tunc,quod si vnus ex litigantibus supplicat in forma ab aliqua prouisione: & alter supplicat contrario imperio ab eadem prouisione, Si ius dictorum supplicantium procedit ex eodem foote : id est ex eodem instrumento, vel ex eadem causa: est conueniens vnus adhæreat supplicationi alterius, ne sequatur inconueniens, quia possent sequit contrariæ sententiæ.Si autem ius dictorum supplicantium non procedit ex eodem fonte, sed ex diuerso,id est ex alio instrumento seu contractu,seu ex alia causa,tunc admittitur vtraq;supplicatio,& causa vnius supplicationis non debet impedire alteram, nec decisio vnius debet expectare decisionem alterius causæ, & est ratio, quia postquã ius dictorum supplicantium procedit ex diuersa causa,non possent sequi contrarię sententię.[bb] An tamen in dicto primo casu partes possent compelli,vt alter alterius supplicationi adhęreat:post plures rationes pro vtraq;parte deductas,fuit maiori deliberationi(ex causa)reseruatum.

21 ¶ Causę appellationis à diffinitiuis sententijs, si sunt xx.ll. aut minores committuntur vni doctori regij consilij ad decidendum,& in illis non datur primum nec secundum semestre,seu fatale, sed dumtaxat duo menses ad instruendum processum.&c.& non denuntiarur proces.&c.vt in curia anni.M.D.x.dicto c.vij.

Si vero dictę causę appellationis a diffinitiuis,sunt maiores xx.ll. vsq;ad centum libras inclusiuè : committuotur hodiè duobus doctoribus ad decidendum in curia Reginę Germanę.M.D.xij.cap.xj.[cc] & debent decidi intra tres menses, & ex causa dantur alij tres menses, vt in eadem consti.iuncta alia constit. ibi relata quę est curię M.D.x.cap.vj.[dd]

Si tamen dictę causę appellationum a diffinitiuis sunt maiores centum librarum, & vsq; ad ducentum libras inclusiuè:debent committi duobus doctoribus qui possint illas expedire facto verbo & conclusione in audientia io cur. Charoli anni. M.D.xx.c.xxxj.[ee] Et istę causę appellationum a diffioitiuis maiores centum librarum debent terminari intra tempus intra quod causę supplicationum debent terminari, vt in titulo de dilatio.[ff]c.Mes volem,statuim,& ordenam,que si feran.fol.80. & sic intra sex menses,& ex causa datur maius tempus dummodo determinetur intra annum,vt in eo titulo dicto c.Mes auant statuim e ordenam,que si alguoa,quę coostitio in istis causis appellationum maiorum c.ll.non fuit mutata, nec limitata per prędictam aliam constitutionem anni.M.D.x.c.vj.

Causę appellationum à sententijs diffinitiuis,si sunt maiores cc.ll. committi consueuerunt duobus doctoribus, qui illas expediant facta relatione in regia audientia, & conclusione secuta,hac ratione,quia si in causis appellationum à diffinitiuis vsq; ad cc.ll.requiruntur duo doctores & conclusio:vt in curia Regis Charoli. M.D.xx. dicto.c.xxxj.eadem & fortiori ratione,seu à maioritate ratioois:debent esse duo doctores in causis maioribus ducentarum librarum,& ita seruatur.

¶ Causę appellationũ ab intermedijs si sunt viginti librarum,aut minores: cõmittũtur ad decidendum relatori,& ipse solus relator absq;conclusione illam determinat sicut illam determinaret,si esset causa appellationis à diffinitiua per constitutio. Ferdinandi anni. M.D.x.cap.vij. incipien. Item statuim, e ordenam per millor expeditio,arguendo à fortiori & à maioritate rationis ex illa cõsti.nã si causa appellationis

à diffioitiua

à diffinitiua committitur ad decidendum ſoli relatori: ergo à fortiori: cauſa appellationis ab intermedio debet committi ſoli relatori ad decidendum.

Si vero dictæ cauſæ appellationum interpoſitarum ab intermedijs ſunt maiores xx.ll. vſque ad centum libras incluſiuè: fuit viſum (vt ſupra in proxima obſeruãtia:) quod non debent decidi cum maiori ſolemnitate quàm ſi eſſent interpoſitæ à diffinitiuis, & ideo ſicut cauſæ appellationum à diffinitiuis cauſarum maiorum xx.ll. vſque ad c incluſiue committuntur duobus doctoribus ad decidendum, & illi duo doctores ſoli abſque concluſione decidunt illam cauſam, ita à maioritate rationis debent decidi iſtæ cauſæ appellationum interpoſitarum ab interlocutorijs, & ita practicatur quotdie, & obſeruatur.

Si vero dictæ cauſæ appellationum interpoſitarum ab intermedijs ſunt maiores centum librarum, tunc tales cauſæ conſueuerunt terminari cum concluſione per relatorem, & non datur conrelator. Et ita (cum anno. M.D.lxxj. fuiſſet per aliquem factum dubium ſuper hoc articulo: in cauſa appellationis interpoſitæ per Petrum Tartats mercatorem Gerundæ à prouiſione executionis prouiſę per iudicem ordinariũ in cauſa clami expoſiti per Hieronymum Torrent de cap. iiij. ll. xviij. Martij. M.D. Lxviij.) fuit declaratum referente magnifico Antonio Negrell procedente Spectab. Gerente vices generalis gubernatoris Cathaloniæ cum doctoribus regij conſilij viceregia, & concluſio fuit facta vij. dicti menſis Martij. Scriba in Regia Audientia Viladamor, pro eo Bas, & in ea Gubernatione erat ſcriba Pontius Bas.

22 Et intra quæ tempora cauſæ appellationum ab interlocutorijs, & diffinitiuis terminati debeant, vide in titulo de dilations. c. xxviij. incipien. Mes volem, ſtatuim, fo. 80. & in curia anni. M.D.xxxxvij. cap. vij. ibi. E per lo ſemblant ſie ſeruat en les cau

gg ſes de appellatio. iuncto. c. iiij. eiuſdem curiæ. gg

23 ¶ Omnes cauſę ſiue primę inſtantię, ſiue ſecundę, etiam ſi ſint cauſę ſupplicationum, denuntiari debent in fine proceſſus manu relatoris. In curia Montiſſo. anni M. D.x.c.v. & ca. viij. & anni. M.D.xx. ca. xxj. Exceptis cauſis appellationum xx.ll. aut minorum. in curia anni. M.D.x. ca. vij. Et exceptis cauſis ſupplicationum cauſarum appellationum. xx.ll. aut minorum. xx.ll. Et ita fuit intellecta, interpretata & prac-

hh ticata conſti. Regis Charoli anni. M.D.xx. c. xxiiij. hh

Intelligendum tamen eſt, quod cauſę poſſeſſorię, & alimentorum, marcharum, repreſaliarum, & aliarum quę de ſui natura ſunt ſummarię, non debent nec conſueuerunt denuntiari, niſi ad effectum, vt ſit terminus excluſiuus per dict. conſti. anni. M. D.xx. cap. xxj.

24 Et per eandem conſtitutionem anni. M.D.xx. c. xxj. obſeruat regia audientia, his nouiſsimis temporibus, quod cauſę de domibus euacuandis denuntiantur, vt ſit terminus excluſiuus. Et ita fuit me referente prouiſum (facto prius verbo in Regia audientia) viij. Ianuarij. M.D.lij. in cauſa quæ vertebatur inter canonicum Barth. Ferrer, & Bernardum Mercer, ſeu Ludouicum Roig. erat ſcriba mandati Ferran, & pro eo Bioſca. Et ita fuerat prius prouiſum ad relationẽ Stephani Riuſech doctoris Regij conſilij, facto verbo in regia audientia.

Et quod in hac obſeruantia dicitur: his nouiſsimis temporibus, ideo dictum eſt: quia reperio in libro exemplarium Hieronymi Dalmau quondam docto. regij conſilij in verbo, domibus euacuandis obſeruat. &c. continuatum quod in cauſis proceſſuum qui fiunt in vim pragmaticę de domibus euacuandis: videlicet in duobus proceſsibus ibi relatis: fuit viſum, quod tales poceſſus nõ erant denũtiandi, & quod ſatis videtur deprehendi ex verbis dictę pragmaticę, hęc ipſe ibi. Pręterea in verbo denunciatio. ca. incip. iij. Iunij. M.D.xxxviij. Inquit iiij. Iunij. M.D.xxxviij. facto verbo in duabus aulis, fuit deliberatũ, ꝙ cauſę pręcepti decẽ dierũ de euacuãdo iuxta formã pragmaticę: licet partes intraſſent merita proprietatis & dominij: & a forma dilatio

num recessissent:possent expediri absq, denuntiatione processus cum sint causæ quę celeritatem desiderant, quas denuntiatio non posset impedire hæc tibi.

Et quamuis primum fundamentum, quod in dicto primo exemplari libri Hieronymi Dalmau allegatur de dicta pragmatica, quæ est in volum. constit. generalium
ii fol. 294. ii sit fortè: quia in dicta pragmatica: post datas dilationes ibi relatas disponitur per hæc verba, super quibus omnibus licet renuntiatum non fuerit, nec conclusum: dimissa omni alia solēnitate: ex quo locus est datus defensioni: iudex, illius causæ: suam exprobatis & productis coram eo proferat sententiam, aut consilium præstet ordinario supradicto &c. Attamen ad dictum fundamentum (pro tuenda dicta nouissima obseruantia:) Respon. quod dicta pragmatica non vetat denuntiationem, nec prohibet renuntiationem, seu conclusionem: siue denuntiationem: (quæ denuntiatio est idem, quod renuntiatio siue conclusio in causa:) sed permittit, quod possit declarari, & sententiari, sine renuntiatione: siue absque denuntiatione processus. Et quia nouissimi doctores Regiæ Audientiæ (ipsa experientia docente) viderunt & cognouerunt realiter quod tutius & commodius erat agenti, quod denuntiaretur processus: vt esset terminus exclusiuus, ne deinceps reus dilationem petere posset. Et quia dicta denuntiatio processus erat & est conformis præfatæ constitutioni anni M.D.xx.c.xxj. disponenti expressè, quod causæ possessorię, & alimentorum, repressaliorum, & aliorum, quæ de sui natura sunt summariæ, debeant denuntiari ad effectum: vt sit terminus exclusiuus Et quia dari non possit causa magis priuilegiata, & quæ maiorem celeritatem desideret, quam causa alimentorum: cum venter non patiatur dilationem. ideo & alijs forsan causis vrgentioribus: regia audientia his nouissimis temporibus scilicet ab anno. M.D.Lj. obseruauit, quod etiam dictę causę de domibus euacuandis denuntientur ad effectum tantum, vt sit terminus exclusiuus, & non, vt si seruandus ordo seu prioritas denuntiationum, quæ obseruantia vltra prædicta saludabilis videtur, quia potest prodesse, & non nocere, quoniam dicta denuntiatio, quæ est exclusio vlterioris dilationis & probationis: non impedit, sed impellit & dat (vt ita loquor) securitatem: vt amplius decisio dictæ causæ differri non possit.

25 Causa supplicationis denuntiatur: vt fuit denuntiata causa primæ instantiæ: vt puta si causa principalis erat maior cc.ll. minor vero D.ll. & processus est denuntiatus inter causas maiores, & agens obtinuit in c.ll. & in alijs pura cl.ll. succubuit: & supplicat a capitibus sibi lesiuis: scilicet a capite in quo fuit sibi impositum silentium in dictis cl.ll. Causa dictæ supplicationis debet & consueuit denuntiari: vt prima inter causas maiores quia pars altera posset se iuuare dicta supplicatione. Et ita fuit determinatum me refferente in Regio consilio, & fuit prouisum xxx. Ianua. M.D.Lij. in causa inter coniuges Pellicers, & Io. Gilis vertente, Scriba mandati Viladamor.

26 Causa appellationis interpositę a reuocatione manutenentiæ beneficij Ecclesiastici: quia est possessoria: denuntiari consueuit secundum valorem reddituum beneficij computando ad rationem violarij, seu ad rationem septem annatarum siue pensionem septem annorum, Gratia exempli inseritur casus me refferente decisus vt sequitur. Appellatum fuit pro parte Vincentij Ferrer clerici à sententia per Regentem Assessoriam Gubernatoris Cathaloniæ lata, contra eum, & in fauorem Raphaelis Riell. Cum qua sententia reuocata fuit manutenentia quæ concessa fuerat præfato Ferrer ratione Cappellaniæ Sanctorum Ioan. Baptistę, & in Ecclesia beatæ Marię de Mari. Et causa appellationis fuit mihi commissa. Et quia erat probatum quod dicta cappellania recipiebat xxv.ll. annuæ pensionis super generali Cathaloniæ proprietatis D ll & partes consentiebant processum denuntiari inter causas maiores: ideo processus denuntiatus fuit per me inter causas maiores: Veruntamen quia postea pro parte eiusdem Ferrer fuit supplicatum dictam prouisionem reuocari

uocari

uncari & processum denuntiari inter causas minores prætendendo, quod dicta causa erat possessoria,& beneficialis:ideo fuit ita factum, quia valor dictę capellanię,seu proprietas fuit stimata iuxta quantitatem reddituum illius:scilicet dictæ annuę pensionis xxv.ll. ad rationem violarij, & sic ad quantitatem, & valorem clxxv. ll. ad rationem vij.mille pro millenario siue ad rationem septem librarũ pro qualibet vna librã dictæ pensionis. Alij vero aliter computabant (quod tamen idem est in effectu) videlicet quod valor prædictus stimatur quantum valent, seu summant septem pensiones (vt prædixi) & dictæ septem pensiones summant eandem quantitatem clxxv. ll. Et quamuis de partium consensu fuisset primo denuntiatus processus inter causas maiores. Attamen quia dicta denuntiatio potuisset alijs tertijs obesse in prioritate seu posterioritate expeditionis causarum:ideo prædicto non obstante consensu:fuit prima denuntiatio reuocata,& processus fuit denuntiatus inter causas minores.

27 Si ante denuntiationem processus allegatur desertio causæ etiam maioris D. ll. relator solus non dato contelatore:& non denuntiato processu consueuit declarari super dicta desertione facto verbo in regia Audientia,& cum conclusione. Et quod dicitur, quod non datur contelator:ideo fit,quia in causis maioribus non datur con relator,nisi post processus denuntiationem:vt in constit. Regis Ferdinan.anni.M.D. iij.dicto cap.iiij Sed si processus est denuntiatus & allegatur desertio post processus denuntiationem:tunc datur contelator. Et cum cõrelatore declaratur super dicta desertione etiam si desertio prætendatur ex eo,quia non fuit petitus,& assignatus conrelator:quoniam inquit dicta constitutio:quod denuntiato processu dandus est conrelator. Et ita fuit determinatum facto verbo in duabus aulis per Bernardum Vilana de mense Ianuarij M.D. Liij. & de ista determinatione memini in meo primo libro exemplarium,in verbo desertio, & in verbo denuntiatio. Et ita etiam repecitur in libro exemplarium Hieronymi Dalmau,in verbo desertionis declaratio: deliberatum fuisse facto verbo in vtraque aula per Petrum Clariana de Seua; & obseruatum ij. Martij. M. D. xxxvj: in causa T. Sabater; contra viduam Bessetola ciuitatis Balagarij. Licet aliquibus aliud videretur. Et ita debet intelligi, & concordari alia deliberatio per eundem Dalmau relata ante proxime dictam in verbo sertionis causæ commissio, quæ incipit consueuit Regia Audientia si causa appellationis est talis.

Et quanquam (vt dictum est in proximo capi.) quando in causa appellationis vel supplicationis a diffinitiua sententia interpositæ desertio allegabatur ante processus denuntiationem: reperiatur fuisse super desertione declaratum non præcedente denuntiatione processus:& quidem aliquando cum prouisione: & aliquando cum sententia: Attamen nouissime, (tam quia recipiendo distinctionem traditam per Guido.pa. q.xj. declarando alios doctores ibi relatos pronuntiatio super desertione appellationis interpositę a diffinitiua sententia censetur diffinitiua sententia, licet quãdo pronuntiatur super desertione appellationis interpositę a sententia interlocutoria:tunc talis pronuntiatio dicitur etiam interlocutoria:quam etiam propter vtilitates quę latius infra in tertia parte in verbo denuntiatio processus refferuntur:& colligi possunt ex deductis supra in ista secunda parte cap. omnes causę siue primę instantię siue secundę pręsertim in versic. Et quamuis ibi. Et quia nouissimi doctores:) fuit die 20. Augusti.1582. per omnes doctores vtriusq; aulę determinatum:quod quãnis desertio causę allegetur ante processus denuntiationem: processus denuntietur cum hac, vel simili reseruatione: videlicet, absq; pręiuditio iurium & pretentionum partium super pretensa desertione, de qua desertione indiffinitiua ferenda haberi possit ratio qualis de iure habenda erit. Et idem fuit determinatum die Lunę xxx. Ianuarij.M.D.Lxxxiiij.

28 ¶ Supplicari potest & consueuit post denuntiationem ad aliam aulam à prouisio ne Regia super attentatis facta, non obstante consti. anni. 1547. c. vij. quia dicta constitu. non comprehendit casum istum per rationes & fundamenta quæ latè ponuntur in tertia parte cap. xxxvj. quod de attentatis loquitur.

29 ¶ Contrario imperio supplicari potest & consueuit a prouisione facta in causa alterius supplicationis contrario imperio interpositæ quamuis prima prouisio in aliquo fuerit confirmata: si tamen illa eadem prima prouisio etiam in aliquo reuocata, seu commutata, seu limitata, vel aliquid de nouo in ea prouisum fuit. Ita fuit obseruatum per Regiam Audientiam interuenientibus doctoribus vtriusq; aulæ in causa vertente inter nob. Stephaniam de Palou agentem ex vna parte, & Elizabethē quæ fuerat vxor, in primis nuptijs Alexij de Hospital quondam domicelli, & nunc est vxor Francisci de Altarriba domicelli. fuerat enim per dictam nob. Stephaniam de Palou supplicatum contrario imperio à prouisione per Magnifi. Franciscum Sala ij Octobris. 1579. facta, & cum per Magnifi. Ioan. Amell (cui in locum dicti Sala eau sa fuerat commissa) fuisset die ij. Octobris. 1579 prouisum declarando bene fuisse prouisum per dictum Sala, hoc tamen expresse prouiso & intellecto quod liquidatio ibi expressa & prouisa fiat respectu interesse tantum. &c. Ab ista prouisione dicta Elizabet Altarriba olim Hospitala iiij. Iulij eiusdem anni supplicauit contrario imperio a capite in quo prima prouisio per secundam fuit commutata seu limitata, & proposita difficultate in vtraq; aula per Regentē Cancellariā, & facta matura discutione dicta supplicatio admissa fuit, ex mente & arg dictæ consti anni. 1547. c. 7. versi. E si en la causa de supplicatio sera reuocada la dita interlocutoria, e per aquella se supplicara quia validum est argumentum de parte quo ad partem, sicut de toto quo ad totum Euerar. in sua Centuria argu. 80 in loco ad partem & e contra fol 566. per iura quæ allegat. Et casu quo per dictam constitutio. non esset decisum: erat ad ius commune recurrendum pro quo post Din. & Bar. in l. quod iussit. ff. de re iudi. & ibi Alex. in 6. fallen. fuit allegatus lat. ibi sub numero x. in ij. limitatione & melius a num. 43. vsq; ad 46. vbi refert tres opiniones doctorum & dicit Dinum & Bar. tenere interlocutoriam posse bis reuocari. & istam opinionem Di. & Bar esse magis communem, & eam etiam per Canonistas in c. Cum cessante de apella. & etiam reffert Alexandrum in. l. quiequid astringende in prin. in vlti. col ff. de verbo. obli. dicere, quod cum Bar. transeunt communiter docto.

30 ¶ Audire aduocatos vtriusq; partis in Regia Audientia pro intermedijs quantumcunq; maximę importantię non solet Regia Audientia nisi intermedium & sententia diffinitiua venirent, aut venire possent simul terminanda. Ita in libro exempla. Hierony. Dalmau in verbo Auditio aduocatorum dicitur fuisse obseruatum vt dicitur in prima parte in facto illustris Ducis Cardonę & etiam Roderici Vidal contra Iacobum Bastida. Adde quod idem fuit obseruatum nostris temporibus in causa vertente in Regia Audientia inter nobiles fratres Alberts & nob. Io. de Lanuça iustitiam Aragonum de mense Septembris. 1580. referente Nagrell tunc relatore, & nūc defuncto requiescat in pace amen. Et de eo fuit altera aula consulta & quod dicitur in secunda parte reffertur etiam per Dalmau ita fuisse obseruatum in facto reuocationis attentatorum petite per vniuersitatem pręsbyterorum sedis Barcino, contra canonicos eiusdem Sedis. 20. Septembris. 1520. & quod tali casu fit relatio causę per relatorem in pręsentia dictorum aduocatorum.

31 ¶ Aduocatus fiscalis Regię Audientię in decisione causarum ciuilium regij patrimonij, & quarumcunq; causarum criminalium interuenire debet, & habet votū decisiuum, & votat post relatorem, quamuis dictus aduocatus non sit de doctoribus

mm regij consilij, mm & ita obseruat Regia Audientia ab Anno. 1547. absq; dubio per relata latissime infra tertia parte c. 40. 41. & 42.

a. In prin.

a.In prin.tit.de commiſ. de cauſ. ſed iſtę conſti. in quantum loquuntur de relatore & conrelatore ſunt reuocatę & correctæ per curiam montiſſon i anni.1585.cap.fi.in ordine.eo. tit.de commiſ.de cauſ.videndas nobilis a Peguera in practi.rub 5.de commiſ.cauſ.facien. in regia audientia à n.1.
b.Cap.xxj.& in ordine.2.tit.de cauſ.ſumarias.fol.255.
c.Conrelator,ſed hodie hoc eſt ſublatum vt ſupra dictum eſt & in quantum de his loquuntur corrige infra n.5.17.21.& 27.
d.C.iiij.& in ordine.1.tit.de commiſsions de cauſ.
e.Et xij.& continentur ſub ti.de ſenten.ti.de relac.de proceſſos.& ti.dubtes y puncts ſe han de donar &c.reſpectiuè.
f.Cap.xxiiij.& in ordine 25.tit.de ſuppli.de ſentent.
g.Cap.vij.in noua vero compilatione.§.dicti cap.incipien.e ſi de la prouiſio.titu. de ſupplic. de ſenten.fol.404.
h.Cap.xxiij.et in ordine.6.tit.de comiſ.de cauſ.fol.223.
i.Ordenam 3.in nou.compil.tit.de ſupplic.de ſenten.fol. 402.
l.C.25.& in ordine.8.tit.de ſupplic.de ſenten.fol.404.
m.Et.vij.& ſunt diuiſę per.§§.incipien.omnes,e de la prouiſio ti.de ſupplica.de ſenten.
n.Cap.ij.& 4.in ordine tit.de ſupplic.de ſenten.fol.40 2.
o.Cap.vij.in noua compilatio.§.incipien.E ſi de la prouiſio.2. eius nominis & 12. in ordine eod.tit.de ſupplic.de ſenten.fol.405.
p.Cap.iiij.in noua compilatio.d.§.e ſi de la prouiſio.1.eius nominis.
q.Cap.vij.in noua compilatio.d.§.e ſi de la prouiſio.2.
r.Feriata.ita Bal.in l.ſi quando.q.4.C de teſti.Maran.in pract.part.6.tit.de dilatio.n.18.fol. mihi.340.nobilis a Peguera in pract.rub.14.de dilatio.n.15.fol.191.
s.Cap.xiiij.& 10.in ordine tit.de ſupplic.de ſenten.fol.404.
t.dilations.1.in ordine tit.de ſupplic.de ſenten.
u.Fol.79.in noua compilatio.1.in ordine tit.de cauſ.ſumar.fol.255.ſed hæc conſt. eſt correcta quo ad arbitrium datum relatori in dilatione concedenda:per Phil.in cur.montiſſo.c. fina.in ordi.eo.titu.quod concedit in dictis cauſis ſummarijs duos menſes ad probandum per teſtes alios duos ad inſtruendum per inſtrumenta vel alia quęcunque genera probatio num ſublato vt pędicitur arbitrio relatori aliàs ſibi conceſſo.
x.C.x.& in ordine.4.tit.de comiſ.de cauſ.fol.222.
y.Cap.xvj.& in ordine.6.tit.de ſupplic.de ſenten.fol.403.
aa.Cap.vij.& in ordine 10.tit.de appellat.fol.409.
bb.Sententię.poſtea vero ſuperuenit cap.85 curię anni.1585.quod eſt in ordine. 16. titu. de ſupplic.de ſenten.diſponens quod ſi alter ex litigantibus ſupplicauerit in forma alter vero contrario impetio licet ex diuerſis capitibus ſeu capitulis ſupplicans contrario impetrio teneatur ad hetere ſupplicationi in forma.
cc.Cap.xj.& in ordine.5.tit.de comiſ.de cauſes fol.223.
dd.Cap.vj.& eſt §.incipien.E axi tit.de appellat.ſed vide quid fuit poſt modum ſtatutum per cap.in ordine.17.eod.tit.
ee.Cap.xxxj.in ordine.7.tit.de comiſ.de cauſes fol.223.
ff.In noua vero compil.tit.de appellat.fol.408.
gg.Vide d.tit.de appellat.y recurſos.
hh.Vide tit.de denuntiations de proceſſos qui eſt fol.241.
ii.fol.294.in noua vero compil.tit.de lloguers.fol.88.in vol.pragmatica.
ll.Cap.vij.in vero compil.eſt d.§.incipien.E ſi de la prouiſio.2.eius nominis tit.de appell.
mm.Conſilij vide infra part.3.cap.8.



I 4 INCIPIT

INCIPIT TERTIA PARS OBSERVANTIARUM ET OPINIONUM PER REGIAM AUDIENTIAM EX VARIIS ET

contrarijs doctorum opinionibus receptarum. Iesum Christum dominum nostrum humiliter deprecor, vt ad eius laudem & vtilitatem Reipublicæ finem operarum videam. Amen.

CAP. I.

SUMMARIUM.

1 *Abbatia consistorialis quæ dicatur & num. 3.*
2 *Confirmatio per Pap. de iure patronatus seu præsentandi ad Ecclesias metropolitanas, cathedrales ac monasteria consistorialia facta Regibus Hispaniæ.*



1 ABBATIA consistorialis an dicatur & habeatur pro consistoriali, illa quæ est taxata ad valorem sexaginta sex florenorum & duarum tertiarum partium vnius floreni, & sit ad præsentationem domini regis nostri: & illa quæ est taxata ad minorem quantitatem, non dicatur consistorialis & non sit ad præsentationem domini regis nostri.

2 Pro infrascriptæ conclusionis intelligentia ad memoriam reducitur quod bonæ memoriæ b. Papa Adrianus anno incarnationis dominicæ. 1523. 8. idus Septembris, pontificatus sui anno ij. cõfirmando concessiones iuris patronatus & præsentandi personas idoneas ad ecclesias Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac monasteria consistorialia per eius prædecessores factas, & supplentes &c. per hæc verba: motu proprio ex certa scientia, & de apostolicæ sedis plenitudine apostolica auctoritate concessit Carolo Regi, & Ioanne Reginæ Castellæ & legionis ac Aragonum regibus pro tempore existentibus in perpetuum ius patronatus, & præsentandi personas ydoneas ad omnes & singulas Metropolitanas, & alias Cathedrales Ecclesias, nec non monasteria quæ unque consistorialia in Castellæ & legionis: ac Aragonum & Valentiæ, nec non Cathaloniæ ceterisque Hispaniarum regnis & dominijs consistentes & consistentia &c præter quam apud sedem apostolicam vacaturas, & vacatura decernentes &c.

3 Insuper die 27. Iunij. 1559. vidi testimoniales litteras à curia Romana emanatas, in quibus dicebatur, quod abbatia consistorialis dicitur & habetur pro consistoriali illa quæ est taxata ad valorem sexaginta sex florenorum, & duarum tertiarum partium vnius floreni: & illa quæ est taxata ad minorem quantitatem, non dicitur consistorialis, & quod Abbatia Vallis bonæ diocesis Elnen. in comitatu Rossilio. est taxata ad quinquaginta florenos, & ideo referente magnifico Barnaba Serra regij consilij doctore dicta die fuit determinatum, & conclusum, quod dicta abbatia tanquã non

non consistorialis non erat ad præsentationem domini regis, & propterea. T. qui habebat collationem à Romano pontifice de dicta abbatia tanquam non consistoriali, & absque præsentationem domini regis: erat mittendus in possessionem, & sequestrum prius positum erat tollendum.

CAP. 2.

SVMMARIVM.

1 *Abbatia vallis bonæ non est consistorialis & quid de Abbatia sancti Laurentij del moni.*



1 Bbatia Vallis bonę diocesis Elnen. fuit declarata non consistorialis per regiam audientiam, & quid de abbatia sancti Laurentij del Moni diocesis Gerunden.

Verificationem huius obseruantię (quo ad abbatiam Vallis bonę) vide supra in proxima obseruantia. quo vero ad abbatiam sancti Laurentij del Mont diocesis Gerundensis, vidi quod post mortem Michaelis Caxas qui dictam abbatiam possederat: illam obtinuit via ordinaria quidam nomine Corts villę Bisulduni: & cum ad notitiam domini regis seu sui regij patrimonij procuratoris peruenisset dictam abbatiam esse de patrimonio regio, & illam tanquam de patronatu domini regis obtinuisse Michaelem Caxas, & in bulla collationis dictę abbatię kalend. Septembris 1538. quam vidi, & legi, asseruit Romanus pontifex dictam abbatiam esse de patronatu domini regis Aragonum, dominus rex noster Philippus suis patentibus literis 11. Aprilis. 1565. scripsit Reuerendissimo cardinali Pacheco quod nomine dicti regis præsentaret Beatissimo domino nostro PP. personam fratris Hieronymi Ferrer filij mei professi in monasterio Riuipulli ordinis sancti Benedicti: Et mota controuersia inter dict. fratrem Ferrer & Corts: dictus Corts renuntiauit iuri per eum pretenso, & dictus Ferrer in vim dictę pręsentationis obtinuit dictam abbatiam, & postea ab humanis decessit requiescant in pace. Amen.

CAP. 3.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio donationis non requiritur quando donatarius possidet.*

2 *Possessor potest mutare causam & titulum.*



1 Cceptatio donationis, quod non requiratur quando donatarius possidet: fuit declaratū vt infra.

Ita fuisse declaratum in causa quę vertebatur in regia audientia inter Catharinam Cuqueta ex vna parte, & Saturninum Moter, & Eulaliam eius vxorē ex altera, per Ioannem Pasqual L.D. 6. Iunij. 1521. refert Hieronymus Dalmau in suo libro exemplarium, & quod erat scriba Io. Rouira pro eo Cuberes. Et li-
2 cet nihil ipse alleget. Ego tamen fundari posse arbitror, hac ratione & fundamēto, quia quod semel cepi possidere: eadem manente possessione ex noua causa possidere possum. glo. in. l. 3. §. ex pluribus in verbo, nec enim. ver. At quod semel cepi possidere. & etiam est ibi bonus tex. saltem in arg. ff. de acqui. posse. versi. sic enim, & si ei qui pro emptore possidebat, heres sim, eandem rē & pro emptore & pro herede possideo. & pro contrarijs quę possent formari de tex. in l qui bona. § 1. ff. eo. tit. & in l. cum res. C. de contrahen. empt. & simi. vide doctores signanter Ias. in d. § ex pluribus nu 9. & 10. hęc tamen ex prędictis restat vtilitas scilicet scire regiam audientiam opinionem & intelligentiam istam recepisse, & proinde à cętero sequendam per tradita supra in prefatione primę partis obseruantiatum, quę breuitatis causa aliter hic non referuntur.

CAP.

De actis reportandis.

CAP. 4.

SVMMARIVM.

1 *Acta seu processus in causa primæ instantiæ reportantur communibus expensis acta vero appellationis, expensis appellantis.*
2 *Fallit primo.*
3 *Fallit secundo.*

1 ETsi regulariter regia audientia obseruet quod acta seu processus primæ instantiæ (quando causa ad regiam audientiam euocatur) reportantur communibus expensis, & acta secundæ instantiæ (id est causæ appellationis) reportantur expensis appellantis, & in renitentiam appellantis soleat licentia concedi parti appellatæ illa porandi expensis partis appellantis: attamen secus est in casu infrascripto.

2 In libro adnotationum siue exemplarium Hierony. Dalmau doctoris tūc de regio consilio reperio aliquas fallentias siue sub limitationes in verbo appellans, & in verbo actorum reportatio & denique in verbo euocans, 26. Nouēbris 1526. vt sequitur.

Primo in verbo actorum reportatio, dicit, quod dicta regula primæ instantię procedit quando coram ordinario tempore euocationis erat iam oblatus libellus, siue petitio facta, nam tunc siue actor, siue reus loco libelli siue petitionis producit in Regia Audientia acta facta coram ordinario: tunc illa acta communibus expensis feruntur. secus tamē est, & fallit dicta regula quando petitio tempore euocationis non erat data coram ordinario, quia tunc ex quo ex necessitate illam facit: tenetur suis proprijs sumptibus dicta acta portare, & dictus Dalmau refert vidisse ipsam inuestigationem interdum attenta qualitate litigantium esse al qualis importantiæ, & facto verbo in vtraque aula per d. Dalmau fuisse determinatum ita esse distinguendum & obseruandum die. 16. Iunij 1535 in causa quæ vertebatur inter Bernardum de la vinyola villæ Podij Ceritaniæ ex vna parte, & Petrum Quintana, & Gratiam Mir ex altera, licet in alio occurrēti casu fuerit prouisum quod pro tunc portarentur communibus expensis, vt postea ipsis visis legitime decidi valeret articulus ille iuxta prædictam distinctionem. Quo ad regulā causæ appellationis dicit quod si causa appellationis tēpore euocationis nō erat introducta coram iudice appell. ordinario: sed directo causa appella. introducitur in Regia Audientia aut erat introducta coram iudice appella. ordinario: sed non erat facta productio realis actorum primitiuorum: tunc oneri appellā. incumbit illa portandi suis proprijs expensis, ne alias pars appellata sine facto & culpa sua, secuta euocatione grauetur in reportatione actorum, appellans vero ex sua culpa (si dici potest culpa aliqua in euocando) commodum seu exonerationem sentiat seu reportet, & ita procedit di. regula. Si autem causa appellatio. tempore euocationis erat iam introducta coram iudice appellationum ordinario, & ibi erant producta realiter acta primitiua, tunc quamuis ad supplicationem appellantis euocetur dicta appellationis causa: reportatio actorum est communibus expensis facienda ne aliàs bis grauetur onere reportationis dictorum actorum.

3

De accusatione contumatiæ.

CAP. 5.

SVMMARIVM.

1 *Querelans vltima die de decem datis ad comparendum accusans contumaciam querelato non dicitur contumax*
2 *Citatio facta intra decem intelligitur decem finitis.*

1 QVamuis querelans non accusauerit contumatiam quærelati intra decem dies monitionis quærelato

querelato vt intra illos compareret: nô propterea querelas dicitur contumax: dummodo vltima, dicti termini monitionis (scilicet die decima) querelans cõparuerit & accusauerit contumatiam querelato, quod menti teneas.

Ita reperio in exemplaribus Hieronymi Dalmau doctoris de regio consilio quondam in verbo accusatio contumatię fuisse determinatum facto verbo in vtraque aula per Vincentium Gibert. 31. Augu. 1536. & con lusio inde secuta: fuit publicata. 7. Septembris eiusdem anni in facto viduę Anglesillę Balagarij contra T. quęrelatum, & quod bis fuerat ita declaratum: sequendo in hoc dispositionem iuris communis de qua in l. qui ante Kalendas. ff. de verb. ob. & doctores practicos ita sentientes, quamuis in contrarium adducerentur quędã exemplaria aliquorum modernorum quę visa fuerunt non debere sequi, sed potius censeri facta inaduertenter licet alias parte non opponente hęc ipse Dalmau. Tu aduerte & menti teneas perpetuo istam obseruantiam, & illum mirabilẽ tex. & illius decisionem: nam aliàs quilibet prima facie contrarium determinaret, vt expresse dicit & commendat Pau. de Cast. ibi num. 2. & ad multa infert, vt per te videre poteris, & in a-
2 lijs etiã seruiet. Ex quibus collige, quod in monitionibus & citationibus factis, vt quis compareat intra decem, vel alium terminum: illa verba intra decem dies intelliguntur finitos vt sit sensus quod compareat intra decem dies finitos, & ita illum tex. declarant ibi Bart. in prin. Pau. de Cast. num. 2. & per totam suam lecturam & Alex. num. 2. ibi ante Kalendas finitas qui tex. loquitur in fortioribus terminis nostris per verbum ante & non intra, cuius tex. verba sunt hęc, qui ante kalendas proximas stipulatur. Similis est, ei qui kalendis stipulatur doctores, & iura concordantia & casus qui per illum mirabilem textum deciduntur, vide per Pau. de Imol. & Alex. ibi. Et aduerte quod dict. Hieronymus Dalmau dixit, quod fuit declaratum sequendo dispositionem iuris cõmunis, quia (vt arbitror) viderat Alex. in d. l. qui ante Kalen. num. 3. dicentem. Item prędicta intellige procedere de iure communi secun. Rapha. secus inspecto communi vsu loquendi qui se habet in cõtrarium. Et vlterius aduerte quod Alex. ibidẽ immediate subdit quod ille vsus communis loquendi est attendendus per l. sciendum. §. illud. ff. de edi. edict. & per alia iura. Si ergo vsus communis loquendi est attendendus tu poteris quęrere, quare regia audientia in prędicto casu secuta fuit in cõmune, & non communem vsum loquendi, sed ego respondeo vt textus in l. non omnium ff. de legi. cum l. seq. simili tacitę obiectioni respondent. dicentes. Nõ omnium quę a maioribus constituta sunt ratio reddi potest, & ideo rationes eorum quę constituuntur inquiri non oportet, alioquin multa ex his quę certa sunt subuerterentur. Item respondeo quod sufficere tibi debet quod regia audientia ex deliberatione vtriusque aulę dictam receperit intelligentiam per ea quę traduntur infra in obseruantia incipiente, Alimenta vxori per maritũ versi. & etiam sufficere tibi debet, quod regia audientia.

CAP. 6.

SVMMARIVM.

1 Aduocatus pro suo salario conuenit clientulum in processu in quo fuit aduocatus.



Duocatus pro suo salario con-
1 uento, seu sibi promisso potest, & consueuit agere in eodem processu in quo fuit aduocatus, & coram relatore dicti processus contra suum clientulum etiam extra illius vicariam degentem sine euocatione prętextu alicuius alterius qualitatis, quia tale salarium est appendix, siue dependens a dicto processu & causa illius. Et his nouissimis temporibus non admit-

admittitur petitio vnius aduocati contra diuersos clientulos in diuersis processibus, seu causis lice t olim sic.

Ita a quibusdam annis seruatur & practicatur in regia audientia, & ita hodie quę computatur. 23. Nouembris. 1580. ad supplicationem Michaelis Pujades I. D. qui fuit aduocatus syndici vniuersitatum de dos rius & Canyamas, in causa quę ad dicti syndici instantiam contra Nicholaum Balle, termini de Dos rius, me refferēte vertebatur in pos se Gabrielis Pedrolo quondam regij scribę mandati nunc Michaelis Amat, & pro eo Ioannis Colell not.

Et practica est ista, quia aduocatus cum supplicatione refert causam in qua & pro quo, & ad cuius relationem fuit aduocatus, & in posse cuius notarij est processus, & quod fuit salariatus, & q. sibi debetur tanta pecunię quantitas pro dicto salario, & ideo supplicat mandari dictum salarium sibi debitum solui per eius clientulum, & Reuerend. Cancellarius, aut magnificus Regens cancellariam consueuit decretationem in ea supplicatione facere vt sequitur, Magnificus T. recognoscat supplicata, & ver bū faciat, & dictus T. relator recognoscit an supplicans fuerit aduocatus in illa causa, & processu, & consito sibi pro uidet vt sequitur Re. &c. die T. &c. facto verbo in regia audientia mandetur N. quatenus intra dies decem soluat dicto aduocato dictam quantitatem per eū petitam, aut intra dictos decem dies iustas si quas habet ponat rationes, & pro his fiant litterę solitę & opportunę iuxta stylum.

CAP. 7.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fiscalis regiæ audientiæ habet votum decisiuum & votat post relatorem.*

2 *Verba debent intelligi cum effectu.*

3 *Pragmaticæ non reuocant constitutiones generales Cathaloniæ.*

4 *Constitutiones Cathaloniæ ad litteram debent intelligi.*



1 Aduocatus fiscalis Regię Audientię in decisionibus causarum ciuilium regij patrimonij, & quarumcunque causarum criminalium habet votum decisiuum, & votat post relatorem, quamuis dictus aduocatus non sit de doctoribus regię audientię, & ita obseruat Regia Audientia hodie, & ab anno. 1557. absq; dubio.

Ista obseruantia fundata fuit per constitutiones Cathalonię doctorum opiniones & conclusiones Regię Audientię quę infra referuntur. Et quod in ea obseruantia dictum est absque dubio regia audientia ab anno M.D.Lvij. ita obseruat: ideo dictum est quia vacante aduocatione fiscali Regię Audientię per mortem Stephani Puig bonis moribus induti (cuius anima requiescat in pace, Amen) qui etiam erat vnus ex doctoribus Regię Audientię, fuit propositum dubium an aduocatus fiscalis haberet votum decisiuum, non enim dubitabatur an voueret, siue votaret, quia illud ne-
2 gari non poterat per constitutio. Item senyor per tolre vexations curię Barcinone domini regis Martini sub titulo de appella. fol. 138. ibid. e hi done son vot sed an eius votum numeraretur in numero votorum. Causa dubitandi potuit sumi ex motiuis pragmaticę per indelibilis memo. Regem & imperatorem Carolum factę in villa Vallisoleti 28. Martij M.D.xxvij. qua in effectu dispo suit, & sanciuit aduocatum fiscalem nō posse vt suspectum a consilio remoueri, ac expressa causa, seu motiuo (inter alia) quod dictus aduocatus fiscalis non habet votum: sed assistentiam in dicto consilio, & dicta pragmatica fuit viij. Aprilis eiusdem anni in illo cōsilio per magnificum Ludouicum Sanches generalem thesaurarium pręsentata Philippo de Ferraria, Sigismundo Delafredo, & alijs ibi nominatis, est in curię sigilli cōmunis iij. fol. cliij. vt in mea copia repe

rio

tio. Item fummi posuit dubium de eadem cõstitutione, quæ licet dicat quod aduocatus fiscalis dat suum votum: non tamẽ dicit illud esse decisiuum ita quod comprehendatur in numero votorum: vt secundum maiorem numerum voto rum (comprehenso voto aduocati fiscalis:) fieri debeat conclusio: tandem fuit determinatum per omnes qui ibi erant (excepto vno ex antiquis doctoribus, qui tenuit contrarium, & Michaele Miralles qui fuit dubius:) votum aduocati fiscalis esse decisiuum non tamen facta fuit conclusio, & tunc erant absentes magnifi. Franciscus Montaner Regens Cancellariam, & duo iudices curiæ. Et postea in mense Augusti M.D.Lviij. facta propositione per Illust. Locumtenẽtem generalem Cathaloniæ: præcedente consultatione per Serenissimam Locumtenentem generalem suę maiestatis in regnis Hispanię: fuit per totum consilium (excepto di. vno doctore anti quo) Idem determinatum die sexto aut octauo dicti mensis Augusti, & in eo cõsilio erãt omnes doctores. moti fuimus per textum dictę constitutionis Regis Martini incipien. Item señor per tolre vexations sub titulo de appellotions. fo. cxxxviij. ibi, e hi done son vot, & quia
2 verba debent intelligi cum effectu: ideo dictum verbum: vot debet intelligi cũ effectu, vt videlicet cõnumeretur in numero aliorum votorum, & iste intellectus licet de per se sit clarus, & verus: at tamen nihilominus per rationem dispositionis eiusdem constitutionis confirmatur, & ex necessitate ex illa constitutione elicitur, disponit enim illa constitutio, quòd procurator fiscalis non possit a sententia contra eum lata supplicare: Cum aduocatus fiscalis semper sit in consilio in quo sententia acordatur seu deliberatur: & dat suum votum: ecce quod quia aduocatus votat procurator non supplicat, & si votum non connumeraretur in numero votorum, & procurator non posset a sententia supplicare: dominus Rex esset deterioris conditionis quam reliqui omnes: quia omnes possunt regulariter a sententijs regijs in ciuilibus supplicare. &c. Et ideo Cali. in sua Margarita fisci in primo dubio numero. 4. fol. 4. tenendo pedefixo hanc sententiam per dictam constitutionem. Item fenyor, dicit quod aduocatus fisci semper interuenit in deliberatione, & votatione negotij: & dat secundum votum in deliberatione, & votatione post relatorem, & iudicem qui dat primum votum. Ita etiam illam constitutionem intelligit, & declarat Thoma. Mier. ibi collatio 8. sub numero. 32. cum sequent. signanter numero. versicu. Sed quia hic dicitur.

Et ista intelligentia post dictam constitutionem etiam post nouum ordinẽ Regię Audientię Cathalonię editum per curiam Regis Ferdinan ij. in secun. curia Barcino. cap. 1. sub titulo de la audientia real fol 10. (quę constit. dubium facere poterat cum in eo nouo ordine nihil fuerit de aduocato fiscali dictum:) recepta & secuta fuit: & secũdum illam conclusum existente Francisco Castello aduocato fiscali regię curię, qui non erat vnus ex doctoribus regię audientię die videlicet xxx. Decembris. M.D.xxij in qua conclusione erant septem vnius voti inter quos erat dictus Castello, & alterius voti erant etiam septem, & Illust. Locumtenens generalis conclusit cum voto illorum in quibus erat dictus Castello, & in alia conclusione. xv. Februa. eiusdem anni. M.D.xxij. facta dictus Locumtenen. generalis conclusit cum voto dicti Castello, & aliorum eius voto adherentium. Et dictę conclusiones sunt in libro conclusionum qui incepit xvj. Aprilis. M.D.xxj. & sunt tenoris sequentis.

Die Martis xxxj. Decembris. M.D. xxij. votantur sequentes.

Primo Andreas Riquer iudex Regię curię fuit intentionis vt in conclusione.

Franciscus Castello aduocatus fiscalis idem.

Ioan

Ioan,Paſqual idem.
Franciſcus Vbac idem.
Hieronymus Albanell idem.
Hieronymus Dalmau idem.
Vincentius Orrit Regens Cancellar. idem.
Franciſcus çauila fuit alterius intentionis pro parte.
Ioan Sunyer idem.
Michael Io.Paſtor idem.
Franciſcus de Valleſica idem.
Martinus Io.Sunyer idem.
Vincentius Gibert idem.
Michael de Hoſpital idem.
Illuſt Locumtenen. generalis concluſit cum voto dicti Riquer,& eius voto adherentium.

Die Sabbati.xv.Februa.M.D.xxij.vota sunt ſequentes vt ſequitur facta relatione per çauila.

Franciſcus çauila iudex regię curię fuit intentionis,vt in concluſione.
Idem Franciſcus Vbae.
Idem Franciſcus Gibert.
Franciſcus Caſtello fiſci aduocatus fuit intentionis contrari,omnes alij cum dicto Caſtello,& erant.
Franciſcus Orrit Regẽs Cancellariam.
Io Sunyer.
Hieronymus Dalmau.
Hieronymus Albanell.
Petrus Carolus Albalat.
Illuſt.& Reuerendiſsi.Locumte.generalis concluſit cum voto dicti Caſtello & aliorum eius voto adhęrentium.

Et in ſuper in cauſa villę de Alcarras dum ageretur de ſuſpicionibus allegatis contra Franciſcum de Valleſica doctorem regij conſilij, quia cum pro parte T. Sanct Climent agentis pretenderetur: aduocatum fiſcalem non habere votum numerabile:ſeu deciſiuum: fuit per vtramque aulam determinatum ꝙ dictus fiſci aduocatus habebat votum deciſiuum & ſic votauit,& dictus aduocatus fiſcalis erat dictus Puig qui erat doctor alterius aulę, & ſic non poterat votare niſi vt aduocatus fiſcalis. Et ita fuit etiam obſeruatum in cauſa luitionis de Monells,vll eſtret,& aliorum locorum.

Tandem die.19.Auguſti.1566. in facto propoſitionis factę per excelentem principem de Melito Locumtenentem generalem, in qua interfuerunt omnes doctores Regij conſilij ciuilis & criminalis, fuit concluſum quod aduocatus fiſcalis domini regis: etiam ſi non ſit de doctoribus Regij conſilij habet votum deciſiuum in cauſis in quibus poteſt interuenire.

Et ita poſtea ſemper vſque ad diem pręſentem quę cõputatur.13 Iunij.1580. fuit ſeruatum ſine aliquo dubio.

Etque ita reſtat apperte fundata, & probata dicta obſeruantia.Et per dictas
conſtitutiones,& concluſiones ſupra re
latas poſſunt euidenter colligi reſpon-
ſiones ad contraria ſupra deducta, nec
dictum motiuum dictę pragmaticę ob-
ſtare poteſt, tũ quia pragmatica illa nõ
fuit facta pro iſto regio conſilio Catha-
lonię: ſed pro illo conſilio Caſtellę, &
ita ibi,& non hic ſeruatur illa pragma-
tica, tum etiam quia quamuis illa facta
fuiſſet etiam pro iſto regio conſilio Ca-
thalonię:non propterea illius error veri
tati obeſſe poſſet,pręmaxime in tã gra-
3 ue damnum domini regis. Et etiã quia
per pragmaticas non reuocantur conſti
tutiones generales Cathalonię in curijs
generalibus cum tribus brachijs editę,
quę dicuntur,& ſunt leges pactionatę,
& iuratę,& ideo quod fit contra eas ip
ſo iure non valet. Mier.in conſtit. Item
quod aliquod officium nume.44. ver-
ſiculo in tex.collatione.4.fol.56.nec ob
ſtare viſum fuit, quod in dicto nouo or
dine per dict. conſtitu. Regis Ferdinan.
ij.edito, formando nouam audientiam,
& diſponendo quod eligerentur octo
doctores qui vna cum cancellario vice-
cancel.& ſuo caſu regente Cancella. ha
berent votare omnes cauſas ciuiles,&
criminales regię audientię, & etiam ell
gerẽtur duo iudices curię qui vna cum
pręd:ctis haberent votare omnes cauſas
crimi-

criminales: nihil dictum fuit de aduocato fiscali:nam cum iam antea prouisum fuisset de aduocato fiscali,vt in d.const. regis Martini: ideo non erat de contractandum quatenus erat iam dispositum, sed erat disponendum de non dispositis & sic de dictis octo doctoribus & duobus iudicibus curię. Veruntamen,quia vsque ad tempus dict.constitut. Regis Martini non fuerat dispositum, quod aliquis ex dictis octo doctoribus posset esse aduocatus fiscalis:ideo ibi fuit dispositum quod aduocatus fiscalis possit esse ex dictis octo doctoribus Regię Audientię, & nihilominus possit aduocare causas fiscales & patrimoniales, & non alias. & hoc idem colligi potest ex const. incipiente, per donat caho sub eodē titulo & sufficit quod repetitur expresse dispositum aduocatum dare vutum, & non reperitur correctum, nec mutatum,nam quod non mutatur stare non prohibetur per iura vulgata, nec per argu.a contrario sensu inducitur correctio.Euerardus de modis argu. in loco a contrario sensu in ij. limitatione & sequen.quod signanter, & absque dubio

4 procedit in nostris cōstitutionibus quę

b ebraicè,& ad litteram intelligi [b] debent & non recipiunt interpretationem saltem correctiuam,vt per Mier.in constitutio.al abus numero.26.collatione.10. fol..7.& in constitutio.iatsie sub numero 4.versic.sequitur in tex.fol.28. & in stitut. Item statuimus qued capitulum nume 4.collatio.4.fol.99. & signanter in tam magno domini regis & suatum regalium.& priuilegiorum fisci pręiudiciū vt dictum est.Et pro materia,vide constitu.anni 1517.cap.48.& consti.an-

c ni.1564.cap.3.[c] Et an dicta obseruantia limitari debeat non procedere in examinatione,& executione grauaminum

d curiarum generalium.[d] vide tex.in constitu.E com la prouisio dels greuges.§. Item senyor per donar millor in titulo de reparatio de greug:s.fol.24.alias 25. vbi dicitur quod sic, nisi dicatur, quod illa constitutio, etiam in hoc, fuit temporalis,vt in §. la present forma empe-

to eiusdem constitutionis.

Adde quod in multis processibus originalibus pergameneo cohopertis sententiatum iudicum grauaminum,& signanter in sententijs die xxviij. Nouem. M.D.xxxiij.latis fol.cxvj existens ego Michael Ferrer in domo reuerendi Regij Cancellarij:vbi erant congregati omnes iudices grauaminum curię anni.M. D.lxxxv. vidi. Hodiè quę computatur die xxij.Septemb.M.D.lxxxvj.in calce dictarum sententiarum firmam fisci aduocati nomine Castello modo sequēti,

V.Castello fisci aduocatus.

Erant etiam scripta ibidem nomina aliorum prouisorum siue iudicum grauaminum propria manu illorum. cognouimus enim scripturam aliquorum illorum, & erant scripta sub forma sequenti.

V.Sunyer ℞.

V.Magister rationalis.

V.Ioan.Ferrer & Despuig ℞.Thesaurariam.

V.Castello fisci aduocatus.

V.Bartho.Marti.

V.Pet.Arnal.Gort.

V.Fran.Montaner.

V.Fran.Romeu.

Et in processu originali sententiarū grauaminum die.23.Ianua.1555.latarum vidimus scripturam tenoris sequentis.

V.Archiepiscō.Tarraconę cancella.

V.Francisc.us Montaner ℞.

V.Iacobus Traginer Locumt.in officio magistri rationalis.

V.Miquel Codina regens Thesau.

V.Barnabas Serra.

V.Pet Lobregat.

V.Michael Terça fisci aduocatus.

V.Michael Quintana.

V. Don Fernandus Maymo Locumte. in officio Baiulę generalis.

a.Constitutio.est cap curię.8.& in ord.7. in nou.compil.fol.408.

b.Intelligi. sed absurditatis vitandæ causa statuta recipiūt interpretationem etiam extensiuam l. Quæsitum.ff de testi. Crauet.consi.155.numer.7. Cabal. in l'c loc. 608.quod specialiter habet locum in iuribus

tibus Cathaloniç prout ita decisum fuisse in regia audientia extensamque consti.a.tit.dissolt lo matrim. refert Cancer. par.2.var.c.1.n.140.
c.C.3.est in vol.3.correcta.lib.1.tit.19.
d.Prouisio.in vol.3.correcta.& supersl.lib. 1. titu.7.

CAP. 8.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fiscalis an debeat esse de regio consilio.*


1 Duocatus fiscalis quôd non sit de docto. regij consilij (experientia longa docente) determinarunt vtile esse domino regi, & administrationi iustitię expedirs & conueniens.

Die.8. Augusti.1558.per Locumte.generalem fuit propositum in regio consilio. An esset expediens aduocatum fiscalem non esse de doctoribus regij consilij,& omnes doctores (discussis & ponderatis diligenter omnibus quæ pro vtraque parte considerari potuerunt) determinarunt quod sic, eo, inter cætera. quia experientia longa docuit magnum damnum quod recipiebant causæ criminales in earum instructione, & ciuiles in earum determinatione, quoniam aduocatus fiscalis occupatus circa causas criminales nedum non poterat intendere in causis ciuilibus sibi commissis: sed & minus in causis alijs doctoribus cõmissis. Item quia quando causa patrimonialis domini regis tractatur in vna aula: aduocatus fiscalis qui est de doctoribus alterius aulæ cogitur exire a sua aula,& ad aliam ire,& eo tempore durante reliqui doctores aulæ dicti aduocati fiscalis: nihil aut parum faciunt propter absentiam dicti aduocati fiscalis qui etiam est vnus de doctoribus illius aulæ à qua exit. Et sic & aliàs: non solum ipse expediebat causas sibi commissas: sed impediebat alios doctores in expeditione & votatione causarum illis commissarũ,& hoc intelligebant ita sane quòd dictus aduocatus fiscalis non possit causas priuatorum aduocare.

In contrarium & pro inconuenienti deducebatur, quia si ad relationem, seu de consilio doctorum vnius aulæ vniformiter profertur sententia patrimonialis,& ab ea supplicatur ad aliam aulam, & in illa profertur sententia contraria: & ab ea supplicatur: tunc causa d. vltimæ supplicationis decidi debet per omnes doctores vtriusque aulæ, & dicti aduocati fiscalis: & tali casu videbatur incõueniens propter inæqualitatem doctorum: quia plus numero essent doctores primæ aulæ quam secundæ,& præsumendum est quod quilibet staret in suo voto: sed fuit responsum quod mẽs constitutionis no fuit tam perperam rogitare, scilicet quod quilibet staret in suo primo voto. Sed quod iunctis omnibus doctori. vtriusque aulæ, & auditis hinc inde omnibus rationibus, & iuris allegationibus,& forsan nouis probationibus,& forsan nobis probationibus: illi qui causam mutandi votum suum habebent: aut propter nouas in facto probationes, aut propter iuris errorem mutabunt votum suum primum. Item fuit responsum non obstare, quia dicta difficultas, seu prætensum inconueniens militat etiam, & est quando aduocatus fiscalis est vnus de doctoribus regij consilij,& multoties decidit vnus de dictis doctoribus vnius aulæ, aut propter absentiam, aut propter mortem illius &c. Itẽ quod dictum prætensum inconueniens erat etiam ante dictam nouam formam regię audientię,& tempore dictę consti tu.regis Martini &c. Et denique sequendo prędictam determinationem fuit per dominum regem prouisus aduocatus fiscalis Petrus Camps I.D.

Hodie tamen scilicet anno.1580. propter nouissimam constitutionem anni videlicet.1564.cap.3.a qua fuit separatũ consilium criminale a ciuili: non militat primum fundamentum dictę determinationis dum dicebatur aduocatum fiscalem occupatum in causis criminalibus non posse intercedere in expeditione

ne causarum ciuilium, quoniã hodie vnus est aduocatus fiscalis criminaliũ, & alter est aduocatus fiscalis causarũ ciuiliũ regij patrimonij. Sed superest secũdũ fundamentũ quo dictũ fuit, quod aduocatus fiscalis occupatus in causis regij patrimonij: nõ potest intendere (saltem sufficienter) in causis priuatorũ sibi cõmissis, & minus in causis priuatorũ alijs doctoribus cõmissis. & etiã superest tertiũ fundamentũ quo dictũ fuit, ꝙ quando tractatur causa regij patrimonij in alia aula de qua nõ est dictus aduocatus fiscalis: ipse aduocatus fiscalis cogitur exire ab eius aula: & tunc: eo ab illa aula absente, reliqui doctores propter dictã obseruantiam nihil aut parum in illa aula faciunt expectando aduentum illius, nec esset remediũ sufficiens quod in vtraq; aula esset vnus aduocatus fiscalis, quoniam si a prima sententia supplicatur ad alteram aulã aduocatus alterius aulæ non esset instructus, & si expectaretur quod esset instructus, esset differre decisionem causæ. & si aduocatus primæ aulæ tãquam instructus: votare haberet: esset in æqualitas votorũ vt prædicitur. Itẽ si a sententia secundæ aulę supplicatur, tũc esset contẽtio, seu dubium quis ex dictis duobus aduocatis partem aduocati fiscalis regij patrimonij facere deberet, nam duo aduocati regij patrimonij (votũ habentes) esse non possunt. hoc tamẽ anno in causis patrimonij regij est aduocatus vnus ex doctoribus regiæ audientiæ ciuilis, & est vnus tantũ, & idem est in casibus criminalibus.

a. C. 3 quod est correctum estq; contentum in vol. 3. superf. lib. 1. tit. 7.

CAP. 9.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatos fiscales potest plures habere dominus Rex in vna causa, vnus tamen potest vouere.*

2 *Aduocatus fiscalis qui non est de regio cõsilio non præcedit doctori regij consilij.*



Aduocatos fiscales plures potest habere dominus Rex in vnaquaque causa, excepto quod vnus tantum potest vouere, & tempore quo causa vouetur in Regia audientia: solus ille aduocatus fiscalis qui vouet est præsens, & non alij.

Ita vidi obseruari in regia audientia ab anno. 1550. & nouissimè die præsenti quæ computatur. 16. Nouembris. 1580. obseruatum fuit in causa luitionis villæ de Almenar, in qua interueniebant, & interuenerunt magnificus Antonius Ros doctor regij consilij, qui prius nominatus fuerat aduocatus fiscalis in ea causa tantum: & magnificus Michael Quintana aduocatus fiscalis generalis, & ambo interuenerunt in omnibus: excepto quod tempore quo quidam articulus dictæ causæ vouendus erat: dictũ fuit dicto Quintana per excelen. locum tenentem generalem, & omnes doctores qui adhæserũt: quod exiret ab aula: quia non poterat ibi esse præsens postquam dictus Ros, vt aduocatus fiscalis, & magis instructus vouere debebat in illa causa. Idem etiam obseruatur in causa luitionis locorum de Verges catallada, & aliorum locorum in qua causa est aduocatus fiscalis specialis Antonius Nagrell. Adde (licet quo ad propositã materiam videatur extrauagans, non tamen

2 de hoc memoriã habere nocere potest) quod aduocatus fiscalis qui non est de numero doctorum regij consilij nõ præcedit in sedendo, vel eundo doctori regij cõsilij, quamuis dictus aduocatus fiscalis fuerit prius creatus quàm doctor regij consilij pro consiliario regię audiẽtiæ, ita obseruatum fuit in regia audientia, & facta conclusio. 12. aut 13. Augusti 1568. proposito dubio, quia aduocati fiscales consilij ciuilis, & criminalis prętẽdebant in funeratijs serenissimi principis Caroli sedere debere priusquam magnificus Puig doctor consilij criminalis postquam ipsi creati fuerant aduocati priusquam dictus Puig electus fuisset pro doctore regij consilij criminalis, & in dicta conclusione interfuerunt omnes doctores vtriusque consilij.

(:::)

CAP. 10.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas est iusta suspicionis causa.*

1 AFfinitas fuit declarata legitima causa suspitionis in casu relato infra in verbo suspitio.

CAP. 11.

SVMMARIVM.

1 *Alcaldi seccæ conuenti in vim instrumenti in quo est renuntiatio proprij fori, possunt declinatoriam ponere exceptionem.*

1 ALcaldi seccæ Barcinone si proprio foro renuntiauerint, & cuicunque alteri se submiserint, vel alias in pactum dedu xerint, vt possint alibi quam in curia alcaldorum dictæ seccæ conueniri, & in vim dicti pacti alibi conueniatur: nihilo minus fori declinatoriam opponere possunt, vt supra in prima parte, obseruantia. xiij.

CAP. 12.

DE alcaldorum familia, & eorum vxoribus, vide in verbo familia & verbo vxor.

CAP. 13.

AGraduatio dic vt in verbo graduatio.

CAP. 14.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta vxori per maritũ quæ sint præstanda.*
2 *Intellectus l. si cum dotem. § si autem in seuissimo ff sol. ma.*
3 *Alimenta vxori debentur iure actionis pro quibus bona mariti sunt tacitè obligata.*
4 *A prouisione pro nunc an rectè supplicetur.*
5 *Lex vna quando declaretur per aliam.*
6 *Maritus tenetur ad impensas funeris vxoris indotatæ.*
7 *Maritus tenetur præstare alimenta vxori vltra dotis quantitatem quando non habitat cum viro culpa ipsius viri.*
8 *Intellectus ad l. cum vnus. §. fina. ff. de alimen. & ciba. lega.*
9 *Glosæ in dubio est adhærendum: & omnes opiniones antecellit.*
10 *Conclusionum Regiæ Audientiæ auctoritas.*
11 *Rex in Cathalonia non potest facere legem generalem in curys generalibus.*
12 *Rex in Cathalonia facit Pragmaticas dummodo non sint contra constitutiones.*
13 *Conclusiones regiæ audientiæ imprimi debent vt pro lege seruentur.*
14 *De alimentis præstandis vxori quãdo culpa mariti ab eo recedit, & quando culpa ipsius vxoris, & quando culpa nullius.*

1 ALimenta vxori per maritum præstari debent vltra quantitatem dotalem, seu vltra fructus quantitatis, seu rei dotalis iuxta facultates, & conditionẽ, seu qualitatem mariti, vxore in obedientia mariti existente, aut culpa mariti, vel propter factum, vel causam datam per maritum ipsa vxor non comederet in mensa mariti, vel cum marito cohabitaret. Et intellige quando fructus dotales nõ sufficiunt ad talia alimenta, & declarantur solui a die petitionis dictorum alimentorum, & ita seruari & declarari solet per regiam audientiam.

Ita obseruatum, & determinatum per vtramque aulam, 12. Nouembris. M D Lxvj. fuit in causa alimentorum que vertebatur in nobilem Guiomarem de Gralla, & nobilem don Franciscum

ciscum de Gralla coniuges sequēdo in-
2 tellectum per glo.ad l. si cum dotē .§.
Si autē in feudissimo in verbo secundum
dotis quantitatem ff solu.matri.quā glo
sam sequitur,& tenet Din.in l.si cōstan-
te § si vir. ff. eo.pro vt illū refert, & se-
quitur Bar.in l. si nulla.ff. de religio. &
sump. fun.& alij quos refert Sozin.cōs.
64.vol.4.quem omnino vide, notabilē
distinctionem ponentem & latius infra
dicā. & adcōtraria quę possunt deduci
3 respōdebo. Et etiā fuit animaduersū , q
ista alimenta debebantur iure actionis,
quia sunt apēdices matrimonij. Et ideo
illis non potest renuntiari secundū Bal.
in c.iurauit. de proba. Mathe.de Afflict.
in decis.10.num.3 post. Bar. & Specul.
in locis per Affli.allegātis,& illos sequē
do tenet quod pro alimētis vxoris bona
mariti sunt tacite obligat. licet Pau. de
Cast.in di. §.si autē in feuissimo dicat,
quod pro alimentis dotis competat of-
ficium iudicis de quo officio iudicis di-
cam in obseruantia sequenti, & quod
pro alimētis vxoris bona mariti sint
obligata , & sic alimenta debeantur
iure actionis: tenet etiam Angel. in.§.
fuerat.nu.11.insti.de actio. fol. 237. Ad
contraria respon.vt per Deci.in l.de ali
mentis numero 6. C.de transactio.

Factum erat tale dictus don Francis-
cus de Gralla bona sua dederat nob. Lu
cretię filię suę quę nupserat multum il-
lustri dō Francis. de Montecateno co-
miti Aytonę viro antiquissimę & no-
tabilis ab vtroq. latere prosapię. Et di-
ctis comitibus possessionem realem do-
mus suę,& aliorum bonorum donato-
rum tradiderat : quod sciens dicta nob.
Guiomar presentauit per suū procurato
rē dictis comitibus scripturam quandā
continentem in effectu, ad sui notitiam
peruenisse , quod ipsi comites accipere
volebant seu acceperant possessionem
dictarum rerum , & quod illa non con
sentiebat , & ideo protestabatur , quia
erat iuribus suis dotalibus(scilicet hypo
thecę qu im suo.casu habebat) pręiudi
ciale &c.Et postea dicti comites litem,
contra dictam Guiomarē in curia Vica-
rij Barcinone inchoarunt , & illa causa
ad regiam audientiam euocata fuit , &
commissa Michaeli Miralles (si rite re-
cordor)tunc doctori regię audientię in
qua causa dicti comites petierunt decla
rari nullū ius dictę Guiomari in bonis
per eius virum donatis dictę cōmitissę
competere. Et postea in alio processu di
cta Guiomar incepit aliud iudicium cō-
tra dictum don Franciscum Gralla eius
maritum ad relationē Petri Clariana de
Ceua,petendo ab eo alimenta, & dictus
don Franciscus dixit,quod ipse non de-
negabat ei alimenta in sua mensa,sed of
ferebat illa dare in eius mensa,& nō per
angulos domus, nec extra. Et dicta
Guiomar replicabat, quod non teneba-
tur recipere alimēta in qua comedebant
dicti comites,qui ōtra eam litigabant,&
proinde erant eius inimici, & pendente
dicta lite dicta Guiomar petijt alimenta
sibi dari,& taxari lite pendente. tandem
ad relationē dicti Petri Clariana.3. Oc-
tob.1533 fuerunt taxatę pro tunc pro ali
mentis ducentum quinquaginta librę
quolibet anno quę erāt cōformes quā-
titati dotis,seu redditibus dotis,quę erāt
qu nq. millę librę in pprietate, & quod
soluerētur per quatuor solutiones ęqua
les, & anticipatas, & quod computarē-
tur a die qua fuerunt petita. Ab ista pro
uisione supplicauit dicta Guiomar con-
trario imperio, & eius maritus supplica
uit in forma,& causa fuit commissa Ste
4 phano Riusech, ad cuius relationē fuit
declaratum male fuisse supplicatum, at-
tento quod dicta prouisio facta fuit pro
nunc, & sic poterat idem iudex, quan-
do vellet declarare, & minuere alimen
ta. In dicta autem causa supplicationis
contrarij imperii dicta Guiomar, proba-
uit valorem bonorū mariti,& quod ali-
menta necessaria dictę Guiomari secun
dum modū quo illa recipiebat in domo
mariti ascendebant summā millę libra-
rum, & vltra, & tandem ad relationem
Bernardi Vilana, cui dicta causa per ab
sentiam dicti Clariana fuet c commissa
(explicando dictam prouisionem fa-
ctam per Clarianam) fuit declaratum ,

 quod

ror. ad d.l. quod si nulla loquẽdo decyn. Idem tenet Bal. in d. §. si autem in feuissimo quem legit sub §. si maritus nu. 2. in verbo dotis quantitatẽ. Pau. de Cast. in finalibus verbis Ioannes de Imola. & alij ibidem, & notabiliter. Sozi. in d. con si. 64. vol. 4. nec ab hac sententia seu opinione videtur recedere Ludo. Roma. in consi. 517. n. 2. circa finẽ dicens, quod ille tex. in d. §. si autem in feuissimo loquitur quando vxor non est in seruitio mariti, sed seorsum habitat, & nõ seruit marito neutrius culpa, & quod tunc loquitur ille tex. in d. §. si autem in feuissi mo volẽs, quod secundũ dotis redditus vxor est alimentanda, quoniã immediate post declarat illud procedere quãdo vxor possit se aliunde alere, si autẽ, non officij maritalis est supplere per nota. per dict. glo. in d. §. si autẽ in feuissimo, & per d.l. quod si nulla &c. per. i. pen. ff. vt in posses. leg. hęc ipse Ludoui. Roma. & nimirum, quia nihil tam humanum est, quam vt fortuitis casibus mulieris maritũ, vel vxorem viri participẽ esse tex. in d.l. si cum dotẽ. §. si maritus ver. quod enim. ff. solu. ma. ri. & ibi vide gl. & aduerte quod idẽ Ludo. Roma. quando vxor est in seruitio mariti, vt in nostro casu, aut est extra, sed culpa mariti: tunc dicit maritum teneri ad prestan-
7 dum alimenta vltra dotis quãtitatem. Adde pro clariori intelligẽtia dicti tex. quem prefati alij doct. signã Bal. in d. §. si autẽ in feuissimo aliàs si maritus n. 2. intelligũt & declarant illũ tex. in verbo secũdũ dotis quãtitatẽ, procedere quando quãtitas, idest fructus dotis sufficiũt ad alimentandum vxorem, aliàs si non sufficiunt, maritus alere debet illam de suo vltra dotis fructus arg. d.l. ꝗ si nulla, & l. at si quis. § ęquũ ff. de reli. & sũp. fun. idem tenet Sozi. in d. consi. 64.
8 Ad dictam l. cũ vnus. §. si ff. de alimen. & cib. leg. Respon. illum tex. non loqui in alimentis prestandis per maritũ vxori, sed de alimentis prestãdis filię per hęredem patris cui filię per partem certa quantitas (tempore quo nuberet) erogãda pro dote legata erat: itaq; solum dictam quantitatem volebat pater filię dari vt constat in illis verbis, quam solam pater filię nubenti dari voluit, & quod illa alimenta prestarentur arbitrio boni viri. Et propterea cum dictus pater testator expresse voluerit & disposuerit illam solam certam quantitatem pro dote filię suę tempore quo nuberet dari, & interim filiam alimentari arbitrio boni viri: certe aperta redditur voluntas patris, quod alimenta prestarentur secundum fructus, qui ex illa certa quantitate ꝓcederẽt, seu ꝓcedere posset, & quippe non omnes fructus in prima ętate filię: sed modici a principio, & postea ea crescente ampliores, & hoc dicit ille tex. ai si; pro incrementis ętatis eam exhibendam esse respondi: & non pro viribus hęreditatis. Et ista est vera responsio & solutio: nam alioquin ille textus dum in finalibus verbis dicit, alimenta non arbitrari debere pro viribus hęreditatis: esset contra multa iura quę expresse disponunt alimenta quę filijs debentur constitui debere pro modo facultatum, vt est tex. in l. si quis a liberis in prin. versi. deniq; ibi pro modo facultatũ. & in. § si vel parens. versi. si quis ex his ff. de liberis exib. illius verba sunt hęc. Si quis ex his alere detractet pro modo facultatũ alimẽta cõstituẽtur. Et si tibi hęc, & alię precedẽtes respõsiones & solutiones ad ea quę cõtra dictam obseruantiã deducta fuerũt nõ sufficiant: sufficiat & sufficere debet tibi (quamuis aliquem doctorem pro tua parte reperies) quod non solum in dubijs adhęrendum est opinionibus glosę secundum
9 Bal. in c. 1. de nar. succes. feu. in fine. quia
a auctoritas glo. omnes alias antecellit, a vt late traduntur hęc & alia per apostil lar. ad dictum Bal. in d. c. 1. ad quem breuitatis causa me refero, sed etiam sufficere tibi debet quod regia audientia huius principatus Cathalonię precedente magna discussione receperit dictum intellectum & declarationem dictę glo. in d.l. si cum dotem. § si autem in feuissimo, in verbo, Secundum dotis quantitatem, quẽ etiam intellectum tenuerũt

Din.Bar.Bal.Pau.de Castro.Ioannes de Imol y alij quos reffert & sequitur Sozi.
10 in sepè allegato consi.64.vol.4 Nec tuæ prudentiæ inniti debes præponêdo ea quæ tibi videntur decretis & obseruātijs regiæ audientiæ tot doctoribus munitæ argu.c. ne innitaris prudentiæ tuæ de consti.& argu. tex.in vsa. incipiente juhi donat en cort,in titulo de celebrar
b corts. fol. 19. [b] iuxta intellectum secundum ex duobus quos ibi posuit Iacob. de Monteiudayco latius Marquil. not. 2.& 3 fol. 231. dicens ita seruarunt pluries Rex Iacobus,& Alfonsus eius filius in eorū curijs.clarius Iaco. Calis.in Margarita fisci in 8. dubio in prærogatiua. 155.fol.126. in quo vsa, dicitur inter alia quod demens est,& sine sensu qui sapiētiæ & sententiæ curiæ vult resistere, & contrastare,nec longe ab est a materia si bene aduertatur illud,quod tradit dictus Marquil.in d. vsati juhi donat, siue iudiciū in curia.datū in quæst.29.fo.25. qua quærit,an sententia per principem lata sit lex generalis, vbi post magnam discutionem inter sententiam interlocutoriam & diffinitiuam, & diffinitiuam parte absente:& diffinitiuam parte præsente latam:tenet pedefixo,quod si parte præsente tunc apud omnes habetur ꝓ lege generali, vt C.de legi.l.fi.in prin. cyn.in l.leges.C.eo.titu.& per alia multa quæ allegat.Est tamen verum, quod in q.3.dicit hoc procedere de iure commu
11 ni secus autem de iure Cathaloniæ.hoc fundamento,quia dominus rex in Cathalonia nō potest legem generalem facere nisi in curijs generalibus.quod dictum cū grano salis intelligere debemus dominus enim rex solus in Cathalonia pragmaticas sanciones generales facere potest,& in dies facere consueuit dum-
12 modo non sint contra constitutiones generales Tho.Mier.in consti. Item quod capitulum n.2.colla.4.fol.99. aliàs 90. & in alijs locis quos infra referam,Cal. in Marg.fis.8.dubio vers.16. & illas seruari mādat per totam Cathaloniam,vt per Mier.in c.hac nostra n.12.coll.6.vo. 1.fol.145. & nos illas vt leges seruamus habemus, & reputamus dummodo, vt dixi,non sint contra constitutiones generales,& de materia pragmaticarū, vide per Mier.in d.consti.hac nostra n.12. cū seq. & in c.nos Ferdinādus sub n.28. vsq; ad fi. vbi ponit differentiam inter consti.pragmaticam,statutum,& ordinationem, & per eum poteris alios doctores practicos concordantes videre.Et ratio,quare dominus rex non potest facere leges in Cathalonia contra constitutiones Cathaloniæ: est quia constitutiones Cathalonię sunt leges pactionatę cū curia,siue cū tribus brachijs curię totam Cathaloniā repręsentātibus.vt per Mier.& alios in locis præallegatis,& vnū quodq;dissolui debet eo genere quo colligatum est l. nihil tam naturale est de reg.iur. & omnis res per quascumq; causas nascitur per eas dissoluitur, & ꝓ superius dictis reduco ad memoriā, ꝙ
c curia generalis anni.1542.c.3.[c] sentiēs v-
13 tile esse,& debere sententias regias pro lege obseruari: constituit quod de conclusionibus factis in regia audientia, & consilio regio, fiant decisiones secundū ordinē datorum per locumtenentē generalem domini regis, & imprimantur expensis generalis,& etiam de cōclusionibus quæ fierent postea:similiter quolibet triēnio,siue de tribus in tribus annis,fierēt decisiones & imprimātur expēsis generalis,& vtilitas inde procedēs sit dicti generalis, & ꝙ fuerit illa ratio: patet quia alia assignari nō potest, vbicūq; enim vnica tantū ratio reddi potest: illa habetur pro expressa,& ex ea arguitur extensiue Bal.in l.quāuis,& ibi not. per glo.fi.in fi.C.de fideicom. Ias.in.§. omnium n.38.insti.de actio per que poteris concor.videre.De quo,& de vtilitate,quæ ex eo procederet.dixi in prohemio huius instituti circa finem.

14 Et ad principale huius obseruantiæ redeundo:pro cōplemēto materię illius (licet prolixior videar)nolo silentio tradere,notabilem resolutionem Sozi in d. consi.64.vol. 4. vbi capiendo dicta Iacobi de Are.Cyn.Bal.Sali. & aliorū doctorum in l.quod in vxorem C.de neg. gest.

gest. & Bal. & Ioan. de Imol. in d.l. si cũ dotem §. si autem in seuissimo. ff. solu. matrimo. & alias distinguendo dicit, q aliquando vxor habitat seorsum a viro culpa ipsius viri, puta quia vir est nimis seuus, seu incomportabilis: & tunc vir tenetur præstare alimẽta, quia per vxorem non dicitur stare quo minus habitet cum ipso viro. aliquando, & secundo vxor habitat seorsum a viro culpa sua ipsius vxoris, & tunc vir non tenetur, vt puta si vir expulisset ratione dotis promissę nõ solutę, vel quãdo ppria remeritate discessisset, aliquãdo & tertio neutrius culpa nõ fuit in obsequio viri, puta propter infirmitatẽ quæ facit ipsam cessare ab obsequio, & requirat magnas expẽsas, & tũc distinguitur, quod aut mulier non est in ops, ita quod potest sibi habũde succurrere, & tunc maritus potest & tenetur præstare alimenta tantũ vsq; ad quantitatẽ redditũũ ipsius dotis nõ vltra, aut mulier est inops ita quod nõ potest sibi aliũde prouidere & subuenire, & tunc vir tenetur succurrere & supplere argumẽto d.l. quod si nulla ff. de religios. & sump. fun. & q ista fuit intẽtio præfatę glo. in d. §. si autem in seuissimo, & quod ita tenẽt Bal. & Ioan. de Imol. ibi. & adde quę ex prędictis infert Sozin. in d. consi. 64.

Adde quod postea die videlicet 13. Febr. 1582. ad rel. tionẽ magnifi. Michaelis Cordelles & Francisci Sala, fuit simile conclusum super alimentis petitis per nob. Hieronymam Codina in aula reuer. cancellarij regij, & conclusio est tenoris sequẽtis. Attẽto q vxori nõ sua, sed viri culpa a marito diuertenti, & seorsum habitanti alimenta debentur, & per maritum pręstanda sunt, nõ solum secundum quantitatem redditũum seu fructũum dotis: verum etiam de viri patrimonio vltra fructus & redditus dotis. Et attento quod alimeta taxanda, & pręstanda sunt secũdum ea quę quis antea solitus erat pręstare, & secundum facultates pręstantis, & conditionem ac statum recipientis, constat autem dicta alimenta per dictum Codina dictę nobili Hieronymę honorificè & opulenter in domo sua fuisse pręstita, & facultates illius esse amplissimas & valorẽ cc. millę librarum excedentes, & dictam nob. Hieronymã ex antiqua & nobili familia de Cardona natam esse: &c. Prędictis & alijs meritis processus attentis & alias fuit cõclusum quod declaretur dictũ Petrũ Bernar. Codina cõdẽnãdũ fore & esse ad pręstandũ alimenta d. nob. Hierony. Codina & de Cardona vxori suę a die litis motę, & in posterum quã diu separatim a viro suo habitauerit, taxando d. alimenta pro annis quibus habitauit, & in futurũ habitabit in domo parentũ suorũ ad rationẽ ccc. ll. Pro tẽpore vero quo separatim in domo propria habitauit, extra domum viri sui, ad rationem quingentarum ll. annis singulis per tertias anticipatas soluendarũ; & quod neutra pars in expensis cõdẽ.

a. Antecellit. Bar. Alex. & Iaz. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Imol. in l. 11 col. 2. ff. de vulga. & pupil. vbi dicit in defectum textus, glosam pro textu sufficere Iaco. de Butri. in l. 1. C. qui pro sua iurisdic. Cin. in l. nõ moriturũ C. de cõtra. stip. ait enim glos. esse idolũ aduocatorũ.
b. Fol. 9. in noui. compil. fol. 55.
c. c. 3. quod est sub ti. de decisions de la real audientia. fol. 90.

CAP. 13.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta filio præstantur a die taxationis nõ a die petitionis nisi in casu vt ibi.*
2 *Alimenta a filio petuntur officio iudicis ab vxore vero via actionis & quæ sit ratio differentiæ.*
3 *Alimenta filio litte pendente taxantur arbitrio iudicis pro modo facultatum.*
4 *Alimentorum declaratio litte pendẽte facta habet vim definitiuæ quo ad effectum executionis.*

1 Limenta filio debentur officio iudicis, & solui debent a die quo fuerunt prouisã pręstari, &

ri, & non a die quo fuerunt petita, nisi probatum fuerit, quod petens alimenta interim mutuo vel alias aliquam pecuniæ quantitatem acceperit, vel alteri se obligauerit pro se alendo, & ita fuit obseruatum amplectendo tradita per Bar. in l. libertis quos. §. manumissus, aliàs manumissis. ff. de alimentis & ciba. lega.

Ita fuit declaratum & prouisum sacro verbo in regia audientia per Michaelem Ferrer præcedente magna discutione die. 21. Martij, 1566. in causa quæ vertebatur inter Raphaelem Terrades Gerundæ agentem ex vna, & Franciscum Benedictum Terrades filium & hæredem præfati Francisci Sebastiani Terrades defendentem partibus ex altera in posse Antonij Mas regij mandati scribę & pro eo Ioãnis Vilanoua, fuerat enim lis incepta pro portione ipsi contingente die. 21. Octob. 1564. & dicta alimenta lite pendente fuerunt petita per dictum Raphaelem. 5. Decembris eiusdem anni 1564. & prima Octob. 1565. prouisum fuit, quod per dict. Franciscum Benedictum Terrades præstarentur alimenta dicto Raphaeli per tertias anticipatas ad rationem. 25. ll. pro anno, & postea dictus Raphael petijt sibi dari a die litis motæ. fundata fuit dicta prouisio per tradita per Bar. in d. l. libertis quos. §. manumissus, aliàs manumissis numero 3. & sequen. ff. de alimen. & ciba. leg. nõ obstante quòd in contrarium allegabatur quædam prouisio facta ad relationẽ Raphaelis Torroella doctoris regij consilij in simili casu, 3. Decemb 1561. de directo contraria (non tamen facta fuerat facto verbo in regia audientia) in causa quæ vertebatur inter Ioannem Monet studentem & Gabrielem Monet parrochiæ despinouesa in posse Viladamor, & pro eo Pasqual nota. & etiam nõ obstantibus traditis per Pau. de Cast. & alios in l. diuortio. ff. soluto matrimo. in quantum loquitur de alimentis vxoris,
2 quia magna est differentia inter alimenta petita per vxorem & alimenta per filium petita, quoniam alimenta filij officij iudicis petuntur Bar. in d. l. libertis. §. manumissis numero. 3. ff de alimen. & ciba. lega. glo. in l. Si quis a liberis circa princip. in verbo cognoscet, & & in. §. si vel parens in verbu summarim. ff. de lib. agnos. per iura quę allegãt & etiam per illum textum in pluribus locis Ioannes de Anna in consi. 14. & additio. Ludoui. Bolognini ad dictum Anna notabilem distinctionem ponentem Afflict. decisio. 10. numero. 3. Philip. Deci. in l. de Alimentis numero. 5. C. de trã sact. Alimenta autem vxoris petuntur via actionis, quia sunt apendices matrimonij, & ideo vxor non potest alimentis renuntiare. Bal. in c. iurauit numero. 6. de proba. Bar. in d §. si autem in feuissimo numero. 7. dicit quod pro alimentis debitis vxori bona mariti sunt tacitè obligata licet Pau. de Cast. in d. l. si cum dotem. §. si autem in feuissimo num. r. soluto matrimonio, dixerit ꝙ ꝓ alimẽtis vxoris cõpetit officium iudicis. Cũ Bal. rñ tenet, & illũ refert Decius in d. l. de alimentis nu. 6. in fine. Ita etiam tenet Ange. Areti. in §. fuerat numero. 11. inst. de actio. fo. 237. respondendo ad cõtraria, & nobis suficere debet, quòd istam intelligentiam regia audientia recepit in causa alimẽtorum nobilis Guiomaris de Gralla vxoris nob. Francisci de Gralla & Despla, de quibus dixi supra in proxima obseruantia & explicabitur infra. quæ autẽ sit ratio quare potius alimenta quæ vxori debentur in vim actionis debeantur a die quæ petita fuerunt, quam alimẽta per filium petita officio iudicis: scribentes nonponũt saltem quos ego viderim, & ratio quã maiores nostri (scilicet regię audien.) in casu dicti Terrades assignabant me (ex tam longo interuallo) prætcrijt, & quãuis pro nostro instituto sufficere posset, & deberet pro responsione argumentũ tex. in l non omnium cum l. sequen. ff. de legib. quorum verba sunt hęc, non omnium, quę a maioribus constituta sunt ratio reddi potest, & ideo rationes eorum quę constituuntur inquiri non oportet, alioquin multa ex his quę certa sunt subuerterẽtur, & his possent addi quę

di quę dixi supra in proxima obseruantia versi. & si tibi hęc, & alię responsiones. Attamē ego cogitabam an pro responsione dici posset, quod aut filius qui officio iudicis petit alimenta fuit lite pendente alimentatus ex bonis proprijs suis, seu ex sua arte vel industria, aut ab alio: & tunc alimenta sibi per iudicem non debent adiudicari, nec taxari postquam alimentatus fuit, & ita procedit dicta prouisio facta in casu dicti Terrades, aut filius fuit alimentatus ex pecunia quam mutuo ab alio accepit, vel alterit se obligauit: & tunc procedit dicta obseruantia, aut filius petit alimenta in vim alicuius actionis, puta ex contractu vel legato paterno: & tunc alimenta debentur filio a die petitionis, & ita procedit quod dictum fuit de alimentis dictę nob. Gulomaris de Gralla. Quinimo & etiam poterit filius alimenta pręterita in vim actionis debita petere, quę omnia probantur per iura & doctrinas superius allegatas signanter per tex. & ibi Bar. in l. libertis quos. §. manumissis. ff. de alimen. & ciba. lega. & in l. cum hi de trans. ff. & in l. de alimentis. C. eo. ti. De quibus omnibus sat. resolutionē tradit Ioan. de Anna in dicto consi. 54. & melius Ludoui. Bolog. in additionibus ad dictum consi. Et ex prędictis omnibus simul iunctis colligebam quod petens alimenta in vim actionis petit quid certum indubitatum, & sine distinctione: scilicet, quod alimenta sibi debent solui licet sit incertum quantum debeatur pro alimentis quolibet anno. At petendo alimenta officio iudicis non solum non est certum quantum deberi possit: sed nec est certum sine distinctione, an aliquid debeatur, sed solum cum distinctione prędicta, & conuentus dici non posset esse in mala fide, nec in mora donec actor probauerit quod est filius, & quod mutuo pecuniam pro se alendo acceperit, vel alteri se obligauit pro se alimentando litte pendente, quod maxime procedit in casu dicti Terrades quia prius probare tenebatur, quod erat filius naturalis Francisci Benedicti Terrades defuncti, vel quod dictus Franciscus Sebastianus illum pro filio suo naturali reputauerat dum viuebat.

3 Adde quod dicta alimenta filij quę ex officio iudicis litte pendente petuntur, taxāda sunt arbitrio iudicis pro modo facultatum d. l. Si quis a libertis in prin. versic. denique ibi, pro modo facultatum, & in §. si vel parentes versicu. si quis ex his. ff de lib agnos. quam legem omnino menti teneas, non solum quia loquitur de alimentis quę parentibus debentur, sed etiam quia ista obseruantia in filijs opificibus siue habentibus officium vnde se possent alere restringenda esset. vt in d. tex. versic. denique iuncta sua glo. in verbo vt operis & per Sozi. consi. 121. num. 47. volum. 4. fol. 116. pro quo vide etiam Ioan. de Anna, in d. consi. 54. & ibi additionem Ludoui. Bolognini vbi Bologninus numero. 4. colligit ex varijs doctorum dictis & ex iuribus per eos allegatis distinctionem sequentem, quod aut alimenta debentur iure actionis ex cōtractu seu vltima voluntate, & tunc alimenta pręterita peti possunt ab obligato qui tenebatur alimenta pręstare, aut alimenta debentur officio iudicis vt puta in alimentis debitis a patre filio: & tunc secus est dicendum, nam alimenta pręterita peti non possunt l. si quis a libertis. §. si filius. de liber agnos. ff. & voluit Bar. in l. libertis quos. §. 1. de alimen & cibar. leg. vbi dicit hoc esse verum nisi filius pecunias accepisset mutuo, vt se alimētaret, quia tunc petere posset. Adde pro materia Thom. Mier. in constitutio. pars appellata num. 20. collatio. 6. volum. 2. fol. 22 tradentem aliquas differentias inter alimenta petita officio iudicis & petitā iure actionis de quo tamen in practica huius audientię. vide in verbo executio prouisionis alimentorum & in verbo supplicari.

4 Adde quod declaratio dictorum alimentorum litte pendente facta habet vim diffinitiue sententię quo ad effectum executionis vt latius in verbo executio prouisionis alimentorum dicitur.

CAP.

CAP. 16.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum taxationis litte pendente, fit executio præstita cautione quamuis a dicta taxatione fuerit supplicatum.*

1 ALimentorum taxatorum filio vel filię litte pendente: potest fieri executio præstita cautione, quamuis a prouisione dictę taxationis fuerit supplicatum, *a* & ita obseruatur.

Latius ponitur in verbo executio alimẽtorum, & in verbo supplicare a prouisione.

a. Supplicatum. vid. plures casus in quibus non obstante appellatione sententia mãdatur executioni. per Afflic. decis. 261.

CAP. 17.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quando præstari debent pauperibus carceratis pro debitis ciuilibus.*

1 ALimenta quando præstari debent pauperibus carceratis pro debitis ciuilibus, iuxta cõstitutio. anni. 1520. ca. 9. *a* qualiter probetur eorum paupertas, ponitur in verbo paupertas debitoris petentis alimenta.

a. Cap. 9. quod est in ordi. 4. titu. de pobres pladejants quod fuit postea confirmatũ per c. fin. eiusdem titu. & per eum addita plura.

CAP. 18.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta pauperibus carceratis pro debitis ciuilibus soluuntur intra duos dies & si cessatum fuerit a præstatione eorum liberantur & dicti duo dies debẽt esse integri & a quo tempore incipiant currere.*

1 IN alimentis quę iuxta constitutio. anni. 1520. cap. 9. præstari debent pauperibus incarceratis pro debitis ciuilibus: & debent solui, seu ministrari intra duos dies: & si cessatũ fuerit per dictos duos dies, incontinenti dictus carceratus relaxari debet, & dicti duo dies debent esse integri, & qualiter seu a quo tempore currere incipiant dicti duo dies: fuit per me semel prouisum vt sequitur.

Decimo octauo Decembris. 1550. prouidet quod magnificus Franciscus Setanti a die pręsenti pręstet alimẽta Ioã. ni Paulo Codina, & fuit intimata dicta prouisio dicto die dicto Setanti. Postea die sequent. 19. eiusdem mensis hora tertia post meridiem dictus Setanti incepit erogare dicta alimenta vsque ad xi. Ianuarij 1551. inclusiue, & cessauit vsque ad 13. eiusdem inter secundam, & tertiã post meridiem: fuit oppositum per dictum Codina se debere a carceribus liberari iuxta dictam constitutionem anni. 1520. cap. 9. attento dictus Setanti creditor cessauit per duos dies erogare dicta alimenta. at tamen per me (non tamen facto verbo in regia audientia) fuit prouisum non debere liberari, quoniam illa propositio a. signanter iuncto verbo in futurũ, taliter diuidit & disponit, quod dies dictę prouisionis excluditur, & nõ computatur, nec comprehenditur in concessione dict. alimentorum per doctri. Bal. post Bar. per illum tex. in l. fane oportet. § 1. ff. excusa. tuto. & apostilla. ad Sali. in l. a caligato C. de nup. Bal. in l. eos C. de appella. Et a die 12. Ianua. inclusiue vsque ad 13. eiusdem inter secundam & tertiam horas post meridiem non efluxerunt duos dies integri, sed vnus cum dimidio, & duabus vel tribus horis tantum: & d. consti. requirit creditorem cessasse per duos dies, erat scriba mandati Rouira, & pro eo Carles not. & de materia videlicet per quem alimẽta debeant pręstari, seu prouideri incar-

ceratis

ceratis, vide Mier. in cap. 7. num. 5. cum sequen. colla. 4. fol. 87. & in cap. 21. nume. 45. & sub nume. 53. versi. quis tenea
a tur prouidere, & est de hoc prag a regis Marti. 6. Iunij. 1391. in volumine consti. fol. 291.

a. Prag. & est in ordi. 4. titu. de pobres presos vol. prag.

CAP. 19.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta per matrem tenentem ac possidentem in vim consti. hac nostra praestantur filijs communibus de fructibus hereditatis.*

1 Alimenta per matrem viduam tenentem & possidentem hae reditatem & bona mariti, & & fructus illorum fuc s facien
a tem iuxtà consti. hac nostra, a sunt praestanda filijs communibus de fructibus dictorum bonorum mariti quatenus dicti fructus sufficiunt.

Ita reperio relatum per d. Hieronymum Dalmau in verbo vidua, & incipit sunt quatuor vel quinque & in verbo alimenta per matrem: declaratum fuisse suis temporibus in regia audientia facto verbo in vtraque aula per Petrum Arnaldum Gort die 2. Iunij. 1532. in causa viduae Steue contra pupillos Steues, sequendo quandam apostillam Raymundi de Area repertam super cōstitutione ab aquesta nostra, in qua illud tenebat allegando pro fundamento textum in authen. neque virum quod ex dote est neque mulierem ex sponsalitia largitate §. Illud vero, collatio. 8. & dicit, quod in dicta causa seu facto, fructus erant satis abundantes, & excrescētes, seu sufficientes, dixit insuper dictus Dalmau, quòd aliàs scilicet si fructus nō sufficerent: ipse vellet videre per antiquos in contingentia facti quid decisum fuerit in regia audientia.

a. Hac nostra. titu. dissolt lo matrimoni &c.

CAP. 20.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur in Cathalonia a quocunq. grauamine.*

1 Appellari a quocunque grauamine: a & sic nedum a senten
a tia diffinitiua, sed etiā ab omni interlocutoria consueuit in Cathalonia regulariter.

Cum nulla constitutione Cathalō. (saltem quod ego illam menti teneam) dispositum fuerit expressè & generaliter, quod ab omni grauamine, atque ita ab omni interlocutoria appellari possit & in l. ante sententię tempus. & ibi glo. & dd. C. quorum appella. non recipi. & in l. 2. C. de episc. audien. & ibi glo. & dd. dispositum reperiatur ab interlocutoria appellari non posse regulariter: ideo opere pretium est videre: vnde fundatā fuit seu fundari potuit dicta obseruantia regiae audientiae & aliarum curiarū ordinariorum Cathalo. & baronum. Arbitror in hac materia, regiam audientiā secutam fuisse, & sequi debuisse ius canonicum quo cauetur ab omni grauamine posse appellari quod modo sequēti probatur. Nam vt iam supra in proemio primę partis harum obseruan. reg. aud. dictum & probatum fuit, deficientibus constitit. Cathalo. vsaticis Barcin. & alijs iuribus Catha iudicari oportere in Catha. secundum ius canonicum & ciuile: & prius secundus ius canonicū, & postea secundum ius ciuile. Et propterea quanquam de iure ciuili non ab omni grauamine appelletur vt supradictum est. Attamen quia de iure canoni
b co b ab omni grauamine appellatur; vt per Lanfran. de Oria. (ad quem breuitatis causa me reffero) in ca. quoniam contra falsam in verbo interlocutoriae; & appellatio. nume. 104. fol. 98. de proba: extra, & per Ioannem Petri de Ferraria in sua practica in forma libelli in actio. reali

reali in verbo per vestram num. 3. in fi. fol. 20.

Ideo pro obseruantia dictarum constitutionum Cathaloniæ appellatio a quocunque grauamine interposita admitti debuit, & consueuit regulariter. Et ideo dixi regulariter, quia sunt plures casus in quibus per expressas dispositiones constitutionum Catha. appellationes non admittuntur vt ex sequentibus demonstratur.

a. Grauamine. Mier. in c. 8. a quo remp. appell. posit prosequi n. 11. col. 6. par. 2. casus vero in quibus non licet in Cathalonia appellari vid. per Canc. par. 1. variar. cap. 17. de appellationibus n. 5 de iure vero communi. vid. Maran. in Spec. par. 6. tit. & quādoq; appellatur n. 248. & seqq. Rebuff. in consti. regi. de senten. prouisional. in præfatio. n. 142. & trac. de appel. tom. 3. artic. 7. glo. 2. vbi vid. viginti casus in quibus non admittitur appellatio Rol. cons. 77. lib. 2. Roma. sing. 85. Men. de arbit. q. 7.

b. Iure canonico. c. super eo. 2. & cap. vt debitus de appel. a.

CAP. 21.

SVMMARIVM.

1 *Non appellatur in causa minore decem librarum.*

2 *Appellabatur antiquitus in causa maiore quinquaginta solidorum & de intellectu constitutionis hoc disponentis.*

3 *Probatio per vnicum testem dicitur plena in causis breuioribus & quid de fama.*

4 *Exceptio doli mali habet locum in casu etiam appellabili.*



1 A sententia lata in causa quinquaginta solidorum, aut minore appellari non poterat ante nouissimam curiam anni videlicet M.D.lxxxv & appellatio emissa, consueuit non admitti. Hodie tamen per dictam constitutionem c. xiiij. a requiritur quod sententia sit lata in causa maiore decem librarū & est prima fallētia dictę regulæ.

2 Dicta obseruantia antiqua, fundata fuit per expressam constitutionem incipientem, Les causas entro a L. sous inclusiuament. quę est sub titulo de juhis y fermes de dret fol. 75. b & in constitutionibus curiæ anni. 1534. cap. 34. quæ loquitur de causis minoribus L. solidorum.

Est tamen aduertendum tria pro intelligentia dictæ constitutionis. Les causas tradita ibi per Mie. coll. 6. vol. 2. fo. 33 primum in n. 14. quod dict. constitutio intellecta fuit nedū de appellatione ante sententiā sed etiā de appellatione emissa post sententiam in causis minoribus quinquaginta solidorum, scilicet quod appellatio nō admittitur. & ideo minime sunt mutanda. Secundum quod ponit n. 21. est: quod ponderādo verba omni appellatione remota c in dicta constitutione posita: dicit illam constitutionē intelligi nedum de friuola appellatione, & nedum ante sententiā: sed etiā post, quia qui omne dicit nihil excludit cap. solitæ. §. nos autem in fi. extra de maio. & obedi. & quod ita seruabatur de consuetudine, quæ est optima legum interpres c. cum dilect. extra de consue. & q inde patet quod in hac patria nō seruat c. de appellationibus extra de appell. & quod multis respectibus reperitur in iure ꝓhibita appellatio de quo remittit se ad Guilier. de Cug in l. vnica. ff. de offi. præfect præto. multa alia circa materiā appella. deducit n. 13. & dicit, quod in istis

3 causis breuioribus ꝓbatio per vnū teste idoneū intelligitur plena ꝓbatio d esse, & sic nō necessario deuenitur ad iura mētū necessarium, & quod fama habet vim plene probationis, &c. & de materia cōmissionis appellatione remota, & de alijs circa appellationē, vide ibi per eū. Tertiū est in n. 22. quod licet nō possit appellari habebit tamē locū exceptio doli, si dolo malo aliquid factū fuerit per iura quę allegat quod nota. & vid.

4 quę tradit ibidē n. 24. Insuper dū dixi, quod per consti. curię anni 1585. c. 14. requiritur, quod sententia a qua fuerit appellatum, sit maior decem libris, Aduertendum

tenduin est, qua nquā dicta constitutio circa principiū illius etiā indispositiua loquatur de causis minoribus x. ll per hæc verba. Perço statuim y ordenā ab loatió y approuatio de la presēnt cort, que les causes de appellatio interposadā dels sententies dels ordinaris de menor valor de deu lliures, no pugen en la Real audientia, ni de gouernatio esser euocades, & idem censerit summarium dictæ constitutionis, attamen postea in duobus locis prohibet ne admittantur appellationes n si sint causarum maiorū x. libris, mādando Cācellario, Vicecancellario & Regenti cācelleriam per hęc verba. Manāt al Cāceller, Vicecāceller, y en son cas Regēt la Cancellaria, que de aci auant no admetē euouations de causes de appellatio, q̄ no sia feta primer fe ab instrumēt public de la interpositio dellā appellatio, y que la sententia de la qual se es interposada, es sobre interes maior de dites deu liures, y q̄ per ço lo Canceller, Vicecanceller, o en son cas Regēt la cancellaria, hajē dir en la decreauo, constito de appellatione, & sententia lata. *c* in causa maiori decem librarū, &c. Et ita hodie quę cōputatur quarta mensis Iunij, anni Millesimi, quingentesimi octogesimi sexti, fuit dicta constitutio per omnes doctores aulæ magnifici Regentis Cācellariā intellecta, & secūdum dictū intellectum fuit referente magnifico Guillermo Sunyer doctore eiusdem aulæ prouisū, & declaratū facto verbo per eū in dicta aula, & continuato in libro ordinario verborum quę fiunt in aulis regię audientiæ ciuilis, in causa verente inter Mariam Annam Tolosā vxorem Laurentij Tolosā, & Iacobum Barba in posse T. regii mandati scribæ, & pro eo Iacobi Bas notatij.

a. cap. xiiij. in ord. 12. tit. de euoca. de causes. *b.* fol. 75. in nou. vero compil. fol. 192.

c. appellatione remota. hęc clausula non officiat tertio Abb. Barb. Felin. Deci. & alii in cap. super. eo. de offi. de leg. bar. in l. 1. §. interdum. ff. quibus appell. non li. curti. Iun. cons. 179. nu. 6. rebb. sup. ll regiis p. a. Fac. de litte. obliga. arti. 1. glo. 10. num 11. Corcet. in sing. ver. clausula quos alleg. Couarr. practi. qq. cap. 15. nu. 5. Minsin. centu. 1. obseruan. 3. nu. 3. Gail. obs. 70. num. 12. & obser. 72. nu. 5. & 6. Dobber. in reper. lit. c. ver. clausula appellatione remota.

d. probatio. Mier. in cap. 13. de causis minimis sine iuris ordine terminandis nume. 13. collatio. 6. p. 2.

e. sententia lata. In iudicio vero imperialis camerę (vbi causę intra summam quinquaginta florenorum nō possunt per appellationem ad dictum iudicium camerę deuolui vt ha betur in ordin. came. p. 2. titu. 28.) probatur quantitas iuramento, ita Minsing. centu. 4. obserua. 40.

C A P. 22.

SVMMARIVM.

Appellationes quæ admittantur.



Ppellationes non admittuntur hodie nisi de sētētiis diffinitiuis; aut de prouisionibus vim definitiuæ habentibus, & grauameo dictę prouisionis reparari non possit per appellationem, forsan interpositiuram à dicta sentententia definitiuà proferenda in dicta causa. Et qualiter de appellatione fides facienda sit videatur in constitutione nouissimę curię scilicet anni *a* 1585. cap. lxxxvi.*a* quæ quidem constitutio duratura est vsque ad conclusionem primarum curiarum, & vide quae dicam in cap. sequenti.

a. lxxxvi. quod est in ord. 18. titu. de appellations recorsos, &c. fol. 412.

CAP. 23.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo appelletur ab interloquutoria coram ordinariis.*

2 *Priuilegium non tollitur quando de eo non fit mentio.*

1 SI appellatur ab aliquo intermedio, aut interlocutoria ante definitiuam sententiam in causis quæ vertuntur corã ordinariis principatus Cathaloniæ & comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, appellandũ est ad eundẽ iudicem ordinarium mutato assessore, non suspecto assignando per dictum iudicem, & si dicta prouisio confirmatur: non poterit amplius appellari. Si autem reuocatur ipse, idẽ ordinarius nominare debet alium assessorem qui confirmet vnam, vel alteram sententiam ex eisdem actis intra viginti dies. Et de eo quod declarabitur non possit amplius per aliquã partium appellari. Sed iudex primitiuus procedere debebat ad vlteriora expeditionis principalis negotii. Ita nouissime in dictis curiis anni MDlxxxv.c.
a vi.[a] statutum fuit: non tamen in curia vicarii Barcinone propter priuilegium illi per Regem Iacobum Dat. Oscæ decimo nono kalen. Septem. Mcccvii cõcessum, quod est in volu. consti. gene-
b ralium, in titululo de interlocutoriis[b] fo. 188. aliquid in vim huius constitutionis immutatum hactenus fuit, nec seruatum in practica, & forsan est ratio: quia in dicta constitutione non fit mẽtio de dicto priuilegio, & nunquam in
2 telligitur nulli priuilegium alterius nisi de eo fit specialis mentio secundum Philip. Fran in c. licet romanus num. 5. versi. Et idem est in priuilegio de constiturio. in vi. post Ioan. And. Bal. & alios & permulta iura quæ allegat, & breuitatis causa referre omitto, & licet istam regulam limitet nisi priuilegium esset in corpore iuris clausum, tamen illud intelligit procedere in priuilegio generali secus est in priuilegio speciali etiam in corpore iuris clauso. quia tali non intelligitur derogari per constitutionem iuris communis illi contrariam nisi de eo fiat specialis mentio, & dicit quod ita intelligit glo. in c. vt circa de elect. & pro hoc videri poterit Mier. in constit. pro testamentis circa finem col la 6. vol. 2. fol. 41. per c. licet romanus Pontifex de consti. in vi. licet clarius & melius Philip. Fran. vbi supra.

a. vj. & in ord. 15. titu. de appella.
b. interloquutoriis. in nou. vero compil. tit. del orde iudiciari dela Cort del Veguer y balle de Barçelona. vol. 2.

CAP. 24.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an appellet in criminalibus.*
2 *Fiscus in ciuilibus appellat propter instrumenta nouiter ad notitiam peruenta.*
3 *Fiscus non appellans an restituatur in integrum.*
4 *Fiscus de nullitate sententiæ dicit intra decem.*


Ppellare seu supplicare in causis criminalibus & ciuilibus procurator fiscalis non potest, nec consueuit eius appellatio admiti regulariter; sed fallit ista regula in aliquibus casibus specialibus, videlicet quando nouiter peruenerint aliq. scripturę, seu documenta procuratori fiscali, Item quando aduocatus fiscalis præfens noluit ex iusta causa votũ suum date. Item potest nullitatem sententiæ contra procuratorẽ fiscalem laræ allegare. Item potest ex iusta causa in integrum restitutionem postulare, &c.

Primum dictę obseruantiæ scilicet
a quod regulariter fisci procurator appellare non potest,[a] fundatum fuit per expressam coustiturionem. Itẽ senyor
b per tolte vexations in titu. de appel. y nullitats de sentẽ. fol. 138.[b] & ibi Mier.
2 colla. 8. in pri. & nũ. 29. & seq.

Secundum dictę obseruantiæ videlicet quod dicta regula patiatur aliquas fallentias probatur. Nam in causis ciuilibus si procuratori fiscali peruenerint de nouo aliquę scripturæ, seu aliqua documenta quę non essent producta & iurauerit prius in animam suam propriã: hoc casu poterit fisci procurator appellare,

seu supplicate. Ita est expressa constitutio in titu. de appella. e nullitats de sentencies cap. Item senyor per tolre vexations, & ibi Mier. collatio. 8. fol. 69. subdit etiam ibi textus, quod si per Cancellarium Vicecancellarium, aut Regentē cancellariam, aut iudicem causæ cognitum fuerit dictum procuratorem fiscalem calumniose prosecutum fuisse, siue hauran menada la appellatio o supplicatio debet condemnari in expensis ex bonis proprijs suis. Adde pro materia Salt ce. in l. vnica. C. in integrum restitu. postula, dicentem quod restitutio in integrum an petatur maliciosè vt differatur iudicium: est in arbitrio iudicis. Idem dicitur præsumptionem malitiæ cessare quando constat de lesione. Abbas in c. suscitata num. 8. in fine de in integrum restitutione.

Poterit etiam procurator fiscalis appellare seu supplicare licet aduocatus fiscalis fuerit præsens & ex iusta causa voluerit dare votum suum, secundum Tho. Mier. in dict. c. Item senyor per tolre sub nu. 47. versi. attamen colla. 8. fol. 71. ego tamen nunquam vidi seu nō recordor vidisse practicari.

3 Item quamuis aduocatus fiscalis interfuerit & vouerit, & propterea (vt dictum est) procurator fiscalis non poterit appellare vel supplicare: attamen poterit in integrum restitutionem postulare saltem ex clausula generali secundum Mier. in d. c. Item senyor per tolre nu. 40. fol. 70. & ita fuit obseruatum in causa & processu vertente inter nobilē Elisaberhem de sant Climent, & T. Res, & Franciscum Gros.

Et quæ sint causæ propter quas in integrum restitutio postulari & admitti possit signanter ad impediendum executionem regiæ sententiæ, & decreti executionis, dicam infra in verbo restitutio in integrum, & ibi etiam dicam an restitutio in integrum ad appellandum vel supplicandum peti debeat coram iudice primitiuo vel coram iudice appellationis seu supplicationis, & an coram vtroque.

4 Insuper consueuit regi. audientia admittere procuratorem fiscalem nullitatem sententiç allegantem vt pote quando procurator fiscalis non interuenit in causa quamuis aduocatus fiscalis interfuerit, quia talis sententia est nulla secū dum glo. in l. non intelligitur §. multa principalia versic. diuus Hadrianus in verbo restituuntur in fi. ff. de iure fisci. ibi bonus tex. ibi præsentibus & agentibus his qui negotijs fisci solent interuenire Mier. in dicto cap. Item senyor per tolre num 37. colla. 8. fol. 70. quia tunc sententia est nulla ipso iure, & propterea non est opus appellatione, nec supplicatione, nec restitutione in integrum vt dicam latius statim & ità fuit declaratum 5. Decembris. 1559. in causa vulgo dicta tribunalis capitaniæ generalis, reuocando prouisionem in gubernatione Cathalo. procedendo cum docto. regiæ audien. 24. Ianuarij eiusdem anni. 559. factam. quæ quidem prouisio fuit declarata nulla, quia non fuerat citatus procurator capitaniæ, & idem etiam est quando aduocatus fiscalis non fuerit præsens, nec votum suum dederit, quia tunc sententia est nulla ipso iure, ita q; non est opus supplicatione vel appella. & consequenter, nec in integrum resti. secundum Mier. in d. cap. Item senyor per tolre num. 34. & 37. fol. 70. per alegat. C. quam appel. non est necess. rotum, & extra de re iudica. cap. 1. & cap. cum inter vos. l. ad fiscum C. vbi fiscales causæ l. fi. C. de aduoca. fisci & ibi dd. cō tra glo. in l. si fiscus ff. de iure fisci. Est tamen aduertendum quod de iure huius patriæ oportet nullitates opponi intra x. dies intra quos est licitum appella. & supplica. respectiuè. & pro prædict. vide Cal. notanter iu sua Margati. fisci in cap. 1. n. 4. ver. quinto quod licet textus.

a. Non potest. quod secus est de iure communi. l. illud. ff. de appel.

CAP. 25.

SVMMARIVM.

1 Appellare an & quando possit priuatus in

in criminalibus.

2 *Recursus propter oppressionem admittitur.*

1 Appellare priuatus an & quãdo possit in causis criminalibus 2 seu recurrere.

Reperio constitutionem incipientem: com poc valdrie, in titulo de offi. de Gouern. fol. 47. disponentem in sententijs, & interlocutionibus per gerentem vices gubernatoris Cathaloniç & Rossilionis expresse per hæc verba. De les quals sentencies diffinitiues e interlocutories de torments: les appellations interposades hajen esser admeses, si ja no eren persones disfamades o de mala vida, ans dels delictes de ques darien dites sentencies, de la qual infamia, o mala vida hagues primer a pater per sumaria informatio: & ibi vide Mier. collatio. 8. circa prin. & num. 4. in verbo, ad meses. fol. 75. vbi limitat in casibus vbi a iure non est prohibitum, adde de principali quæstione Mier. in consti. Itẽ per tolte vexations n. 29 fol. 70.

Si igitur hoc expresse per dictam constitutionem dispositum est in gerente vices guberna. qui est ordinarius omnium ordinariorum, & maior quocunque ordinario, vt per Mier. in constitutio. Item quod causæ vicariç numero. 3. versic. gubernator est pręsens collatio. 2. fol. 11. dixi latius in obseruantijs guberna. cap. 5. Miror cur in alijs regijs officialibus ordinarijs de & super similibus appellationibus admittentis nedum cõtrarium decisum, sed aliquando dubitatum fuerit. Et idem dico de Baronibus. Et augetur admiratio saltem in torturis non solum per dispositionem textualem l. 2. ff. de appella. recipien. iuncta dict. consti. com poc valdrie. Lanftan. in cap. quoniam in versicu. interlocutorie num. 105. & 107. fol. 98. de proba. extra, sed etiam propter diuersitatem magnam, quam in libro exemplarium siue notatorum Hierony. Dalmau reperio in verbo appellatio in cap. incipien. an in criminalibus admittatur, & in cap. Item 20. Ianuarij. 1522. & in ca. incipienti fuit dubitatum m. 28. Februarij. 1521. & in cap. in facto appellationis interpositę per Iacobum & Franciscum Strada. & in cap. incipien. appellatio ab interlocutoria causę criminalis 1. Februarij. 1525. ex quibus colligi potest apertè distinctio sequens, quod si causę sunt mere criminales, vt puta quia agitur de pena corporali: non admittitur appellatio. si autem agitur de pena pecuniaria: tali casu admittitur appellatio. vt expresse dicitur in exemplari relato in dicto cap. incipien. in facto appellationis interpositę per Iacobum & Franciscum Strada, sed dicta distinctio non tollit difficultatem quam supra deduxi argumento eius quod est expresse dispositum in appellationibus a sententijs & interlocutorijs tormentorum latis per geren. vices guber. immo magis difficultatem augет, & corroboratur difficultas ex eo, quia vt reperio alibi notatum, quod cũ Barth. Casals captus & detentus in carceribus villę de Monferrer iurisdictionis capituli sedis Vrgellis: esset per iudicem capituli cõdemnatus ad torturam: appellauit 17. Martij. 1563. & quod dicta appellatio fuit introducta in regia audien. criminali eum supplicatione quę fuit commissa Hadriano Vilana ad recognoscendum & verbum de ea faciendum, & quod facto verbo fuit conclusum, quod non erat locus appellationi ad regiam audientiam, sed ad superiorem dicti capituli, & iudex assignatus per dictum capitulum confirmauit dictam declarationem torturę, & ab ipsa confirmatione appellauit dictus Casals, & illam appellationem noluit admittere regia audientia. Restat tamen ex dicta distinctione expeditum quod quando agitur de pena pena pecuniaria, vel quando causa est mixta, vt quia baro, vel alius iudex territorij in quo delatus detinetur appellat pro suo interesse, vt puta pro interesse suę iurisdictionis: tũc talis appellatio admittitur per Regiam Audientiam, quamuis illa quęstio resultet ex illa causa criminali, vel in illa incidat

dat quod nota. Adde quod dico infra in c. 34. incipien. appellatio a prouisione executionis pœnatum.

Recurrere autem poterit priuatus op pressus etiam per baronem praetextu oppressionis, & eius recursus debet admitti, vt dixit latissime supra in prima parte in obseruantia incipien. Causas vi oppressorum, & vidi regiam audientiã admisisse eo prætextu causam recursus cuiusdam villæ de Peramola dũ eram aduocatus illius, & postea multoties. Sed solet admittere (si rite recordor) recepta prius aliqua summaria informatione.

Adde quod licet non possit appellari arbitror tamen quod poterit de nullitate dici.

a. Criminalibus. vid. Olib. de actio. par. 2. cap. 5. ad mo. 5. nu nero 28. f. 135. Canc. par. 1. Vari. cap. 17. de appella. a num. 10.

CAP. 26.

SVMMARIVM.

1 *Reclamatur & non appellatur in curia vicarii Barchinonæ.*



Ppellari non potest nec recurri, sed reclamari a prouisione facta in curia vicarii Barcinone super exceptione nullitatis sententię in dicta curia vicarii Barcinone latæ quando dicta nullitas fuit opposita per viã exceptionis, quia talis prouisio in viam iuris habetur pro interlocutoria, & est interlocutoria, & propterea debet iuxta priuilegium Barcinone reclamari, & non appellari, & quippe certa forma, secus si nullitas fuit opposita per viam actionis.

Ita fuit declaratum referente me Michaele Ferrer, facto verbo in regia audientia 14. Ianuarii 1566. in causa appellationis & recursus interpositi pro parte Hieronymæ Torres a prouisione facta per regentem vicariam Barcino. de consilio Fran. Boquet 10. Maii. 1565. super exceptione nullitatis sententiæ per eundem regentem vicariam Barci. 3. Iulii 1564. latæ inter dictam Torres, & T. Dicta prouisio determinatio reg. audiẽ. fundata fuit per tradita & relata per Sebastianum Vansii in tracta. de nullita. senten in titu. quot & quibus modis nullitas proponi possit nu. 20. iuncto 26 fol. 57. per iura & docto. quę & quos ipse latissime refert & allegat.

CAP. 27.



Ppellatio non interponitur a sententia confirmatoria sententiæ arbitralis etiam in curia ecclesiastica in profanis.

Fundatur per tradita infra in verbo brachium seculare.

CAP. 28.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem a sententia per iudices appellationum logia maris quæ fundatur super desertione non super meritis causæ primitiuæ interpositam: admittit regia audientia.*

2 *Intellectus ad cap. 15. titu. del modo com se ha de donar la sententia en la appellatio.*

3 *Appellare prohibitus potest de nullitate dicere.*



1 Pppellationem interpositam a sententia lata per iudicem appellationum logiæ maris super desertione sententiæ latæ per consules, logię maris vt consules aut vt arbitros per partes electos & non super meritis sententię primæ, confirmando illam vel infirmando: consueuit admittere regia audientia, non obstante capitulo consulatus maris capit. 15. in titulo del modo com se dona la sententia en la appellatio fol. 3. & priuilegio per regem Martinũ 15. Ianuarii. 1401. consiliariis ciuitatis Barcinone, & consulibus mercatorum eiusdem concesso.

L Ita

2 ITa fuit obſeruatum per regiã audientiam in cauſa appellationis interpoſite per Iacobũ Pertinet mercatorem a ſentententia contra eum, & in fauorem viduæ Margaretę Lauanetes per iudicẽ appellationum logię maris lata. Nam cum lata fuiſſet ſentẽtia per conſules logiæ maris vt arbitros inter dictas partes in fauorem dictæ viduę Lauaneres, & contra dictum Pertinet, ipſe Pertinet a dicta ſententia arbitrali interpoſuit recurſum, & appellauit,& cauſa dicti recurſus & appellationis fuit introducta coram iudice appellationũ logiæ maris tanquã ſuperiore dictorũ arbitrorũ ſequẽdo opinionẽ quã refert & ſequitur Stepha. Aufre.in addi.repeti. c.1. de officio ordi. in ti. de poteſ. ſecula. ſuper eccleſ. perſo.in regula ij. fallen. xviij. & in tit. de pote.eccleſi.ſuper laicieis ver. xviii.de quo at. tractat latè ꝓ:& cõtra, Lãfr.ð Oria.in trac.de arbit.q.19.nu.43 &ſiq.vol.3 fol.95 & dicã infra in verbo recurſus a ſẽtẽtia arbitrali, & dictus iudex appellationũ declarauit cauſã dictę appel.& recurſus eſſe deſertã, & a dicta ſententia per iudicẽ appellationũ lata appellauit dictus Pertinet ad regi.audien. & fuit per dictã Lauanetes oppoſitum, quod Pertinet non potuit appellare obſtãte d.c.15.in tit.delmodo cõ ſe done la ſententia en la appellatio fol.3.diſponẽte quòd a ſentẽtia iudicis appellationis nõ appellatur per hęc verba, que ſi lo jutge de appells trobe la ſententia dels cõſols eſſer be donada: confirme aquella,e ſi trobe eſſer mal donada:reuoque aquella, o la corregex.E de la ſententia del jutge qualqueſie, alguna deles parts nos pot appellar. Attamen fuit prouiſum quod procederetur ad vlteriora hoc fundamẽto, & ratione, quia quando prohibetur ſecundo vel tertio appellare: intelligitur quãdo vterq.iudex declarauit ſuper eodẽ articulo ſeu capite, ſecus ſi iudex appellationis declarat ſuper eo de quo per iudicem primitiuum declaratum non fuit. ſecundum Angelum in l.vnica.verſi.& hanc legẽ limita quod non licet C. ne liceat tertio prouocare, & ibi additio. ad glo. fi. & Philip.Fran.in cap. directe verſi. tertia concluſio de appella.in decreta. Diuerſum enim eſt confirmatio ſententiæ a deſertione.per tradita. per Bal. in l. eos in prin.numero.7. C. de appella. & ibi per alios, necnon per doctores in Clemẽ.ſi appellationẽ de appel.cõfirmatur per ſtylũ Regiæ audiẽtiæ in cõcuſſe obſeruatũ, quod licet a ſententia vel prouiſione regia nõ liceat ſecundo ſupplicari: tamen ſi in cauſa primæ ſupplicationis fuerit declaratũ ſuper deſertione cauſæ,& non ſuper meritis cauſę,poterit a dicta ſententia ſupplicari per eãdem partem quæ a prima ſententia, ſeu prouiſione ſuper meritis lata & facta ſupplicauerat. Confirmatur etiam per ea quae referũtur in verbo reclamationis priuilegium Barcinone conceſſum.

Adde pro materia quod qui non poteſt appellare poteſt tamen de nullitate ſententiae dicere Philip. Fran. in dicto ca.directe in fi. cum concor. de appel. verſi.ecce priuilegium.

Dicta prouiſio eſt tenoris ſequentis.

12.Februarii.1566.Viſo proceſſu, factoq. verbo in regia audientia meritis proceſſus attentis, & inter caetera attento quod Ioannes Baptiſta Gori iudex appellationũ Logiae maris cũ ſententia per eum 11.Auguſti.1565. nõ declarauit ſuper meritis appellationis declarando primam ſententiam(ſeu verius arbitramentũ) fuiſſe & eſſe bene latã, ſeu arbitratũ,vel male latam ſeu arbitratũ, ſed dũdaxat declarauit cauſam eſſe deſertã, & in vicio deſertionis cecidiſſe.Et attento quod per capitula,& priuilegia conſulatus maris non eſt prohibitum appellari a ſententia qua declaratur cauſam eſſe deſertam: propterea praedictis & aliis meritis proceſſus attentis,& alias: prouider quod procedatur ad vlteriora praeſentis cauſae appellationis a dicta ſententia per dictum Gori lata interpoſitae,

fitae, non obstãtibus in contrarium deductis. super expensis postea prouidebitur, sed pro bistractis fiat executio con, co, int. Ferrer. Est in posse Bernardi Macip regij mandati scribae &. pro eo Magini Folch.

In dicto priuilegio regis Martini est clausula sequēs. sic quod nos vel successores nostri, aut aliqui officiales iudices ordinarij, non possimus, nec possint cognoscere, nec inde per viam simplicis querelae, appellationis, supplicationis, aut alterius cuiuscunque recursus intromittere quouis modo. sed dicti consules, & iu tex de ipsis tantum cognoscere possint & habeant, & eorum determinationes, ac sententiae, remota exceptione qualibet, debeant executioni deduci. decernentes irritum & inane. &c.

a. Concessio, quod est sub titu. com se han de tractar los estrangers en Cathalunya fo. 52. vol pragma.

CAP. 29.

SVMMARIVM.

1 *Appellare potest ad dominum regem pupillus condemnatus in logia maris.*

1 Appellare & recurrere ad dominum Regem pupillus condemnatus per iudicem appellationum consulatus Logiae maris an possit: non obstante cap. consulatus maris, & priuilegio dicti consulatus, supra in proxima obseruantia relatis & specificatis.

Thomas Mier, in constitutio. les causes numero 86. collatio. 11. fol. 5. dicit se vidisse iudicare quod non. Attamen ipse semper tenuit, & tenebit partem affirmatiuam, videlicet quod pupillus, & alia miserabilis persona poterit appellare, & recurrere ad dominum Regem, & dicit, & tu ita teneas super animā mea & monetur, quia priuilegium est adeo miserabilibus concessum quod reges eis faciant iustitiam, quam eis non possunt denegare, nec alij conferre hāc regaliam, neque a se abdicare, nisi renūtiauerit sedi regiae xxiij. q. v. ca. Regum & no. glo. & doctu. extra de cens. cap. cum ven. & est ratio, quia res de facili reuertitur ad suam naturam &c. Ego tamē non recordor vidisse casum nisi quē retuli supra in proxima obseruantia. si tamen in futurum recognitis memorialibus ad memoriam casus eueniet: illū referam. Circa dictam doctrinam Thomae Mier, vide quae dicta sunt supra in prima parte obseruantiarum c. x. circa fi. & c. xj. versi. Aduertatur quod Mier.

CAP. 30.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest a precepto extra iudicia li absque iustificatiua clausula.*

1 Appellari potest etiam in ciuitate Barcinone a prouisione a extra iudiciali facta vt puta a precepto per preconium demandato seu iussu baiuli generalis Cathaloniae, seu vicarij Barcinone facto absque illa clausula iustificatiua, aut iustas ponat rationes. & non est necesse reclamare, quia in his non habet locum priuilegium reclamationis ciuitatis Barcinone.

Ita fuit obseruatum, & facta conclusio in Regia Audientia referente magnifico Barnaba Serra regij consilij doctore in mense Martij 1570. de voto omnium excepto aduocato fiscali: & dicta conclusio fundata fuit per tex. in c. con certationi, & ibi docto. de appella. in 6. Ial. & Ripa. in l. quod iussit. ff. de re iudi. Alexan. in l. de pupillo. §. meminisse ff. de ope. no. nun. Bar. & alij in l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de offi. de leg. reprobata opinione Bal.

Dicta conclusio est tenoris sequētis. Attento quod preceptum per preconū iussu baiuli generalis publicatum, à quo fuit appellatum, & recursum ad regiam audientiā; cū processerit sine examine

iudiciali facto cum partibus quibus obseruantia dicti praecepti iniungebatur. Et grauamen ex praecepto praetendant & alias non includitur inter interlocutorias a quibus in priuilegijs reclamationum certa forma praescripta reclamari tantum permittitur, & appellatio prohibetur: loquuntur enim priuilegia de interlocutorijs iudicialibus, quę post citationem factam, & post libellum oblatum fiunt & pronunciantur, quę etiam non haberent vim diffinitiuę, atq; ita in meris interlocutorijs, & nõ in illis post quas super meritis per illas prouisis, & declaratis nõ spectaretur alia prouisio. Et ex contrario vltra id quod in talibus verba priuilegiorum pręcise loquũtur: sequeretur inconueniens & absurdum in pręiudicium regij patrimonij si in illis reclamatio procederet & admitteretur, quę emitten la esset iuxta dicta priuilegia ad baiulum localem Barcinonẽ officialẽ inferiorem, stante maxime prohibitione (prout in dictis priuilegijs) q a declaratione facta in causa reclamationis nemo seu nullus potest reclamare, seu alias appellare. Et attento quod a similibus preceptis pręcisis quę a iudice eo modo quo praeceptum de quo tractatur factum fuit: quotiens per dicta pręcepta grauamen inferri pretenditur: appellari potest in viam iuris, & appellatio permittitur & nõ necessitatur pars iudicem qui pręceptum laxauit pro reuocatione adire. Alijs etiam ad idem ex processu resultantibus attentis: fuit conclusum, quod procedatur ad vlteriora in causa appellationis, & recursus in regia audientia procedendum esse, & procedi debere non obstantibus in contrarium pretensis deductis & allegatis.

a. Extraiudiciall. c. cum sit Romana. §. 1. & c. bonae memorię de appella.

CAP. 31.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest a sententia in causa reclamationis lata super nullitate.*



1 Ppellari potest a sententia lata in causa reclamationis per iudices reclamationum si dicta sententia non fuerit lata super meritis causę prouisionis a qua fuit reclamatum, vt puta quia fuerit sententiatum causam reclamationis esse desertam, vel non fuisse reclamatum intra tẽpus ad reclamandum concessum, & ita fuit intellectum, declaratum, & obseruatum per Regiam Audientiam priuilegium reclamationis positum in volumine constitutio. generalium Cathalonię sub titulo de lit. abreui. post recognouerunt proceres fol. 288. in titulo de
a interlocutorijs a.

a. Interloquutorijs. in nou. compilla. fol. 69.

CAP. 32.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad Regiam Audientiam a sententia inferioris lata super possessorio admittitur & impedit executionem.*

2 *A sententia lata super possessorio an appelletur de iure.*



1 Ppellationem a sententia per inferiorem super possessorio latam admitti regia audiẽtia, ita quod talis appellatio impedit executionẽ dictae sententiae licet de iure communi non impediret.

Quo ad dictam appellationem ad
a mittendam a Regia Audientia secuta fuit ius canonicum, & opinionem cano
b nistarum b quae opinio communis secundum quod reffert Math. de Aff
2 flict. in decis. Neapoli. 169. per Clement. 1. de sequest. possess. & per glo. in c. cum ad sedem in verbo interdictum: de restit. spolia. & per alia iura & doctores quae, & quos

& quos allegat, & respondet contrarijs quę deducebantur, & ponit intellectū l. vnice. C. si de momen pos. fuerit appel. la. seq. opinionem Bart. & Angel. in l. 2. ff. de appel. recipien. contra Bal. in d. l. vni. C. si de momen. pos. tenentem indistincte quod a sententia super possessorio non licet appellare Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra in verbo interlocutorię, & appell. sub n. 102. versic. vigesimo fallit fol. 97. de probatio. ponit regulam, quod non potest appellari, & multas fallentias, sed Celsus apostillator notabiliter dicit illam regulam esse de iure ciuili, & quod de iure canonico appellatur a sententia super possessorio & vide per eum. Et quo ad hęc reduco ad memoriam illud quod in prohemio huius repilogationis dixi, videlicet q in Cathalonia deffcientibus constitutionibus, vsaticis, & alijs iuribus Cathalonię: Primo iudicandum est secundum ius canonicum, & postea secundum ius ciuile &c. Et ideo Tho. Mier. in constit. Item quod nos n. 10. coll. 2. fol. 15. refert quod de iure canonum a sententia super possessorio appellatur, & in Cathalonia seruatur in his ius canonicū, & q in Cathalonia seruatur, q super iudicio possessorio appellatur & ita me referēte fuit seruatum in causa vertente inter Iacobum Ferrer, Pet. Pou. Gerundę in posse Michaelis Gort Regij mandati scribę nunc Ioan. Soler, & pro eo Cezilla nor. de quo etiam dicam in verbo executio sententię & prędicta intellige dummodo causa non sit minor 50. solidorum, vt per Mier. in dict. constit. Item quod nos n. 10. fol. 15. & dixi supra c. 2.

Quo ad secundum dictę obseruantię videlicet quod regia audientia seruat quod appellatio interposita a sententia lata super possessorio impediat executionem sententię iudicis inferioris a quo appellatum fuit non obstantibus traditis per doctores in l. vnica C. si de momen. pos. fue. ap. per illum tex. & per alia iura, & doctrinas quę referuntur in dicta decisio. Neapoli. 269. vide infra in obseruantia in verbo executio sententię inferioris super possessorio late vbi refero latius dictam declarationem me referēte factam Adde decis. Tholosa. 500. quæ est finalis qua dicit conclusum fuisse quod sententia lata in possessorio, siue sit recuperandę, siue retinēdę, aut adipiscendę de iure ciuili regulariter non potest appellari, sed de iure canonico potest appellari, siue sit diffinitiua, siue interlocutoria, & apostillator ad dictam decisionem dicit, ita communiter obseruari in curijs tam parlamēti quam alijs temporalibus, quod nota, & etiam ponit an talis appellatio impediat executionem sententię. Adde pro materia cōsti. curię. 1585. c. 13. & 53.

a. Admittendam. de hac materia. Ozasc. decis. 25. & decis. 131. num. Capic. decis. 34. nat. consi. 566.

b. Canonistarum. Guid. Pap. singu. 356. c. 53. tit. de executio de sententias.

CAP. 33.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur ad regiam audiētiam a sententia consiliariorum Barchinonæ lata in causa appellationis sententiæ administratorum de les places.*

2 *Appellari bis regulariter potest.*

1 APpellatio interposita a sententia lata per consiliarios ciuitatis Barcinone in causa appellationis interpositę a sententia lata per administratores del Pallol, siue deles plasses admitti solet per regiam audientiā.

Ita fuit obseruatum in causa quę vertebatur inter Petrum Miro Barcinone & T. Villę Berge. anno. 1549. Relatori fuit Beroardus Vilana, scriba Rouira, & pro eo Pellicer, & in eo processu dū eram aduocatus exhibui aliud exēplar, vt reperio notatū in meo primo libro exemplarium.

2 De iure est clarum, quia regulariter quilibet potest bis appellare nisi aliter expresse esset phibitū, vt in l. vn. C. ne liceat in vna eadēq; causa tertio prouocare

c, tua nos de appel. & quando seu in qui bus casibus in Cathalonia non possit appellari nisi semel, vide per Tho. Mier. in constitutio. Item quod omnis vicarius, & subuicarius n. 14. & 15. col. 4. fo. 55. & ibi est vnus casus fallen.

CAP. 34.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest a sententia alimentorũ.*
2 *Executio sententiæ alimentorum an fiat non obstante appellatione.*

1 An a sententia alimentorũ appellari possit tractat sat bene Thomas Mieres in cap. pars appellata numero. 20. collatione. 6. volumine. 1. fol. 21. & tradit argumenta pro, & contra, & etiam ponit an fieri possit executio non obstante appellatione, & pro concordia distinguit, vt ibi per ista. & docto. quæ & quos allegat. Attamen pro obseruantia regię audientię, vide infra in verbo executio prouisionis alimentorum vbi habetur quod a prouisione alimentorũ in regia audientia facta supplicatur, fortius ergo dicendum est, quod a prouisione seu sententia inferioris appellari potest argumento a fortiori. quod argumentandi genus in iure validissimum, & fortissimum est, vt per Euerar. in loco a minori seu a fortiori. 65. fol. 446.

2 An tamen executio sententię inferioris super alimentis fieri possit non obstante appellatione, non recordor vidisse, & dubito quod executio prouisionis, seu sententię alimentorum per inferiorem factę, vel latę fieri possit quamuis prouisionis regię audientię executio fieri possit, fortior enim, & efficacior est Regia sententia quàm inferioris, nam omnis sententia regia quamuis ab ea supplicetur executionem regulariter habet pręstita cautione, & nimirum, quia per viã supplicationis, & sic de gratia condemnatus auditur; & idem est de prouisione regia alimentorum, quia habet vim diffinitiuę quo ad executionem, vt dicitur infra in verbo, executio prouisionis alimentorum quod secus est in sententia iudicis inferioris a qua ex quocunq; grauamine regulariter appellatio admittitur signanter de iure canonico secundum quod prius in Cathalonia, & eo deffitiente secundum ius ciuile iudicatur, vt in prohemio primę partis huius instituti relatum fuit, & in hac 3. par. c. 20. & seq. & propterea non valet argumentum de sententia regia ad sententiã iudicis inferioris, quia rationes militantes in sententia regia non procedunt in sententia iudicis inferioris, & valet argumentum a cessatione rationis Euerar. in loco 85. a cessatione rationis. fol. 525.

CAP. 35.

SVMMARIVM.

1 *Quas causas appellationum interpositarũ a sententijs dominorum directorum admittat regia audientia.*

1 Causas secundarum appellationum interpositas a iudice assignato per dominum directũ suis terratenentibus consueuit regia audientia admittere etiam sine qualitate causas vero primę appellationis non sine qualitate, vt latius relatum fuit supra in prima parte in obseruantia xvij. incipiente causa capibreuiationis.

CAP. 36.

SVMMARIVM.

1 *Causæ feudales secundarum appellationum admittuntur sine qualitate.*

1 Secundarum appellationum causas feudales admittere consueuit Regia Audientia sine qualitate licet non causas primę appellationis etiam cum qualitate, nisi vno casu de quibus dic vt supra in prima parte in

in obseruantia.19.incipiente, causas feu dales non solent.& obseruantia 20.incipiente, causas feudales primæ appellationis.

CAP. 37.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab executione pœnarum conuentionalium facta ratione fractionis treugarum admittitur.*

1 Appellatio a prouisione executionis pœnarum pecuniariarum conuentionalium facta ratione fractionis treugarum admittitur: quia cum dicta pœna sit conuentionalis, & debeatur ex conuentione facta in instrumento treugarum fuit reputata ciuilis per vtramque aulam Regiæ Audientiæ.

Ita fuit determinatum per vtramque aulam in causa appellationis interpositæ per T.Spigol clericum villæ Tarregæ a prouisione executionis cōtra eum per baiulum villę Tarregę facta. Nam cum in causa contentionis clericatus dicti Spigol ratione treugarum fractarū (vt asserebatur) per dictum Spigol, esset declaratum executionem dictarum pœnarum pecuniariarū pertinere ad baiulum secularem Tarregę: & cognitionem delicti seu punitionis corporalis pertinere ad iudicem ecclesiasticum Tarregę. Et postea baiulus processit ad executionem dictarum pœnarum, & cum per dictum Spigol fuisset appellatum ad regiam audientiam ciuilem, fuit determinatum in vtraque aula regij consilij ciuilis, quod dicta appellatio erat admittenda non obstante quod diceretur in oppositum, quod causa criminalis nō poterat euocari, & ista causa dictarum pœnarum descendebat ex delicto, quia dicta causa pœnarum fuit reputata ciuilis ex eo, quia erat conuentionalis, & debebatur ex conuentione facta in instrumento treugarum.

CAP. 38.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an & quando possit ab executione pensionum censualium & violariorum.*
2 *Primus casus in quibus in tali casu licet appellari.*
3 *Secundus casus.*
4 *Equalitas in iudicijs est seruanda.*
5 *Ab executione an appelletur.*

1 Appellari non potest ab executione pensionum censualium, & violariorum, nisi quando per officialem exequentem non fuerit seruata forma cōstitutionis & in casibus per constitutiones expressatis, non tamen propter dictam appellationem impeditur executio modis contentis in constitutio. mes auant per maior declaratio, & in alijs forsan constitutionibus in titulo de censals y violaris, e executio de aquells.114.

2 Probantur prędicta per constitutionem declarants in titulo de censals y violaris, e executio de aquells fol. 136. cuius tenor est, vt sequitur: Declarants mes auant que contra la executio fahedora par lo official executant a instantia del censalista, o violarista no puga esser feta appellatio ne agut algun recors a qualseuol altre official, ne encara a nos, o successors nostres, sino en los casos damunt expressats, com tota executio procehint de contracte de censal, o violari degue esser prompta, seruāt emperò lo dit official executant la forma de la present constitutio.

2 Casus in constitutionibus pręcedentibus expressati in quibus potest appellari, & quos pro nunc reperio sunt in constitutione 5. illius tituli, quę incipit: Mes auan per millor declaratio, & sunt duo primus est quando super apposita exceptione falsitatis, violentię, timoris, nullitatis, pręscriptionis, aut compensationis fuerit declaratum summariè illas habere locū: tunc poterit creditor a tali

 declaratione

declaratione appellare, attamen dicto casu pensiones per creditorem petitę deponi debent, & leuari nequeunt donec dicta causa finalem conclusionem habuerit. vt expresse disponit dicta constitutio, mes auant per maior declaratio col.3.versi. La hon empero sien estades declarades auer lloch per summaria, la qual sia suspensa per appellatio.

3 Secundus casus est quando fuit declaratum dictas exceptiones non habere locum, nam tunc debitor poterit appellare. hoc vult dicta constitutio, mes auant per maior declaratio col 4. circa medium in versi. E encara los sie conseruat tot dret, a contrario sensu, quòd argumentum fortissimum est in iure, vt latè tradit Euerar. de modo argumentandi in loco a contrario sensu. 4. dicit enim E encara los sie conseruat tot dret a ells pertanyent en qualseuol manera sobre les dites exceptions, tro a tant sie declarat les dites exceptions no hauer lloch per summaria passada en cosa jutjada, e en tal cars ço es quant sera pronuntiat les dites exceptions no hauer lloch, e la summaria sera passada en cosa jutjada, puxa esser feta executio en totes les dites pensions degudes. ergo si dicta declaratio summaria non fuerit transacta in rem iudicatam: non poterit fieri executio. & si dicta declaratio non transiuerit in rem iudicatam, ergo ab illa appellari poterit, & ita intelligendo seruatur æqualitas inter creditorem & debitorem: nam si creditor potest a summaria appellare: iustū etiam erit, quod debitor a summaria cōtra eum lata possit appellare, vt inter eos seruetur ęqualitas, quæ maximè in iudicijs seruari debet cap. in iudicijs. & ibi Dyn de regulis

4 iuris in 6. licet ibi quandam faciat distinctionem. Nunc superest videre verba finalia dictæ constitutionis. Declarants, ibi seruant empero lo dit official la forma dela present constitutio, quam intelligentiam de iure, & quam in practica habuerunt, atque ita an posit, vel debeat appellari, & si appellatum fuerit an posit fieri inhibitio iudici primitiuo per regiam audientiam: tepetio Thom. Mier. in dict. cōstitutione, super illo verbo, la forma, dicentem, quod id quod fit contra ipsam formam videtur nullum ipso iure, est tamen per aliam constitutionem necesse appellare. Item quòd ab executione non appellatur nisi forma, seu modus in executione excedatur, vt in l. ab executore ff. de appella. hæc ipse Mier. Hieron. Dalmau in suis exempl. lati. in verbo appellatio, & incipit 25. Octob. 1527. refert quòd dicto die 25. Octob. 1527. in facto viduę Valls, & Elisabetis eius filiæ ex vna, & T. Canyllar Dertusæ partibus ex altera, facto verbo per Franciscum de Vallesica in vtraque aula fuit visum quod si euocetur aliqua causa appellationis interpositæ in causa executionis censualis & dicatur in appellatione contrafactum esse constitutionibus censualium, quod appellatio admittatur, & fiat simpliciter inhibitū iudici primitiuo. si vero non dicatur in appellatione esse contrafactum constitutionibus censualium, quod tunc etiā admittatur appellatio, sed non fit inhibitio iudici primitiuo saltem simpliciter sed sic vt non impediatur executio pēsionum censualium &c. adeo quod iudex primitiuus posset libere in causa procedere interim dum examinabātur merita causæ appellationis, & quod ita fuit declaratum, & quod est verum fuisse a dicta declaratione supplicatum, sed ex alio capite, seu propter alia prætensa grauamina fuit dicta declaratio infirmata, itaque remanet dicta decisio supra relata, circa inhibitionem firma & valida. Hæc ipse Dalmau, & ita inconcusse in omnibus literis citatorijs quarumcunque euocationum ad Regiam Audientiam, ponitur dicta claulula dum modo non impediatur executio pensionum censualium, iuxta constit. anni. 1547. ca. 2. in fi.

6 Quamuis de iure constitutionū profecto (ni fallor) non potest appellari, & proinde nec appellatio admitti, nisi in dictis tribus casibus sed de facto omnes appellationes admittuntur, propterea quia

quia merita causę primitiue sciri saltem de facili, & sine magnis expensis nō pos sunt, & per dictam clausulam dummodo non impediatur executio &c. est pro usum indemnitati creditoris & etiam in effectu obseruantiæ dictorum constitutionum prohibentium appellationē extra dictos tres casus.

a. Fol. 114. in noua vero compil. fol. 426.
b. Fol. 136. in nou. compil. fol. 432.
c. Cap. 2. & in ordi. 11. tit. de euo. de cau.

CAP. 39.

Sententia lata in causa appellationis interpositę ab interlocutoria, regulatur vt interlocutoria, & qui sint effectus.

Vide in verbo sententia c. incipiente Sententia in causa appellationis.

CAP. 40.

SVMMARIVM.

1 Appelatio a taxatione medelarum an admittatur in regia audientia.

1 Appellationem a taxatione medelarum in ciuitate Barcino. per proceres apothecariorum facta in vim priuilegij xxviij. Augusti, M D X. per regem Ferdinandum concessi consueuit regia audientia non admittere, nisi propter formam dicti priuilegij non seruatam appellatum fuerit. appellationem tamen interpositam a sententia condemnatoria per vicarium Barcino. vel alium iudicem latā super executione dictæ taxationis admittere consueuit: & idem dicendum est de appellatione a sententia absolutoria.

Ita inconcusse hodie obseruatur, & secundum dictam distinctionem intelligi debet quod refert dictus Hier. Dalmau in verbo appellari in ca. incipien. Appellari vide quæ notaui. So.

CAP. 41.

SVMMARIVM.

1 Appellatio a sententia lata per dominū Castri admittitur in regia audientiā cum qualitate.
2 Appellationes sunt dominorum Castrorum.
3 Appellationum tempora an possint instaurari per dominum regem.

1 Appellationem interpositam per subditum a sententia lata per dominum castri, non admittit regia audientia sine qualitate, sed illam cum qualitate admittere obseruat.

2 Ratio quare regia audientia non admittit appellationem a sententia latā per dominum castri, sine qualitate, est quia appellationes sunt domini castri in quo habet iurisdictionem, & non superioris ipsius domini, vt per Thomam Mier. in constitut. pars appellata nume. 9. colla. 6. in a. parte fol. 21. dicentem ita fuisse iudicatum sepius per glo. in vsat. de omnibus namque communibus su. per verbo iudicia, & per alia iura. Sed admittit, & euocat tales causas appellationum prætextu alicuius qualitatis, vt dixi supra in prim. parte cap. 31. Quod hodie per const. curiæ anni M D. xxxv. a cap. xiij. intelligi debet de causis appellationum maiorum x. ll. qui per d. constit. causæ appellationum minores x. ll. non possunt euocari.

3 Et pro materia vide eundem Mier. ibidem nu. 7. tenentem, quod tempora appellationum non possunt instaurari per regem, sed ex causa potest succurri per beneficium restitutionis in integrū allegat multa iura, & docto. & inter cæteros Cali. in Mag. fis viij dubio prærogatiua. 01. & ponit etiam quid si procurator non appellat, an & quando domino imputatur vel possit restitui.

a. Cap. xiij. & 12. in ordi. titu. de euoca. de causes.

CAP.

CAP. 42.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio a sententia lata per Capitaneum guerræ admittitur in regia audientia.*
2 *Appellandi est vsus frequens ac necessarius.*
3 *Rex in Cathalonia est immediatus superior Capitanei generalis.*
4 *Iurisdictiones sunt apud principem a quo tanquam a flumine fluunt.*
5 *Rex extra Cathaloniam an possit cognoscere de causis appellationum a Capitaneo generali.*

1 Appellationes interpositas à sententijs per capitaneum generalem guerræ latis admittere consueuit Regia Audientia, quod quibusdam casibus exceptis intelligi debet.

Ita fuit obseruatum in causa appellationis interpositæ a sententia per Marchionem de Aguilar, vt capitaneum generalem guerræ lata inter Petrum Saluador capitaneum vnius nauijs ex vna, & sindicum de Parafiugell qui nominabatur Carretes partibus ex altera, fuit appellatum ad locumtenentem generalem, & causa fuit commissa Francisco de Vallesica doctori regiæ audientiç in posse T. regij mandati scribæ, & pro eo Bernardi laner not.

Idem in causa appellationis inter Ludouicum Testa ex vna, & don Seraphinum de Centelles & Carros capitaneũ vnius tyremis, & locumtenentem capitanei generalis tyriemium: & post obitum illius domnam Ypolitam illius vxorem vt tenentem & possidentem bona dicti don Seraphini &c. & vt tutricem don Ioachimi de Sentelles filij dic totum coniugum ratione cuiusdam galeoni dicti Testa capti per dictum don Seraphinum iure belli, vt ipse prætendebat & fisci procuratorem capitaniç generalis, nec non contra Franciscum Serrati vt sequestratorem mercium quæ erant in dicto galeono seu naul. erat scriba mandati Philippus Mas, & pro eo Pellicer not. fuit in dicta appellationis causa lata sententia refferente Stephano Riusec tunc doctore regiæ audientiæ die.1.Febr.1361. Et postea ad mei Michaelis Ferrer. relationem facta fuit liquidatio dictarum sententiarum præcedente conclusione.13.Iunij.1565. in qua interfuerunt regens cancella. Franciscus Montaner, Barnabas Serra, Michael Ferrer, Antonius Ros, & Antonius Nagrell.

Idem fuit obseruatum in causa appellationis interpositæ per Elizabethē Tornera.29 Ianuarij 1565. a sententia lata per capitaneum generalē & seu per Delpas & Rello assessores capitanei generalis in fauorem Alfonsi Peres de Penyalosa bastimenterij, & Didaci, siue Diego Ballesteros maiordoms operum Perpiniani, & contra dictam Tornera, vt hæredem Francisci Dauila quōdam vehedor dictorum operum, & in ea appellatione etiam dictum fuit de nullitate, quia dicta Tornera erat prouincialis, & propterea prætendebat quod conueniri coram capitaneo non poterat &c. Decretatio facta fuit per regentem cancellariam vt sequitur. Cōstito de appellatione magnificus. Antonius Nagrell audiat, colligat, & reffirat, & super intermedijs, & alijs debitè prouideat, prouisa per Franc. Montaner Regentem Cancella. vj. Februarij.1565. prouisio facta per dictum Nagrell. Recepta &c. dicto die con. co. quia constat de appellatione: fiant litteræ citatoriæ & inhibitoriç seruatis constitutionibus.

Nagrell.

Est processus in posse Bernardi Macip regij mandati scribæ, & pro eo Benedicti Ferrer not. Comparuerunt partes, & fuit denunciatus processus, & lata sententia refferente dicto Nagrell.29. Octobris.1566. & in ea fuit declaratum, ꝙ dicta Tornera cōueniri non poterat coram capitaneo generali, & quod propterea sententia in capitania generali lata erat nulla, veruntamen quia partes intrauerant

intraverant merita causæ, fuit in illa declaratum con lemnaudo dictam Torneram, & quia dicta Tornera supplicaverat a dicta regia sententia dictus Peny sic præstitit cautionem solitam, & petijt executionem, & dicta executio commissa fuit more solito, & denique 5. Decembris. 1566. fuit prouisa executio dando certam formam. Aduertatur quoad dictam exceptionem fori declinatoriam, quia forsan dicta Tornera opposuit quod nō erat hæres, vel aliam similem exceptionē vt ad relationē magni. Michaelis Cordelles opposuit in alia causa (quæ nunc pendet per supplicationem) Michael. Sarriera, qui vt hæres Antichi Sarriera contentus fuit coram Capitaneo generali pro quibusdam cossalets, & alijs munitionibus armorum quæ dictus Antichus Sarriera, vt capitaneus receperat, alias esset contra tex. in l. hæres absens in prin. ff. de iudi. vbi pro intelligentia illius tex. videatur Pau. de Castr. inter cæteros docto.

Item fuit seruatum in causa appellationis interpositæ a sententia per capitaneum generalem lata inter Petrū Reuxifo de Vega, & Ioannem Stella est relator magnificus Font Pastor, & in causa supplicationis a quadam prouisione per dictum Font, facta interpositæ: est relator magnificus Petrus Balle. fuit lata sententia 12. Nouemb. 579.

Idem fuit obseruatum in causa appellationis interpositę per Petrum Cassador a sententia contra eum, & in fauorem fisci capitaniæ, ad relationem Ioannis Sunyer, & postea Hadriani Villana in posse dicti Philippi Mas, & pro eo Monserrat Puig lata.

Idem fuit obseruatum in causa Petri Ferreres refferente Ioanne Sunyer, & postea Lobregat in posse dicti Philippi Mas, & pro eo dicti Puig, & in alijs pluribus appellationum causis quas breuitatis causa referente ommitto.

2 Hæc obseruantia fundari potuit, quia appellandi vsus quam sit frequens quamque necessarius, nemo est qui nesciat. vt inquit tex. in vulga. l. 1. in prin. ff. de appella. & ideo milites appellant per tex. expresse in milite loquentem in l. qui suspectum versic. militibus ff. de appella. vbi dicit textus, militibus appellandi tempora non remittuntur: & vitij si non prouocauerint, & solemnia fecerint postea non audiuntur, & Paris de Puteo in tract. de re militari lib. xj §. modo quæritur nu. 3. vol. 12. fol. 166. inquid quod si pronunciat aliquis dux exercitus, vel capitaneus armorum, vel magnus contestabulus alias conestabulus tunc appellatur, quia illi sunt officiales imperij, & regum l. officium regentis exercitum ff. de re milita. & appellabitur ad eorum superiorem per tex. in l. imperatores ff. de appellat. Et in hac nostra

3 Cathalonia immediatus superior capitanei generalis est dominus rex, qui illum capitaneum generalem expresse cōstituit, & ideo ad eum tanquam superiorem appellatur, & appellare consueuit, ratio fundamentalis est, quia vt inquit Calic. in sua Margarita fisci viij. dubio prærogatiua ccxij. princeps est iudex iudicum, per multa iura quæ allegat, & in prærogatiua ccxiij. dicit quod iurisdictiones sunt apud principem, tanquam

4 apud fontem, a quo fluunt, & refluunt, ita quod ab eo per concessiones, & cōmissiones, & confirmationes fluunt, sed ad eum per appellationes refluunt, vt in auten. qua in prouincia C. vbi de crimine agi o por. & etiam per nullitates, & querelas. vt in l. accusatoribus, & l. absentem. C. de accusatio. dicit insuper, quod dominus Rex non potest de illis extra Cathaloniam cognoscere, sed debet illas in Cathalonia committere, vt in cōstitutio. Item que totes les causes que sien de Cathalunya, & constitutio. Item que les causes de la Veguería, in titulo de iurisdictio de tots jutges, e de for cōpetent. & idem tenet Mier. in proxime dicta constitutio. Item que les causes de la Veguería nume. 3. collatio. 2. fol 11. Si tamen in Cathalonia est locumtenens generalis regiæ Maiegestatis: tunc ipse locumtenens (eo quia repræsentat dominum regē, & vt alter nos exercet regalias

galias domini regis:)cognoscit de dictis
causis appellationum pro quibus vide
Thom. Mier. in ca. Item per tolre vexa-
tions numer. 6. collatio. 10 fol. 50. & ita
fuit responsum anno M. D liij. assessori-
bus capitanei generalis qui prætende-
bant de dictis causis appellationum do
5 minum regem extra Cathaloniam cog
noscere posse, & erat magnus error, &
contra dictas, & alias constitu. Nec his
obstat dicere, quod in factis & negotijs
guerræ capitaneus guerræ plenam ha-
bet potestatem & iurisdictionem, & quod
propterea non est appellandum ad pro
regem siue ad locumtenentem genera-
lem domini regis, quia non appellatur
ad parem, sed superiorem. Nam respon.
quod quamuis capitaneus guerræ in fa-
ctis & negotijs guerræ plenam potesta-
tem habeat; nihilominus tamen subest
habenti vniuersalem iurisdictionem, &
sic subest locumtenenti generali domi-
ni regis in Cathalonia ratione vniuersa
lis iurisdictionis per textu notabilem in
l. 1. C. de officio præfecti vrbis, & ibi Sa
li. cuius declarationem dicit esse com-
munem. Pau. de Cast. in l. cum prætor.
ff. de iudi. & per tex. in l. fi. C. de iurisdi-
ctio. omnium iudi. & ita intellexit Caro
lus imperator, & rex indelebilis memo-
riæ in epistola sua directa Guillermo de
Recondolf capitaneo guerræ quæ data
fuit in ciuitate Toleti. viij. Octobr. 1525.
& serenissima infantissa Ioanna quæ
vocabatur Princessa de Portugal in epi
stola Marchioni de Tarifa tunc locum
tenenti generali Cathaloniæ directa, &
data Valentiæ xj. Iunij. 1555. quas episto
las inserui in repilogatione potestatis
capitanei generalis in Cathalonia vbi
in §. Adde quod quando princeps est
præsens in castris; hic articulus latius
traditur, & potest exemplificari in for-
tioribus terminis scilicet in omnibus vi
carijs regijs Cathaloniæ, qui quantum-
cunque habeant plenam iurisdictionem
in omnibus causis, & negotijs ciuilibus
& criminalibus, attamen nihilominus
de illis poterit locumtenens generalis
cognoscere si præsens est, & dicti vica-
rij sub sunt locumtenenti generali, & a
sententijs latis per vicarios appellatur
ad locumtenentem generalem vehemē
tem vniuersalem iurisdictionem.

Adde pro complemento & tollendo
omni dubio circa prædicta declaratio-
nem factam per Reuerendum Regium
Cancellarium xxiij. Augusti. M. D lv.
Nam cum Ioanni Sunyer quondā tunc
doctori regiæ audie. esset commissa cau
sa appellationis per Per. Cassador a sen
tentia lata per capitaneum generalem
contra d. Cassador, & in fauorem procu
ratoris fiscalis capitaniæ: dictus Sunyer
prouidit inhibitionē fieri capitaneo ge-
nerali: dictus procurator fiscalis nomi-
ne Ioannes Yuanyes requisiuit dictum
Sunyer reuocaret dictam inhibitionem
tanquam factam contra constitutiones
Cathaloniæ, & alia iura patriæ, præten-
dendo quod a sententia capitanei appel
lari vel recurri non poterat, de quo di-
ctus Sunyer dubium fecit in regia au-
dientia iux. constit. poc valdrie colu. v.
versi. Entes empero, in titu. de obseruar
consti. fol. 28. & tandem dictus Regius
Cancellarius declarauit notabiliter, dic
tum Sunyer constitutionibus Cathalo
niæ, & alijs iuribus patriæ non contrafe-
cisse, & dictæ requisitioni locum non es-
se. Originale dict. declarationis manu
Mathiæ Sorribes tunc Cancellarij regij,
est in posse Michaelis Amat regij man
dati scribæ, & est tenoris sequentis.

xxiij. Augusti. 1555. eo. eo. visa supplica
tione oblata per mag. Ioannem Sunyer
doctorem Regij consilij in qua fecit du
bium super requisitione eidem præsen-
tata per Ioannem Yuanyes assertū pro-
curatorem fiscalem capitaniæ generalis
continente in effectu quatenus reuoca
ret cassaret, & anullaret inhibitionem
per eum prouisam in causa appellatio-
nis seu recursus per Petrum Cassador
militem interpositis a sententia contra
eum, & in fauorem procuratoris fiscalis
dictæ capitaniæ generalis lata per tunc
Illust. capitaneum generalem ad relatio
nem Raphaelis Ioannis Torroella le-
gum doctoris assessoris dictæ capitaniæ
in

In regia audientia per dictum Cassador introducta, & per Locumtenentem generalem dicto Sunyer commissa prætendendo dictam inhibitionem fuisse factam contra constitutiones Cathaloniæ, & alia iura patriæ cum vt prætenditur a dicto capitaneo generall & seu a sententijs per eum promulgatis, iuxta plurimas decisiones, & doctrinas appellari, seu recurri nõ posse, visa comissione facta Mathiæ Sorribes cancella. Regio, & prouisione, & intimatione eiusdem, & requisitione dicto Sunyer per dictum Yuanyes præsentata, visa prouisione facta per dictum Sunyer in dicta causa appellationis die decimo Iunij. M D liij. in qua prouidet præcedente comissione eidem ex deliberatione Regiæ audientiæ facta, quod constito de appellatione audiat, colligat, & referat, & super intermedijs, & alijs debitè prouideat, quod fieret cartellum citatorium & inhibitorium cum clausula quod lite pendente nihil innouetur, viso processu coram eo inter dictas partes ducto, visis videndis facta relatione in Regia Audientia per dictum Reuerendum Cancella. præstitoque iuramento per omnes doctores eiusdem iuxta formam constitutionis insequendo conclusionem in eadem regia audientia factam prouidet pronunciat, & declarat requisitioni prædictæ locum non esse, & dictum Sunyer constitutionibus Cathaloniæ & alijs iuribus patriæ non contrafecisse. Sorribes Cancella.

Et dum in ista obseruantia dicitur in effectu illam intelligi debere quibusdã casibus exceptis: ideo dictum fuit, quia non admittitur appellatio in casibus l. desertorem versic. qui seductionem. ff. de re milita. & l. constitutiones. ff. de appellationibus, vbi dicit tex. constitutiones quæ de recipiendis necne appellationibus loquuntur vt nihil noui fiat: locum non habent in eorũ personas quos damnatos statim puniri publicè interest. & idem dicendum est de alijs similibus casibus.

CAP. 43.

SVMMARIVM.

1 *Apprisia portatur expensis petentis in sesibus* ...

1 Apprisia quod sit portanda expensis petentis illam portari ad impugnandum de falso, aut alias exemplũ, vel instrumentum originale productum: obseruat Regia Audientia dummodo tale instrumentum sit in forma probandi.

De materia ista tractatur principaliter in l. fi. C. de fid. instru. & alijs locis, & doctores sunt in aliquibus varij, & in hoc contrarij de directo, & inter cæteros tractatur per Bar. Bal. Ang. & Pau. de Cast. in d. l. fi. & per Bar. in l. 2. in fin. prin. ff. quemad. testa. aperiantur, & in l. publicari. C. de test. Bal. in l. fi. C. de edendo capastum in decis. 40. Ioan. Petri de Ferra. in sua practica. in forma opponendi contra instrumentum numero 6. fol. 73. cuius Ferrarien. opinio recepta fuit per nostram Regiam audientiam, vt sequitur, vidi enim quod die. 27. Augusti, 1513. in causa vertente inter Francinam Solana villæ Solsonæ, & Ioannem Cuberes de Organya, ad relationem T. Vbach regij consilij eum fuisset productum translatum & per alteram partem peteretur aptisiam portari: fuit prouisum quod aptisia portaretur expensis petentis erat processus in posse Fogasſot, & Bellicen. & postea meis temporibus in posse Philippi Mas scribæ mandati, & pro eo T. Godina.

Amplius vidi declaratum die T. in posse eorundem scribarum ad relationem T. Botella, & Iorda doctorum Regij consilij inter sindicum Maioricarũ, & nobilem Stephaniam de Pinos, quod aptisia defferretur per partem illã portari petentem. & fuit a dicta prouisione supplicatum in causa supplicationis dicta prouisio confirmata fuit ad relationem T. Coll qui postea meis temporibus fuit vicecancellarius regius.

Et id secuti sumus in regia sententia.

tia 28. Octobris. 1555. lata ad relationem magnifici Francisci Montaner, tunc Regentis regiam cancellariam & magnifici Francisci de Vallesica in causa quę vertebatur super Vicecommittatibus de Illa, & de Canet. inter don Petrum de Pinos & vicecomitem de Euol, ac baronē de la Lacuna, in posse Antonij Ioannis Ferran regij mandati scribæ in qua causa facta fuit non modica discussio & vt dixi recepta fuit opinio Ioānis Petri de Ferrarijs in forma opponendi contra instrumentū n. 6. fol. 73. tanquam equior, & tex. in d. l. fi. C. de fide. instru. non loquitur in terminis huius obseruātię, sed quando ille qui in iudicio produxit aliquod instrumentum & post insertionē illius in actis recuperauit illud & postea pars contra quam fuit productum petit iterum illud exhiberi, quia intēdit illud de falso arguere, quod probant verba illius. tex. in d. l. fi. C. de fid. instrumentorum ibi, tunc necessitatem imponi ei qui protulit cartam de qua quæritur iterum eam apud iudicem criminis proferre ponderando illud verbum: iterum & ita illum tex. intelligit c. in d. decisione. 40. dicens per hæc verba ex quo patet textum illum intelligi de scriptura quę esset apud partem non de ea quę esset apud partem non de ea quę esset apud notarium. & Bal. in l. fi n. 14. C. de eden. ponit exemplum quando prothocollum est penes producentem originale & sic posset intelligi. idem Bal. in l. fi. n. 1. versi. & nota primo. C. de fide. instr. vt euitetur contrarietas. Nos tamen commissa disputatione & inuestigatione quæ dictarum opinionum sit verior sequi tenemur dictam regiam obseruātiam per ea quæ supra tā in prohemio primæ partis deducta fuerunt, quam in alijs locis, & signanter in tertia parte in obseruantia. 13. incipiē. Alimenta vxori per maritum circa finem versi. Sed etiā sufficere tibi debet q̄ reg. audientia. Cathaloniæ recepetit dictum intellectum.

Præterea reperio ita etiam obseruatum fuisse ad relationē Stephani Puig. facto verbo in reg. audien. inter Berengarium Cornet Barci. & Stephanū Sarradell Perpiniani in qua causa fuerat ꝓductum per vnam partem publicum instrumentum & per aliam deducebatur se velle instrumentum de falso impugnare. erat processus in posse Philippi Mas scribæ mandati, & pro eo Puig. no.

Et nouissime in causa vertente inter spectabiles vicecomites de Euol. & Caneto, ac nobilem baronem de la Lacuna super vironijs de Pinos ad relationem magnifici Antonijs Ros regiæ audientiæ doctoris sequendo audientiam spectabilis gerentis vices gubernatoris Cathaloniæ: pars dicti de Euol. 4. Augu. 1579. produxit instrumentum cujusdā conuentionis, & post aliquas deductiones pro parte prędictorum Vicecomitis de Caneto, & baronis de la Lacuna contra dictum instrumentum impugnādo illud de falso: dictus vicecomes de Caneto 26. Nouem. 579 petijt q̄ mandaretur prædicto Vicecomiti de Euol, qui produxerat dictū instrumentū concordiæ: exhiberet aprisiam dictæ assertę concordiæ. Et demq, post multa actitata pars vicecomitis de Euol. 18. Decēb. eiusdē anni. 1579 supplicauit q̄ secretè, & nō intimato, nec notificato parti contrariæ prouideretur q̄ aliquis officialis secrete se conferret ad villam Perpiniani, & quo oporteret, & ad eius manus aprehenderet libros notularum & aprisiarum Ioannis Ballero, &c. Et per dictū mag. relatorem facto verbo in regia audientia fuit prouisum, quod aliquis ex regijs officialibus per dict. gerentem vices guber. nominandus (expensis pro tunc dicti vicecomitis de Euol petentis:) Accederet ad villam Perpiniani ꝓ recuperandis, & habendis dictis libris aprisiarum & notularum Ioannis Ballero, ab anno. 1423. vsq; ad annum. 1427. &c. erat scriba Bas, & pro eo Marcia.

CAP. 44.

SVMMARIVM.

1 Vidnis quæ soleant adiudicari per regiam audientiam.

Referuntur

2 *Referuntur plures opiniones doctorum circa adiudicationem vestium viduis.*
3 *Quae opinio in regia audientia obseruetur.*
4 *Circa vestes lugubres quid obseruetur.*
5 *Quando mulier premoritur marito an maritus possit retinere vestes quas fecit vxori.*
6 *Vestes lugubres dātur viduis, conficienti bus inuentarium.*
7 *Circa Arras quid obseruet regia audientia.*
8 *Donatio facta per sponsum sponsae de his quae sunt necessaria ad contrahendum matrimonium valida est.*
9 *Arra de consuetudine licet nō alias de iure sunt necessariae ad contrahendum.*
10 *Arrae dantur in praemium virginatis ac pudicitiae.*
11 *Iocale vnum de mediocribus adiudicatur viduae in regia audientia.*
12 *Media via eligenda.*

1 ARre & vestes vsuales quotidianae, & lugubres, ac vnum de iocalibus auri mediocribus adiudicari solent per regiam audientiam viduis vxoribus.

2 In materia huius obseruantiae sunt septem, vel octo opiniones doctorum, quarum tres quę fuerunt vsque ad tempus Bartoli refert ipse Bart.in l. penul. §. seruus vxoris nu.2.& seq.ff solu.matrimo.Sali.notabiliter in l.sicut nu.5.C. de dona.inter vir. & vxor.Et dictarum trium opinionum duae sunt de directo contrariae.prima est quod vxor lucratur vestes quasi vir videatur donasse, & donatio morte confirmatur. Secunda fuit Dini qui dixit, quod istae vestes non videntur donati, quia maritus tenetur alere vxorem, & appellatione victus continetur vestimentā. Cum ergo necesse habeat dare vestimenta, non videtur donare: quia nemo in necessitatibus liberalis existit, istam reprobat.Bar. per rationes quas allegat. Tertia opinio est, quod vestes quotidianae quas maritus tenetur dare vxori:statim efficiantur vxoris, & sic sine dubio pertinēt ad hęredes mulieris. Vestes vero pręciosae non efficiūtur mulieris, nec vir videtur donare animo donādi, sed propter seipsum facit, vt vxor sua magis ornata vadat, per multa iura quae allegat, & dicit Bar.ibi ꝙ hoc sibi placet, & pluries consulit & ita etiam tenet ibi apostillator ad Bar.in verbo pluties cōsului, in magna apostilla vbi allegat multos doctores ita tenētes, & inter caeteros Ludo. Roma.cōsi.146. & dicit opinionē Bar. esse cōmunē scilicet, ꝙ vestes quotidianae sunt vxoris praeciose & festiue sunt haeredis viri & idē tenet ipse Bar.in l.si v-susfructus.§. dos in glo.si.ff.ad l. fal. & In l.ex animo. & in l.si mulier §. si vir de dona.inter. vir.& vxor.& in pluribus aliis locis, Idē tenet Sali.in d.l.sicut. nu. 5.C.de dona. inter vir.& vxorē. Idem declarauit cōsil.Neap.tribus vicibus, vt inquit Matheus de Afflictis in deci.315. idē tenet Palatios ruuios in rubrica de do.inter vir.& vxo.§.12.& 13.quē latius infra referā.in hac opinione videtur inclinare Mier.in cōsti.hac nostra nu. 68. vsq.ad 71.colla.6.vo.1.fol.149.alias 50 & inter alia allegat can.de Corneio. in quaestio.suis Rub.de extraordi. q.8.Ad de Luc.de Pen.in l.si.C.de inco.lib. 10. C.licet Iacob.Marquil.in vsa.vidua ver. quaero nūquid solu.matrimon.fol. 372. col. post argumenta ab vtraq.parte:dicat vidisse seruari, ꝙ vxori restituit vestes hęredibus mariti: & non distinguit, nec dicit esse distinguendū inter quotidianas, & festiuas, & inter viles & pretiosas.Reliquas opiniones reffert Ioan. Campezii.in tract. de dote in rubrica incipien. tracta. de exactione dotis, & cōmodo vel incommodo,&c. quęst. 55.fol.130.quas breuitatis causa non in specie refero. illas ibi videre poteris. Ideo vtile erit scire quae ex dictis tot cōtrariis & variis, respectiue, doctorū opinionibus:recepta fuit per regiam audiētiam Carhalonię, vt deinceps super certo per aduocatos procedatur, & per ius dicentes vniformiter iudicetur, & per consiliarios, & assessores consilium prębeatur

beatur. Et proinde (eo scito) poterit sole clarius (vt ita loquar) perpendi quanta sit vtilitatis, & tranquillitatis in communi & particulari: tam quo ad aduocatos, & ius dicentes: quã quo ad litigantes hoc institutũ, & hic labor, de quo aliquid dixi supra in dicta obseruan. 13.

Sciendũ igitur est dictam Bar. opinionẽ in d. l. penul. §. seruus vxoris nu. 2. ff. solu. matrimonio receptã fuisse per regiam audientiã, & ita vidi, & pluries audiui seruari, & fieri experta alia opinione. Cuius fundamentis, & aliis; late respondẽt Bar. & alii sequẽtes, & ita vt in obseruantia dicitur continuatũ repetio in meo primo libro adnotationũ siue exemplariũ de tempore illius doctissimi viri regii Cancellarii Mathię Sorribes, & reperies in lib. causarũ verbaliũ dicti regii Cancel arii de anno. 1549. in facto causę quæ vertebatur inter Marquesiã Castellona agentem, & Benedictam Ferriola quæ in primis nuptiis fuerat vxor Raphaelis Palometes defendentẽ. Et nouissime referente magnifico Michaele Cordelles die 12. Decẽbris 1580. in posse collegii scribarum mandati, & pro eo Capella not. in causa vertente inter Annam Deztorrent. nob. Elisabetem Mecha Hieronymã Guardiola sorores hæredes Iacobi Ioan. de Vilatorta earum fratris, ex vna, & Ludouicũ de Vilatorta parte ex altera, fuit conclusũ & in vim dictae conclusionis declararatum vt sequitur.

3 Attento quod tam de iure, quam de consuetudine huius vrbis, viduae (praeter res, ac vestes quas ad domum viri attulit) debentur etiam vestes quotidianaeques vir ad quotidianum vxoris vsum parauit, & attenta qualitate, & dignitate dictorum coniugum & quod vxores militum non solum laneis, vetum etiã sericeis vestibus quotidie induuntur, denique attenta ampla dote per dictũ Iacobum Ioannem Vilatorta a dicta Ludouica recepta, & quod dictus de Vilatorta nullos reliquit liberos & aliis meritis attentis, fuit conclusum quod declaretur dictae viduae Vilatorta (praeter res ac vestes suas proprias quas attulit cũ ad domũ viri sui deducta fuit, quas omnes ei libere liceat retinere, & auferre) dẽtur ac tradãtur vestes quotidianæ per virũ ad eius vsũ paratæ subsequẽtes. Primũ vna roba de vellut negre, vna roba de raxa, vnes faldilles d' drap encarnat, vn mãtico de grana, vna roba de tafata, vnas faldilles de xamellot pardo, vnes faldilles de coronina, vn gipo de orlanda, vnes manegues de seti negres sens los botõs de cristall, vn mãto de fil y seda, Deniq. vestes omnes lugubres. Et pro eo, quod in dicta cõclusione dicitur de qualitate & dignitate cõiugũ vide Math. de Afflictis decis. 315 nu. 3. & 15 pag. 381. & 383. dicẽtẽ multum versari iudicis arbitriũ in cõsiderãdo nobilitatẽ & diuitias viri & vxoris quę vestes sint ad ornatũ, & quę ad vsum quotidianũ, nã in his aliquando res sericee sunt, & iudicantur ad vsum quotidianũ & nu. 15 dicit ad cõsiderãdũ quę res sint praeciosæ, & quæ nõ, considerari debet qualitas personarũ, & dotis quantitas.

4 ¶De vestibus lugubribus siue nigris loquuntur tex. & ibi Bar. & Angel. in l. decreto C. ex quib. cau. infa. irrog. Bal. in l. 1. C. de secund. nup. & in c. peruenit de emp. & vend. quos refert & sequitur Pala. Ruuios in d. rub. de don. inter vir. & vxor. in decreta. §. 12. nu. 8. fol. 10. in quibus similẽ facit diuisionẽ siue distinctionẽ quã de dictis aliis vestibus scilicet: aut sunt, vilis prætii, & deputatæ ad vsũm quotidianum: & sunt viduæ: aut sunt festiuæ & magni valoris: & tunc potius videntur traditæ, vt seruiant ad honorem mariti quãdiu sit vidua, quam videatur donare, vt in aliis vestibus dictum est, & iste nõ adiudicantur viduę vxori sed sunt haeredis mariti. Et ideo mulier si tunc nuberet: haetes posset tales vestes praetiosas repetere, quasi cesset causa traditionis, nisi consuetudo regionis aliter se habeat. Allegat vitalem ita notab. tenere in lib. clausularũ cartã 221. & Ioan. Campezii in tracta. de dote. 2. par. q. 56. vol. 6. fol. 131. Adde, tu pro materia tex. in l. genero in fi. ff. de his qui

qui not. infra. Iaco. Marquilles in vsa vidua versi. Sed quid de vesti. lugubribus fol. 373. col. 1. dicere de consuetudine esse quod ipse vestes remanēt penes vxorem, & pro hoc arti. vide cōsti. ab aqsta nostra, ibi en totes coses a la su vida necessaries sie prouehida. in titu. dissolt. lo matrimoni quin dret se pertany ala dona vidua fol. 123. & ibi Thō. Mier. num. 66. & nu. 70. colla. 6. vol. 1. fol. 149. In dicta autē causa dictorum Torreurs, referente dicto Cordelles, instinctè fuerunt (vt supra relatum fuit) adiudicatę omnes vestes lugubres, forte quia vidua non vtebatur diebus festiuis alijs vestibus quam illis quibus vtebatur diebus non festiuis, vt moris est in hac patria per honestas & dolorosas viduas.

5 ¶ Quid autē quando mulier præmoritur marito: vtrū maritus possit retinere vestes quas fecit vxori vide deci. Tholo. fol. 129 vbi dicit cōclusū fuisse q̄ sic vestes preciosas & non quotidianas, & de dicta decis. meminit ad litteram ad prefatam decis. Mat. de Afflictis 3 5. in fi.

6 Et aduerte quod forte prędicta de vestibus lugubribus in Cathalonia procedunt secundum terminos proxime dictæ consti. ab aquesta nostra, videlicet, quando vxor vidua intra vnū mensem postquam notitiā de morte mariti habuerit, inuentariū de bonis mariti quon facere inceperit, & intra alterū mensem perfecerit. quia eo casu tātum sibi prodesse debet in anno luctus de omnibus vitę suæ necessarijs, sic de vestibus lugubribus: alias si non confecerit inuentariū (vt dictū est) carere debet dicta prouisione vt litteraliter in d. consti. habetur ibi, en altra manera de la prouisio del any de plor fertur ipso facto. Idem forsan si nupserit intra annū luctus mariti, seu intra decē menses a die mortis mariti cōputandos, vt per Mier. in dict. consti. hac nostra nu. 61. 62. & 63. vbi post aliqua cōtraria dicit ita seruari in practica. Adde ibidē nu. 70. ver. & nota.

7 ¶ De arris siue anulis sponsalicijs loquitur tex. in c. fœmine 30. q. 5. & glo. ibi in verbo anulus intelligit illum anulum pro arris & deducit ad id orationes Grego. quæ dicūtur in benedictione vbi dicit Benedic Domine has arras & tex. in c. nostrates ibi, & postquā arris sponsam & eadē cau. 30. q 5. & in l. si donatę res § si sponsus alienū anulū ff. de don. inter vir. & vxor. Ludo. Rom. consi. 146. & multa alia iura, & dd. quæ & quos breuitatis causa referre omitto. Et per nostram regiā audiētiā fuit pluries decisum, vt in prefata obseruātia adicitur. videlicet quod arre idest anuli, qui per sponsum dantur spōse in benedictione Ecclesiastica (de quibus loquitur tex. in c. nostrates ibi. & postquā arris ead. cau. 30. q. 5.) sponse, & adiudicari solent illi premortuo marito, & fundamentalis est, quia donatio facta per sposū spōsæ eorū quæ necessaria sunt ad cōtrahē-
8 dū matrimoniū valida est in l. si quis pro vxore in verbo de contrahendo matrimonio, & in verbo nostris oneribus ff. de dona. inter. virum & vxor. sed dictæ arræ siue anuli de cōsuetudine hodierna (licet non de iure cōmuni) sunt necessarii vt not. in c. illud de præ. & ca. fœmine 30. q. 5. igitur. &c. Hæc fuēt verba Ludoui. Romani. in d. con. l. 146 idē dicit in effectu apostilla. ad Bartu. in d. l. penulti. §. seruus vxoris in verbis pluries consului per dictum nitet fundamentum Ludouici Romani. Et nota quod per dictū fundamētū restat solutio seu responsio ad cōtrariū, seu dubiū quod sentit Bart. in d. l. si donatæ res. § si spōsus ff. de don. inter vir. & vxor. vbi super declaratione illius tex. tenet quod si primo fit desponsatio per verba de prasenti, & sic est vxor: & postea fit donatio: quod talis donatio nō valeret, quia donatio inter vir. & vxorē: nō valet: pro cuius Bart. dicto vide bonū textum in l. cum in te, & ibi Bar. & Bald. C. de donante nup. sed pro solutione. Respōdeo ex praedictis quod dictū. Barto. procedit in donatione eorū quæ sunt necessaria ad contrahendum matrimoniū, vt sunt dictae arre, seu anulus qui pro arris datur. Videātur dictum consilium Ludoui. Roman. 146. & dictus

apostillator ad Bar. in d. §. seruus vxoris. Idem de ipsis arris & anulis vult Palacios Ruuios in d. Rub. de don. inter vir. & vxorem in decretalibus § 12. vbi declarãdo verbũ arræ dicit, ꝙ donationes quæ fiunt propter matrimoniũ de quibus in tex. l. si constante, & l. cũ multæ C. de dona. ante nup. & §. est aliud inst. de dona. in his regnis secũdũ more Hispaniæ, appellamus arras, & quod dictę donationes propter nuptias seu arræ, dantur a viro vxori, seu dari præsumantur in præm ũ pudicitię, & virginitatis d quo dicit esse textũ meliorẽ quã sit in iure secundũ B l ibi in l. res vxoris. C. de Dona. inter vir. & vxor. quamuis de iure illius regni etiam mulieri corruptę, vel viduæ dari, vel promitti possũnt. Et ita fuit declaratũ per dictũ quondã Cancellariũ Mathiam Sorribes inter dictas Marquesiam Castellona, & Benedictam Ferriols anno 1549. Et denique referente dicto Cordelles in praefata causa dictorũ Torrents & Vilatorta fuit conclusum vt sequitur.

Attento etiam quod de consuetudine huius vrbis viduæ debẽtur arræ seu anulus benedictionis: necnon vnũ ex ornamentis, seu iocalibus aut eis mediocribus arbitrio boni viri eligendũ, prędictis, & aliis meritis processus attentis, & aliàs: fuit conclusũ quod declaretur quod dicta vidua retineat dictas arras seu anulum benedictionis. Et pro ornato seu iocali mediocri retineat catenam auri ponderis septem vnciatũ quatuor argensorũ, & sex granorum, & quod neutra pars in expensis cõdẽnetur. De aliis arris non sponsaliciis, sed arris quę dantur in emptionum & venditionum contractibus, in quibus etiã datur anulus, loquitur tex. in l. exempto actionẽ. §. is qui vinum emit arre nomine. ff. de actio. emp. & vendi. de materia vide ibi, & per Ange. de Aret. in §. actionũ numero. 15. insti. de actio. fo. 229. & las. ibidem nu. 72. fol. 72. Fabrarium de monte. in tra. de empt. nu. 67. & 68. 69. vo. 5. fol. 482. & per Math. de Afflict. in tracta. de de iure patromiseos numero 20. eodẽ vo. 5 fo. 517. & de arris sponsaliciis quae vocatur pignora: id est quae dantur in pignora: id est quae dãtur in pignus: loquuntur tex. in l. 1. C. si rector prouinciae, vel ad eũ perti. sponsa. dede. arras. & ibi Bald. nume. 3. tex. in l. arris cum sua glo. in verbo arris. C. de spõsal. & arris & ibi Bal. Et quia iste arre non respiciunt nostram obseruantiã: sed de his pro intelligẽtia terminorũ tantũmodo dictũ fuit: sufficere videtur tetigisse. De materia arrarum traditur satis late per Couarruuias super quarto lib. decretalium de sponsa. & matri. in ij. parte. §. vij nu. 6. 7. & seq. fo. 165. qui signãter in his quae refert in nu. 12. de Hispania, si intellexit etiam de Cathalo errauit valde. Sed arbitror non intellexisse de Cathalonia.

¶ De iocalibus loquuntur etiam variè multi doctores, & signãter illi quos refert Bertachinus in suo repertorio, in verbo, iocalia, & dictus Ioannes Campezii, in dicto tractatu de dote in rubri. in titulo, tractatus de exactione dotis, & cõmodo, & incõmodo, &c. in 55. quaest. tio. nu. 4. versi. Et hoc intellige de vestibus fol. 130. volum 6. vbi posquam locutus fuerat de vestibus: inquit per haec verba. Et hoc intellige de vestibus: sed de ornamentis, vel iocalibus quid iuris sit, videtur eodẽ modo posse distingui, an constet quod voluerit donare, an solũ ad vsum concedere, an vero dubitetur vt supra dixi, tamẽ ad uerteudum est. &c. Haec ipse. Ex quibus verbis iunctis illis quae dixerat antea sub nu. 3. versi. 3 casu colligitur, voluisse, ꝙ quando est dubiũ an maritus voluerit donare vel ne: si iocalia sunt quotidiana & necessaria, videntur dona ta causa alimẽtorum, & ideo efficiũtur viduae: nã licet per mortẽ mariti cesset causa propter quam dedit: non tamen cessat affectio. secus tamẽ si iocalia sunt non modici precii, & Bal. in auctent. ex testamento numero 8. versi. dic quod iocalia. C. de colla: post relatam opinionem Ricardi Mal. dici dicit quod iocalia grandi valoris non intelliguntur sponsę dona-

Neapolitana. Math. de Afflie. 3 5 n 3. fo. mihi 581. & eum sequitur in hoc dicto nu. 3. 4. & 5. 14. & 15. Est aduertendum quod dicti & plures alii doctores loquuntur quando est dubium, an maritus voluerit donare, & eo casu in quoti dianis & modici precii videntur cõcludere quod sunt viduæ, & quæ sunt m g ni valoris, seu non sunt modici valoris, non efficiuntur viduę, & sic nullum ex his iocalibus magni valoris, vel non mo dici valoris efficiuntur viduę. Regia tamẽ audientia in iocalibus mediam viam recepit, vt prędicitur videlicet quod vnũ ex iocalibus mediocribus adiudicatur viduæ. qua autem ratione seu fundamẽto, maiores nostri dictæ regiæ audientię moti ad id fuerint: hactenus non reperii sed quia multi ex dictis doctoribus vt Palatios Ruuios in d. Rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 12. nu. 8. fol. 10. ibi nisi consuetudo aliter se habeat. Mat. de Afflict. in dict. decis. 315. n. 4. ibi quæ donari consueuerunt: asserunt in his stãdum esse consuetudini regionis: verisimile est dictos maiores nostros sciuisse talẽ fuisse (vt declararunt) consuetudinẽ, & ppterea illam secutos fuisse, pro quo facit illud quod Mier. passim dicit, si non vis esse abusus serua id quod tenet vsus, vel ex prædictis ex remissis (id est diuersis, & contrariis doctorum opinionibus) medium recepisse. vt imperator Iustini. in
12 Auten. de consul. circa prin. col. 4. signanter ibi, quidam vero mediũ bene eligentes mediocribus pro plurimis contẽti fuerũt: quoniam etiam nos præcedentibus quod mediũ est, optimũ visum est esse tãquam ex vtroq; firmius &c. Vnde dicitur: mediũ tenuere beati. vt per glo. ibi. in verbo mediũ cũ concorda. ita enim exceditur modus in eo quod est amplius, sicut in eo quod est minus. vt per glo. dicta suo tex. in c. i. in verbo modũ, & ibi dd de offi Custo. pro hoc facit bonus textus in l. fin. § sed etsi quis C. comu. de lega. ibi, ita tamen vt non optimũ eligat, sed mediæ ęstimationis. Aut responsionem summæ de tex. in l. non omniũ cũ l. seq. & l. si de interpretatione cũ duabus sequẽtibus, l. minime. ff. de legi. dicit enim tex. in l. non omniũ cũ seq. Non omniũ quæ a maioribus constituta sunt ratio reddi potest. Et ideo rationes eorũ quæ constituũtur inquiri non oportet alioquin multa ex his quæ certa sunt subuerterentur. & in l. si de interpretatione eum sequentibus dicitur si de interpretatione legis quæratur in primis inspiciendũ est quo iure ciuitas retro in huiusmodi casibus vsa fuisset. Optima enim est legũ interpres consuetudo, nam imperator noster Seuerus rescripsit in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem aut rerũ perpetuo similiter iudicatarũ auctoritatem vim legis obtinere debere, & minime sunt mutanda quę interpretatio nem certam semper habuerunt, d. l. minime. Et quę dixi supra in obseruantia,
13 incipiente, Alimenta vxori per maritum verti. sed etiam sufficere tibi deberet quod regia audientia receperit dictum intellectum. Dicta autem cõclusio refferente dicto Cordelles in causa dictorum Torrents, & Vilatorta facta, fundamentum expresse recepit de consuetudine huius vrbis Barcin. cuius tenorẽ supra in versi de arris in fine inserui.

Audiui sed non vidi sententiam regiam latam fuisse refferente Francisco Montaner quondam doctore reg audiẽ. qui postea fuit Regius cancella. prima die Iulii. 1532. super iocalibus & vestibus lugubribus, & super rebus donatis per patrem vxoris vel alios consanguineos in posse T. Fogassot Regii mandati scribę & pro eo Ioan. Iust. not.

4. Notitiam. & incipit currere post nouem dies per not. in auten. sed neq. C. de sepul. viola. fa. quæ trad. Bar. in l. 2. §. confestim ff. ad Tertul. & ita pronuntiasse regium consilium refert Cancer par. 1. varia. c. 9. de dor. de dona. propter nup. nu. 10. & si omiserit vxor conficere inuentarium restituitur in integrum si est minor ita Mier. in constit. hac nostra num. 144. aliâ. 137. fol. 156. colum. 2. in princi. colla. 6. Canc. vpi supra O ib. de action. par. 1. ad §. fuerat n. 37.

4.Seruatri.Canc.par.1.varia.cap.9.de dote & dona.propter nup.qui alleg.Bald.cōs. 478.vol.5.Alexand.in l.15.qui quadragint.§.fina.ff.ad leg.Falcid.Couarr.titu.de sponsali.2.par.2.partis.§.9.numero.10.

De Attentatis.

CAP. 45.

SVMMARIVM.

1 *Attentata appellatione pendente facta, nisi appellatio sit manifeste friuola, reuocari debent.*

1 PROcedimenta per iudicem a quo fuit declaratum seu appellatum facta post inhibitionem illi factam: si reclamatio, seu appellatio non est manifestè friuola, consueuit regia audientia talia procedimenta, vt attentata reuocare: secus tamen est si reclamatio, seu appellatio est manifestè friuola: sequendo decis.rotę.412.ommissis contrariis opinionibus.

In consistorio baiulię generalis per homines termini del Papiol petebatur licentiam illis concedi congregandi se adfaciendum syndicum pro luytione facienda de iurisdictione dicti termini: & pro habendis pecuniis necessariis ad dictam luytionem faciendam & reductionem ad regium patrimonium, attento quod nob.de Guimera dominus dicti loci requisitus, noluit illis dictam licentiā concedere dictus Guimera 27. Aprilis 1551.produxit sententiā latā ad relationē magni.Frācis.de Vallesica super luytione de Clasqueti &c. & petiit q̄ fierent pręcepta T.Ferran.scribę mandati, & p̄ eo Alfaig. & fuit prouisum. Postea cū tribus suplicationibus idem fuit petitū. Attamen fuit prouisum per assessorem dicti baiuli, vt sequitur, inseratur, & habebitur debita ratio: quarū prouisionū vltima fuit facta 9.Maii.1551.à dictis prouisionibus fuit reclamatū per dictū Guimera ad baiulū Barcinone propter denegationem iniustitię, scilicet, quia nō fuit prouisum quod fierent mandata. Et dicta reclamatio & prouisio ibidem facta more solito fuit intimata dicto assessori & fisco, ac parti dictorum hominiū, & pendente dicta reclamationis causa, fuit prouisum per dictum assessorem baiulię generalis die 11.dicti mensis Maii concedendo dictam licentiam, & per dictum Guimera fuit petitū dictam prouisionē & licenciā ante omnia, via priuilegiata attentatorū reuocari, pro parte vero dictorū hominū fuit allegatū, q̄ attēto q̄ dictus Guimera friuole manifeste reclamauit: potuit per iudicē primitiuū procedi, non obstante quod esset inhibitus, vel saltem de dictis attentatis non erat cognoscendum nisi simul cum causa reclamationis, allegabant notabiles doctrinas & signanter decis.rotę 412.in nouis & D.in antiquis, attamen prędictis & aliis nō obstantibus, cum de prędictis esset factū verbū in regia audientia per iudices reclamationū: postea me referente fuit conclusum, quod fuit attentatū, & prędictam prouisionem factam 11.Maij esse reuocandā & potissime fuit ita conclusum, Attēto quod iudex primitiuus in dicta prouisione 11. Maii declarauerat iam intētū quem habuit in illa prouisione 9.Maii facta, videlicet quod nō lebat prouidere mandata pro habenda dicta sententia, & volebat procedere, sicut processit, non visa dicta sententia, & sic nō potest dici quod dicta reclamatio esset manifestè friuola, quoniam dicta sententia forsan potuisset, & posset aliter mouere animū iudicantis ad aliter iudicandū. Et in casu non luibili damnū esset vassallis ad vsuras habere pecunias & interest domini ne eius vassalli, seu subditi male vtantur rebus suis, & quod sint diuites. Et ex his restat q̄ in appellationib⁹ manifestè friuolis regia audiētia secuta fuit decisionē & opinionē rotę Romanę 412.in nouis, & 500.in antiquis, ommissis aliis opinionibus doctorum quos refert latè Rober. Lancello. in tractatu de attētatis c.12.in 6. limitatione n.13.cum sequentibus fo.231.& in c.20.in

c.20.in prima ampliatio.n.6.Nec ratio quæ in contrarium traditur per dictum Lancellotum in d.c.12.n.18.fol.231.concludit, nec est sufficiens, dicendo quod rota moderna (cõsiderata dicta decisione 412.)pluries indistinctè tenuit cõtrarium. quod immo gesta post inhibitionem debeant reuocari,ne iudices sub isto clipeo inhibitionis iniuste: eas contẽnant,& diu litigetur,an inhibitio sit iusta vel iniusta,& pars grauata fatigetur interim laboribus & expensis,Nã nõ solũ non est tantũ de iudice inferiore diffidendũ,cũ sciat seu scire debeat ipse inferior iudex quod posset eius (vt cuiuslibet alterius iudicis inferioris:) sententia reuocari:& cõsequẽter ipse in eius reputatione, honore, & fama mulctari, Sed etiã quia experiẽtia vidimus multoties: quod cõd: nam gratia tãtũ differẽdi executionẽ:appellãt,& aliàs debitores in prima instãtia causam debiti ad regiã audiẽtiam prætextu paupertatis, vel alterius qualitatis euocari obtinẽt.per quas euocationes iudices inferiores inhibẽtur:& dictæ euocationes cedunt in magnũ dãnũ & iniuriã creditoris,vnde ad tollẽdũ similia damna & iniurias: edita fuit illa notabilis consti.incip.Per ço que del benefici a les persones miserables atorgat, no insurgesca ocasio de calũniar,e agrauiar algu de rreballs, scilicet per euocationem prætextu paupertatis, & inhibitionem inde procedentẽ.quæ consti.est
a in titulo,quãt lo princep entre pubills a fol.86.& etiam est constitutio curiæ an
b ni 1547.ca.2.ibi per impedir la execucio: ponderãdo rationes propter quas voluit quod causæ ibi relatæ,nõ cõprehendãtur in inhibitione,& melius cõst.eius
c dẽ curiæ c.23 c ex quibus constitutionibus summi potest argumentũ, & illatio ad casum huius obseruãtię. & quicquid sit sufficit quod ista regia audientia istã opinionẽ quam tenuit rota Romana in dictis decisionibus 412.in nouis & 500. in antiquis receperit, & alias opiniones refutauerit,per ea quę tradita sunt in pro emio primæ partis, & in obseruãtia 14. huius tertiæ partis versic. & si tibi hæc & aliæ. Et quãdo appellatio dicatur friuola traditur per.d.Lancello, in d.c.12.

a.Pupills. in noua vero compil.titu.de cuo ca.de cau.fol.215.
b.2. & in ordi.11.eod.titu.
c.23. quod continetur sub titu.de citationi e inhibitioni.fol.225.

CAP. 46.

SVMMARIVM.

1 Attentata petens reuocari litte pendente,non tenetur probare prius possedisse.


Ttentata lite pendente petẽs 1 reuocari: non tenetur probare se prius possedisse Ita obseruat regia audientia.

Ita fuit conclusum. 16. Octobris, 1576 me referente in causa vertente inter Petrum Galcerandum Cartella domicellum ex vna parte, & Raphaelem Domenec ciuitatis Gerundæ super officio hospitis cursorum,siue de les postes dictæ ciuitatis per plures decisiones doctorum,& signanter per decisionem rotæ in antiquis,decisione 85 fo.mihi.124 cum aliis ibi allegatis clement.2.cũ sua notabili glo in verbo citatio vt lite pendente nihil inno. & conclusio est tenoris sequentis.

Attento ex meritis processus constat quod potest quęrelam in curia regentis vicarium Barcinone per dictum Petrũ Galcerandum Cartella, seu illius procuratorem contra dictum Raphaelem Domenec oblatam:prętendo prouisionem & seu priuilegiũ officii cursoris siue de potestciuitatis Gerundę per dictũ Raphaelem Domenec obtentum,esse nullum,& inualidum: & per illud, dictum Cartella in sua possessione vel quasi & dominio dicti officii de les postes molestari non debere.Et post citationẽ personalẽ dicti Domenec,& euocationẽ dictę quęrelę,seu causę ad regiã audiẽtiã, & commissionem illius Michaeli Ferrer doctori regii consilii factam,& eidẽ Domenec etiam personaliter intimatam, atq;ita post factum litigiosum dictũ priuilegium quod per regiã Maiestatẽ dicto Domenec 20,Maii proxime lapsi cõ

cessum fuerat:dictus Domenec præsentauit dictum priuilegium vicario & iudici ciuitatis Gerūdæ,& dictus vicarius de consilio dicti iudicis prætextu dicti priuilegii possessionem dicti officii cursorum, siue de les postes tradidit dicto Domenec:& illam possessionem dictus Domenec adeptus fuit:ptæmaxime existens in domo dicti Cattella:& illo con tradicente:ex quibus & aliàs constat dictos vicarium & iudicem Gerundæ: ac eundem Domenec attentasse in præiudicium dictę litis pendentię. Et attento quod lite pendente nihil est attentandum,& sufficit,quod ille qui dicit attentatum: probet attentata licet non probet possessionem. Propterea prædictis, & aliis meritis processus attētis & aliàs MichaelFerrer est voti quod declaretur prędicta procedimenta facta per dictos Vicarium iudicem Gerundę & Raphaelem Domenec circa possessionem dicti officii hospitis cursorum seu postarum post dictam citationem traditam dicto Domenec,& per illum adeptam: reuocanda esse & reuocentur cum inde secutis, & quod pars dicti Domenec in expensis condemnetur.

Idem Ros,Nagrell,Cescases, & Regēs Vilana.Sed Fexit voti quod referuetur ad diffinitiuam,Balle non interfuit.

CAP. 47.

SVMMARIVM.

1 *Attentatorum merita, in quibus non regulentur secūdum constitutiones Cathaloniæ.*

1 ATtentatorum merita non regulantur in multis secundum constitutiones generales, ita quod a prouisione regia super attentatis facta post processus denunciationem,potest & consueuit supplicari alteram aulam non obstante constitutione anni 1547.c.7. Et possunt nouæ probationes dari & nouæ productiones fieri. Et si ab attentatorum prouisione supplicatur: pendente causa dictæ supplicationis, non fit executio dictæ prouisionis. de quibus omnibus & aliis dicitur infra in verbo supplicari. Et supplicatio.& in verbo executio prouisionis attentatorum.

4.7. tit.de Altercats fol.230.

¶De augmento dotis, quod in Cathalonia nominatur sponsalitium siue screix.

CAP. 48.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum dotis non adiudicatur vxori mortuo marito ante exactionem dotis a socero secus vero quā to dicta dos fuit ab extraneo promissa.*

1 SI pater pro filia Dotem promiserit genero, & Gener autequā dictam dotem,velpartem illius exegerit a socero,mortem obierit: consueuit regia Audientia non adiudicare augmentū dotis vxori:Sentiit tamen secus esse, si dos per extraneum promissa sit.

Materia augmenti dotis, siue donationis ante nuptias, quæ fit per maritū vxori contemplatione matrimonij tractatu: principaliter per tex. & docto, in auct.en.Sed quæ nihil.C.de pac. côuen. tam super dote,quam super donat ante nup. Et in auctēn.vnde illa sumitur.f.in auctēn. de non eligendo secun. nuben. mulier.§ Illud quoq;colla.1.l. Si extraneus fit.ff.de iure Do.l.meuia.§. Si vir. ff sol.matri.Guido Pap.q.274.q.430.& 565.Mathe.de Afflict.decisi.242.& 333. Silua nuptia.fol.74 col.4.versic.No q; per hunc vsa.vsque ad versic.quęro fo. 297.Thomas Mier.in constitu.hac nostra sub num.114.& numer.115. collatio. 6.vol.t.fo.153.Et per alios quam plures doctores. Et quia dicti doctores in aliquibus fuerūt discordes, & in aliquibus cōtrarij:propterea vtile est scire,& ad lucē prodere opiniones circa augmentum dotis

doris per regiam audientiam receptas.

De mense Maii. 1561. ad relationem magnifici Michaelis Terça tunc doctoris huius regii consilii Cathaloniæ, & nunc Regentis cancellariæ in supremo cōsilio, quod pœnes Regem Philippum, Regem & dominum nostrum, nūc fœliciter regnantem, residet, fuit ita, vt in prædicta obseruantia refferrur iudicatū factum vt sequitur erat, in capitulis matrimonialibus factis inter T. Vicens domicellum de Calafell ex vna, & Magdalenam filiā T. Treginer ciuitatis Barcino. ex altera partibus. Dictus Treginer cōstituit in dotē eius filiæ. 2500. libras sol uendas hac modo, videlicet 2000. intra quindecim dies post factas nuptias, & 500. libras intra vnum annum promittēdo illas soluere dictę filię suę, seu eius genero. Et d. Magdalena constituit in dotem dicto Vicens dictas 2500. ll. eo modo quo fuerant sibi per eius patrem donatę. Et dictus Vicēs fecit sibi instrumētum dotalitium more solito, & augmentum. 1250. ll. Et dictus Treginer firmauit debitotium dicto Vicens de dictis 2500. libris, promittēdo illas soluere dicto Vicens eisdē terminis & solutionibus. Euenit quod dictus Vicens fuit occisus intra vnū mensem a die præfati matrimonij. Post tamen dictos quindecim dies intra quos erant sibi soluendæ dictæ 2000. libre: non tamen fuerant sibi solutæ nisi 200. vel 300. parum plus vel minus. Et eo mortuo vidua remansit in possessione bonorum mariti, iuxta constitut. ab aqsta nostra. in ti. disolt lo matri. fol. 123. Et soror dicti Vicens, cui dicta bona erant vinculata obtulit iudicialiter & deposuit Dcc. vel. Dccc. ll. dictę viduę Vicensa pro complemento dictæ dotis, & augmenti. Et petiit dictam viduam condemnati ad sibi restituendum dicta bona. & dicta vidua opposuit, quod nō tenebatur eo, quia non fuit factum depositum integriter de omni dote & augmento sibi debitis iuxta dicta capitula matrimonialia: nam prętendebat ꝙ hęres eius mariti erat obligatus sibi soluere dictam dotem integrā: eo quia dictus eius maritus habuit fidem de dicta dote quam illam sibi (vt prędixi) promiserat pater dictę viduę: & ob dictam promissionem dictus Vicens fecit dictę eius vxori dotalicium instrumen. seu apochā de recepto secundum vnam opinionē doctorum relatam per Guido. Pa. q. 430 n. 1. versi. Aliqui docto. quę opinio multum stringit. Et larius in q. 565. Thom. Mier. in dicta consti. hac nostra sub nu. 14. versi. vlterius & duodecimo, & nu. 115. colla. 6. vol. 1. fol. 153. vbi ponit casum fere in terminis nostris.

Tandem fuit in effectu declaratum hęredem dicti Vicens non teneri adsoluendum dictę Magdalenę Vicens viduę ex illis duabus mille libris, quarum dies cesserat & venerat viuente marito, nisi dumtaxat illas ducentas libras, quas receperat dictus Vicens maritus receperat, & pro eisdem cc. ll. tantum soluere augmentum: hoc fundamento & ratione, quia maritus nō fuit in mora exhigēdi ab eius socero per tex. notā. in d. l. Si extraneus versi. Sed si vel pater ff. de iure. do. cuius textus verba sic se habet. Sed si vel pater, vel ipsa promiserint Iulianus quidē li. 16. digestorū scribit. Etiam si pater promiserit periculum respicere ad maritū: quod ferendū nō est. Debebit ergo mulieris esse periculū: nec enim quisq; Iudex ex proprijs auribus audiet mulierem dicentem. Cur patrem qui de suo dotem promisit non vrserit. ad exolutionem: multo minus, cur ipsam non conuenerit. Sentiit tamen tunc regia audientia quod si extraneus promisisset dictam dotem: secus declarasset, quia tunc maritus fuisset in mora nō exigēdo dotē ab extraneo per tex. in ead. l. Si extraneus in prin. Quod vltimū de extraneo ego intelligerem secundum distinctionem illius textus, qui textus est tenoris sequentis. Si extraneus sit qui dotē promisit isq; defectus sit facultatibus antequā dotē daret, imputabitur marito cur eum non conuenerit: maxime si ex necessitate nō ex voluntate dotē promiserit: nā si donauit, vtiq; parcendū est marito qui eum non præcipitauit ad solutionem

tionem qui donauerat quemque in id quod facere posset si conuenisset, condemnaret. hoc enim diuus Pius rescripsit eos, qui ex liberalitate conueniũtur in id quod facere possunt condemnandos. Videatur glos. ibi in ver. maxime, quæ conatur declarare cur textus ille dixerit maxime, & Bal. ibidem.

Et si peteretur cur hæc Regia audiẽtia secuta fuit istam opinionem alijs relictis. Respon. Vt in terminis dicit, & se fundat Guid. Papæ in d.q.56.num.3. & 4.fol.145. sufficere hanc esse consuetudinem, aut verius obseruantiam regiæ audientiæ, quæ pro lege haberi debet, per tradita supra in prohemio, huius intituti. Aut resp. Vt in simili dixi supra super obseruantia 14. incipien. Alimenta vxori per maritũ versic. Et sit tibi hęc, & aliæ responsiones. Et pro materia vide notabilem quæstionem traditam per Mier. in collatio. 9. cap. E los aduocats n.85 & seqq. fol.88. reliqua circa obseruantiam augmenti dicam in sequenti obseruantia.

CAP. 49.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum dotis solummodo debetur pro rata dotis solutæ: nisi quando vxor non fuisset in mora, idest quando dies adhuc viuente marito non cessit.*

1 Augmentum dotis promissæ per vxorem, si vxor fuit in mora soluendi dotem: non debetur pro ea parte, cuius dies venerat viuente marito: si tamen dies solutionis dotis venit post obitum mariti: debetur augmẽtum licet dos illa soluta non sit.

Ita reperio in libro exemplariũ Hieroni. Dalmau in verbo augmentum. 2. fuisse declaratum 12. Iulii. 1536. Cum sententia arbitrali lata per Stephanum Saluerdepya, Antonium Piquer, & Franciscum Montaner Doctores regii consilii, in causa Bernardi Pauli Salba & nobilis Yolantis nurus suæ. Reffertur enim quod in dicta sententia fuit declaratum, non deberi augmentum pro ea parte, cuius dies venerat viuente marito. & d. Yolans in mora soluendi fuerat per tex. in auctẽ. de non eligendo secũdo nubent. §. Illud collat. 1. ex quo sumpta est auctẽ. Sed quę nihil. C. de pact. conuen. tam super dote, quam super donatione ante nup. cuius verba sunt hæc. Sed quæ nihil ex dote præscripta præstitit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. Item quæ minus, quam professa est dedit, pro quantitate præstita, & lucrum sentiat. Hęc ipse textus. Sed pro ea parte, cuius dies nondũ cesserat, ex quo non potuit aliquid imputari dictę nobili: & sic non fuit in mora, & eius beneficio, gratia; & fauore fuit concessum, non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legi.) fuit sententiatum augmentum deberi dictę nobili. Et quod pro his faciunt Decis. Dalphi. q. 274. incipien. in contractu matrimoniu. q. 430. Et latius. q. 565. Et indeci. Neapoli. collect. per Matheum de Afflict. 242. & 333. Et pro cõplemento & intelligentia huius obseruantię, vide supra in proxima obseruantia.

CAP. 50.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum dotis an vendicetur per vxorem marito vergente ad inopiam.*

1 Augmentum dotis quando maritus vergit ad inopiam vendicari potest per vxorem etiam cõstante matrimonio, & illi solui debet prorata dotis solute tantum. quod intelligitur quando residua pars dotis non culpa mariti desijt esse soluta, & quando cautio sufficiens pręstari non potest per maritum & dictum augmentum est smereiandum in aliquo honesto lucro ad onera matrimonij sustinendum.

In facto causę vertentis inter Elizabethem

bethem Viues ex vna, & Ioannem Viues ciuitatis Ilerde illius maritum ex altera partibus ad relationem magnifi. Petri Balle & Pontij Cescase s Doctorum regii consilii. cum pro par te dictę Elisabetis prętenderetur in effe. ctu. quod eius maritus vergebat ad ini opiam itaq; cogebatur operas viles facei e.&c. Ideo petijt dotem sibi restitui & augmentū dotis, siue lo screix pro ea qu. inita te dotis tantum quę soluta fuerat e ius mari-to: dos enim eius marito prom. issa, non fuerat integriter eius viro sol uta. Et quia dictus eius maritus durante di cto matrimonio alienauerat quędam i n. mobilia. Supplicauit possessores dicto rū immobilium alienatorum, ad dictū n iudicium citari: & fuerunt aliqui ex di c tis possessoribus citati: non tamen fui t probatum illos possidere dictas res im mobiles, tandem, die. 12. Ianuarij, 1582. fuit conclusum & postea lata regia sententia in posse collegii scribarum mandati & dispositiua dictę conclusionis est tenoris sequentis.

Ex quibus euidentissime constat dictum Ioannem Viues, non solum vergere ad inopiam: sed potius propter dissipationem, & dilapidationem bonorum suorum, summa inopia laborare, & sic de iure dictę Elizabethi Viues dotis so lute exactionem competere, & tam pro dicta dote quam pro dicto augmento ad res dictorum dotis & augmenti restitutioni obligatas agere (etiam contra quoscunque detentores, qui de iure in illis non habeant iura potiora) posse. nō obstante quod matrimonium non si[...] dissolutum: per inde ac si morte dissol[...]tum esset. Prędictis itaque & aliis m[...]tis processus attentis. fuit conclusu[...] declaretur exactioni dictarum D[...] libras, quas constat dicto Ioanni V[...] pro dote dictę Elizabethis illius [...] solutas fuisse, & ad 300. libras p[...] augmento debito protata dotis sol[...] dictum Viues instate: locum e[...] dictę Dcccc. libre pro dotis do[...] mento debite exigantur ex b[...] dotis & augmenti restitutio[...]

[...]ti [...] q[...] li[...]iues [...]xoris [...]o aug[...]ute per [...]sse, & q[...]te & aug[...]onis dictę [...]i obligatis

tam ex eis quę sunt, & remanserunt penes dictum Ioannem Viues, quam ex alijs quę sunt apud alios in dictis bonis potiora iura non habentes. Et pro effectuatione prędictorum describantur & vendantur bona prędicta quę sunt penes dictum Viues, seruato iuris ordine vsq; ad concurrentē quantitatem: & facta illorum distractione: pro reliquo, (si quod remaneat soluendum) procedatur cōtra alia bona obligata, si quę probabuntur detineri per prętensos possessores ad presens iudicium citatos prout iuris fuerit. eo declarato quod pecunię quę procedent ex dicta distractione & executione deponantur in tabula cambii presentis ciuitatis Barcinone dictę & scriptę dictę Elizabethi Viues ad sol tam relatoris. Et suo loco habeatur ratio antequam fiat dicta solu̇ta, an & quo modo sint liberādę dictę Elizabethi Viues, habita ratione conuentorum in capitulis matrimonialibus: & cautionis, quam pro restituendo augmento dotis (si illud integrum velle declarauerit) dictę Elizabethi Viues, prestare tenetur, & de deponendis dictis pecuniis apud aliquem, vel alias mercandi pro aliquo honesto lucro consequendo, & de aliis de quibus sit habenda ratio, & quod victus victori in expensis condemnetur.

Hęc obseruantia fundata fuit per tex. clarum. In. l. vbi adhuc iuncta auctē. donationem quoq; propter nuptias C. & glo. fina. & do. C. de iure. dot. & per tex. in c. per vestras de dona. inter virum & vxorem in decretali. Et ibi v. de pro materia Palatios Ruuios. §. 1. versicu. pro ratione nume. 1. & sequent. pag. 187. & sequent.

Idem fuerat antea die videlicet 28. Maii. 1572. declaratum, & prouisum ad relationem Hadriani Vilana, tūc doctotis regię audientię in causa quę vertebatur in regia audientia inter Gulomarem Salauert vxorē Gabrielis Salauert ciuitatis Barcino. ex vna parte, & creditores dicti Gabrielis qui ad inopiam vergens, mole creditorum oppressus, foro cedēs a dicta ciuitate recesserat, ex parte altera

CAP.

CAP. 51.

SVMMARIVM.

1 *Vidua quam habeat electionem circa dotis augmentum.*
2 *Augmentum dotis quid sit & an differat a donatione propter nuptias & ab sponsalitio & dotalitio. remissiuè ibi.*

1 N in voluntate viduæ sit eligere & habere medietatẽ augmenti dotalis, siue del screix ad suas voluntates, & alteram medietatem hæredibus mariti incontinenti dare.

Doctores nostri qui super his hactenus scripserunt sunt inter se contrarij. Nam Iacobus Maquil. in vsa. vidua circa fi. fol. ccclxxiij. tenet afirmatiuam de consuetudine dicens, sed tamen secundum consuetudinem, vxor habet dimidium prohibito voluntatis, si vult. Sin autem habet totum sponsalicium in vita, post mortem restituit, prius per eam assecurandum. Benedictus Lunes hęc ipse Marquil. Mieres autem in consti. hac nostra n. 120. collatio. 6. in prima parte, fol. 153. tenet contrarium dicens. Et secundum vsum Barcino. & aliorum locorum: non tamen est consuetudo necessaria: quod si mulier vult tenere totum istam donationem, siue sponsalicium de vita sua potest, etiam contradicentibus hæredibus mariti, sed ipsa mortua illam donationem integram recuperãt hæredes mariti. Sed si vult dare medietatem incontinenti soluto matrimonio hæredibus viri potest, & consensu, & pacto hęredum, & tunc alia medietas integra etiam quoad proprietatem remanebit vxori, & hæredibus suis ad omnimodas voluntates. Sed hoc non est ex necessitate nisi fiat pactum. hoc sumitur ex vsati. Bar. c. vidua concor. in arg. l. si sponso. C. de dona. ante nup. hæc ipse Mier. hæc opinio tamen Mier. recepta fuit in hac regia audientia, vt reperij in meis antiquis annotationibus eorum quę videram in dicta audientia seruari. Nunc addo, quod quũ in mense Octob. anni pręsentis M D lxxxvi. verteretur similis quęstio coram multum reuerendo Cancellario regio, fuit per eum factum verbum in aula Cancellarii, & visis dictis duabus opinionibus contrariis, & aliis videndis, fuit per doctores dictę aulę determinatum secundum opinionẽ dicti Mier. non tamen fuit declaratum, quia partes super dicto augmento concordarunt quod vidua reciperet medietatem augmenti ad suas voluntates, & hęc retulit mihi supplicanti dictus cancellarius, hodie quę computatur xviii. Nouembris eiusdem anni. 1586.

2 Et pro materia, seu intelligentia terminorum, scilicet quid sit augmentum dotis, & an diferat a donatione propter nuptias, siue ante nuptias, & ab sponsalitio, & dotalitio. vide Thomam Mier. in d. consti. hac nostra n. 18. a in sequen. & colla. vi. vol. 1. fol. 153. post Marquil. in d. vsa. vidua in fine, & in vsati. si autem mulieres fol. 297.

a. 18. aliàs num. 118.

De incipientibus a littera B.

CAP. 52.

SVMMARIVM.

1 *Baiuli iurisdictionales ponuntur a gerente vices Gubernatoris viceregia.*
2 *Baiulus generalis an & quando ponat baiulos ratione sui officij.*
3 *Baiulus generalis quando luitur iurisdictio apprehendit eam.*
4 *Commissio facta per dominum Regẽ Petro Basseti de officio baiuli generalis Cathaloniæ.*

1 Baiuli iurisdictionales, domino rege, & eius locumtenente generali a Cathalonia

thalonia absentibus, eligi & poni possunt per gerentem vices generalis Gubernatoris, & non per baiulum generalem Cathaloniæ, nisi in locis habentibus speciale priuilegium, vt est locus de Taya, & nisi quando in vim luitionis alicuius iurisdictionis regię aprehendit illam iurisdictionem, & nisi ratione sui officii, nam ratione patrimonii regii potest ponere baiulos locales.

Die.9.Febr.1554. Cum esset controuersia inter gerentem vices generalis gubernatoris don Petrum de Cardona & baiulum generalem in Cathaloniæ don Ludouicum de Ycart, domino rege absente a Cathalonia: & deficiente locumtenente generali domini Regis propter mortem don Ioannis Ferdinandi Manriquez, Marchionis de Aguilar: Visis priuilegiis dicti Ycart ratione dicti sui officii, & suorum in dicto officio prædecessorum, fuit verbo determinatum per omnes doctores regii consilii duarum aularum, quod priuilegium dicti baiuli generalis dum dicit, quod potest ponere baiulos, & illos remouere: intelligitur ratione sui officii, & sic quod

2 potest ponere baiulos locales ratione sui officii, id est ratione patrimonii Regii. Et non baiulos iurisdictionales, nisi in locis habentibus speciale priuilegiū, vt est locus de Taya. Sed in locis non habentibus speciale priuilegium, gerēs vices generalis Gubernatoris potest ponere baiulum. Existente domino Rege, & eius locumtenente generali (vt præmittitur) absente, quo tempore procedit viceregia, cum regio consilio, & in eo residet vniuersalis iurisdictio Cathalonię, vt dictum est in obseruantiis Gubernatoris c x. vbi inseritur potestas gerentis vices guber. Et per Mier. in ca. vlterius. n.4. colla.7. fol.60. quod non est in baiulo generali.

3 Nec obstare fuit visum quod allegabatur, quod quando luitur aliqua iurisdictio regia baiulus generalis vi rtute luitionis apprehendit dictam iurisdictionē & facit dictam apprehentionem de ea cognoscendo iuxta pragmaticas regias vt per Marquil. in vliti. si contradixerit in q.15. & duabus sequentibus fol.96. vbi ponit quandam pragmaticam, & refert alias duas super luitione, & dictus baiulus ponit & creat baiulum in tali iurisdictione: quia respon quod illa creatio baiuli fit in consequentiam seu pro executione dictæ apprehentionis iurisdictionis regiæ, quia aliàs apprehensio fieri non posset perfecte. Et cui committitur aliquid, censetur omnia commissa sine quibus &c. l.2. ff. de iurisdictio. omni. iudic.

Addo quod nec videtur obstare prouisiones quę relatę reperiuntur in libris baiuliæ generalis Cathalonię quorum relationes copię mihi Michaeli Ferrer petenti pro radicitus inuestiganda veritate traditę fuerunt 19. August. 1585. per Iulianum Pol scribam capibreuiationis archiui regii baiulię generalis, quam capibreuiationem tunc nobilis Ferdinandus Maymo locumtenens in dicto officio baiulię generalis, & reuerendus canonicus Manegat faciebant. dictę prouisiones sunt de annis 1406. & 1407. tenoris sequentis.

Et in eadem baiulia generali in lib. inti. regestrum literarum an.1406. signato cum E. fol. 11. est alia electio facta de Mostaçafo Vici, quem elegit baiulus generalis prędictus ex tribus personis sibi per consiliarios Vici oblatis, & est dicta electio.15. Decemb.1406.

Et fol.13. dicti libri facta mentione per baiulum generam quod ipse elegerat seruato ordine solito baiulum del Bany de Garriga, & quod ille qui fuerat electus non poterat dictum officium exercere certis de causis, nominat iterum baiulus generalis prędictus alium, qui dictum officium exerceat, durante impedimento alterius qui fuerat primum electus, quę prouisio est 29. Decemb.1407

Et est etiam certum, quod hoc tempore dictus dominus Rex Martinus, aut erat Barcinone aut saltem in Cathalonia. Nam respond. quod ex comissione post prędictas prouisiones facta Petro Baceti, vt baiulo generali die.27. Augusti

sti, 1416. inferri potest quod potestas dicti Bernardi Serra erat personalis id est concessa eius personę de vita illius, & non officio dictę baiulię, quando quidē potestas constituendi baiulos concessa dicto Baceti fuit ad vitam illius tātum & specialis ad constituendum baiulos in omnibus locis, Et si esset commissa officio: super vacuum fuisset concedere specialiter potestatem constituendi baiulos, quod corroboratur ex potestate post omnia prędicta dicto don Ludouico Ycart baiulo generali concessa, quia illa visa, fuit declaratum vt prędicitur quod baiulus generalis nisi in illis casibus specialibus baiulos constituere non poterat.

Clausulę substantiales commissionis di. Petri Baceti sunt vt sequitur.

4 Nos Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum &c. de fide industria ac legalitate vestri fidelis consiliarii nostri Petri Baceti in legibus licentiati aduocati fisci curię Vicarii Barcino. confidens tenore pręsentis cartę nostrę comittimus, siue condemnatus vobis officium baiulię Cathalonię generalis tenendum, regendum, &c. ita quod vos sitis generalis Cathalonię baiulus & pręsitis aliis in Cathalonia baiulus vniuersis & singulis, tam in ciuitatibus quā locis aliis constituendis, & etiam constitutis, & & ab eis possitis petere & audire computa non obstante quod ipsi vel eorum aliqui magistro rationali consueuerunt computare &c. comittimus etiam vobis Petro Baceti quod per loca nostra Cathalonię possitis ponere, & constituere baiulos, ac eos remouere, & alios surrogare quotiēs, & pro vt ad vtilitatem nostram videbitur expedire. exceptis locis in quibus sint baiuli per nos cum cartis nostris statuti nunc vel de cetero quos sine nostra scientia inde nolumus amoueri &c. Pręsentem autem concessionem nostram durare volumus, & tenere dum vitam duxeritis inhumanis in cuius rei testimonium pręsentem vobis fieri & sigillo nostro iussimus cōmuniri. Dat. Barci. 27. die August. 1416.

4. Baiulū generalem. de eius potestate vid. Amat in reporto. ver. Rex, latè tractat Mier. par. 3. cap. incipi. ab serie sub rubr. de offi. & iurisd. baiu. gener. Cathalo. collatio. 10. Olib. in vsat. alium namque ca. 7. numer. 5.

CAP. 53.

SVMMARIVM.

1 Merces, naues, ac personas Inimicorum, quis occupet vid. ordinationem ibi.

1 BAiulo generali Cathalonię, super occupandis nauibus, mersibus, & personis inimicorum domini Regis: si dominus rex est pręsens prefertur thesaurarius domini regis per ordinationem regiam infrascriptam. Et ita fuit determinatum in regia audientia 7. Feb. 1538. vt refert Hieronymus Dalmau in suo memoriarum libro, in verbo baiulus generalis.

Ordinatio prędicta est tenoris sequentis.

Volents proueyr primerament a alguns debats que molt souint se seguexen, es poden seguir entre lo nostre thesorer major ab lo Balle general del regne de Valentia e altres. ço es que elseut nos personalment en algunes ciutats, viles e llochs se seguex algun naufragi, axi per mar com per terra, e encara se han a fer algunes occupacions de persones de alguns enemichs nostres, e bens de aquells qui per cas serien venguts per mar o per terra. E en la executio de les quals coses es questio entre lo dit tresorer e lo dit ballegeneral, pretenent cascu deure e poder fer la tal executio, e occupacio de persones e bens. Per tat Nos ab la present declarā, e edicte perpetual fem, que tota hora e quant en la ciutat, vila, o lloch hont nos personalment serem, tal cats dels sobredits vingue, o tot altre cas axi ciuil com criminal, o patrimonial a nos per qualseuol via pertanyent, que aquell o aquells ela

conexensa

tonexensa, occupacio, é exercici de aquells fissa,e sia de dit nostre Tresorer, e no de algún altre official, examinant lo dicas. Prouch m,e manam que en totes cosés lo dit nostre thesorer qui ara es o per temps sera precehelca als Balles generals.

En lo llibre de las ordinacions de la casa de Arago.fol.146.

CAP. 54.

SVMMARIVM.

1 *Baiulus generalis cognoscit de bonis vacantibus, super quibus causa per dictũ baiulum prauenta, non euocatur ad regiam audientiam in prima instãtia.*

1 BAiulus generalis Cathalonię cognoscit de bonis vaccantibus ita quod si ipse pręuenit non potest causa à regiã audientiam in prima instantia euocari, prętextu paupertatis, & si euocata fuerit restituitur dicto baiulo.

Ita fuisse declaratum 19. Iunii. 1534. præcedente conclusione in regia audiẽtia facta. refert Hieron. Dalmau in dicto suo memoriatum libro in vim pragmaticæ Regis Alfonsi dat. in castris fœlicibus apud Cincham Palenc. 9. Octobris 1442. Ego dictam conclusionem ex registro extraxi quæ est tenoris sequentis.

Die Veneris decima nona mensis Iunii. 1534.

Hieronymus Dalmau.
Franciscus Castello.
Stephanus Saluerdenya.
Petrus Clariana de Seua.
Antonius Piquer.

In facto causæ vertentis inter Ioannem Badia ex vna agentem, & Petrum Canals de Rubi, & fisci procuratorem baiuliæ generalis Cathaloniç, partibus ex altera defendentes, & exceptionis fori declinatoriæ & seu iudicii in competentiæ per dicti fisci procuratorem oppositę in dicta causa, facto verbo per Dalmau: Attenta dispositione pragmaticæ Regis Alfonsi per dictum fisci procuratorem producte, & pro illius obseruantia, & aliàs fuit conclusum, quod dicta causa restituatur curiæ baiuliæ generalis Cathaloniç, & quod neutra pars in expensis cõdemnetur ex causa. pragmaticam regis Alfonsi de qua fit mensio in dicta cõclusione nõ extraxi, quia illam hactenus non reperii, sed ex libro intitulato, Memoriales seu summatium pragmaticarum in archiuo regio recondito, extraxi in mense Nouembr. 1584. sequentiã.

Quod baiulus generalis Cathaloniç possit cognoscere, & se intromittere de quibuscunque bonis quæ inuenerit forte vaccantia de personis quæ ab intestatu de e lerint hæredibus in locis vbi dis cederent minime relictis Nos Petrus. &c. meminibus vobis, &c. Dat. Valentiæ 19.1382. In officialium 1381.2.3.fo.105

CAP. 55.

SVMMARIVM.

1 *Baiului generalis & suæ curiæ officiales, an subsint Gubernatori.*
2 *Et quid de baiulo Barchinonæ.*

1 BAiulus generalis Cathaloniç & suæ curiæ officiales, & ministri, an subsint gubernatori Cathaloniæ, & gerenti vices illius.

Refert Hieronymus Dalmau in verbo, baiulię generalis officia'es fuisse declaratum, quod non, quia sunt exempti à iurisdictione gubernatoris generalis Cathaloniç. Qui & eius vices gerens in causis ciuilib. & criminalib. patrimonialibus nõ possunt se intromittere in prima instantia, & dicit se vidisse sententiã per infantem Henri. die. 7 Nouembris. 1476. in fauorem baiuli generalis & cõtra guber. latam, & quod extant plures declarationes & priuilegia, quorum vltimum refert datũ fuisse in oppido Valisolet i.3. Octob. 1488.

Ego

Ego tamen Michael Ferrer intellige rem,& arbitror procedere domino Rege,vel eius locumtenente generali pręsente in Cathalonia,aliàs secus,quia nō solum esset contra potestatem per Reges gubernatori ex causa necessitatis, & vtilitatis concessam,sed etiam esset in damnum administrationis iustitię, & reipublicę, vt cerni potest ex traditis in recollectione casuum in quibus gubernator Cathalonię cognoscere consueuerit,Rege, & eius locumtenente gener. absentibus. c.77. hęc hic refero ne forsan error recipiatur.

Et idem dicerem de eo quod de baiulo Barcinone reperio relatum in libro siue summario pragmaticatum fol. 95. in Regio archiuo recondito tenoris sequentis.Prouisio cū qua dominus Rex mandat gubernatori Cathalonię quat. de aliquibus negotiis tam ciuilibus quā criminalibus quę de iure vsu vel consuetudine pertinent ad baiulum Barcinone non se intromittat. Dat.Barcinone. xxvi.Maii.Mcccci.Regestra.in communi.fol.xi.

De Baiulo Barcinone.

CAP. 56.

AN & quando de negociis ad baiulum Barcinone,tam ciuilibus , quam criminalibus de iure,vsu,vel cōsuetudine pertinentibus gubernator Cathalonię possit se intromittere,dictum fuit supra in fine capituli proximi.

CAP. 57.

BAiulię generalis causę, si semel sunt euocatę ad regiam audientiam licitè, an perpetuo ibi remanere debeant, quamquam dominus Rex, vel eius locumtenens generalis a tota Cathalonia exierint:dicetur in verbo, causę patrimoniales.

CAP. 58.

SVMMARIVM.

1 Baiulus prius prouisus per baiulum generalem in vim priuilegii alternatiuè concessi prout ibi,terna sibi præsentata,præfertur baiulo postea per locumtenentem prouiso.

2 Alternatiua cuius sit vis quando ponitur inter personas.

3 Aut,pro,et.

4 Alternatiua quam vim habeat in contractibus.

5 Intellectus ad l.cum quidam C. de verb. sig.

6 Ordo scripturæ quando non sit seruandus & n.8.9.& 11.

7 Beneficium Principis plenissimè est interpretandum.

8 Prior in ordine est prior in electione.

9 Quando in verbis alternatiuis nulla est ambiguitas non admittitur voluntatis quæstio.

10 Eligere an sufficiat dignum quamuis dignior in terna reperiatur.

12 Glosa in l.lucio super verb. vendicare ff. de lega.2.declaratur.

13 Consuetudo inducitur per duas sententias.

14 Exemplis an sit iudicandum.

15 Reges Hispaniæ non recognoscunt superiorem quoniam regnum eruerunt de faucibus inimicorum.

16 Priuilegium quando est concessum fauore alicuius interpretationem latissimā recipit.

17 Comites Barchinonæ existentes in comitatu solent cōcedere potestatem etiam generalem constituendi baiulos.

1 BAiuli duo,si pro vna baiulia, & pro vno triennio prouisi fuerint in vim priuilegii alternatiuè cōcessi alicui vniuersitati:vt illius cōsiliarii teneantur eligere tres homines,& illos pręsētare domino regi,aut baiulo generali Cathalonię,aut illius locumtenenti:& baiulus generalis, seu

seu illius locumtenens prius prouisit officium dictae bauliae in personā vnius ex dictis tribus personis, & post illam prouisionem,locumtenens generalis domini regis aliam prouisionem in personam alterius ex dictis tribus personis fecit: Solet declarari per regiam audiētiam primam prouisionem per locumtenentem baiuli generalis factam praeualere secundae prouisioni per locumtenentem generalem domini regis factae.

Ita fuit ter declaratum per regiam audientiam,scilicet praecedentibus deliberationibus, seu conclusionibus regii consilii; & semel cum regia sententia ad relationē Frācisci de Vallesica (qui erat vnus ē solēnioribus doctrina,experientia,& prudētia doctoribus regiae audiētiae,aulae regentis cancellariam) lata, & dictae tres declarationes in rē trāsierunt iudicatam.

Et quamquam dictum priuilegium: dictis tribus sententiis : certam receperit,& habuerit intelligētiā, & interpraetationem : vt videlicet non secundum ordinem scripturae dicti priuilegii : sed quod electio praesentandi ternam competat dictis consiliariis:& prima prouisio praeualere debeat secundae:& propterea non esset amplius insistendum: quia minime sunt mutanda quę interpraetationem certam semper habuerūt l.minime ff. de legi. nec minus inuestigandi esset ratio qua maiores nostri moti fuerunt ad ita declarandum : quoniā non omnium quae a maioribus constituta sunt ratio reddi potest : alioquin multa ex his quae certa sunt subuerterentur inquit tex.in l.sequenti.ff. de legi.& intelligentia antiquorū est tenenda secundum Alex.in l. si compensandi circa fi.C.de haeredi.insti fol.116. Attamen quia postea pro triennio anni MDlxxxiiij. Baiuliae castri & termini de sancto Saturnino contenti in eodem priuilegio.Simile euenit factum me referente,& fuit relatum quod in alia aula Reuerendi cancellarii fuit facta quaedam declaratio sequendo ordinē scripturae cuiusdam alterius priuilegii & nō secundum electionem: & quod praeualuit secunda prouisio.Et quia nūc propter prorogationem causarū regiae audientiae ex causa curiarum generalium quae per regiam magestatem celebrantur montissoni declarari nequit in dicta causa. Ideo nunc ad mei memoriam ponam fundamenta quae pro parte dictarum trium sententiarū facere videntur,& postea responsiones ad alia quae ad contrarium facere videbuntur. Et postea si mihi vita comes erit : Deo duce: referam quid declarabitur: & fundamenta dictae futurae declarationis.

Factum.

Regina Maria die vij. Iunij. Mcccc. xxxxij. ad supplicationem probotū hominum parrochiatum infra scriptarū quae obtulerant ex propriis bonis suis luere, & ad regiam coronam reducere merum & mixium imperiū quod Rex Petrus alienauerat : concessit gratiam priuilegium & beneficium hominibus castrorum locorum & parrochiarum de Crudillis,corciano, & de sancto Saturnino,vt sequitur.Que os consellers ab consell de llurs jurats de cascun loc, o la major partida de aquells cascun trienni,ço es per tot lo mes de laner de aquell any ques deura mudar lo balle: hagen de elegir tres homēs de cascuna vniuersitat per balle o official al trienni esdeuendidor de la dita ballia, los quals hagē a presentar al dit senyor Rey,o al balle general de Cathalunia,o a son lochtinent o al lochtinent local de Gerona.Et que lo dit senyor,olo dit balle,o lochtinent llur prengue y elesquen lo vn de dits homens en esser balle de aquesta ballia hon setan elegits , e termens de aquella.

Die vij. Augusti MDx. Montissoni rex Ferdinandus confirmauit dictum priuilegium est, in processu ad relationem Francisci de Vallesica inter Antonium Monferrer,& Antonium Aleyna loci de Corça fol.12.

Die v.

Die.v.Maij.MDviiij:cum esset coutē
tio super officio Baiuliç de Corciano
inter Io. Gerones qui de officio dictae
Baiuliae de Corciano fuerat prouisus
die xviij./anuarij. MDviiij. per baiulū
generalē Cathaloniæ:Et postea die vide
licet xviij.eiusdē mēsis Ianuarij fuit pro-
uisus pro eodē officio Petrus Papi per
dō Ioā.de Luna locū tenētem generalē
domini regis in principatu Cathaloniç
& per dictu locū tenentē generalem ex
deliberatione regiæ audiētiæ prouisum
fuit in fauorem dicti Gerones vt primo
prouisi tenoris sequentis.

Iacobus de Luna consiliarius camar
lengus,ac lo.umte.generalis serenissimi
domini Regis domini nostri obseruan-
dissimi in principatu Cathaloniæ & co
mitatibus Rossilionis & ceritaniæ. No
bili magnifico consiliario dilectis & fi-
delibus regiis regēti offi iū gerētis offi-
ciū generalis gubernatoris in dicto Ca-
thalo.principatu &c.Nobili &c.Cū ef-
set cōtentio in regia audientia inter Pe
trū Papi ex vna, & Ioānē Gerones par
tibus ex altera super officio baiuliæ de
Corciano triennii presentis & currētis,
de quo officio fuit per nos prouisus di-
ctus Petrus Papi vicesimo tertio Ianua
rii proxime præteriti, & per Magnificū
baiulum generalem Cathaloniæ deci-
ma nona prçfati mēsis Ianuarii dictus
Ioannes Gerones: & sic primo quam di
ctus Petrus Papi.fuit per nos ex delibe
ratione Regiç audientiæ declaratū die
secundo Maii subscripti dictam conces-
sionem factam per prçfatum baiulum
generale n Cathaloniæ dicto IoanniGe
rones pro triennio currenti vt primo fa
ctam tenere & valeret dictumGerones
esse admittendum ad dictum officium
tenendum & regendum pro dicto trien
nio,non obstāte concessione per nos po
stea facta dicto Petro Papi tacito de di-
cta prima concessione facta per dictum
baiulum generalem dicto Ioanni Gero
nes,quam concess onem nostram. Attē
tis verbis priuilegii dictæ vniuersitati
de Corciano cōcessi super electione ba-
iuli ; & dare dictç concessionis nostrae
factae dicto Petro Papi: non tenere,nec
valere decreuimus. non obstantibus in
contrarium pro parte dicti Petri Papi
allegatis.Quare praedicta omnia vobis
& vniquiq.vestrum notificantes dici-
mus & mandamus vobis & vnicui-
que vestrum de nostra certa scientia,&
expresse sub regiae irae & indignatio-
nis incursu,penaque florenorum auri
quingentorum a bonis contrafacientis
irremissibiliter exhigenda,& regio ap-
plicanda erario,quod in sequendo dictā
declarationem & deliberationem prae-
fate regiae audientiae dictum Ioannem
Gerones in possessionē dicti officii praef
fate bauliae de Corciano ponatis & mit
tatis realiter & de facto, dictumque of-
ficium pro praesenti termino per eum
regi,& exerceri, & non per dictum Pa
pi sinatis & permittatis iuxta formam
prouisionis per dictum baiulum gene-
ralem eidem Ioanni Gerones de di-
cto offi io factam , non obstante quod
forte per dictum Petrum Papi a dicta
declaratione supplicaretur , quoniam
4 per dictum Ioannē Gerones fuit praes-
tita cautio, quae licet Petro Papi fuerit
intimata nihil tamen contra eam fuit
deductum aut allegatum . Et a contra-
rio diligenter cauete ratione aliqua siue
causa quanto gratiam regiam caram
habebitis,& praeappositam pœnam cu
pitis euitare . Dat, Barcinone die Maii
anno a natiuitate Domini Millesimo
quingentesimo nono.

Franc ℞.

Post predicta cum fuisset controuersia
in Regia audientia ad relationem Fran
cisci de Vallesica inter Antonium Mō-
ferrer qui fuerat prouisuspro officio ba
iuliae de Corça, per locumtenentem
generalem in officio baiuliae generalis
die 31,Ianuarii 1542 & Iacobum Alenya
qui postea fuit prouisus per lo umte-
nentem generalem domini Regis in
principatuCathaloniae.in cuius proces
su fuit insertum praedictum priuile-
gium,& dicta declaratio facta per dictū
do.Iaco.de Luna locumte.generalē do-
mini regis:tandē ad relationem dicti de
Valle-

Valesica die xvi. Marcii. MDxxxiii fuit lata sententia in fauorem dicti Monferrer tanquam primo prouisi, quæ senten̄tia dispositiua est tenoris sequentis.

Illustris dñs locũtenẽs generalis &c. visa cõmis. ad decidẽdũ dicto de Vallesi ea facta visis vidẽdis attẽtis attẽdendis, & toto processu eiusq. meritis diligenter examinatis, &c. Attẽto quod ex meritis pro cessus & alias constat dictũ Antoniũ Mõferrer fuisse prouisũ de officio baiuliæ de Corça per locũte. baiuli generalis Gerũ lę residentẽ antequã fieret p. uisio de eodẽ officio per illust. dominũ locumte. generalem in fauorem Iacobi Alenya: Attẽtis etiam verbis priuilegii prædicti super electione baiuli dictę vniuersitati concessi, & aliàs meritis processus attẽtis sua illustris. do pronũtiar, sententiat, & declarat dictum Iacobum Alenya remouẽdũ esse ab officio & exercitio officii baiuli d' Corça sicut cum præsenti remouet, dictũq. Antoniũ Mõferrer in possessionẽ officii & exercitii eiusdem baiulię de Corça mittẽdũ esse non obstantibus in contrariũ allegatis pro parte dicti Alenya neutram partẽ in expensis condẽnando ex causa sed pro bitt. actis executionem fieri mãdat

Et postea die xxvi. Martii. MDlxviiii. in simili controuersia super baiulia de sancto Saturnino in eodem priuilegio comprehenso: inter Monferratum Frigola qui primo fuerat prouisus de baiulia de sancto Saturnino per locumtenentem baiuli localis Gerundæ: & Petrum Riba qui postea fuit de eadem baiulia prouisus per locumtenentem generalem dñi regis in pñti principatu Cathaloniæ: fuit idem declaratum præcedente conclusione in regia audientia ad relationem Michaelis Ferrer tenoris sequentis.

Conclusio.

Die xxvi. Martii. M Dlxviiii. Barcinone pręsidente in regia audientia magnifico Regente cancellariam interfuerunt.

Magnificus Barnabas Serra.

Michael Ferrer.

Antonius Ros &

Bartholomeus Botras.

In facto causę vertentis inter Raphaelem çatorre domicellum vt procuratorem Monserrati Frigola loci sancti Saturnini & etiam Bartholomei & Petri Barcelo consiliariorum Hieronymi Riba, Petri Cebria, & Monserrati Frigola iuratorum dicti loci & termini illius ex vna, & Narcissum Riba eiusdem loci par tibus ex altera, facta relatione per Michaelem Ferrer in regia audientia,

Attento quod ex meritis processus seu actorum per dictas partes exhibito rũ cõstat dictũ Monserratũ Frigola fuisse prouisum de dicto officio baiulię castri & termini de sancto Saturnino Gerũden per locũte. baiuli generalis Gerũdę residentem antequã fieret prouisio per Excel. locũtenen. generalem in fauorem Narcisci Riba, attentis etiã verbis priuilegii per regınã bonę memorię vii. Iunii. Mccccxxxii. vniuersitatibus & hominibus castrorũ parrochiarũ & terminorũ de S. Saturnino, erudillis, & coreiano concessi quod etiam constat obseruatum fuisse esse in obseruantia, aliis etiã meritis dictorũ actorũ exhibitorũ, attẽtis & alias fuit cõclusũ q declaretur dictũ Mõserratũ Frigola ad exercitium officii baiuli dictæ baiulię de S. Saturnino admittendum esse, quod dictus Narcissus Riba non admittatur ad exercitium dicti officii non obstantibus in cõtrarium deductis per dictum Narcisum riba, & neutra pars in expensis condemnetur.

Præsupposito itaque dicto facto: nũc iuxta pollicita in principio superest quęrere & aperire quibus iurib. & rationibus potuerũt iustè moueri maiores nostri ad declarandum vt in dictis tribus primis sententiis declaratum fuit, & cõsequenter, quia cognitio veritatis dictarum sententiarum, dependet ex intelligentia alternatiue, aut, de qua loquitur dictum priuilegium: Ideo ad elucidandam materiam dictę alternatiue, quatenus tangit dictum priuilegium, &

non vltra,nec alias. Præmitto ꝙ (vt ait Felin. in c.inter cæteras nu.3. ꝗ refert.) materia alternatiue eſt lõga & aliqui di
1 cũt illã eſſe br ocordieam.

Et ego dico quod multi ſcribentes ſu per ea.etiã antiquis,varii & cõtrarii in ter ſe fuerũt.Quinimo & ipſe leges, vt per imperatorẽ Iuſtinianũ auguſtũ in l.
2 cũ quidã C.de verbo ſignifi.refertur.vn de viſã ſibi fuit certã ponere legẽ, quã do alternatiua ponitur inter perſonas: ſi autem vna eſt perſona : tali caſu : diſ poſuit quod ſecũdũ veteres regulas, & antiquas diffinitiones vetuſtatis iura maneant incorrupta,cuius legis textus eſt tenoris ſequentis.

Cũ quidã ſic,vel inſtitutionẽ,vel legatũ,vel fideicomiſsũ, vel libertatẽ,vel rutelã ſcripſiſſet,ille vel ille mihi hæres eſto,vel illi aut illi do lego, vel dari volo,vel illũ aut illũ liberũ, vel tutorẽ eſſe volo vel iubeo,dubitabatur vtrũ ne inutilis ſit huiuſmodi inſtitutio, & legatũ: & fidei cõmiſsũ,& libertas,&tutoris datio: an occupantis melior conditio ſit: an ambo in huiuſmodi lucra vel munera vocentur, & an ſecũdũ aliquẽ ordinẽ admittantur: aut vterq.omnimodo,cũ alii primum in inſtitutionibus quaſi inſtitutũ admitti,ſecũdũ quaſi ſubſtitutũ, &alii in fidei comiſsis poſteriorẽ ſolũ acceptum fidei com iſsum exiſtimauerint:quaſi receutiore voluntate teſtatoris viuentes.¶ Et ſi quis eorum altercationes ſigillatim exponere maluerit nihil prohibet nõ leuæ libri volumẽ extẽdere, vt ſic explicari poſsit tanta actorũ varietas:cum non ſolũ iuris auctores ſed etiam ipſe principales conſtitutiones quas ipſi autores retulerũt inter ſe variaſſe videntur.¶ Melius itaq. nobis viſum eſt omni huiuſmodi verboſitate exploſa cõiunctionẽ,aut:,p,&,accipi: ve
3 videatur copulatiuo modo eſſe prolata, &magis ſi tvt primam perſonam inducat & ſecũdã nõ repellat. ¶ Queãdmodum enim (verbi gratia) in interdicto quod vi aut clã:aut,coniunctio,pro, &, apertiſsime poſita eſt,ita & in omibus huiuſmodi caſibus: ſiue inſtitutionum: ſiue legatorum : ſiue fideicomiſſorum: vel libertatum, ſeu tutelarum hoc eſſe intelligendum:vt & ambo veniãt æqua lance ad hęreditatem: ambo legata ſimiliter accipiant:fidei comiſſum in vtrũque diuidatur · libertas vtroſq. capiat: tutoris ambo fungantur officio,ſic nemo defraudetur a commodo teſtatoris: ſic maior prudentia pupillis inferatur: ne dum dubitatur apud quem debet eſſe tutela in medio res pupillorum depereant.¶ Sed hoc quidem ſancimus cũ in perſonas huiuſmodi proferatur ſcriptura. Sin autem vna quidem eſt perſona, res autem itã derelictæ ſunt : illam aut illam rem illi do lego, vel per fideicomiſſum relinquo:tunc ſecundum veteres regulas & antiquas diffinitiones veſtutatis iura maneant incorrupta nul la innouatione eis ex hac conſtitutione introducenda.

4 ¶ Quod etiam in contractibus locum habere cenſemus.

Et eſt notandum pro augenda,& reſpectiuè cognoſcenda difficultate materiæ alternatiuæ de qua agitur , & pro infra dicendis: quod quantumcunq. dictus imperator in dicta l. cum quidam verſi,ſed hoc quidem ſancimus in principio voluerit & cogitauerit certã, claram & indubitatam legem ponere : nihilominus tamen ſcribentes ſuper illa lege varii,ſeu contrarii fuerunt & ſunt: Vnde nimirum ſi etiam noſtri doctores in aliquibus varii ſeu contrarii fuerunt. Et inde clareſcit inſtitutũ noſtrũ: in tertia parte ſcilicet, ſcire quã opinionem ex variis & contrariis doctorum opinionibus recepit haec regia audien. Cathaloniae:vt nedum aduocati ſciant quid certum ſuis clientulis conſulere poſsint:ſed etiam iudices iudicare,& ne pro vno quoq. ſimili facto : ſignanter nouo interueniente cõſiliario ſeu aſſeſſo re:diſcuti debeant merita ſimilis facti. Et ad medelam huius morbi non parui monẽti in curia anni MDxxxxii,c.iii. conſtitutum fuit quod de concluſioni bus tuuc in regia audientia factis: deciſiones fierent ſecundum ordinem datu-

rum

tũ per locũtenentem geoetalem cũ regio consilio, & imprimerentur expensis generalis Cathaloniæ & idem disposuit de conclusiooibus quæ ab iode fierent.

5 Quod autem scribētes super d.l.cũ quidam varii sint in intelligentia dicti textus patet quoniam Bal.ibi n.2.& in 1.op po.intelligit illũ tex. quando alternatiua ponitur inter personas honoratas:& quod tũc alteoatiua ponitur pro coniũcta, vt omnes personæ censeantur vocatę, secus si ponitur inter personas grauatas. Salicetus vero in summa.& n. 4. intelligit illũ textũ procedere etiã quao do ponitur inter persooas grauatas & eius intellectus videtur conformis tex. in l.ille aut ille hætes.ff.de lega.3.& l.si ex toto.§.1.ff.delega.1.est verũ quod Sali.addit verbũ fauore pupillorũ. Paulus de Cast.ponit alium intellectum in l.cũ pater.§.a te peto matire n.2.ff.delega.2

Nunc superest inuestigare quibus iu ribus seu rationibus dictę tres primę sententiæ & declarationes fuodari potuerũt,& in primis pondero,quod provno ex motiuis dictatũ triũ declarationũ regiatũ sunt posita verba sequentia.attentis etiam verbis dicti priuilegii, & in iure e st certũ quod quando in verbis alternatiuis nulla est ambiguitas,oon admittitut volũtatis quæstio:id est non admititur volens dicere aliam esse mentem disponentis quam verba dispositionis sooent.vt est textus in l. ille aut ille hæres ff.de lega.3.tenoris sequentis.

Ille aut ille hætes seio centũ dato:Potest seius ab vtroq; si velit petere. Cũ in verbis nulla est ambiguitas nõ debet admitti volũtatis quæstio,& gl.si.ibi allegat pro concordia tex.in l.non aliter ff. de lega.3,dicentem non aliter a significatione verborũ recedi oportet quam cũ manifestũ sit aliud sensisse testatotē. Pondera verbũ manifestũ.& glo. super verbo aliud,quæ exponendo verbũ aliud, dicit:quam sonate verba videntur.& etiã dicta glo.fi.l.ille aut ille:alias allegat coocotdantias, cũ igitur in verbis dicti priuilegii gratiæ & beoeficii pet dictã reginam Mariam dictis vniuersitatibus cõcessi,nulla sit ambiguitas:ideo nõ debet admitti volũtatis quæstio:id est non debet admitti qui vult dicere aliam fuisse volũtatē dictæ Reginæ cõcedētis dictã gratiã & beneficiũ quã verba sonare videtur,nisi manifestũ esset aliud cēsisse dictã regioam. & nõ solũ nõ cõstat manifestē quod regina aliud cēserit quã verba sonēt:sed nec est dubiũ præmaxime,quia ille textus io d.l.ille aut ille hęres,ponit pro cõstanti q̧ illa verba, ille aut ille hæres seio cētũ d ato,sunt absq; dubio,& propterea electio est legatarii, atq;ita in proposito dicti priuilegii dicēdũ est, quod illa verba alternatiua dicti priuilegii: Los cõsellers hagē a presentar al dit senyor Rey,o al Balle general, o a son loctinent, o al local de Getona, sunt absq;dubio per dictũ tex.l. ille aut ille hæres seio cētũ dato;& propterea electio præsentãdi est dictatũ vniuersitatũ seu cõsiliariorum,Quinimo,si & vbi possent dubia dici dicta verba dicti priuilegii(quod negatur & fuit statim supra probata negatiua) nihilominus tamē in dubio electio esset dictorũ cõsiliorũ quibus dicta gratia & beneficium cõcessa fuerunt per dictam Reginam, vt possiot prius præsentare ternam baiulo generali,& ab eo prouisionem officii baiuliæ obtinere,& illam prouisionē præualere posteriori prouisioni factę per locumtenentem georalem domini regis vt statim infra demoostrabitur.

6 Corroborantur omnia pędicta per regulam quam Io. Monachus cardioalis io c.Mandato n.2.& Phili.probus in addi.ad monachum n.5.de pręben.in 6 loquentes de alternatiuis , & declarantes illum textum,tradunt dicentes,Regularitet ordinem scripturę non esse seruandum, & contraria sunt specialia ne fiat exonetatio iodebita vt in d.cap. mandato, 2.tesponso.et ne ius alterius. lędatur vt in eodem c. vel vt dispendiũ vitetur vt l,quotiens ff.de vsufru.vel ne gratia etiam debita tollatur vt in l. generaliter.§.quid ergo ff.de fideico.libe. quod in effectu est idem dicere quod dicũt pędicti duo textus l. ille aut ille hęres

res scio centum dato, & l.non aliter a si gnificatione verborum recedi oportet quam cum manifestum sit aliud censisse testatore.insuper di. us Phili.Probus n.5.ait Marianum Soci.cōsi.9. col.5. ver si.verum prædictus quod incipit prose quendo ordinem: dicere quod doctores sequuntur dictam doctrinam Monachi.

Idem dicunt Ioā. Andre. & Domini. de sancto Geminia.in eodem c.Mandato in glo.penul.quæ est super verbo ordinem,& refferunt dictam additionem ad Monachum: Idem tenet Philippus Francus in eodem ca.sub nu.3.in glo.in verbo ordinem vbi sequendo Ioannem Monachū, & Ioannem Andream facit regulam, quod regulariter ordo nō est spectandus per l. Nec enim ordo. ff. de solutio.vbi est textus expressus dicens. Nec enim ordo scripturæ spectatur.sed potius ex iure sumitur id quod agi videtur, & ponitur casus siue exemplum in l.præcedenti § fi.& l. cum patet.§.fidei tuæ committo ff de lega.2.ibi nam ordo scripturæ non impedit causam iuris ac voluntatis, tantum enim in casibus specialibus:aliqua vigente causa specialitatis:ordo scripturæ est seruandus pro ut dicunt,& declarant præfati Ioan.Monā.Philip.Probus,& sequaces supra relati:vt videlicet quia non seruaretur ordo scripturæ fieret indebita exoneratio vt in d.c.mandato 2.respon.& ius alterius lederetur vt in eodem c.mandato, & dispendium immineret, vt in l. quotiens.ff.de vsufruct. vel gratia etiam cō cessa tolleretur, vt in l. generaliter.§. quid ergo ff de fideicomm.li. liberta. Et hoc est quod dicunt & volunt præfati duo textus l. Ille aut ille hæres scio centum dato,& l.non aliter a significatione verborum recedi oportet quam cū manifestum sit aliud censisse testatorē. Manifestum enim esset testatorē aliud censisse quam verba sonent, Si eius dispositio corrueret stando significationi verborum: vel si non seruaretur ordo scripturę, vt in dictis & aliis exemplis positis,& in dictis & aliis iuribus allegatis per dictos Ioan. Mona. & Probum & illorum sequaces,& Fortunius garciā in l.gallus.§.quidam recte n.46.versic. cogita.ff.de liber.& posthum.post longam discussionem declarando tex.in d. l.non aliter,dicit per hęc verba.Et quidem mihi certior est,vt seruetur oratio nis vis & significatio:nisi aliter ex vrgē tioribus coniecturis appareat. vt in l.nō aliter ff. de lega.3.& in re dubia melius est verbis edicti seruiri vt in l. 1.§. si is qui nauē de exercitoria l. prospexit supra qui & à qui.ma.non possunt.Et fortius & clarius procedunt prędicta in casu huius priuilegii cum in eo agatur de gratia beneficio,& officio secundum Felin.post alios per eum allegatos in c. inter ceteras sub n.4.versic.fallit quarto, dicentem quod in gratiis seu beneficiis alternatiuis:electio est beneficiati, & sic quasi creditoris per tex.in l.2. C.de Castrensia,& ministeria. li.12.& quod illū extollunt Bal.& Ang. in l.beneficium. ff.de const.prin dicentes,quod si vaccātibus tribus officiis princeps vni conferat alternatiue omnia,electus eliget, & quod illum textum notat etiam Bal.in l.lucio.ff.de lega.2.& in l.pen 3.col.ibi, quęro quid in mandante.C.de verbo.significatio.& Bal.in l.qui duos ff.de lega.1.& Iaf.in § huic autem n.7.Insti.de actio. dicit dictum tex.in d.l.2. C. de castren. & ministeria.esse mirabilem & fecisse sibi maximū honorē in examine publico cui nemo sciuit respondere perfectè.Dicit etiam Feli.in d.c. inter ceteras istam doctrinam procedere etiam si gratia fieret ad partis instantiam.allegat Alex.in d.l.qui duos per d.l.2.in verbo voluerit impetrare. quicquid ibi dicant Imol.& Ang.Aret.§ huic autem insti.de actio. moti per c.si pluribus de pręben.in 6.vbi ponitur specialis casus in literis ad beneficia non extendentibus secundum Alex. & quod fa.c.gratia de rescrip. in 6. Et quod in beneficiis alternatiue con cessis electio sit eius cui conceditur elatius,quā in cōtractibus & vltimis volūtatibus non est mirandū:quia beneficiū imperatoris siue principis plenissimè interpretari debemus, textus est literalis

lis in l. beneficium de consti. principum & glo. 1. ibi dicit quod in contractibus plene in vltimis voluntaribus plenius; & in beneficiis plenissime. c. cum dilecti de donat. Et est aduertendum quod Bal. & ceteri doctores proxime relati loquütur expresse in officiis concessis per principem alternatiuè: & quod in illis electio est eius cui cōcedütur alternatiuè per d. l. 2. C. de castrēsia. & ministeria & sic loquütur satis terminis dicti priuilegii per reginā Mariā cōcessi de officiis Baiuliarū de Corsa, de sancto Saturnino & de Crudillis, & nec ex prædictis aperte cōstat, quod in vim dicti priuilegii electio pertinerāt ternam domino regi, aut baiulo generali aut eius locūtenēti, cōpetit cōsiliarius dictarū vniuersitatū. Nūc restat videre quæ iura possent alle gari in cōtrariū, & si sint doctores qui contrariū teneant, & responsiones & solutiones dictorū contrariorū in specie: & quāquam ex prædictis scilicet ex deductis per dictos Io. Monachum in d. c. mandato n. 2. & Philip. Probum n. 5. & alios qui illos sequuntur; & sunt supra relati, responsiones sufficientes & reales faciliter, & dilucide cerni & colligi possent: Attamen pro maiori claritia & vt omnibus pro posse satisfaciam: referam quæ ad mei memoriam venerint.

Et primo in contrarium allegari posset satis coloratè glo. in cano. Metropolitano in verbo ex præsbiteris 63. distinctio. quæ expresse dicit, qui prior est in ordine erit prior in electione. cum qua stā sit Ioan. de Turrecremata ibi n. 1. & allegat concor. & gl. in c. sit Rector super verbo præmisit 43. distinct. dicit ibi esse argumentum: quod ab ordine verborū est argumentandum; Sed responderi potest, quod in quantum dicta glo. & Io. de Turrecrema. in dictis locis simpliciter absq; aliqua distinctione dicunt ordinem scripturæ seruādum esse: Attamen ipse idem Io. de Turrecremata in dict. can. sit Rector. 43. distinct. dicit quam in prędicto cano. Metropolitano distinguendo, & nimirum quia alias esset contra textum expressum in l. nec enim ordo ff. de solutio. & ibi allegantur concordan. & etiam esset contra tex. in l. cum pater §. fidei tuæ committo. ibi ordo scripturę non impedit causam iuris; ac voluntatis. & esset contra præfatos Ioan. Monachum probum. Io. And. Domini. Philip. Fran. in d. ca. mandato supra relatos; qui (vt supra in principio specifice relatum fuit.) dicunt quod regulariter ordo scripturę non est seruandus. sed casualiter, id est in casibus specialibus quos refferunt & exemplificāt. Et idem tenet (licet al is verbis) Felin. in c. inter ceteras n. 4. de rescrip. post alios quos ipse refert. Et ego retuli supra in prin. & tex. in d. l. nec enim ordo inquit per hęc verba Nec enim ordo scripturę spectatur, sed potius ex iure sumitur id quod agi videtur, & tex. in d. § fidei tuę committo dicit quod ordo scripturę nō impedit causam iuris & voluntatis. Et ipse idem Ioan. de Turrecre. in d. can. sit Rector nu. 5. respondendo dicit, quod aut constat de mente mandātis quod velit vel non velit ordinem seruari. Et si sic: tunc sequenda est voluntas mandantis, quia forma est seruanda c. cum dilecta de rescrip. Si est dubium de mente, tunc si obseruatur ordo scripturę & surgeret repugnantia iuris, tunc non attenditur ordo scripturę. vt est casus de rescrip. capit. causam quę, & pro hoc est bonus textus in d l. cum pater. §. fidei tuę committo ff. de lega. 2. ibi ordo scripturę non impedit causam iuris & volūtatis, sed dos prælegata restinebitur: quoniā reddi potius videtur quā dari. repugnantia enim iuris esset quod dos per maritū ab vxore recepta, nō restitueretur vxori: si vero non surgeret repugnantia iuris: tunc dicit ipse Io. de Turrecremata, quod si est ordo potius alternatiue: tunc suffi.it quamlibet partem obseruari vt in ca. inter ceteras de rescrip. fallit tamen in casu. c. mandato de prę bē. in 6. aut est positus sine alternatiua: & tūc procedit glo. de rescrip. c. cū dilecta. hęc ipse Io. de Turrecre. eandem distinctionem faciūt Cardi. Alex. Prepositus & Dominic⁹ de Sācto gemi. in codē can. sit

quoniam ex illo priuilegio non fit exoneratio indebita dictis vniuersitatibus, nec aliæ onerantur, nec fit præiudiciũ tertio: nec ex eo quod electio sit dictorũ consiliariorum sequitur extinctio dicti priuilegii. vt in d. c. mandato. ideo sequitur quod est standum dictæ regulæ, vt sit electio consiliariorum dictarum vniuersitatum quibus gratia concessa fuit. & non est sequẽdus ordo scripturę, pre maxime, quia per illam concessionem exonerantur dictæ vniuersitates a periculis maiorum it nerum: & ab expensis hospitiorum: & a salariis prouisionum offi.ii baiuliarum.

¶Et quod hæc vtilitas sit in consideratione: Et quod sit verisimile dominam reginam dictum priuileg um alternatiue concessisse vt subditi sui, & domini reg s, expensis, & laboribus r leuarentur: comprobatur ex vigilantia quã domini Reges soliti sunt habere vt eorum subditi laboribus & expensis pręseruentur. Nam propterea fuit per constitutiones constitutum & statutum quod causæ Vicariæ terminentur intra vicariã, & causæ baiuliæ intra baiuliam, & euocari nõ possint extra vicariam ad regiam audientiam nisi cum qualitate pupillaritatis & similium, & nõ omnes causę, sed dumtaxat maiores cẽtum librarum: hac ratione ne homines vicariæ vexentur laboribus & expensis, vt inquit tex. in const. Per ço que del benefici a les persones miserables ibi. e, agrauiar algũ de treballs e despeses. Et in versic. E perço que de aqui no nasquen iniuries, ibi, per vna jornada & ibi. If assignen jutge en lloc segur en aquella vegueria Quę cõsti. est in tit. quant lo princep entre pu-

b bills, e viudes b fol. 86 Et colligitur ex const. anni. 1547. c. 2. ibi. E apartat aqlls sostmesos de danys y despeses multi enim sunt labores itinerum & expensę quę fiunt in hospitiis, & interesse de quibus meminit const. Tollents lo abus in ti. de offici de Camarlenc & de protho-

c notari, secretari, e scriuãs c fo. 44. Et ibi declarat Mie. n 9. circa fi. coll. 10. f. 19. & Bal. in l. cum proponas n. 5. C. de trãsac. tenet quod in alternatiuis remediis, vt est ista, semper electio est illius cui remedia conceduntur. Allegat. l. quod in hæredem §. eligere. ff. de tributa. ac. & idẽ tenet Alex in d l. qui duos n. 4. ff. de lega 1. Sed sic est in proposito dicti priuilegii: Ergo &c. Nec sufficeret si in contrariũ diceretur quod immo vtilius est dictis vniuersitatibus quod dñs rex eligat vnum ex dicta terna: Quia domin' rex melius eligere sciret quam dictus locumtenens localis Gerundę vel baiulus generalis Cathaloniæ qui forsan præci bus, vel pecunia indignum eligerent: & quod propterea dicta concessio est strictè intelligenda, vt secundum ordinem scripturæ dicti priuilegii fiat præsentatio Quoniam multifariè responderi potest. Et primo ꝙ postquam cõsiliarii cũ iuratis dicti termini eligerent tres personas pro dignis ad regendum baiuliam illius termini. Sequitur quod baiulus generalis Cathalonię vel illius locũtenens recipiendo vnam personam ex dictis tribus: nõ posset indignum recipere & suf-

16 ficit quod eligat & recipiat dignũ: quã-

d uis dignior reperiatur d in eadem terna per tradita per Bar. in l. cum quidam n. 5. & 6. ff. de lega 2. & ibi Pau. n. 6. quamuis faciat quandam distinctionem Item respon. ꝙ viciniores dicti termini sciũt melius qualitates & habilitates personarum illius termini quã remotiores: atq; ita restat clarũ quod baiulus localis Gerundæ qui est vicinior dicto termino de sancto Saturnino scit, & scire præsumitur melius qualitatẽ & habilitatẽ personarũ dicti termini quã dominus rex, & eius locumtenens generalis. & baiulus generalis qui in ciuitate Barcinonę, salte pro maiori parte temporis, (& sic in multo remotiori loco) habitaut arguendo a verisimili, quod pbabile & vsitatũ est vt per Euera. in loco a verisimile c. 5. Nec de officialibus regiis tam principalibus per dominũ regem informatio ne (vt creditur) precedente recepta electis: ita ꝙ facili diffidẽdũ est: vt pręcio vel precibus indignũ reciperẽt, nec alias ppterea restringendum esset dictum pri-

 uileg um

uilegium & beneficium dictis consiliariis, iuratis, & vniuersitatibus concessum:tum quia culpa officialis eligentis indignum non debet, nec potest nocere dicto priuilegio, nec imputari consiliariis, quęlibet enim culpa suos auctores tenet & non alios;tum etiam & pręmaxime quia si dicti consiliarii elegissent dictas tres personas indignas: tali casu dominus rex posset eligere pro illa vice aliam personam extra dictam ternã. Adde in quantum supradixi,quod causę minures centum librarum non possunt euocari ad reg.audien. extra vica. quod hodie per eunsti.curię an.1585.ca. 52.* causę minores 300. ll. non possunt euocari extra vicariam vel baiuliam,& sic per istam nouam constit.corroborantur rationes pro illa parte supra tradite ne subditi expensis & periculis itinerũ vexentur.

11 Ex prędictis etiam superest non obstare dictis tribus regiis declarationibus & pręfatis doctrinis ad fundandum dictas de larationes allegatis textus in ca. Metropolitano 63.distinct Quoniam secundum.Io.de Imo.in c.inter ceteras n. 4.versi.item fallit,& Felin.ibi num.4. in prima fallen. in d.ca. Metropolitano constabat de mente disponentis, quod voluerit ordinem scripturę seruari, & ita etiam intelligitur & declaratur per dictum Io.de Turrecremata in dicto ca. sit Rector in sua distinctione,sed re vera ille textus non dicit, quod sit seruandus ordo sicut dicunt expresse textus in allegato.ca.mandato & in l.cum pater § a te peto matitẽ.ff.de lega.2. quos textus ipsi allegant principaliter ad dictum effectum,sed ille textus in cap.Metropolitano disponit dumtaxat expresse:quod ordenandus sit optimus. Et si hoc modo ille textus esset intelligendus;electio ordinandi,seu elegandi optimum competeret episcopis prouincialibus non solum iux dictam regulam:ꝙ in gratiis & remediis electio est eius cui conceduntur, sed etiam iuxta doctrinã glosę per illum textum,in.l.lucio titio. ff.de lega.2.quam sequuntur omnes doctores legistę & canonistę,quo habetur quod electio est illius ad quem verba executiua diriguntur & in dubio electio est legatarii &c. de quibus dicam latius infra in versic. Et quamquam prędicta sint plusquam. Et quicquid sit, sufficit quo adpręsens propositum,quod doctores intelligant in d.cap. metropolitano constare de mente testatoris quod voluerit ordinem scripturę seruari,Et ideo cum in concessione per Reginam Mariam dictis vniuersitatibus facta non cõster,quod voluerit ordinem illius scripturę seruari : qui casus est specialis ad pręfatam regulam.sequitur quod iuxta dictam regulam electio erit consiliariorum dictarum vniuersitatum quibus dictum bene ficium fuit concessum. pręmaxime,quia(vt sepissime dictum fuit) in verbis dictę cõcessionis nulla est ambiguitas, & propterea non est admitenda voluntatis quęstio, vt dicit textus in l ille aut ille ff.de legatis.3. & ex solo ordine scripturę non infertur voluntatem disponentis esse quod seruetur ordo scripturę vt probatum fuit supra in versicu. nunc restat videre.Item respon.vt infra in versicu. Et quamquam prędicta sint plusquam.

Et minus obstat textus in d. can. sit Rector 43. dis. per easdem rationes, & signanter,quia ille textus non loquitur in alternatiuis vt in simili respon.Ioan. de Imol.in ca. inter ceteras numero.4. versicu.Item adde quod fallit dicendo, tu aduerte quod.§.si generaliter inst.de lega.non propriè loquitur in alternatiua.Et idem & clarius dicit Feli. ibidem numero.4.in prin. Atque ita restat responsio ad dictum.§ si generaliter.institu. de lega. quam responsionem nota pro responsione ad illa similia iura quę non loquuntur in alternatiua: vt distinctio.75.cap.vltimo.l. legato generaliter ff.de lega. 1. & l. gallus.§. quidam rectè ff.de lib.& posthu.Et vt per Io. de Imo. in d.c.inter ceteras n.4.in fi.

Nec etiam obstat textus in l.quoties quia secundum dictos Ioan.Mona.Philip.Probum.Io. Andre. & Dominicum in d.ca.

in d.ca.mandato de præben. in 6. in d.l. quotiens est casus specialis, quod ordo scripturę seruetur vt dispendium vitetur. Et etiam in l.generaliter.§.Quis ergo statuet, alias est versic.sub.§.proinde ff. de fideicom. libertatibus est speciale ne etiam debita tollatur vt affirmant præfati Ioan.Mona.præpositus,& alii supra relati.

Nec obstat tex. in d.l.cum pater §. a te peto marite ff.de lega.2. vbi fuit dispositum ordinem scripturę in illo casu debere seruari, cuius textus verba sunt hęc. A te peto marite. Si quos liberos habueris illis prędia relinquas, vel si non habueris tuis siue meis propinquis, aut etiam nostris libertis: non esse datam electionem: sed ordinē scripturę factam substitutionem respondi. Nam respon, primo quod ille textus loquitur in legatis & nos loquimur in beneficiis & gratiis in quibus beneficiis & gratiis latissime fit interpretatio l. beneficiū ff. de consti. Princi.cum sua.glo.i.ca. cum dilecti in fi.de dona. pro quarum differentia videri poterit Felin.in d.ca.inter ceteras sub numero. 4.versi. fallit quarto vbi post Bal. & alios quos allegat ꝑ casu speciali dicit quod in gratiis & beneficiis alternatiuis: electio est beneficiarii,& ponūt exempla in officiis per principem concessis vt dixi supra versi. corroborantur omnia & illud procedit nisi ex mente disponentis ordo scripturæ seruari deberet per dictum tex.in c. mādato de rescrip. in 6. ad quem textum iam supra versi.& primo quod in d.ca. mandato, fuit responsum.

Secundo respondeo quod in dicto.§. a te peto marite est casus specialis propter coniecturatam mentem testatricis quod voluerit ordinem scripturę seruari,& in hoc omnes doctores cōcordāt, quamquam verum sit quod in exemplis discordant, seu sunt varii vt statim dicam. Et quo ad nostrum priuilegium Reginę Marię de quo agitur. sufficit quod omnes doctores concordent casum speciale esse in d.§.a te peto, quod seruetur ordo scripturę. Et quod dixi quod dicti doctores in exemplis discordant: ideo dixi quia glo. in dicto.§. a te peto marite in verbo ordine in fine(post formatum contrarium non solum de l. cum quidam. C. de verbo. signi. vbi in prima parte: alternatiue resoluuntur in coniunctis: & de.§. fidei tuę committo dictę l. cum pater:in quo dicitur, quod ordo scripturę non impedit causam iuris & voluntatis:) soluit dicens: Secundum R.ex sermonis conceptione & personarum affectione: hęc & illa verba aliter intelligenda proculdubio patet Bar. vero in eodem §. a te peto dicit, quod ibi alternatiua cadit inter personas inter quas cadit affectio ordinata. Et quod secus est in d.l.cum quidam,intelligendo quod propter affectionem personarum de quibus loquitur ille textus: ordo literę sequendus est. Ista tamen solutio non placuit Paulo de Cast. in eodē .§. a te peto meritę num. 1. quia vxor illa testatrix maiorem affectionem habeat ad suos propinquos, quam ad propinquos mariti: & e cōuerso:Et tamē admittuntur primo propinqui mariti secundo ordine scripti, quam propinqui vxoris primo ordine scripti. Vnde ipse Paulus ibidem nu.2.distinguit dicens:quando verba sunt directa ad legatorios, vt lego ticio aut seio: alternatiua ponitur pro coniuncta,& ita procedit dicta l.cū quidam. Sed si sunt directa ad hęredem quod det ticio aut seio:si quidem inter illos est par ratio non ponitur pro coniuncta & datur electio hęredi: sed si est dispar ratio:attenditur ordo scripturę, vt primo nominatus primo veniat, & quod de hoc vltimo est casus singularis in d.§ A te peto, & in nu.5.dicit nota ergo quod ordo scripturę preponderat ordini affectionis: Quia si attendere tur ordo affectionis vocarentur prius propinqui vxoris:quod non est. Tu aduerte, ꝙ dictū notabile videtur esse cōtra textum expressum in §. fidei tuę committo, eiusdem l.cum pater, vbi textus dicit quod ordo scripturę non impedit causam voluntatis:& voluntas colligitur ex affectione ordinata,& affectio ordinata

dinata(vt predicitur) est vnumquemq; maiorem affectionem & voluntatẽ habere ad suos propinquos quam ad extraneos, & extraneorum propinquos, & hoc est ius naturale, & ex instinctu naturali, & est commune omnibus animalibus insti. de iure naru. gent. & ciuil. in priu. can. ius naturale distinct. I. & vbique glo. & doctores, & Bar. in l. Gallus. § quidam recte numero. 4. circa finem dicit ordinatam charitatem esse quando sic ab intestato successuri sunt. Veram solutionem & intelligentiam illius textus arbitror esse illam, quam ponit dicta glo. in verbo ordine: sequendo R. Et etiam Sali. in d. l. cum quidam numero. 3. quibusdam verbis additis Clarius Feli. in d. cap. inter ceteras numero 4. in prima fallentia de rescrip. vbi pro fallentia ad regulam: quod in alternatiuis regulariter electio est debitoris: dicit dictam regulam fallere vbi ex mente disponentis seruari debet ordo, pro quo inter alia allegat dictum § a te peto. Et istum arbitror verissimum & tutiorẽ intellectum dicti § a te peto marite, ac amicabilem literæ illius: & ex illo elicitur concordia inter doctores in effectu: quamquam verbis differant, omnes enim doctores & glo. concordant, ibi esse casum specialem in quo ordo scripturæ non sit seruandus, sed casualiter sine in casibus specialibus vt supra in principio fuit latissime declaratum & probatum. Attamen differunt, & contradicũt in causa specialitatis. Nam Bar. pro causa deducit affectionem ordinatam testatricis, & Paulus de Castr. illam causam impugnat tamquam contrariam textui dicti. §. a te peto, & bene glo. ibidem in verbo ordine in fine sequendo R. tenet medium dicens ex sermonis conceptione & personarum affectione, hæc & illa verba intelligenda proculdubio patet, & idem dicit Sali. in pręfata l. cum quidam numero. 3. quibusdam verbis additis. Felin. in sæpe dicto cap. inter ceteras numero. 4. in prima fallentia videns (vt puto) quod non solum dictus. §. a te peto mentionem aliquã de affectione non facit: sed affectio allegata per Bartholũ est contra ordinem textus dicti. §. (vt declaratum fuit supra:) per alia verba declarat illum textum. §. a te peto, dicens pro prima fallentia prædictæ regulæ, q in d. §. a te constat de mente testatricis quod voluerit ordinem scripturæ seruari, sic in effectu cõcordat cum omnibus prædictis doctoribus & glo. ordo scripturæ erat ibi seruandus: sed per alias causas specialitas. s. affectiones idem tamen importantes. Ego ad dictam mentem testricis probandam induco illum textũ vt sequitur. dicta testatrix) secundum Viuianum in casus positione) duo prædia legauit marito suo solo, & sic in illis pędiis magis dilexit maritum suũ quã propinquos proprios suos. s. dictæ testatricis: & consequenter constat mentem & voluntatem suam fuisse quod prius admitterẽtur propinqui mariti sui quã propinqui sui scilicet dictę testatricis. Qua enim ratione testatrix pędilexit maritum, ea censetur prædilexisse propinquos mariti sui vt tenet in simili Socin. in consil. li. sub numero. 3. volum. 4. ibi. qua ratione testator prædilexit aliquos in fideicommisso: censetur prædilexisse eius proximiores, pręmaxime (& est secunda ratio seu causa dilectionis, & declaratio mentis testatricis) quia etiam in prima substitutione dicta testatrix sine aliqua alternatiua substituit & vocauit solos liberos dicti mariti sui. & non propinquos dictę testatricis: & ideo postea immediate prius nominauit propinquos suos: & proptetea nimirum si legislator: dictam substitutionem ordine scripturę factam respondit: Quoniã ex prędictis constabat mentem testatricis fuisse: ordinem dictę scripturę sequi vt dicit Felin. vbi supra & hoc idem voluerunt dicere: & ęquipolenter dicunt glo. in d. §. a te peto in verbo ordine in fine sequendo R. ibi & Sali in d. l. cum quidam, & clarius Felin. in d. c. inter ceteras in prima fallen. vt dictum est. Et ex his omnibus: Quo ad nostrum priuilegium & beneficium dictis vniuersitatibus concessum restat, quod cum per verba

verba dicti priuilegii non constet mentem Reginę concedentis fuisse quod ordo scripturę illius seruaretur:ideo sequitur quod dicta concessio remanet sub dicta regula,quod in beneficiis alternatiuis electio est beneficiati idest dictarū vniuersitatum quibus dictum beneficiū cōcessum fuit alternatiue. Nec obstaret si ad probandum mentem dictę Reginę deduceretur,quod ex ordine scripturarum alternatiuarū dicti priuilegii mens dictę reginę probatur quod voluerit ordinem scripturę seruari per glo.in d.cano.Metropolitano in verbo presbiteris 63.& in c.sie rector in verbo pręmisit, & aliis similibus. quia respon. vt supra iam probatum fuit.illas glosas non esse indistincte veras: Quoniam regulariter non est ordo scripturę seruandus sed casualiter. id est in casibus specialibus quorum non est casus huius gratię & & beneficii per Reginam Matiam concessorum vt late hostensum fuit supra in versi.corroboratur omnia.& in versi. nūc restat videre.Et quia quādo in verbis alternatiuis nulla est ambiguitas,nō admittitur volūtatis quęstio: id est non admittitur volens dicere aliā esse mētē disponentis quā verba disponentis sonent.per d.textū expressum in l.ille aut ille hęres ff.de lega.3. & non aliter a significatione verborū recedi oportet quā cum manifestum sit aliud sensisse testatorem.vt late supra in versi. Nūc superest inuestigare,deductum fuit.

11 Et quamquam prędicta sint plusquā sufficientia ad comprobationem dictarum trium regiarum declarationū. Attamen nolo omittere illam notabilē doctrinam glo.in l.Lucio in verbo vendicare,per illum tex.ff.de lega.2.prout illam declarat Bar. ibi quam omnes fere scribentes tam in iure ciuili,quam canonico sequuntur,& ad eam tanquam singularem,magistram,& meliorem de iure recurrendum esse dicunt, & nimirū, quia per eam enetuantur difficultates sup prędictę & alię multę iuxta relata per Imperatorem in d.l. cum quidam C. de verbo.signifi.& cōsequentur iudices & aduocati a laboribus, & partes ab expēsis releuantur. Dicta enim glo. declarata prout illā declarat Bar.ibi distinguit, quod aut verba executiua alternatiue referuntur ad legatarium:& sine dubio electio est legatarii aut referūtur ad hęredē:& electio est hęredis,aut sunt verba dubia:& in dubio electio est legatarii, & idem est in contractibus nisi vno casu. Et fortius est in beneficiis & gratiis,& dicit Bar.ibi.n.1.quod idem tenet Din.in c.in alternatiuis de regul. iur.in 6.& Cyn.in l.cum quidam C.de verbo signifi.& quod est notandum.

Idem tenet Bal.in d.l.lucio circa prin.
Idem Pau.ibidem n.2.
Idem Angel.de periglis.ibi.
Idem Alexan.in l.qui duos ff.de lega.1. numero.1.
Idem Iaf.in l.cum quidam nu. 7. C. de verbo signi.
Idem Ange.areti.in § si generaliter sub nu.1.versi.aut est legatum sub alternatiui insti.de lega. Et in.§.huic autem sub nu.2.versic.videndum igitur est insti.de actio.
Idem Ioan.Fab.in d.§.si generaliter sub n.9.versi.quid si legatum.
Idem Pet.de Bellaper.in d.l.lucio vt illum refert Enrichus Boich in c.vnico de plus petitio.
Idem Nicholaus Euerar. de mod.argumen.in loco a natura alternatiue in prima limita.versic.sed dicta regula.pa.366.
Idem tenent canonistę,& inter ceteros, din.in regula de alternatiuis versi.in legatis vero.
Idem Imo.in d.c. inter ceteras nu. 5. de rescrip.
Idem Pano.ibidem in finalibus verbis.
Idem Philip.Fran. in d. regula in alternatiuis.
Idem Felin.in d.c. inter ceteras sub nu. 4.versi.fallit primo dum allegat dictam glo.in l.lucio per quem videri etiam poterit materia alternatiue per regulam fallen.& restrictiones.
Idem Enricus Boich in c.vnico de plus petitio

petitio n.2.col.2.versi. aut quæris de alternatiua præstationis.

Post alios per eum relatos,& ponit am plam distinctionem.

Est tamen verum quod dicta doctrina siue regula dictæ glo.l.lucio.ff. de lega. 2.similes patitur fallentias quas patitur præfata prima regula prout illam decla rant.Imo.in d.c.inter ceteras n.4.versi. item adde quod fallit.Et Felin.n.4.versi.fallit primo. vbi tenent quod regula prædicta fallit in alternatiuis in quibus verisimiliter ex mente disponentis seruari debet ordo scripturæ vt in c. mandato de præben.& quod facit quod habetur in can Metropolitano cum ibi notatis.63.dist.& in l.cum patet.§.a te peto.ff.delega.2.item fallit quando si non seruaretur ordo scripturæ concesio extingueretur,vel tolleretur, vel esset indebita,quia per illam ius alterius læderetur & alter onerarretur, vt per dictos Io.Mona.probum Io. Andre. Domini. Philip.Fran. & alios supra in principio relatos.Vnde ad propositum dictæ gratiæ concesse per dictam Reginam Mariam dictis vniuersitatibus de sancto Saturnino,Corciano,& de Crudillis:infertur,quod cum dictæ fallentiæ non militent, nec aliqua illarum militet in dicta gratia, sequitur esse standum dictis duabus regulis tam primæ qua habetur quod in gratiis & in beneficiis electio est illi' cui concessa fuerunt,quam secunda qua habetur quod quando verba executiua su dispositiua refferuntur ad eum cui concessa est gratia illius est electio,&c.

Denique in dicta tertia sententia,fuit etiam posita alia attendentia: videlicet dictum priuilegium dictis vniuersitatibus & hominibus castrorum parrochiarum,& terminorum de sancto Saturnino,Crudillis,& deCorciano concessum fuisse & esse in obseruantia:Et quia dicta attendētia est vera & in processu probata,quia procedebant dictæ duæ declarationes superius in principio relate &

13 inserte seu continuatæ: & in rem iudicatam transactæ,& per duas sententias inducitur consuetudo secundum Imol.in rubri.de consuetu.n.1.& 2.per iura quę allegat,& est glo.in l.diuturna circa medium ibi & inducitur consuetudo per duas sentētias latas intra decem annos ff.de legi.fortius ergo in nostro casu dieti priuilegii in quo fuerunt tres latę sententiæ prima anno.1509. secunda anno. 1533.tertia anno. 1569. idem tenet Tho. Mier.in consti.item volumus n.3.colla. 4.c.37.fol.52.Sicut & duo actus iudiciales inducunt styllum qui seruari debet secundum eundem Mier.in constitu.id circo nos Rex.nu 4.col.2.fol.9.per l.1. C.de vete.iure enuclean.

14 Nec obstaret opponeret,non esse exēplis iudicandum l.nemo C.de senten.& interlo.om.iu. Quoniam respon. quod nec hic curatur de exemplis,sed de intelligentia & interpretatione quamhabuit dictum priuilegium & beneficium: & quippe non per curiam inferiorem: sed per supremam scilicet Regiam Audientiam interuenientibus doctoribus aulæ Regentis Cancel.& minime sunt mutāda quæ certam habuerunt interpretationem l.minime ff.de legi.pręmaxime per sententiam regis l.fi.C.de legib.qua dispositum est:quod sententia Regia cognitionaliter auditis partibus lata, facit legem non solum illi causæ, pro qua lata est,sed etiam omnibus similibus.Pro hoc etiam facit bonus textus qui loquitur in propria materia alternatiuę in c. inter ceteras in finalibus verbis de rescrip.ibi & idem in similibus obseruandum est,& quanquam dicta l.fi. loquatur in imperiali sententia: attamē idem est in sententia lata per nostrum Regē

15 Hispaniæ,& sic per suam regiam audiētiam: quia reges Hispanię non subsunt imperio, nec recognoscunt superiorem quia regnum eruerunt a faucibus inimicorum glo.in c. Hadrianus in verbo per singulas in fi 63.distinctio Iaf.in l.1. n.11.C.de summa Trini.& si.cat.& potest facere,& facit leges dummodo non sint contra leges pactionatas: id est factas in curiis generalibus,quæ indubitanter procedunt, quia hic non agitur de simili:sed de eodem priuilegio per sen-

tentias

tentias regias in rem iudicatam transac tas declarato, non enim a dictis sententiis & declarationibus fuit supplicatum & ideo fecerunt ius super dicto priuilegio, pro quo videatur omnino Calic.in margarita.fiscal.8.dubio prerogatiua 155 dum loquitur de secundo intellectu via ti.iudicium in curia datum.Iacob.Marquil.in d.vsa.col.6.nota.2.& 3.& quia a dictis declarationibus non fuit (vt dictum est) supplicatum: ideo non potest obstare aliqua pars distinctionis quam facit idem Marquil.in d.vsa.col.8.versi. quero 20.fol.131.

Et quia (vt supra in principio dictum fuit) in discursu huius causę: fuit verbo relatum quod in alia causa alterius priuilegii fuit declaratum secundum ordinem scripturę priuilegii expreta electione, & vnus qui interfuerat dixit (saltem in effectu) quod recordabaturvidisse tūc I gallus.§ quidam recte, & ibi doctores ff.de lib.& posthu. Ideo inserui hic dictam declarationem in forma prouisionis, facto verbo in regia audientia, factam non tamen inseritur priuilegium; quia nō est in illo originali processu in quo reperitur dicta prouisio quę est manu propria relatoris illius. Refertur tamen in ea prouisione dictum priuilegium cōcessum fuisse per infantem Enricum Aragonię locumtenentem generalem regis Ferdinandi secundi hominibus sanctę Pelagię S.Cipriani de Lado, & S.Agathę Gerunden.dioce.super electione baiuli die 25.Nouembris. 1484. effectus verborum dicti priuilegii potest ex dispositiua dictę declarationis quę facta fuit 3.Iunii.581.colligi. & est tenoris sequentis.

Attento quod prędicto priuilegio per infantem Enricum Aragonum locumtenentem regium dictis singularibus ac vniuersitati sanctę Pelagię concesso, electio & prouisio baiuli primo loco tribuitur D.regi. Secundo suo primogenito, Tertio locumtenenti regio. Quarto baiulo generali, Vltimo loco locumtenentem dicti baiuli, Et licet alternatiue nominentur prędictę personę; Attamē attenta earum qualitate, & differentia; Et inferius nominatorum ad superiores subiectione, ac subordinatione, ordine successiuo cōmissa cēsetur illis electio, & non promiscuè, Absurdum quippe ac valde ab sonum esset vt presente locumtenēte generali in prouincia, huiusmodi electiones per baiulū generalē seu eius locumtenentem longe inferiores, magistratus fierent. Prędictis & aliis meritis processus attentis; & aliàs prouidet ac declarat electionem factam per locū tenentem baiuli generalis in statione Gerundę de persona Ioānis Baulida nullam esse ac nullius roboris & momenti, & proinde reuocandam, cassandam & anullandam cum omnibus inde sequutis fore & esse. vt cum pręsenti reuocat. electionem autem factam per d. locum tenentem generalem de persona.d.Ioānis Prats legitimam ac rite & recte factam fuisse & esse prouidet ac declarat; eumq; in possessionem prędicti officii baiulię immitendum fore & esse, a moto ex inde prędicto Ioanne Baulida illegitimo detentore, & quod pro his fiant literę necessarię iuxta stylum, Neutram partem in expensis condemnando ex causa, sed probistractis fiat exequ.& co, co.inti.

In ista prouisione declaratur, ordine successiuo commissam fuisse electionē dictis vniuersitatibus & non promiscue & hoc duobus vel tribus principalibus motiuis siue attendentiis. Prima est, attenta qualitate & differentia personarū in alternatiua positarum, & subiectione, ac subordinatione inferius nominatorum ad superiores. Secunda est propter absurditatem quę resultaret vt pręsente locumtenente generali in prouincia, huiusmodi electiones per baiulum generalem, seu eius locumtenentem lōge inferiores, magistratus fierent.

Huic declarationi: quate. de ea opponitur ad pręfatas tres declarationes prędicti priuilegii vniuersitatibus de crudillis, Corciano, & de sanctoSaturnino cōcessi respondeo quod cum proxime dictum priuilegium de Crudillis, Corciano, &

no,& de sancto Saturnino.dictis tribus sententiis regiis in rem iudicatam transactis certam intelligentiam & interpretationem habuerit & habeat : non est cur ex declaratione super dicto alio priuilegio vniuersitatibus S.Pelaiæ, S.Cipriani,& S.Agathe concesso facta inferatur ad præfatum priuilegium concessum dictis aliis vniuersitatibus de Crudillis,Corciano,& de sancto Saturnino. cum (vt prædicitur) certam interpretationem habuerit, & minime sunt mutanda quæ interpretationem certā semper habuerunt l. minime ff. de legib.& per dictas tres sententias inducta fuerit & sit cōsuetudo.immo & per duas sententias secundum Inno.in Rubri. de cōsue.n.2.in decreta.& est glo.in l.diuturna circa medium ff de legi.& dixi latius supra versi.deniq;

Si autem dictum priuilegium de Crudillis Corciano, & de sancto Saturnino dictam non recepisset intelligentiā propter prefatas tres regias sententias, & cōsuetudinem: An nunc ex motiuis in declaratione facta super dicto alio priuilegio vniuersitatum sanctæ Pelaiæ, S.Cipriani, & S. Agathæ positis, esset aliter declarandum: dico quod non solum nō est meum,sed nec possem aliquid certū dicere , quandoquidem in processu in quo facta fuit proxima dicta declaratio nō reperii nec est dictum priuilegium, nec mihi tenor illius relatus fuit.& posset illud in aliquo substantiali a priuilegio de Crudillis,& Corciano, & S. Saturnino differre.vt quia priuilegium vniuersitatis locorum de Crudillis, Corciano,& de sancto Saturnino cōcessum fuit in beneficium,gratiam & remunerationem seruiciorum per dictas vniuersitates, & singulares illarum factorum. & sic ad honorem & vtilitatem Regis domini dictarum vniuersitatum,quandoquidem concessum fuit ex eo quia dictæ vniuersitates luerent,& ad regiā coronam reducerent merum & mixtum imperium dictorum locorum quæ rex Petrus alienauerat.quod forsan in priuilegio vniuersitatum de sancta Pelaia & S.Ciprian.& Agata non fuit. Et quando priuilegium est concessum pro bene-
16 ficio & gratia,fauorabilior siue plenissima interpretatio est adhibenda vt inquit textus in c.cum dilecti de dona.cū concor.& dixi latius supra in versi. idē dicunt Ioan. And.& Dom,ibi & fortius & clarius procedunt prædicta , Ad mei tamen memoriam pro futuris reduco, liberum arbitrium vnicuique in rebus suis, & in administratione rerum citatum esse, vt notatur per Salic. in l.in re mandata n.1.C.mandati per illum textum versic. Nam suæ quidem quisq;rei moderator atq; arbiter, quod verbum, arbiter,exponitur per glo. & Sali. id est dispensator quod intellige vt per Pau. de Cast.ibidem in fi.

Item qui per alium facit per se ipsum facere videtur. c. qui facit per alium de reg.iur.in 6,quod iussu alterius. ff. eod. titu.

Item scienti & consentienti non fit iniuria.c.scienti de regu.iur.in 6.

17 Item solent comites Barcinone existentes in comitatu, & etiam in ciuitate Barcinone concedere potestatem etiam generalem constituendi baiulos,& illos destituendi , vt factum fuit per regem Alfonsum Comitem Barcinone existentem tunc in ciuitate Barcinone Petro Baceti die.27. Augusti.1416.vt supra c. Baiuli iurisdictionales.

Et ad multa pro materia vide Ias. in l.1.nu.18.C.de sacrosan.Eccles.post Panor.quem ipse Ias.allegat dicēs per hęc verba,septimo regula quam tradit Panor.in ca.ex parte,3.de decim.in 2.not. per illum tex. quem ad hoc reputat mirabilem,quod priuilegium etiam cōtra ius commune imo quod fortius est alteri nociuum debet tamen intelligi secundum quod verba sonant & importare possunt ex proprio significatu verborum.

Item omnino vide & tene menti leges & tradita supra in versi.nunc super est inuestigare & doctrinam allegatam in versi.Et quāquam prædicta sint plus quam sufficientia.

a.c.iij. & est titu.de decisions de real audi. fol. 90.

b.Viudes.in noua vero compil.titu. de euocatio.de eau.fol. 213.

c. Scriuans.in noua vero compil.3. in ordine titul de offi.de prothonot.fol. 95.

d.Reperiatur.pro hac quæst.viden.D.Thō. 2.2.q.63.arti.2.ad tertiū.Syluest.in verb. electio in 1.q.16.Domin.de for. lib.3. de iust.& iur.q 9.artic.1.conclus.8.Lambertin.de iure Patron.2.lib.par.2.q.10. arti. 3.Nauarr. in c.Sacerdos.§. quod autem. nume.4.& 5. le poe iit. l.2.copiosé Molin.de Hispan.Primog.lib.2. cap. 5.

e.cap.lij.in ordi.14.titu.de euoca.de eau.

CAP. 59.

SVMMARIVM.

1 Baiulum vel alium officialem non potest dominus tenere in aliquo termino in quo solius meri imperii iurisdictionē exercet seu aliquam in aliquibus casibus tantum.

B Aiulum vel aliū officialem tenere in aliquo termino nō potest dominus qui habet solum merum imperium, vel aliquam iurisdictionem in aliquibus casibus tantum.

Ita fuit declaratum in causa vertente inter abbatem monasterii sancti Cucufatis ex vna & syndicum villæ & termini sancti Cucufatis & procuratorē fiscalem domini regis ex altera partibus sequendo Petrum de Ancarra. in c. 1. de officio ordi, & alios per eū rela os.

Contrarium huius obseruan.tenet Mier.in cap.contra constitutions. de nouis offic. non crean.vbi non fuerunt tempore regis Pet.tert.num.17.collatio.10.par.3. ibi non autem loquimur de locis in quibus dominus rex habet certam speciem iurisdictionis,puta merum imperium & prælati,barones, vel alii habent aliam speciē vt puta mixtum imperium vel ciuile tunc enim quilibet in sua specie ponit suos officiales,&c.Et non ex his ruithuius obseruantię tam consulta deliberatio confirmata ex tex.in c.1.de offi.& ordi. in 6 sa.authen.de manda.prin.§. eos & in authen. vt iud.sino quo. suffrag. §. nulli quoque tenet Gemi.in in.d.ca.1. Capic. Decis.27.nu 34.

CAP. 60.

SVMMARIVM.

1 Commissarii apostolici an afferant baculum.

1 B Aculum siue virgā aut alia insignia similia an possint portare officiales collectores & alii ministri comissarii seu delegati apostolici fuit tractatum plene 31.Maii 1572.in regia audientia ad supplicationem & instantiam dominorum Deputatorum generalis Cathaloniç qui partem negatiuā prætendebāt, & fuit apunctatum quod reciperetur media via, videlicet quod cū ministris & officialibus d· legati apostolici accederent officiales regii cum suis insigniis rebiis qui assisterent dictis collectoribus,& officialibus dicti delegati apostolici. Et interim posset regia Magestas prouidere vt esset sui seruitii, propositionem huius dubii & responsionem factam per consilium regium domino locumtenenti generali, & allegationes ad mei memoriam pro vtraq. parte factas posuit in meo lib. 2. exemp arium in verbo,insignia seu virgas,& Deo duce ponam infra in verbo, insignia.

CAP. 61.

SVMMARIVM.

1 Bannimentum ad pænam trirremium voluntariē suscipiens,& frangens,consueuit iterum cum eadem pœna banniri. Quid autem modo obseruetur vid. in addi.ibi.


Annitum(voluntariē bannimento per eum ad poenam triennium suscepto) si non seruauerit bannimentum. & captus fuerit con-

conſueuit regia audien. iterum illum, regia ſententia bannire cum eadem poe na, qua ipſe prius bannimentum volun tariè acceperat, & ſic ad poenam trien- 4 nium.

4. Triennium. modo vero regium cõcilium hanc depoſuit obſeruantiam, in tali nãq. caſu frangens bannimentum: ad pœnã triremium voluntariè ſuſceptam cõdem natur: extant plures ſententię pro his in regio concilio & pręcipuè nouiſsime ſci licet 7. Iul. an. currentis. 1607. Petrus Pe tit (qui 20. Dezem. 1606. fuerat bãnitus per quinquennium ad pœnã triremiũ per triennium) fuit propter fractionem bannimenti dicta pœna voluntaria condemnatus ad relationem nobilis don Petri Soler not. Ioannes Clariana. Quan do vero non eſt adiecta pœna aliqua tunc frangenti fines exilii voluntariè ſuſcepti, duplicatur tempus quod ſuper eſt adimplendum. l. aut damnũ. §. quis quis ff. de pen. ita nobilis a Pegue. pract. crim. cap. 12. §. 15. de relaxation. reor. a carcer. numer. 9. qui latè de hac materia in deciſ. catha. cap. 14.

CAP. 62.

Belli ratione conuocatio vigore vſatici princeps namq. vi. infra in verbo guerra.

Alia de bello vide etiam in verbo guerra, & in verbo capitaneus generalis.

CAP. 63.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, ne egeat, non competit marito militi ſecundo nubẽti tantundemq. ſeu ampliorem dotem recipienti.*

Beneficium ne egeat non cõpetit marito militi, ſeu domi cello, qui poſt obitum vxoris nupſit alteri mulieri, & ab ea habuit tantundem, vel ampliorẽ dotem quam a prima vxore habuerat, vel quando maritus poteſt iuxta eius conditionem, ſeu ſtatum abſq. egeſtate decenter viuere.

Ita refert. Hiero. Dalmau fuiſſe conclusũm in aula Cancellarii regii xi. Septem. M Dxxi. ad relationem Dalmau, & Michaelis Io. paſtor in facto Peroti Pou domicelli ciuitatis Illerdæ ex vna agentis, & Franciſci Ludouici Riquer domicelli eiuſdem ciuitatis defendentis ex altera partibus, & quod dictã conclusionem, quia eſt multum exemplaris, & valde notabilis ad futuram rei memoriam inſerui, & eſt tenoris ſequentis.

Attento quod ex deductis, & probatis pro parte dicti Pou agentis, ſignãter ex apocha per dictum Riquer facta de xxiiii. M. ſſ. in pecunia numerata, cõſtat de intentione dicti Pou, & dictum Riquer recepiſſe pro parte dotis dictæ Elizabetis dictos xxx. M. ſoli. videlicet xxiiii. M. ſſ. in cenſualibus & ſex millæ in pecunia numera, & ſic conſtat maiorem partem dictæ dotis fuiſſe conſtitutam & ſolutam in cenſualibus. Et inſuper conſtat dictum Riquer ad ſecunda vota conuolando recepiſſe ab Eula. Iunyẽt vxore ſua in dotem, & nomine dotis quinquaginta millæ ſſ. vt apparet in capitulis matrimonialibus inter dictos Riquer & Iunyent firmatis, & in apocha ſolutionis præfatę dotis. Et conſtat multo maiorem dotem dictum Riquer in ſecundis nuptiis recepiſſe, quã ſit quantitatas dotis de cuius reſtitutione agitur. Et attenta quantitate & qualitate patrimonii dicti Riquer, cũ conſtet per dicta capitula matrimonialia iã dictę Elizabetis Pou quondam ſecundę vxoris & per teſtium depoſitiones dictum Riquer tenuiſſe, & poſſediſſe & tenere & poſsidere loca de Albatara, Pedros, Maxeri, Triquel, & Vinateſa, & alia bona cum quibus poteſt (reſtitutis dictis xxx. M. ſſ. cũ intereſſe petitis per dictum Pou) iuxta eius conditionem abſq. egeſtate decenter viuere, prędictis & aliis, tam in facto, quam in iure conſiſtentibus debite conſideratis quod declaretur & dictus Riquer condẽnetur

tur

tur ad restituendum parti dicti Pou agenti dictos xxx. M. ss. in dictis censualibus, & pecunia iuxta formam capitulorum matrimonialium & apocę praedictorum, si extant dicta censualia, alias ad illorum precia, & hoc vna cum interesse videlicet censualium iuxta corũ pensiones & ad dandum interesse dictorum sex mille solidorum in pecunia numerata solutorum, ad forum seu rationem vnius solidi pro libra, computando dictum interesse respectu censualiũ, cum inter immobilia computentur a die soluti matrimonii secundi per obitũ dictę Elizabetis Pou, interesse vero pecuniæ numeratę, post annũ dicti obitus vsq. ad diem realis solutionis, & non competere dicto Riquer exceptionem prætensę retentionis dictę dotis per dictum Riquer oppositam ob prętensum defectum facultatum eiusdem & alias. Quinimo ea non obstante dictum Riquer teneri ad dictam restitutionem dictæ dotis solutę & interesse, cum deductionibus infrascriptis, quia cum cõstet dictum Riquer fecisse pro dicta vxore sua impensas funerarias quę de iure minuunt dotem, & etiam constat dictum Pou, vltra dictos xxx. M. solid. in dictis capitulis matrimonialibus dictę Elizabeti filię suæ promisisse dicto Riquer se daturum operam cũ effectu quod magister Gaspar Pou nunc Archiaconus Valentię Canonicus ecclesię Barcino. eius frater daret, & solueret eidem Riquer etiam dotis nomine xv. M. sol. intra dictum tempus solui promissroum, fuisse solutos dictus Riquer, nec alias ad impleuisse dictum Pou quod promiserat circa praedicta. Et consequenter cõstat dictum Pou fuisse in mora, & attento in viã iuris in obligationibus factis post moram, succedit obligatio ad interesse, considerato pręsertim tenore dictorum capitulorum matrimonialium: quod declaretur dictas impensas funerarias, & interesse praedict. cõputandum ad forum seu rationem vnius solidi pro libra per illas solutiones & terminos quibus dic xv. M. ss. soluendi erãt dicto Riquer, pro toto tempore quo dictus Riquer sustinuit onera matrimonii esse deducẽdas, & deduci debere de praedicta quantitate & interesse in quibus soluẽdis dicto Riquer condemnatur: sic quod facta praedictorum interesse, & debiti dicto Riquer vsque ad congruentem quãtitatem compensatione, residuum praedictorum xxx. M. ss. & interesse adiudicatorum dicto Pou agenti, parti ipsius Pou agentis soluatur. Praedictorũ omnium interesse & dictarum expensarum funeris liquidatione reseruata, & quod neutra pars condemnetur in expensis.

CAP. 64.

Binuborum donatio reciproca: idest donatio reciproca inter virum & vxorem in secundo matrimonio, extãtibus filiis primi matrimonii, vsque ad quam quantitatem valeat, & de materia vide lateinfra in verbo, donatio reciproca inter binubos, & ibi ponitur cõclusio regia & etiam quaedam arbitralis sententia conformis dictae conclusioni.

CAP. 65.

SVMMARIVM.

1 *Bistractorum executio fit per iudicem a quo non obstante appellatione & inhibitione.*

Bistractorum executio fieri potest per iudicẽ inferiorẽ non obstante appellatione a sententia per dictũ iudicẽ inferiorẽ lata, & inhibitione illi facta per regiã audientiam, & ita obseruatur in regia audientia.

In causa appellationis interpositae per Hyeron. Valls, a sententia contra ipsum & in fauorem Galcerãdi cahors in curia Alcaldorum seccae Barcinone fuit (referẽte magni. Poncio Cescases) prouisũ die 29. Iulii 1581. quod fieret inhibitio dictis alcaldis seccae ne pcederẽt ad executionẽ bistractorũ, attamẽ conqueren-

quetente dicto Cahors de dicta prouisione, tandem die vij. Augusti eiusdem anni facto verbo per eundem relatorem in vtraq. aula regii concilii: sequendo stylum & obseruantiam regiæ audientiæ, fuit reuocata dicta prouisio, est in posse Michaelis Ioan-Amat scribæ regii mandati, & pro eo Balle not. non obstá te quod pro parte negatiua deducebatur, quod postquam executio d. sentententię inferioris iudicis fieri nō poterat: propterea videbatur dicendum quod nec executio dict. bistractornm cū sint pars dictæ sententiæ. ¶ Et an iudex primitiuus pendente causa appellationis
4 poterit taxare expensas ◂ di eam infra in verbo taxatio expensarum per iudicem a quo & in verbo expense.

4. Taxare expensas.) Tenet Lap. in suis allegationibus. alleg. 17. in c. in causa matrimoniali, &c. Maran. de ordin. iudi. p. 6. versic appellatio. in 17. Fallen. numero 197. Abbas & Felio. in cap. significauerunt de excep. idem Felin. in c. si duobus de appel. Hippoli. in l. parte. nu. 73. ff. de quæstio. Prosper. Carauit. super rittib. mag. cur. ritt. 298. nu. 25. quod bene pōt quia iudex primitiuus in taxando expensas non dicitur innouare sed pronuntiata declarare Bal. in l. 3. nu. 8. c. de fruct. & litti. expen. Ror. tamen in antiq. decis. 25 alis 60. de sente. & re iudi. tenet tutius esse quod non taxentur donec videatur an bene vel male fuerit appellatum vid. super his infra) cap. 352.

CAP. 66.



Oletini siue guidatica per capitaneū generalē guerrae francigenis tempore guerre cum onere soluendi aliquam pecunię quantitatem, dic vt infra in verbo imposito.

CAP. 67.

SVMMARIVM.

1 *Brachium seculare petitum per Commissarium apostolicum cui fuit commissa executio cum clausula: constito de tribus sententiis & re iudicata, fuit impartitū constito de re iudicata licet non non constaret de tribus sententiis.*

2 *Appellatio ab arbitris quorum vnus est secularis alter vero ecclesiasticus vbi sit interponenda.*

3 *Res iudicata plus quam tres sententiæ operatur.*

4 *Et, ponitur, pro aut.*

5 *Appellari an possit a sententia confirmatoria sententiæ arbitralis.*

6 *Brachium seculare quando impartiendū remissiue.*

7 *Brachium seculare an inuocetur mandando vel supplicando.*



1 Rachium seculare petitū per commissarium apostolicum, cui fuit commissa executio cū clausula, constito de tribus sententiis, & re iudicata fnit impartitum & concessum per regiam andieniiam postquam constabat de re iudicata, licet non constaret de tribus sententiis.

Cum inter Michelem Ciurana docellum laycum & Ioannem Nagrell laicum villę Hostalrici aiter caretur super iurisdictionibus biualiatū de hostaltico & de norri respectiue, & sic de rebus profanis, firmatū fuit per eos cōpromissū in posse aliquorū, quorū vnus erat ecclesiasticus, & per dictos arbitros lata fuit sentētia arbitralis, in aliquibus capitibus conformis, & in aliquibus diformis, ab ista sententia arbitrali dictus Nagrell recursum interposuit, & quia (vt dixit) vnus ex dictis arbitris erat ecclesiasticus, ideo dict. Nagrell recursum habuit ad iudicem ecclesiasticum, videlicet ad
2 B. Papam sequendo opinionem Bal. in l. precipimus numero 4. & Sal. C. de appella. & Stephani Aufre. in tracta. de potesta. eccle. super laicis, & rebus eorum quæstio. 13. & 18. folio mihi 127. & 128. per regiam audientiam vsque ad illud tempus receptam, hodie tamen aliter seruatur per constitu. nouam curiae generalis anni M D lxiiij.
4 cap. 24. ◂ de quibus late dico infra in verbo

verbo recursus, seu recurri debet. Et dictus Nagrell. cōmissionē a B. Papa obtinuit qui declarauit bene recursū fuisse & nulliter per d. arbitrios declaratū att' to nō cōstabat d potestate Pet. Ciurana qui vt procurator d. Michae. firmauerat cōpromissū ab ista sententia appellauit Ciurana & obtinuit comissionē, & cōmissarius declarauit dictā sententiā arbitralē esse validā attēta præcedēte potestate dicti Petri Ciurana, appellauit Nagrell & obtinuit cōmissariū a núcio Papæ, dictus Ciurana etiā obtinuit cōmissariū a dicto núcio & cū inter istos cōmissarios esset quæstio: idē Michael Ciurana, facta mentione de prædictis, obtinuit aliū cōmissariū & iste cōmissarius dictā sentētiā arbitralē, cōfirmauit, & ab ista sententia appellauit Nagrell: & a sede apostolica obtinuit cōmissarium: qui quāuis declarauerit aliquas ex præcedē ti bus sentētiis nulliter latas fuisse: Attamē cōfirmauit dictā sentētiā arbitralem & post aliquas appellationes & cōmissiones vtriusq. partis: Deniq. dictus Ciurana obtinuit cōmissionē a sede apostolica directā abbati S. Benedicti de Bagiis in qua, seu introclusa illius, facta fuit latissima relatio de omnibus præcedētibus, & de qualitate personarū & rei, ac de cōstitutionibus Cathalo. disponētibus inter laicos q causæ nō possūt extrahi a Cathalonia, & in dicta cōmissio ne erat clausula ista: constito de tribus sentētiis, & de re iudicata, & dictus abbas parte citata processit contra dictū Nagrell vsq. ad inuocationem brachii secularis inclusiue, & causa inuocationis fuit mihi in regia audiētia commissa, & per quatuor menses vel fere ventilata & allegabātur multa pro parte dicti Nagrell ad effectū q dictū brachiū seculare nō impartiretur, & in cetera allegabatur quod non erā tres sentetiæ conformes & res iudicata copulatiue, & quod casu quo posset dici res iudicata: tamen non erant tres sententię. Deniq. die 23. Ianua. 1560. interuenietibus tribus doctissimis, & in praxim versatis doctoribus, magni. Francisco Montaner regente cancel. Barnaba Serra qui postea fuit regens can. Michael Mirralles qui cathedram primam iuris ciuilis in vniuersitate studii generalis Illerden. per multos annos obtinuerat & regebat: & postea per catho. Magestatem ad hanc suam regiam audientiam vocatus fuit, & etiā interuenientibus Stephano Riusech, & me Michaele Ferrer fuit conclusū vt sequitur. Meritis processus attentis & maxime dispositione constitutionū Cathaloniæ & aliàs, fuit conclusū brachiū seculare impartiedū esse &c. & neutra pars in expensis condemnetur, & pro his fiant litteræ & commissiones solitę.

Ad fundandam dictam conclusionē mult a per dictos doctissimos viros, & aliquid etiam per nos deducta fuere, ex quibus infra scripta retinui: quāuis (cum ad memoriā tantum scriberem) non ita polite vt referebantur scripsi, non inquam fuerunt doctores prædicti.

3 Primo quia cū idem & plus & operetur res iudicata quod tres sententiæ conformes. c. cū dilectus in fi. d electio. c. cū inter. de sētē. & re iudi. iūcta clemē 1. de senten. & re iudi. tātū enim operatur vnica sententia, a qua non fuerit appellatū: vel a qua appellari de iure non potuerit ut in d. c. cū dilectus & c. cum inter & multis simili. quātū tres sententię conformes vt d. clemen. t. de senten. & re iudi. & quāuis multa notanda possent referri: attamē quia esset nimis excedere nostrū institutū (quod est referre quid per regiam audientiam obseruatū fuerit, & quā ex variis & contrariis doctorum opinionibus regia audientia receperit) ideo illa silentio trado. scriben. in iure ciuil. tractāt in l. 1. & signā. ibi las.

4 n. 8. ff. de re iudi. ideo illa copula, &, seu coniūctiua, & ponitur pro disiūcta, aut per tex. & nota. per Bal. in l. fi. C. de sen ten. & interlo. om. iudi. vbi Bal. in ver. vel si coniunctio, inuehit contra rescripta concessa cum coniunctionibus copulatiuis, vnde dicit idem Baldus in c. 2. nu. 8. de rescript. quod copulatiua probatio non requiritur vbi iuris dispositio est contenta de altero extremorū

allegat ff. de appella. l. appellanti. §. nõ solere, item quod potius est attendenda mens quam verborum copulatio, nimirum quia coniunctiones, & aduerbia sepe ponuntur luproprie, & vnum pro altero vt notatur singulariter ff. de condi. & demonstra. l. has causas. hæc ipse Baldus. Istã doctrinã refert & sequitur Iason in l. si quis ita stipulatus n. 5. in ij. limitatione quã ponit ad regulã copulatiuorũ ff. de verbo obli. Item quia de iure comuni, ã sententia per iudicem lata confirmatoria sententię arbitralis non
5 potest appellari, & sic facit rẽ iudicatã secundũ Bar. in l. 1. in fi. ff. de. legat. ii. la rę per Sali. in l. & in maioribus. C. de appella. vbi allegat cõcor. & respon. ad contrarium tenentes, & de materia tractat Boer. vsq. ad securitatẽ consil. cc xxxiiii nu. 16. cũ sequen. & est aduertẽdum quod ipsi tenentes. contratiũ non loquuntur qnando in cõpromisso fuit renuntiatũ recursui & appellationi vt fuit in casu isto & quãquã de iure cõmuni iste articulus esset dubius, tamẽ de iure nostro Cathalonię clare procedit, videlicet per consti. generalem huius regni iuratã per tria brachia curiarũ, & sic etiam per brachium ecclesiasticũ in tit. de executio de cosa iudi. quæ est regis Ferdi. incipiẽ. primerament fol. cxxviij. quæ prohibet appellationẽ a sentẽtia iudiciali cõfirmatoria sentẽtiæ arbitralis, & prouidet executionẽ sentẽtię arbitrális fieri, non obstante quocunq. recursu appellatione, supplicatione, aut allegatione nullitats enormissimę lesionis &c postquã in cõpromisso renũciatum fuerit cuicũq. recursui & arbitrio boni viri &c. & dicit Tho. Mie. in proemio cõsti. regis Pet. quod est in prin. colla. 6. vo. ii. nu. 4. fol. 2 q. huiusmodi constitutiones generales astringunt tria brachia, quia omnes firmarunt, tamen brachium ecclesiasticum semper firmare consueuit salua libertate ecclesiæ. confirmatur, quia dicta constitutio est mixta, & fuit consuetudine recepta etiam in curia ecclesiastica, saltem inter laicos, pro quo vid. Enrich. Boich in c. quę in ecclesiarũ circa fi. & Felin. in c. ecclesię S. Mariæ nu. 8 de consti. post Abba. & post Bar. & alios in l. cunctos populos C. de summa Trinitate & fide cat. Patisius con. sil. cviii. vol. iiij.

Post prædicta dictus Abbas commissarius Apostolicus ante dictus processit in aliquibus contra dictum Nagrell ob non paritionem, & dictus Nagrell appellauit & datis apostolis refutatoriis: comissarius processit vsque ad inuocationem brachii secularis inclusiue, quo facto dictus Ciurana introduxit causam dictæ inuocationis in regia audientia & supplicauit illam causam euocari eo pretextu quia illa causa tractabatur intra Vicariam Barcinone, & in ea: & fuit dicta causa euocata & comissa dicto Ferrer per quẽ facta fuit solita pro-
4 nisio iuxta constitutionem anni 1547. capit. 33. & dictus Nagrell, seu eius prpcurator Ioannes Marcli compatendo opposuit exceptionem quod dicta causa inuocationis auxilii brachii secularis euocari ad regiam audientiam absque qualitate minime poterat, quia dictus Nagrell non erat de Vicaria Barcinone, & causa vicariae intra vicariam est terminanda vt dixi supra in 1. parte obser. 1. Item opposuit quod dictum brachium seculare non erat impartiendum obstãte dicta appellatione dicti Nagrell per tradita: per Panor. in cap. 1. de officio ordina. & etiam quia lis pendebat coram Canonico Baldirio comissario pro parte dicti Nagrell obtento.

Denique praedictis exceptionibus non obstantibus die xxv. Septembris MDlx facto verbo per me in regia audientia fuit conclusum vt sequitur.

Meritis processus & qualitate executionis (de qua agitur attentis) fuit conclusum quod declaretur brachium seculare supplicatum inpartiendum esse, & imparriri debere, & quod fiant litterae & prouisiones solitae, & opoctunae, & quod neutra pars in expensis condemnetur. Moti fuimus inter caetera, quia Panor. in dicto capit. 1. de officio ordi. & alii qui sequuntur illius opinio-

nem loquuntur in appellatione quę impedit, seu suspendit executionem sententię, sed in nostro casu appellario non impedit executionem trium sententiarũ conformium, & rei iudicatæ per tex.in d.clemen.1.de senten. & re iud. Et per alia iura supra in versi mori iuquam fuerunt allegata.comprobatur in argumẽ. Per tradita per eundem Panor.in d c.1. n.13.de officio ordi.vbi vult quod si appellatio ab Episcopo est iniuita: potest Episcopus legitime petere auxiliũ brachii secularis, ꝙ præmaxime ꝓcedit in nostro casu, vbi res est mere profana.

6 Et pro materia quando brachium se
b culare sit impartiendum [b] & quãdo nõ: vltra scribẽtes in iure comuni vide Pet. Belluga in speculo principum in tit. de propositione grauaminum §. tractadũ rubr.11.fol.23. Et quid si causa fuerit cõmissa appellatione remota: quid operetur illa clausula tradit vltra alios Philippus Franc.in c.pastoralis de appella.

7 Adde, an dictum auxiliũ peti debeat per ecclesiasticum, mandando, vel supplicando, reduco ad memoriam in arg. textum in c.2 de maledictis & glo.in c. 1.in verbo publicum in fine, & ibi Panor. post Inno.n.11.in quibus locis probatur quod iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem laycum ad dãdum sibi auxilium igitur si secularis iudex potest compelli: ergo non est necessarium quod ecclesiasticus iudex petat auxiliũ supplicando cum posit illud habere imperando confirmatur per tex.in c. principes seculi.23 q 5.vbi inter cetera dicitur quod principes seculi suscipiũt Christi Ecclesiam tuẽdam: & ideo dicit illos reddituros rationem si non defenderint &c.sed seruatur quod iudices ecclesiastici procedunt supplicando auxiliũ brachii secularis sibi impartiri. Pro ista vrbanitate, vide quid simile infra in tit.de contentionibus iurisdictionis inter curias eccles.& secularem c.incipiẽ. Cum delegatis iudicibus ecclesiasticis.

a.Cap.33.]est in ordi.1.tit. de mue.de bras secular.

b.Sit impartiendũ] & qua pęna in casu recusationis. Archi.in c.1 de sta.regula.lib.6 Pan.in c.1.de offi.ordin.Auil.in c.preto. c.20.n.26.Paz.in Pract tom.2.in pręfa. n.4& seq Francis.Molin.in tract.de brachio seculari.c.14.

CAP. 68.

SVMMARIVM.

1 *Breuè apostolicum pro criminibus attrocibus, commissum Episcopo Gerundẽ. an sit extinctum per mortem concedentis.*

1 BReue apostolicum seu commissionem & delegationem Episcopo Gerũden. qui nũc est, & pro tẽpore fuerit per felicis recordationis Iulium Papam factam, contra omnes clericos &c.committentes homicidia, assassinamenta, & omnia alia crimina arrocia: non extingui per mortem concedentis: etiam quo ad futura negotia re integra, fuit determinatum & obseruatum, proposito dubio per admodum Reuerendum Episcopũ Gerundæ in regio consilio de mense Iulii M D lviij.de quo latius infra in verbo delegatus.

De incipientibus a littera C.

CAP. 69.

SVMMARIVM.

1 *Calculator an restituere teneatu receptũ salariũ vltra taxatũ per cõstitutiones.*

1 CAlcularor si excesiuũ salarium ex cõuẽtione accepit, id est plus quã p cõstitutionẽ Cathaloniæ est taxatũ, an restituere debeat: ex infra scriptis sentẽtiis videbit quid fuit decisũ Die xxx. Aprilis M.D.xvii. in causa verbali coram gerente vices generalis guber. Cathaloniæ vertente inter Georgium Ros, & Per. Oliuer mercatorem, qua dictus Ros petiit a dicto Oliuer cẽtum quinquaginta libras dicto Oliuer solutas ratione cuiusdam calculationis faciendæ, & cautionem de nonaginta libris per dictum Ros, dicto Oliuer factam cancellari, & pignora, videlicet, viginti catifes pro dicta cautione positas in

tas in eius posse restitui. & etiam 23. ll. 10. solidos, & triginta ducatos solutos ei dem Oliuer ratione alretius calculationis inter dictum Ros, & Antonium Romeu: fuit declaratum ad relationem Vincentii Orrit doctoris regii consilii pro obseruaotia constitutionis, per motiua & rationes dictę constitutionis, quod dictus Oliuer restitueret dictas quantitates vltra taxam dictæ constitutionis, & cancelletur albaranum dictarum 90. ll. & etiam restitueret dictas causas. dicta constitutio est in tit. de sala. a c. per quãt se abuse fol. c. 2.

A dicta sententia fuit appellatum per d. Pet. Oliuer ad eundem gerentem vices gener. guber. viceregia procedentẽ, & causa commissa fuit Francisco de Valsefica, & tandem facta cõclusione in audientia die xxxj. Martii M D xx. fuit dicta sententia confirmata. Est in processu nunc vertente, inter Petrum de sancto Clemente ex vna, & hæredes dicti Pet. Oliuer, qui hodie sunt vxor magnifici Michaelis Quintana doctoris regij concilii, & sorores suæ in posse Ioannis Palau regii mandati scribæ, & pro co Puigsech not. fol. 300.

a. Salar. [in nou. compil. titu. de salati de calculations fol. 298.

De Cambiis.

CAP. 70.

SVMMARIVM.

1 Pro cambio, quãdo fiat executio rigurosa pro quantitate recepta & non pro interesse.

1 Casus in quo pro cambio quoad pecunię quantitatem receptam decreta fuit executio rigurosa, capiendo bona, & personam, iuxta priuilegium scripturæ tertii, & non pro interesse a promisso.

Pro Cambio, puta centum ducatorum, dato per aliquem etiam Mercatorem Barcinone alicui non mercatori, vel aliàs tali quod verisimile esset illum non habere pecunias in ciuitate extra regnum, vt pote Lugduni, in qua ciuitate dare promiserat dictos centum ducatos intra certum tempus, & ad valorẽ quo ducatus valeret Lugduni, & promisit q si non soluerit intra dictum tempus, solueret interesse cum obligatione scripturæ tertii in curiæ vicarii Barcinone continuate, & cum iuramento: Decretari solet executio rigurosa iuxta priuilegium dictæ scripturæ tertii contra dictum debitorem pro illis centum ducatis quos receperat debitor. Pro valore autem quo ducatus plus valet in illa ciuitate in qua dicti centum ducati soluendi erant, quam in ciuitate Barcinone: nõ decretatur executio rigurosa sed fit pręceptum de soluendo intra decem dies, cum solita clausula, aut intra dictos decem dies iustas si quas habet ponat rationes. Et ita fuit pluries in regia audiētia determinatum & receptum quamuis dubium faceret quod eadem obligatione priuilegiata & eadem ratione promissum fuit interesse, qua promissa fuit restitutio dictorum centum ducatorum.

Alia circa dictum priuilegium scripturæ tertii, & capturam, seu incarcerationem in vim dicti priuilegii, vide infra in verbo, de captura, seu incarceratione obligati, sub pena tertii.

a. Interesse. [Cancel. par. 2. varia. cap. 3. de instrum. guarenti. & scriptura tertij numer. 89. & 90. Qui refert decis. Osas. 120.

De Cancellario.

1 De Cancellario & eius creatione, præeminentia, & iurisdictione.

DE

1 DE Cancellario & eius creatione praeminentia a & iurisdictione, & cuius qua-
a litatis, seu status esse debet, & de per eum declaratis: vidi & legi infrascripta. Etsi aliquantulum extra institutum obseruantiarum vagare videar. Attamen quia non inutile esse arbitror: referre decreui quod in ordinationibus factis per regem Petrum tertium xv. Kalen. Nouembris M.cccxxxxiiii. Barcino. pro regimine
b domus suae, b Dictum regimen in quatuor principalibus officialibus diuisit, quorum tertius est Cancellarius. De quo & de eius potestate fit mentio in proemio dictarum ordinationum versi. En apres, per haec verba. En apres lo Canceller quant a ordinatio de nostre consell sobre totos los altres fa, lo qual en ara dauat sera en especial a tots literats, e clergues qui en nostra Cancellaria, o en altere lloch qualques officis nostres administraran. Et in titulo. Aci comēce la tercera part de present libre. Canceller. Ponūtur etiā specifice ea quae ad officiū, onus Cancellarii pertinent vt sequitur.

a. Praheminentia. Ioan. Monta. in tracta de auctoritate mag. conf. & Parlam. Gall. in prin. nu. 8. Bude. ad pandec. in l. fina. de Senato. Rebuff. in ordin. Gall. titul. de refer. in praef. q. 4. nu. 19. Pract. quoq. Cath. Mieri par. 3. cap. 3. collatio. 10. num. 4. qui fatetur ad cancellariae munus seu prouinciam prouideri de magno aliquo prelato seu notabili ecclesiastica persona & infra c. 72. & in const. incip. primerament. 4. in ordi. titu. de offi. de conceller Olib. in vsat. alium namq. in cap. 4.

CAP. 71.

SVMMARIVM.

1 *De creatione, praeheminentia, iurisdictione, & qualitate Cancellarij.*

PER tal car magestad Real de
1 grat molt gran es exalçada, é moltes vegades en grans negocis se gira: Per ço les letres della prosohints son per iubi de hom excelent cor regidores, e a forma congrua de dret, e de raho tornadores. E axi manam per aquesta profitosa sanctio q̄ en la nostra Cancelleria haja vn Cāceller, lo qual volem esser Archebisbe, Bisbe doctor en Leys, E en cars q̄ Archebisbe, o Bisbe doctor en leys no fos. Volem que altre doctor en leys, no contrastant q̄ prelat no sia, sia rebut qui les letres nostres legir e corregir a forma suficient reduhir, e de sa ma ppria en la fi de cascuna almēys letres que pera son nom sotscriure sia tingut, e sotescrites per vn scriua de manament, o de registre, o per lo misatge de verga de la Cancellaria, o per altre porter tramette aquelles de cōtinēt no oblit, E tota hora pero se guart que en lo manament de cascuna de aquelles sia cōtengut que sien manades per nos, o de part nostra als scriuans de manament de nostra scriuania per algu de nostre consell, o secretaris. E encara aquelles q̄ per nostres hoydors seran prouehides, o manades, justitia tant solament contenents, e comissions de aq̄lla, pero sia diligent, e attent q̄ aq̄lles q̄ gracia cō tendran qualque qual a la Cancelleria venguē closes ab lo sagell de aquell qui manades les haura sagellades en la clausura. E en lo manament de aquestes sia contengut com seran vistes per aquell qui les haura manades, sia encara diligent de totes aquelles coses, les quals a la Cancelleria nostra pertanyer en alguna cosa sien contengudes. Volents pero que si per nos sens mija, o de part nostra per alguns de nostre consell, o dels secretaris son manades, o per los hoydors axi com per llur offici ells poden manar: hanē ordenat, no contrestant q̄ de part nostra nos manarien al damunt dit Cāceller o Vicecanceller o als scriuans de dita scriuania, o a algun dells algunes letres les quals injustes, e per qualq̄ manera no degudes a arbitre del Cāceller reputades, recuts ay tals letres subsignar, si

dõchs lo ſegõ manament noſtre de certa ſcientia noy era ſubſeguit. En apres per tal eara aquell al qual,ſo qͣe es mes ſatorga:ço que menys es cõſentir enich no reputam letres juſtitia contenents. Encara ſumaria expeditio o ſens plet ꝑ ſon propri mouiment manar e ſubſignar pus que axi cõ les manades per los altres ſe ſguarda poder corregir. Guartſe pero de la preſent cõceſsio en tal manera no abus,que lo offici dels hoydors ſen pogues anichilar,o en qualque manera euidentment embargar. E per tal que vltra la noſtra ordinatio alguna coſa per noſtre Prothonotari, o per algũs dels ſcriuans dela dita ſcriuania,per cartes o letres en aquella ſahedores no ſia atrobada o feta, lo dit Canceller tranſcrir de la dita ordinatio,e de les coſes ſahedores per los dits Vicecanceller, Prothonotari y altres ſcriuans de la noſtra ſcriuania ab ſi tenir no obmeta,e per tal com en noſtres conſellers en les coſes deidores per ells conſellant ſia orde degut per raho obſeruador: duym ſtatuidor ab aqueſt edicte,que tota hora que en noſtres conſells ſe deſcutirá algunes coſes ſobre les quals caſcun dels conſellers clergues tan ſolament,o caſcũ dels conſellers qualſque quals dir ſon cõſell conuendra,lo dit Canſeller injunga primerament als altres que no als majors que diguen ço que ſabran conſellãt,car millor es que los dits dels altres ſiẽ corregits per los dits ſubſeguents dels majors,que ſi los dits dels majors ſe corregien per los dits apres ſubſeguents dels altres, E ſi los maiors primerament deien aquelles coſes que veurien eſſer conſelladores per ventura ay tal occaſio de mala abſurditat ſe donaria que los altres no volents per fauor,o no goſants per temor partir de aquelles,lexariem a dir aquelles coſes les quals cogitariẽ eſſer conſelladores lo entenimẽt propri en ornament ſubuertens.

¶En apres volem quel Canceller orden les altres coſes les quals preſent nos en lo conſell ſeran ſahedores,manant maneta de eſtar e prepoſar,e ſemblants coſes eſguardants aqui ſtament de perſones ſegons la noſtra ordinatio ſobre aço feta,de la qual ab ſi copia haje. ¶Encara ſpeditions de ſupplications ſcriuidores en les foranes partides dicte e ordon ſegons que ſera concordat e atorgat per noſtra real Mageſtat. En apres reſpoſtes faedores en lo conſell de part noſtra quals que quals, ſi donchs a altre de aquells expreſſament aquelles no cometia de paraula fer ſapia ſi eſſer obligat. Ordenants encara e volents a ſon offici pertanyer que tots quals q̃ quals als quals publich offici de judicatura, o de notaria ſera atorgador de la ſufficientia,e de les altres coſes decents examin diligentment. E aquells los quals ſufficients veura eſſer eſperts lliurant a ells lo offici deſtinat. ¶Si empero ſe eſdeuenia lo dit Canceller per algun cas no poder ſeguir la noſtra Cancelleria lauors lo loch ſeu al noſtre Vicecanceller comette no ometa, Declaram a ell eſſer ſormeſos,prelats,capellans,clergues,doctors, ſauis en dret de conſell, e de caſa noſtra ſtants,en los caſos empero enlos quals no contradiguen canonicas ſanctions e los hoydors e los promouedors cauallers e ſcriuans noſtres,los ſcriuans pero al meſtre rational dela noſtra cort per raho de ſon offici ſormeſos:tant ſolament foragitats e aqueſts licentia de partir de la noſtra cort ſegõs que ab ells ſera viſt pus que donar, exceptats aqlls qui de noſtre conſell ſeran ennoblits. Car als reſplandents conſells aſsi noſtres e ſecretaris ſcriuans per nos tant ſolament es ay tal licentia conſentidora,e pus que lo dit Canceller los ſormeſos a aquell ſi haura trobats ell negligens en lur offici corregir a quitatio de vn mes o en jus ſegons que a ell ſera viſt faedor perdedora condempnant. E per tal que be e lealment les coſes damunt dites ſiẽ perfetes per lo dit Canceller,lo dit Canceller ſagrament a vos fer ſia aſtret que en totes les coſes damunt dites lealmẽt ſe haura, E que res no ha fet perque al dit ſagrament inuiolablament obſeruador puſque obuiar:Encara no oblir dels

ſcolans

scolans de la capella, e de la almoyna, e dels infants que de la almoyna son nodrits sagramér e homenatge rebre que per set, o coosell dells damnarge a nostra persona no vendra, majorment per aquelles coses que ells coortracten e que nos encara contracta. E que res no han fer ne faran perque les coses damunt di tes no pusquen fermament obseruar. Encara que com de nostre consellsegós nostra ordinatio dels consellers esser sia sentit: Volem quel sagrament damunt dit segons que en la dita ordinatio es ordenat a nos fassa ab acabament.

CAP. 72.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarii officium in qua persona debet prouideri.*



1 T post prædicta in curia Regis Alfonsi quarti Barcinone c. primeramentr a supplicatio in tit. de offici de Canceller e

a vicecanceller fol. 43.[a] fuit dispositum q officiumCancellatii Regii dcber per dominum Regẽ prouideri in notabili persooa ecclesiastica graduata in iure canonico vel ciuili, nata naturali, & domiciliata realiter & de facto. cum veritate, & sine dispeosatione Regnorum Aragoniæ, aut Valentiæ, aur principatus Cathaloniæ, aut regni maioricatum. Adde quod Mier. in dicta constitutione. Item Senyor quels Canceller, e vicecanceller nu. 7. versi: sequitur in textu cancellers cum duobus sequentibus colla. 8. fo. 66 dicit quod talis cancellarius consueuit esse aliquis prælatus, puta Archiepiscopus vel Episcopus, & quod cancellarius dicitur qui præsidet caocellariæ, & est cancellaria locus consistorii prærorii & tribunalis vbi consueuit pet dominum Regem iustitia ministrari, qui locus per caocellos diuitur & separatur, vt sub si lécio infra illos iustitia ministretur &c. Et ibi ponitur de Vicecancel. & Regen. can. & qui seu quales eligi debent, & de corum officio & quibus equiparentur de iure comuni, & de materia vide ibi, & etiam in dictis ordinationibus Regis Petti tertii in tit. Del Vicecanceller, incipit, Com humana fragilitat. & reliqua in verbo Vicecance.

a. Fol. xxxxiij. in nou. vero compil. fo. 93.

CAP. 73.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarii officium intra quem terminum debeat prouideri.*



1 Tem dictum officium Cancellarii regii prouideri debet per dominum Regem intra duos menses computandos a die mortis, aut renuntiationis aut remotionis cancellarii. Ita loquitur proxime dicta constitutio, Primeramér a supplicatio de quo, & de eius materia vide omnino Tho. Mier. ibi colla. 10. fol. 1.

CAP. 74.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius Regius debet iurare & audire sententiam excommunicationis in scriptis.*

1 Ancellarius regius debet iurare, vt in const. Regis Marti. in titu. de offici de caoceller c. 2.

a fol. 43.[a] & debet audire sentẽtiam excommunicationis inscriptis, vt in consti. poc valdrie col. 4. in tit. de ob

b seruar consti. fol. 30.[b]

a. Fol. 43. in nou. compil. fol. 91.
b. Fo. xxx. in nou. compil. fol 49.

CAP. 75.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius debet tenere audiẽtiam saltem die veneris.*

Cancellarius

1 Cancellarius saltem quolibet die Veneris cuiuslibet septi mane, si feriatus non fuerit. sin autem die sequenti non feriato post meridiē, siue tot lo apres dinat, sens empatxarse ab altre, debet tenere audientiam in causis verbalibus pauperum pupillorū, & viduarum vt in constitutio. anni M. D.x. cap. xxiij.a Aduertendum tamen est quod postea in curia anni.1547.cap. 73.b fol.18. fuit statutum quod locumtenens generalis Regiæ Magestatis debet personaliter tenere audientiam causarū verbalium quolibet die veneris in præsentia Cancellarii aut regentis cancella. & si die Veneris non poterit in his intelligere: illud faciat die sequenti, siue lo endema, ex quo infertur quod si locumtenens generalis voluerit tenere audientiam verbalem in præsentia Cancellarii: tali casu dictus cancellarius nō posset in eius domo tenere audientiam verbalem. Hæc tamen aduertentia in hodierno Cancellario Reuerendo Hieronymo Managat parui momenti est, cum ipse Cancellarius nedum die Veneris, sed aliis tenet verbale adde vt in sequent.

a.C.xxiij. & in ordine.4.titu.de juy verbal del Senyor Rey.
b.73. in ordine 6.co.rir.

CAP. 76.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius & Viceeancellarius cognoscunt de causis verbalibus vsq; ad summam viginti librarum.*
2 *Lex cogens iudicem ad aliquid intra certum tempus faciēdum intelligitur parte petente.*

1 Cancellarius, vicecancellarius, & regens Cancell. possunt de causis verbalibus cognoscere vsq; ad viginti libras inclusiue tantum, & non vltra vt in consti. anni M.D.xx. cap.xviij.a fol. mihi 424. & illas debent decidere & sententiare intra tres menses in consti. curiæ anni M. D.lxiiij. cap.31. fol.viiij. quod ego intelligo si per partem petatur, per tradita per Ias. in l. properandum in prin. n.15. C.de iudi. latius in lectura. l. admonendi n.16. & sequentibus ff.de iureiurан. vbi traditur quod omnis lex, & omne statutum, cogens iudicem ad aliquid intra certum tempus faciendum, intelligi debet parte petente, & pro materia, quid si non expediantur causæ intra tempus præfixum an postea poterint expediri: vide notabilem distinctionem per Paulum de Castro in d.l. properandum nu. 9. C.de iudic. & etiam intelligeretur de possibilitate iuxta tex. in cano. erit autem lex in verbo possibilis cum sua gl. distinct. iiij. Ias. in d l. properandum sub nu.26. in quinta limitatione. cap. in decis. Neapol. decis. xj. nume. 11. & per totum decis.

a.Ca.xviij. in ordine.5.titu. de juy verbal del Rey &c.fol.90.

CAP. 77.

SVMMARIVM.

1 *Supplicari non potest de sententiis in causis verbalibus minoribus quinquaginta solidorum latis per Cancellarium seu Regentem Cancellariam.*

1 De sententiis in causis verbalibus minoribus quinquaginta solidorum latis per cancellarium, vicecancellarium, & regentem cancella. supplicari non potest sed habentur pro re iudicata. in constit. curiæ anni M D lxiiij. c.xxxj.a

Ponitur latius infra in verbo. supplicari non potest. c. incipien. de his est cōstitutio.

a.C.xxxj. quod est finale titu. de juy verbal.

CAP. 78.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius causas verbales locumtenentis generalis eo exeunte a vicaria non potest continuare.*



1 Cancellarius regius in causis verbalibus locumtenentis generalis Regiæ Magestatis in quibus ipse cancellarius vt cōsiliarius, siue assessor dicti locumte. generalis interuenerit: Si locumtenens exit a vicaria:non potest illas causas continuare,nec illas sententias verbales publicare. Proprias tamen causas verbales poterit continuare & sententias publicare.

Ita die Lunæ quæ computabatur, 9. Nouembris M D lxxviiij facto verbo in vtraque aula per magnifi.Regentem cancella.fuit determinatum tam in cancellario quam in Regente cancella.& dictum verbum fecit quia locumtenens genera.iter arripuerat seu atripere intēdebat versus castellam, & occurrebant casus aliqui, & fundamentum, & ratio præfatę determinationis fuit,quia locū ten.generalis cognoscere non potest de causis verbalibus nisi in vicaria in qua est,& in casu sequenti posset dari conueniens illud,videlicet,quod si cum locūte.gener.esset regens cancel. extra vicariam quod potest iuxta consti.an.1542. a c.5. a quæ prorogata fuit an.1547.ca.1.b b & etiam illa fuit prorogata an.1553.c.1.c c & dictus locumt.in aliqua causa verbali procedere vellet,& de facto procederet cum consilio d.Regentis,& Cancellarius existens in vicaria vnde exiuit locumte procederet vt consiliarius dicti locumte.in alia causa verbali, sequeretur ista perplexitas,& inconueniens, quod diceretur quod dictus locumt. esset intus duas vicarias eodem tempore,quod est euitandum, nisi in vltimo casu diceretur quod d.constit.an.1542.c.5. nō fuit d prorogata in curia an. 1564.c.1.d

Item eodem die fuit etiam determinatum,quod cancellarius,& regēs cancel. possunt continuare,& declarare causas verbales quas ipsi nomine eorum proprio & non vt consiliarii locumt. generalis habebant,quamuis locumt. generalis esset extra illam vicariam in qua erant cancellarius & regens.

a.C.5.{ quod est tit.de la Audiencia y consell Real fol.72.
b.c. v.{ et 2. in ordine tit. de prorogations y perpetuations de constitutions.
c.c.1.{ ibid.
d.c.1.{ ibid.

CAP. 79.

SVMMARIVM.

1 *Cancellario committuntur causæ maiores viginti librarum.*



1 Cancellario committi consueuerunt causę maiores 20 librarum ex causa.

Reperio quod quamquā a per consti.curiæ anni 1503. a fuerit prohibitum commissiones causarum fieri vicecancellario, & regenti cancel. cum fuerit per dictam constitutionem statutum; quod illi non possent se occupare in commissionibus causarum attamē post b ea in curia anni.1510.c.28.b fuit expressē concessum,quod commissiones causarum possunt dictis vicecan.& regen.cā. fieri,& ita hodie seruatur in regēte cā. nihil tamen dicta constitutio dicit de cancellario. Et proinde videtur denegare cancellario, quia qui de vno dicit de reliquo denegare videtur l. maritus cū concor.ibi per glo.traditis.C.de procura.sed in pratica idem seruari vidi in cācellario Reueren. Guillermo Cassador Episcopo Barcinone in causa quæ verrebatur in Regia audientia inter nobilem Mariam de Perapertusa agentem ex vna parte,& nob.don Enricum Palau,& Io.de Eril,& postea Marquesiam Salba defendentes ex altera partibus,in qua fuit conrelator dictus cancellarius & relator P.Lobregat, & nunc in causa sup-

sa supplicationis vertitur ad mei Michaelis Ferrer relationem, in posse Bernardi Macip, nunc Soler scribæ regij mandati & pro eo Serra not. Et in causa quę vertebatur inter domnam Hieronymam de Pegucra, & domnam Elenam de Llordar ad relationem magnifici Francisci Sala. Et in causa inter Gleu, & Ribes. villæ Perpiniani ad relationem magni. Pet. Balle. & non videtur posse diuersitatis rōnē efficacē assignari, quare causæ comitti nō possint cācel. sicut possūt vicecā. & regēti cā. comitti. quinimo & maior rō est quod possint comitti can. quā vicecā. & regēti cā cū vicecā. & regens audire debeāt causas verbales quolibet die ab hora secunda post meridiem vsq; ad tertiam, vt in curia anni. 1510. c. 28. & cancellarius non astringitur tenere audientiam causarum verbalium nisi vno die qualibet septimana, & sic cancellarius est minus occupatus quam vicecā. & regens can. & proinde causę deberēt ita bene (seu magis) comitti cancellario quam vicecan. & regenti cancell. replicando dicitur quod cancellarius est occupatus in aliis causis in quibus non occupantur, nec occupari possunt vicecancellarius, & regens cancella. videlicet in contentionibus iurisdictionum curiarū respon. quod pari modo vicecan. & reg. can. occupantur in aliis causis in quibus non occupatur, nec occupari potest cancellarius, videlicet in causis criminalibus quæ sunt arduiores quam ciuiles, quia in administratione criminalis dependet potissima pars quietis, & tranquillitatis reipublicę, & propterea minus ipsi vicecan. & regens can. deberent in ciuilibus occupari quam cācellarius, & propterea cum sit saltem eadem ratio, (quamuis non esset maior) quod causæ maiores 20. ll. committantur cancellario sicut dictis vicecan. & regen. can. Idem debet esse ius l. illud ff. ad leg. acqui. c. inter ceteras cum concor. de rescriptis. & ibi Panor n. 3. vbi dicit quod valet argum. a simili. & quod sufficit in materia dare vnum exemplum. & ibi apostilla. late per Euera. de modis arguē. in loco a simili. c. x. in primo modo fol. 125. aliquid per Tho. Mie. in const. Item senyor quels canceller e vicecanceller n. 4. colla. 9. fol. 103. & in const. portarii sub n. 9. colla. 9. vol. 2. fol. 36. vbi tradit do extensione ratione identitatis rationis, & de similitudine, & in const. in nomine domini n. 8. & 9. colla. 6. vol. 2. fo. 56. & ex his restat responsum ad cōtraria de d. l. maritus C. de procura. sicut in effectu respō. glo. notabilis in l. cum prętor in verbo videtur in si. ff. de iudic. videlicet q̄ dispositio d. legis fallit quando in vtraq; est eadē ratio dicēdo. quod in vno conceditur, in aliis negatur, & e contra: esse verum nisi in prohibitis vel permissis eadem sit ratio, de qua & de pluribus aliis limitationibus vide nota. per Ias. in l. 2. n. 2. ff. de vulg. & pupi. sub sti. Enricum Boic & alios in c. nōnc de presumptio. Item facit ad id quia officium vicecan. depender ab officio canc. & ipse vicecance. in & pro causis ciuilibus creatus fuit in subsidium cancellarii, in quibus causis ciuilibus quodāmodo censetur, & est subrogatus in locum d. can. & cum subrogatus sapiat naturā eius in cuius locum subrogatur per tex. in l. 1. §. hæc actio, & ibi Bar. & alii dd. ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. & latissime per Euerar. de modis arguen. in loco a subrogatione c. 91. p. 549. ideo videtur dicendum quod sicut causę maiores 20. ll. comitti possūnt vicecan. & de illis est capax vicecanc. ita possunt comitti can. & de illis can. est capax, & quod saltem est de mente constituentis. Nam si constituens interrogatus esset an idem constituisset, & disposuisset de canc. qui est principalis: sicut disposuit de vicecācella. qui est accessorius, siue subrogatus vtique dixisset, quod sic, cum (vt prædicitur) eadem immo maior ratio sit in cācella. principali quam in vicecancel. accessorio, & in subsidium creato, vt in creatione officii cancel. cerni potest ibi, per tal, que so que peruentura per lo cāceller en cas que fos Arquebisbe o Bisbe, o altre prelat, o clergue, que en criminals coses fer no porie: per aquest sie supplit,

supplit, e per tal que en la dita cancellaria totes coses degudament sien fetes engit aquelles apres, lo canceller entena ab acaba ment, &c.

a.1503. sca. incip. mes anant citum in volu. correctarum lib. 1. titu. 14. correctum per cap. infra seq.
b. c. xxviij. incip. reuocat titu. de offici de canceller fo. 93.

CAP. 80.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius Regius an possit sibi causas comittere.*
2 *Leges in dubio intelligi debent secundum naturam tituli, in quo sunt situatae.*
3 *Cancellarius & Regens cancellariam distribuunt causas doctoribus Regiae audientiae nomine Domini Regis.*
4 *Cancellarius quando sibi causas comittit.*



1 Cancellarius regius an possit causas sibi comittere. Vidi de his dubitari, & de materia tractat Thomas Mieres in constitutio. per donar orde a ala disposítio de les causes colla. 10. fol b xxviij. quę quidem cõstitutio est in ti. de la audien. e consell real, e del gouernador fo. 9 ibi in principio dicit Miet. per hæc verba nota quod dña Maria regina locumte. domini regis Alfonsi viri sui fecit ordinationes inter quas ordonauit, quod vicecan. vel regens cancel. non possint sibi facere comisiones causarum, nec causas sibi retinere, haec ipse, ego tamen dictam ordinationẽ vidisse non recordor, subdit insuper idem Mie r. in versi. sed nunquid vicecan. potest sibi ipsi comittere causam sicut modo de facto cousueuit. hon. Gaspar Vilana vicecancellarius regis Petri: R. sepe & semper dixi quod non, & allegaui ca c sum in curia regis Martini c. Itẽ senyor que sia merce vostra, vide ibi, & est ca-sus rotundus in l. praeses iiii. ff. de offi. præsid. vbi dicitur quod praeses non patest se alicui tutorem date, nec se iudicem, & idem ff. de officio. praetor l. fi. & ff. de tuto. & cura. da. ab his, l. praetor, & quam Miet. ibi loquatur in vicecan. & regen. cancellariam, & non de cancellario: Attamen in dicta constitutione. Itẽ senyor sia merce vostra nu. 5. colla. viii. fol. lxxiii, loquitur etiam expresse in cancellario, vbi a nu. 1. vsq. ad 5. inclusiue, & a nu. 11. versi. sequitur in tex. no puxa esser feta, vsq. ad 13. poterit de materia videri. Et est aduertendum quod ipse Miet. videtur intelligere, quod causae non possunt committi cancellario, vicecan. & tegenti cancellariam, vt delegatis, vt ipse idem Miet. videtur declarare in principio in casus positione, dum dicit per verba ista, casus, officiali ordinario nequid fieri delegatio nec ipse cognoscere, vt delegatus de causa de qua potest cognoscere vt ordinarius, nota verbũ, vt delegatus. Idem sentit nu. 12. & pro ista intelligentia facit, quia d. const. est sub titu. loquente de comissariis, videlicet in ti. quẽ houells officials no sien posats en lloch hon son acostomats posar, e de comissaris fol. 83. & sic debet intelligi secundũ titutum in 2 quo est posita, scilicet de comissariis, quia leges, in dubio debent intelligi secundum naturam tituli sub qua situatę sunt. Iaf. in l. si filium qui in potestate nu. 32 ff. de liber. & post. per tex. in l. imperatores ff. de in diem adiec. & ibi Bar. Item est aduertendum quod d. consti. loquitur de officiali habente iurisdictio nem, & de eo pœnes quem residet iurisdictio ordinaria, sed cance. vicecance. regens cance. non habent iurisdictionẽ, sed dumtaxat dominus rex, & eius lo umte. gene. in causis regiae audientiae, ibi enim cancel. vicecan. & regens cancel. habent duntaxat regimen & admi-
3 nistrationem distribuendo causas inter doctores regiae audientiae, & illis committendo causas decidendas nomine domini regis iuxta formam const. Cathal. vt in constit. Item señor que el cancel-ller e vicecance. in ti. de cance. fol. 42.
d & ibi Miet. coll. viii. fol 66. excepto in causis

causis verbalibus vsq.ad xx. ll. inclusiue, quia de illis possunt cognoscere, vt in curia an.1510. c. 18. fol. mihi 414. & cognoscunt ex eo solo quod sunt cancel. vicecan. & regens cancella. & cancellarius etiam habet iurisdictionē in quibusdam personis quibus dictum fuit supra in c.1.de cancel.loquente iuxta ordinationem ibi relatam de officio cancel. per regem Petr. factam. & deniq. quicquid sit de iure, dico ꝑ solutione: quod etiam his temporibus obseruatur quod R.cancel.alias causas quam supra designatas sibi committit suadente aliqua legitima & rationabili causa, vt patet in processu causę vertentis inter dominā Mariam de Perapertusa, filiam don Ioānis de Erill quondam.& dom Marquesam Salba super castro & termino de Gelida in posse Ber.Macip.regii mandati scribę & pro eo Fran.For not. in qua in prima instantia cancellarius regius qui tunc erat admodum Reuerendus Guillelmus Cassador episcopus Barcin. se ipsum in conrelatorem assignauit quia in illius aula non erat alius qui vt conrelator interuenire posset, & decretatio dictę assignationis est tenoris sequentis. Reuocata commissione facta magnifico Ioanni Iofre, citra eius infamię notam, comittatur Reuerendissimo episcopo Barcinone regio cancellario in conrelatore qui vna cum dicto magnifico Petro Lobregat relatore causam expediat seruatis constitutionibus.Prouisa per Reuerendum episcopum Barcinone cancellariū 2. Septembris 1559 Barcino. ex deliberatione regię audientię. ¶ Cogitabam tamen (vt
4 euitetur causa propter quā motus fuit iurisconsultus in d. l. preses la iiii. ff. de offi.p̄resid.ad disponendum, præsidem non posse se iudicem dare per hęc verba Pręses prouinciæ non magis tutorem, quam speciale iudicem,ipse se dare potest & idem habetur in d.l.fi. ff. de offi. prętor,& in his textus in l prętor.ff. de tutor.& cura. da.ab his equiparat prætorem pedaneo iudici,dicens. Prætor ipse se tutorem dare non potest sicut nec pedaneus iudex) decentius forsan esset, quod cancella.vicecancel.& regens cancel.non sibi causas committerent, nisi necessitatis causa,vt fuit in praefata cōmissione causae castri de Gelida, & in primis commissionibus etiam causarū arduarū duplex militat remedium,vnū ut cancellarius,regenti committat,& e contra alterum,vt vno illorum absente mortuo, vel impedito poterunt causae per superstitem committi antiquioribus doctoribus,qui alias in absentiam cancella.vel regentis cancella. dicuntur praesidere,& praesident respectiue. vt in consti.anni 1542.c.5. e vt in fortioribus terminis fuit conclusum in vtraq. aula 7.decembris 1564.vt dicetur in obseruan.sequen. incipien. Ita die 7. decemb.1564.

a.Collatio.10.) Et in ead.collatio.cap.3.colum.2.
b.Constitutio.) Est correcta reperitur enim in volum 3.superflu.titu.8.li.3.fol.33.
c.Vostra.) In noua compilatione titu. de cosas prohibidas als officials fol.116.
d.Fol.42.) In noua compilatio.fo.91.
e.c. 5.) Titu. de la Audientia y consell Real fol. 72.

CAP. 31.

SVMMARIVM.

1 *Cancellario infirmo, doctor antiquior facit decretiones.*
2 *Quis præsideat & quomodo in aulis regia audientia.*


1 Ancellario regio infirmitate detento in ciuitate in qua regia residet audientia,& locū te.generali domini regis ab ea ciuitate cum consilio criminali,& regente cancella.absēte: doctor antiquior aulę cancellarii facit decretationes, firmas, causarum commissiones , & euocationēs.

Ita die 7.decē.1564.Barcino. fuit cōconclusum,& conclusio est vt sequitur.

In facto oppositionis factæ per magni Mi-

ni Michaelem Terça aduocatum fiscalem regiae curiae ac doctorem regii consilii super relatione per regii mandati scribas, nec non per alterum ex virgariis regiae audientiae facta de infirmitate Reuerendi cancella. Mathiae Sorribes & sic de impedimento super decretationibus faciendis, & aliis ad officiũ regii cancel. spectantibus habita super his,cõiũctis duabus anlis regiae audientiae,matura discussione. Attento quod per nouam constitutionem curiae generalis praesẽtis anni 1564.in qua fuit specialis prouisio, quod deffeciente magni. Regente cancella.in tribunali regiae audien. præsideat antiquior regiae audiẽ. cũ eadẽ potestate quã habet vicecancel. non prouidetur in specie quid agendũ sit in aula dicti cancel. eo infirmo aut absente. Et attẽto quod per cõsti. curiae an.1512. quoniam fuit regia audientia in duas aulas diuisa disponitur quod in vna aula dictae regiae audien.absente domino rege,vel locũt. generali presideat cancel.semper, quando in ea esse voluerit,& in eius absentiã antiquior doctor d. aulae & in alia aula absente domino rege. vel eius locũt.gene. praesideat vicecan.& suo casu reg.can.& in eorũ absentia antiquior doctor d.aulae.& quod d.can.vicecan.& suo casu regens can.& d.antiquiores docto.qui suo casu praesiderent habeant tantũ vnũ votũ. Et attento quod excellen.dñs.locũt. generalis est absens residens cum consilio criminali & regẽ. cancel. per eum creato propter impedimẽtũ magni.Fran.Montaner regentis.can. in villa Perpiniani. Et attento quod probabiliter dubitatur an dicta infirmitas canc. sit duratura praesertim, quia proximis diebus incedebat & videbatur cum signis male valetudinis,alliis etiam iusto attentis,&cõsideratis fuit deliberatũ,ꝙ in aula d. regentis can.durãte illius infirmitate, vel donec aliter fuerint ꝑpter d. infirmitatẽ per dñm nostrũ regem vel eius locũ. general.in locũ cancel. prouisum in d. aula praesideat antiquior qui etiã faciat decretationes,& firmas causarũ cõmissiones,euocationes,& quod per magni. aduocatum fiscalẽ scribatur d. dño. locũt.general.de praedictis,& quod requiritur propmta prouisio in locũ d. cancel. pro contentionibus iurisdict. in ciuilibus pro causis grauaminum signanter pro iudicib.& relatoribus surrogandis, quia per actum curiae tantum commititur cancel. & regen. canecellariam subrogatio, & est casus in quo praedicta de antiquioribus non possunt accomodari super quibus non est per praedicta prouisum,& pro nũc fuit visum quod per antiquiores praedictos fiant decretationes,euocationes & commissiones causarum in regia audientia, & si casus euenerit extra regiam audientiam decretentur prouidenda in regia audientia.

CAP. 82.

SVMMARIVM.

1 *Iurat dominus rex præsente Cancellario*
2 *& regente cancellariam.*
Iuramentum domini regis præstatur in ciuitate barchinonæ tanquam antiquiore ac nobiliore.
3 *Et an possit per procuratorem præstari.*
4 *An & quomodo iuramentum per dominum regem præstetur die feriata.*
5 *Dominus rex consueuit ante iuramentum creare officiales & alios actus iurisdictionales exercere.*
6 *Primogenitus consueuit in vita patris iurare & iurari, & quæ sit differentia quando est pubes & quando impubes.*



ET quoniam in iuramento ꝙ dominus rex super obseruantia constitutionũ generalium Cathalo.& vsatieorũ, Barcinone,priuilegiorum,libertatum &c ecclesiis,& vniuersitatibus &c.praestat solent Reuerendus cancellarius regius, & magn.regens cancel.esse praesentes, & etiam recipitur per dominum regem a subditis,vt vidi seruari & fieri die vi.Februarii MDlxiiii.in persona S.C.R.Mage.Philippi domini nostri nune foeliciter regnan

ter regnantis filii indelebilis memoriæ Caroli imperatoris, & Hispaniæ regis. Et quia multa circa prædicta iuramenta euenire solent, & meis temporibus in dubium, consulto, aliqua deducta fuerint: quæ infra in verbo iuramentū ad mei memoriam, & releuationem laborum posui: ideo si in futurum similia occurrerint: ibi cerni poterint, vbi inter alia traduntur sequentia.

2 Qualiter seruatum fuit priuilegium ciuitati Barcinone per regem Pet. xiiij. kalen. Nouembris 1339. concessum quo habetur, iuramenta præstāda & recipiēda per reges, fieri & præstari debere in a ciuitate Barcin. a tanquam antiquiore & nobiliore, & non alibi, & an ex causa possit, & consueuit prius alibi præstari & recipi.

3 Dicta iuramenta an possint, & consueuerint per procuratorem domini regis præstari.

4 Quando & ex quibus causis dicta iuramenta possint & consueuerint die feriata in honorem domini, præstari.

5 Ante præstitum iuramentū, & etiā ante ingressum in Cathalonia, dominus rex consueuit creare officiales iurisdictionis, & multa alia exercitium iurisdictionis concernentia, & an illa facta fuerint, seu fieri possint vrgente necessitate, vel pace, vel pietate suadente tantū.

6 Primogenitus domini regis consueuit in vita patris sui regis, & comitis Barcinone iurare, & iurari, & post obitum patris iterum iurare, & quæ differentia sit in forma iuramenti quando primogenitus est impubes, & quando pubes.

a. Barci.] Mie. par. 2. c. 5. de vni. ciui. Dertu. nu. 10. collat. 7.

CAP. 53.

SVMMARIVM.

1 Cancellarius præest gerenti vices gubernatoris.

2 Et pro his littera regia ibi.



Ancellarius regius sedendo non solum in ecclesiis, sed etiam in aliis locis & congregationibus præest gerenti vices generalis gubernatoris Cathaloniæ & ita nouissime per regiam Magestatē suis regiis litteris infrascriptis determinatum, & iussum fuit. Et idem seruatur in incedendo.

Copia de vna letra de su magestat El Rey.

Illust. Conde primo nuestro lugartiniē te y capitan general, cō vuestra carta de 30. de Nouiē. proximo passado, y la informaciō y relaciō q con ella venia, auemos entēdido la cōpentencia que vuo los meses passados en el monesterio de Montesion, sobre la presidēcia del assiēto entre el doctor Manegat nuestro cāciller, y don Pedro de Cardona portan vezes de nuestro general gouernador, y visto por el parecer de los doctores desta nuestra real audientia, que la pretencion del dicho portan vezes, no tiene ningun fundamento de justicia, y q̄ essa militia por el canciller, y q̄ conuiene que cessen estas contenciones entre nuestros officiales reales, y se sepa el lugar que cada vno ha de tener: por tende por la present dezimos, declaramos y mandamos que no embargāte la pretencion del dicho portan vezes: y lo q̄ por su parte se ha allegado, el canciller que aora es, y por tiēpo fuere, preceda en los assientos al dicho portan vezes de nuestro general gouernador como es de costūbre y razō y porq̄ esto se cūpla ordenereis al dicho gouernador q̄ se abstēga de su pretencion por ser esta nuestra volundat. Dat. en S. Lorenço el Real a 30. de Mayo 1584. Yo el Rey V. Comes genera. thesaur. V. Campi R. V. Sapena. V. Terça. V. Marcilla. V. Frigola Gassol secretario.

Concordada con el original por mi Geronymo de Olasso.

Iste Hyerony. de Olasso erat secretarius dicti comitis, & locumten. genera. regiæ Mage. qui quidem comes nominatur don Ioā de Sunyga comes de Miranda

randa &c. qui vt locumte. gener. iurauit 16. Martii 1583. insuper vidi, & in meo dietarii libro tunc continuaui quod 16. Martii 1583. in aduentu Excellen. don Ioannis de Sunyga Comitis de Miranda &c. ad ciuitates Barcin. pro locumt. gener. Regię Mage. Reuerendus Cancella. Regius incedebat ad dexteram d. locumten. gener. & gerens vices gener. gubernatoris ad sinistram eiusdem locumtenentis generalis.

CAP. 84.

SVMMARIVM.

1 *De salario Cancellarij.*

De salario Reuerendi Cancellarii tam domino Rege, & eius locumtenente generali pręsentibus, quam absentibus a principatu Cathaloniç, dicetur infra in verbo, salarii. De his tamen pro nunc videri poterit consti. com sie digna cosa, in titulo de Audientia y consell Real a fol. xiii. & in curia M. D. xxxiiii. cap. xxxiii. fol. mihi 461. & cap. curię 1547. cap. 33. fol. 32 Adde constitu. anni M. D. lxxxxvi.

a. Real. in noua vero compil. titu. dels salaris reben los officials sobre lo generals in ordine. 1. fol. 280.

CAP. 85.

Cancellarius regius intra quē terminum causas contentionum iurisdictionis inter curiā Ecclesiasticā & secularem Regiam moras declarare teneatur, dicitur late infra in verbo contentiones iurisdictionum inter curias Ecclesiasticā & secularem, & incipit, quando contenditur de iurisdictione, & illas declarare debet in eius domo, vt in curia anni M. D lxiiii. cap. vj. a & sententia publicari debet instrumento, & testibus, in eadem curia 1564. c. 41. b & intimari debet officiali ecclesiastico, aut arbitro pro illius parte nominato, & notarius nominari debet, & copia dari, in concessione Regi Ferdinandi secun. Septemb. 1510. fol. mihi. 138.

a. Cap. vj.)est c. curię contentum sub tit. de cōtētiōs de iurisdictio in ordine. 5. f. 212.
b. 41.)in ordine. 4. eo. tit.

CAP. 86.

Cancellarius Regius si est absens a loco in quo est Regia Audientia, quis, & per quem eligatur super dirimendis, & declarandis cōtentionibus iurisdictionis inter curias Ecclesiasticam & secularem regiam, & an per gerentem vices generalis Gubernatoris, Domino Rege, & eius Locumtenenti generali a Cathalonia absentibus, eligitur, dicitur infra in ver. contētio, incipiente, quando contenditur de iurisdictione inter iudicem Ecclesiasticum ordinarium, & in verbo Cancellarius in obseruantia incipien. Cancellarius non vtitur, & in alia incipien. Cancellarius Regius, si Audientia est prorogata, & in obseruantiis Regii Cancellarii super priuilegio clericali. cap. in cipien. in mense Aprilis M D Lviii.

CAP. 87.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius causas contentionis iudicat secundum conscientiam adhærente rationi, quamuis adhibuerit doctores contrarium votantes.*
2 *Concessio Ferdin. 2. sacramento ecclesiastico facta.*
3 *Conscientia puritati debet adesse iuditiū rationis.*
4 *Maior pars doctorū representat omnes.*
5 *Iudex non iudicat secundum suam conscientiam sed secundum ius.*
6 *Consilium petere nisi illud sequatur, superfluum est.*

P Plerunq.

7 *Plerunq. tenetur quis quærere consiliũ sed non illud sequi.*
8 *Consilium sapientis non excusat iudicem quando non tenebatur illud sequi.*
9 *Si Cancellarius tenetur sequi maiorem partem votorum, ipse vnus in numero eorum computaretur.*
10 *Iudicandum quomodo sit in paritate votorum & n. seq.*
11 *Extentio quando fiat ex paritate rationis.*
12 *Gl. in l. Pomponius ff. de re iudi. & intellectus dict. e. l.*
13 *Iudicandum quomodo sit in Cathalonia.*
14 *Conscientiæ alterius quando aliquid est commissum iurare debet illud sibi ita in conscientia videri.*
15 *Conscientia quotuplex sit.*

1 Cancellarius Regius causas contentionum iurisdictionis inter curias Ecclesiasticam & secularem potest & consueuit secundum eius conscientiam iudicare, quanquam adhibuerit aliquos doctores contrarium votantes, & intelligi debet de conscientia adhærente rationi, seu iudicio rationis, & non aliàs.

Ita de mense Iulii M D Lxiii. perenne Reuerendo Cancellario Mathia Sorribes in causa secundæ contentionis iurisdictionis super repetitione personæ Francisci Font clerici cum vnica & virgine coniugati, & in carceribus Regiis Barcino. detenti super reuocatione procedimentorum per curiam secularem Regiæ Audientię factorum, torquendo dictum Fõt post petitam per curiam ecclesiasticam inspectionem tonsuræ dicti Font, in qua dictus Cancellarius applicauit quatuor consultores Regii consilii. Et cum essemus discordes, quia vnus fuit quod dicta omnia procedimenta reuocarentur, Alius fuit dubius, alius contrarius, & alius quod prima tortura nõ erat reuocanda, sed solum secunda tortura, seu procedimenta facta post primam torturam erant reuocanda, & Cãcellarius fuit voti quod reuocarentur dicta omnia procedimenta vt vouerat primus, Et quia dictus Cancellarius petiit quid facturus esset, tunc omnes fuimus voti quod ipse Cancellarius poterat declarare secundum conscientiam suam, & ita declarauit pro titulo clericali, dicta vota continuata habeo in memorialibus per me factis quæ sunt ad partem, & sunt intitulata, sobre la contentio de Francesch Font, Compte de Quirra, y altres. Quod nota, quia est cõtra illud quod asserebatur regiæ magestati anno M D lxiiii. de quo habetur in
6 c. curiæ an. 1564. c. vj. fol. lxiii. ibi que ia los doctors del Real consell alleguen que lo Canceller ha de declarar segons llur vot, o de la major part de aquells.

2 Moti fuimus per concessionem Regis Ferdinandi. 2. stamento ecclesiastico factam ad supplicationem dicti stamenti quæ data fuit in villa de Almansa die xxiii. Aprilis M cccc lxxxxvi. & incipit Ferdinandus secũdus Rex, Hoc est trãslatum in ca. 1. ibi. E si seran discordes en tal cars lo Canceller, si present sera en lo lloch hont se celebrara la audientia, sie tercer, e haje a jurar què dins deu dies declarara adherinse al vot, o paret del altre dels dits arbitres segons Deu e sa consciencia.

Pro dubio dicebatur, seu dici poterat, quod quamuis dictus Cancellarius iudicare debeat secundum consciẽtiam suam: Attamen intelligitur de consciẽtia bona idest de conscientia adhærente rationi & secundum ius, vt probabitur infra. Et postquam ad id Cancellarius applicauit quatuor doctores quorũ maior pars erat contra illius votum, ideo Cancellarius declarare debebat secundum dictam maiorem partem vorotũ, vt posset dici quod declarabat secundum conscientiam adhærentẽ iuri & rationi, quia ius vult & disponit maiorem partem votorum sequendam esse. Et cõscientia adhærere debet iuri.

Primum probatur per doctrinam Feli. ita expresse tenentis in c. 1. n. 50. aliàs 51. versi. Et si dicatur secũdũ consciẽtiã suam, vide vltra prædicta de consti. per tex. in c. non solum de regula. & transe. ad re-

ad religio.in vj. per quē textū dicit etiā Petrus de Ancharra.ibi in prin. q puritati cōsciētię debet adesse iudiciū rationis, vnde si defficeret iudiciū rationis nō esset cōsciētia bona, sed sic est quod illa opinio quæ voto pluriū doctorū est fulsita, sanior fefertur & sequi debet.in c.nouimus d verbo.signifi.ibi.a pluribus approbat, quē tex.& alios, & etiā doctores allegat ad id Felinus in c. 1.n.54.de cōstit. Ergo dictus Cancel.cōtra votū doctorū per eū applicatorū declarare non debuit, sed relicta dicta eius cōsciētia declarare debuit secūdū votū maioris partis doctorū, quia in viā iuris maior pars
4 doctorū representat omnes vt tradit Ioā. Andre.in d.c.nō solū versi.ad. partem, quod sententia non valeat per tex.in l. aliud. §. refertur ff. de reg. iur.l. quod maior pars ff. ad mūicip.l.1.§.1.ff.de vētre inspi. Corrobatur prædicta, quia index nō debet iudicare secūdū cōsciētiā suā, sed secundū iura, vt notat Petrus
6 de Ancharra.in c.1.n.3.de consti. per il-
5 lū tex.cuius verba sunt hæc. Canonum statuta custodiantur ab omnibus, & nemo in actionibus vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorū auctoritate ducatur, & no.in l.illicitas §.veritas ff.de officio præsidis per quē tex. dicit Bar.ibi quod iudex iudicare debet secundū allegata & probata, nō tamē secūdū conscientiā, quod secundū Ancharranū. in c.1.n.2.versi.3.de offi.ordi. in vj.in tantū procedere videtur quod quāuis esset cōcessa libera potestas, seu liberum arbitriū dicto cancel. ipse tenetur obseruare iura, & sic iudicare secundū iura, & nō secūdū liberū arbitriū, siue cōsciētiā suam. Et idem procedere in fortioribus terminis secūdū aliquos docto.quando ipse cācel.esset adstrictus recipere consiliū ab aliis, quia non propterea videretur cācel.adstrictus ad sequēdum illud consiliū, vt per Io. Andre.in regula nullus ex consilio versi.30.satisfacit, quod maxime procedit si iurauit, vt in hoc nostro cancellario.

Secundum (de quo recordor dubitatum fuisse) probari videtur, quia ex quo cancellarius non erat adstrictus ad recipiendum consilium aliorum doctorum. Et voluit consilium dictorum doctorum: ideo visus est sequi illorum consilium aliàs superfluum esset petere consilium argumento tex. in l.ad probationem 1. C. de probatio. quem tex. ad hoc allegat glo.fi.(de qua latius statim dicetur) in c. cum olim de arbitris.

Pro quo fa.in arg.tex.in c. ne innitaris prudentiæ tuæ de consti. & eorum quæ ibi per docto.traduntur. præmaxime quia est verisimile quod illos doctores adhibuit propter aliquod dubium, seu aliquam difficultatē, quod seu quā circa declaratiouē faciēdam sentiebat, cū alias solus declarare potuisset. Et est verisimile quod si ipse cancellarius interrogatus de hoc fuisset id dixisset, & quod est verisimile sequendum est. c. quia verisimile iunctis notatis ibidem de presumptio. quod arg. validum est, vt per Euerard. de modis arguendi in loco a verisimili. Et cum ista sola ratio reddi possit, cur applicauerit alios doctores. Ideo illa est tenēda per tradita per Ias.post alios per eū allegatos in l. quāuis.nu.6.& 7.C.de fideicommissis. signanter quia contra istam verisimilitudinem aliquid deduci non potest, vltra quod est verum, quod ipse cancellarius multoties nobis dicebat, ne innitaris prudentię tuæ.vt dicit tex.in d.c. ne innitaris prudentię tuę quod dictam verisimilitudinem allegatam comprobat.

Prædictis tamen non obstantibus fuit, vt prędicitur, determinatum, videlicet, quod dictus cancellarius Regius poterat in eo casu declarare secundum suam conscientiam, & ita declarauit. Non enim obstare visa fuerunt deducta pro primo dubio, quoniam votum dicti Cancellarii adhærebat rationi, & iuri, & sic conscientię bonae iudicando secundum ius, quandoquidem de iure dictae ambae torturae tanquam factae post petitam per curiam Ecclesiasticam inspectionem tonsurae dicti Francisci Font reuocandæ erant, vt late explicantur infra in ca. incipien.

Non ſolum poſt litterarum curiae ec-
cleſiaſticae praeſentationem.

Nec obſtare viſum fuit, quod dictus cancellarius voluntariè adhibuit dictos quatuor doctores, vt ab illis conſilium haberet, quoniã reſpon. quod non propterea tenebatur illorum conſilium ſequi, debuit enim deliberare vtrum expediebat ei ſequi conſilium illorum, ſecundum praefatã glo. fi. quae notanda, & menti tenenda eſt iũcto ſuo tex. in c. cũ olim de arbitris per tex. in l. 2. in fine ff. manda. Vtile enim poteſt eſſe habere conſilium ab aliis, quia poteſt mouere iudicem ad aliquid faciendum quod forſan per ſe nõ feciſſet, nec inueniſſet, quod enim a pluribus quaeritur facilius inuenitur ad quorum omnium probationem dicta glo. fi. multa allegat iura, & ſatis eliciuntur & probantur per illum tex. in d. c. cum olim. Et pro his facit quod etiam dicit ead. glo. fi. videlicet, quod plerũq. tenetur quis quaerere conſilium, ſed non tenetur ſequi

7 illud. allegat c. licet de Regula. & tranſe. ad religi. l. quidam decedens §. Papinia. ff. de adminiſtra. tuto. l. 1. vbi pupilli educa. deb. Idem notabiliter & fere in ſpecie tenet Specul. in titu. de requiſitione cõſilii col. vi. verſi. quid ſi iudex videt conſilium eſſe contra ius, & in noua impreſſione eſt in nu. 13. fol. 159. dicens quod ſi iudex videt conſilium eſſe contra ius, & ipſe iudex elegit conſiliatios, ſpreto conſilio pronũciet ſecundũ ius, alioquin facit litem ſuam, nõ enim praetextu conſilii excuſabitur. imo magis accuſaretur pro qua allegat multa iura & doctrinas, quae & quas breuitatis cauſa referre omitto, idem cum ſpeculatore tenet Io. Andre. in c. nullus ex conſilio de reg. iur. in vi. in verſi. haec regula loquitur, vbi allegat ſpeculatorem in loco praedicto, & dicta glo. c. cũ olim de arbit. videatur, quia multa & notabilia dicit Tho. Mier. in conſti. per donar orde colu. vj. circa fi. nu. mihi 34. verſ. pone cauſa eſt comiſſa col. x. fol. 24. tenet idem in effectu, vt Io. Andre. in c. nullus, quẽ allegat ipſe Mier. dicens q̃ ſi cauſa eſt cõmiſſa tribus conſiliariis, duo conſulũt vnũ, tertius contrarium: iudex vero illi vni adhaeret, & ita iudicat: dicitur partẽ grauare ſi tenetur ſtare conſiliariis allegat Io. Andre. in d. c. nullus, & Bal. in l. 1. ff. de offi. conſul. q. vj. ergo ſi non tenetur ſtare conſiliariis non diceretur grauare partem. Iaſ. in l. ſi conuenerit nu. 19. poſt Bar. & alios videtur velle, idem vt Io. Andre. faciendo duas concluſiones ex dictis per Bar. ibidem dicens, quod conſiliũ ſapiẽtis non excuſat iudicẽ, quando non tenebatur illud ſequi. Et inde dicit nota bene, q̃

8 licet iudex cõmiſerit cauſã conſilio ſapientis de cõſenſu partiũ, tamẽ male iudicando nõ excuſatur quin faciat litem ſuam, & quin teneatur, ex quaſi maleficio l. fi. ff. de var. & extraor. cogni. inſti. de obliga. quae ex quaſi contrac. in prin. De hoc tamẽ vltimo dicto, ſcilicet quando eliguntur ſapientes de conſenſu partium (quia non tangit principaliter caſum noſtrum) contentus ero hac remiſsione, videantur ſi placet Specu. & Io. Andre. in locis praetactis Bar. Alex. Iaſ. & alii in l. ſi conuenerit ff. de re iudi, & quid q̃n aliquid fieri debet conſilio, vel de conſilio, vel cũ cõſilio, vel ſecundũ conſilium, vel ad arbitrium. vide vltra praedictos, ordinarios in c. cũ olim & Enricum Boic. Felin. & alios in c. ex parte de conſti.

Hoc vnũ tamẽ nõ omittã, quod quã

9 quã eſſet uerũ, quod cãcel. teneretur ſequi maiorẽ partẽ votorũ: reduco ad memoriã, quod ipſe cãcel. cõputaretur in numero votorũ, per tradita per Ioan. And. in reg. nullus eſt conſilio. verſi. in cõtrariũ, quod iudex poterit minoris partis conſilium de reg. iur. in vi. vbi dicit, quod iudex videtur computandus in numero conſultorũ ſicut tabellio in numero teſtiũ l. hac cõſultiſsima. C. qui teſtamẽ. fa. poſ. & in auten. de fi. inſtru. § oportet. & per alia iura, & propterea in caſu propoſito eſt dicendum, quod vouentes erant in numero pari, & quia votum Cancellarii, & dicti alterius doctoris erant in fa-

uorem

uorem ecclesiæ, seu priuilegii clericalis, & pro reo, ideo præualere debuit. argumento tex in l. inter pares ff. de senten. & re iudi. & eorum quæ traduntur ibi per Bar. Iaf. & alios. Dicit enim ibi tex. quod inter pares & numero iudices, si diuersæ sententiæ proferantur in liberalibus quidem causis (secundum quod a diuo pio constitutum est, pro libertate
10 constitutum obtinet. In aliis autem causis pro reo ꝙ & in publicis iudicijs obtinere oportet, & Alex. ibi. n. 3. & Iaf. n. 2. intelligunt & dicunt dispositionem illius textus procedere etiam in quacũq; causa, seu persona fauorabili per tex. in c. fi. eo ti. & per alia iura. Et quia in fauo
11 rabilibus ex indẽtitate rationis licita est extentio, l. illud cum glo. C. de sacrosan. eccle. & per alia iura, & ibi exprimunt aliquos ex dictis casibus fauorabilibus, & vnam fallentiam notãdam, quod maxime in nostru casu procedit (si est verum) quod etiã impari numero iudicantium, sit attendenda dignitas, vt propter dignitatem alicuius ex iudicantibus dicatur maior pars, quia tali casu pars dicti cancellarii propter suam dignitatẽ ratione dignitatis diceretur maior pars, quamquã ratione numeri essent pares. Et dixi si esset verũ: quia reperio diuersas, & contrarias doctorum opiniones. Nam glo. fi. in d. l. Pomponius aliàs in-
12 cipit, si vn. ff. de re iud. dicit, quod aliqui dicunt quod respectu numeri tantum, dicitur maior pars, Alii vt Azo. quod etiam ratione dignitatis glo. In l. inter pares in verbo, inter pares vnum esse inter pares, & aliud inter impares iudices, vt in d. l. Põponius. & quod aliud est in ordinariis, & aliud in delegatis, & in hoc videtur inclinare additionarius in regula cum sunt partium iura in addi. Adde ꝙ fauetur reo. glo. in l. vbi absunt in verbo maior pars. ff. de tuto. datis ab his, exponit maior numero personarum, vel ætate, vel dignitate, vel auctoritate Ale. in d. l. Pomponius, aliàs si vni super gl. dissentirent n. 11. concludit distinguendo, quo aut iurisdictio competit pluribus, vt singulis & maior pars accipitur numero tãtum. l. inter pares in versi. vitiatur ff. eo. inducendo, vt per Bar. in l. Pomponius. aut competit pluribus vt vniuersis, puta collegio, & maior pars accipitur quoad dignitates vt not. glo. in l. vbi de tutor. & cura. datis. Si autem dignitates sunt pares, & maior pars debet esse maior, non solum numero sed etiam dignitate, vt in c. nostra, & ibi pl ne doct. & in c. 1. de his quæ fiũt a maiori parte. c. hæc ipse Alex. Panor. tamẽ in c. prudentiam n. 10. & seq. de offi. & potesta. iudi. delega. dubitat, & refferendo prędictã glo. pro notabili in l. vbi absunt ff de tuto. datis, & intelligẽdo illã quando competit iurisdictio pluribus vt collegio, dicit quod dicta glo. dicit quod non consideratur. dicto casu maior pars solũ respectu numeri, sed etiã respectu dignitatis & probitatis, & quod sequitur Bar. in d. l. si vni aliàs Põponius. quasi velit dicere, quod si minor pars collegii est dignior dignitate seu meritis: tunc facit maiorẽ partẽ, & quod nõ est obliuioni tradendũ. sed ipse Pano. dubitat, an hoc dictũ sit verũ, & putat, quod ista duo requirãtur copulatiue quod sit maior pars respectu numeri, & etiã dignior respectu meriti, & quã inde iuta nostra aperte dicũt illud esse validũ quod fit a maiori, & saniori parte, & sic copulatiue requirũtur illa duo per c. quia propter de electio. & in c. Eccles. 1. & 2. eo. ti. & hoc crederet verius idem Panor. in dispu. 1. dubio. 1. & Ioãnes de Imo. in d. l. Põponius quos reffert Alc. in cons. 92. li. 6. facit magnam distinctionem & subdistinctionem per duas fere colũnas ad quas, si casus occurrerit poterit recurri, quia notabiliter & magistraliter procedit.

Prędictus tamen Alex. in cõs. 192. vo. 6. n. 6. (vbi meminit expresse ď dicto Panor. in d. c. prudẽtiam) tenet quod si voces electorum sunt dispares numerò, attenditur numerus. Et quod ita procedat opinio relata per glo. fi. in l. Põponius alias vni. ff. de re iudi. aut sunt pares numero, & tũc attẽditur authoritas & ita procedat. 2. opinio relata per d. glo. fi. & n. 7. respondendo ad opinionem Panor.

dicit quod opinio Panor.dũ dicit,quod in electionibus requiruntur copulatiue duo scilicet maioritas numeri,& dignitatis,procedit in electionibus ecclesiasticis sed in electionibus profanis non requiruntur illa duo, sed sufficit quod sit maior pars auctoritate, quamuis numero sit minor pars, quia iura simpliciter exhigunt maiorem partem,vt in l. nominationum.C. de decurio. lib.10.& l. maior ff. ad municipal.l. aliud.§. refferẽ ff. de reg. iur. & maior pars dicitur esse quando saltẽ auctoritate vna pars excedit aliã & voces sunt numero pares, vt per glo.& dd.in locis per eum allegatis.

Iason vero qui fuit post dictos Alexãdrum,& Panor. contrarium tenet in d. l.inter pares n.6.per illum textum.ff de senten.& re iudica.dicẽdo,nota ex principio textus ibi inter pares quod quando est æqualitas in numero iudicantium non est recurrẽdũ ad eorũ dignitatem, sed ad fauorem causarum, & sic primo attenditur numerus,secundo fauor causæ.de dignitate nulla fit mensio in text. hæc ipse Ias.Et certe dictũ notabile bene & clare elici videtur ex illo tex.in ꝓ finis loquente & expresse dicente (vt præhabetur) quod inter pares numero iudices si diuersę sententię proferũtur, in liberalibus quidem causis(secundum quod a diuo Pio constitutum est)quo libertate constitutum obtinet,in alus autem causis pro reo, quod & in publicis iudiciis obtinere oportet. atq; ita videẽ dictam differentiam inter electiones,siue causas ecclesiasticas, & profanas traditam per Alexandrũ in dicto suo cõsi. 192.li.6.non subsistere,& quamquã sub sisteret: Attamen in nostro casu scilicet dictæ contentionis iurisdictionis non ꝓcederet.quia solus Cancellarius erat iudex.alii vero consultores,& illorum voto cancellarius non erat astrictus sequi, vt supra deductum & probatum fuit.

Pro materia tamẽ cõputationis vouẽtiũ,& iudicum si casus euenerit,reduco ad mei memoriã quæsti. quã vltra alios Ias.in d.l.inter pares n.11. post Bar.ponit

Item pro materia dictarum diuersarum opinionum deduco ad mei memoriam,quod (vt dixi supra in prohemio
13 harum obseruantiarum in principio)in Cathalonia deficientibus constitutionibus,vsaticis,& aliis iuribus patrię prius recurrendum est ad ius canonicum,intelligendo vt ibi dixi, & postea secundũ æquitatem & bonam rationem,vt in cõsti.Item senyor quel Canceller in titulo
c de offici de Canceller fol. 42. c ibi dret comu equitat,e bona raho. & ibi Mier. colla.8.n.23.& 27.fol.67.

14 Addo pro materia ꝙ Angel.& post eum Pau.de Cast.in l.de pupillo §.qui opus n.12.ff.de oper. noui nũntia.dicũt quod si aliquid sit commissum alicuius conscientiæ debet iurare quando declarat quod in conscientia sua ita sibi videtur, reffert illos, & sequitur Hypoli.de Marsil.in sua practi.crimi in verbo,diligenter.n.65.fol.351.& cancellarius sicut cęteri doctores huius regiæ audientiæ, iã in principio sui regiminis iurauit seruare consti.vsati.priuilegia &c.& sic nõ est necessarium,quod iterum iuret. An tamen fuerit bene per nos bene determinatũ in dicto casu,& deinde in simili casu sit idem determinandum: non est meũ decidere, signanter quia agitur de conscientia,sed relinquo iudicio sanctæ matris ecclesiæ, cui me & dicta per me vt catholicus submitto,non obstante, ꝙ circa prædicta viderim inter alios Felin. in d.c.1.n.50.alias 51.versi.& si dicã cõscientiæ tuę committimus,& versi.si dicatur secundum conscientiam tuam de consti.& Bal.in l.fi.C.de pena iudi. qui male iudi.n.3.4.& 9. vbi tradit quid sit conscientia,Et quod triplex est conscięntia scilicet ligata rebus visis,ligata ratio
15 nibus legũ,& alia mortua.Et ꝙ cõscientia alia publica,alia priuata.& quę sit differentia inter conscientiam , & iustitiã. de quo est bonus textus in c.cum æterni tribunalis ibi contra cõscientiam, & iustitiam,& ibi glo.de senten.& re iudi. in 6.& ibi docto.Tho.Mier.in colla.4. n.26.vsq.ad 33.inclusiue fol.82. & summam angelicam Angeli declauasio in verbo conscientia conuenit f.mihi.74.

a. vj.] est cap. curię in ordine 5. tit. de contētions de jurisdic. fol. 212.

b. Iura.] Et not. quod iudici in his vndique oppressovariis remediis atq; cauthelis sub ueniunt doctores Nauarr. in manual. ca. 25. num. 10. Sylues. in sum. verb. iudex. 2. q. 5. Couarr. variar. lib. 1. cap. 1. num. 9. Immo. in clem. pastoralis §. Quia vero num. 49. August. morl. in 1. par. empor. iur. tit. de iurisd. omn. iudi. quęst. 1. num. 22. Iacob. & Graff. par. 2. decision. casuum conscientiæ lib. 2. cap. 4. num. 8. ibi potest tamen vti hac cautela Iul. Clar. recep. senten. lib. 5. c. 66. n. 2.

c. 42] in nou. vero compil. 91.

CAP. 88.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius Regius necessitate vrgentē vel pietate suadente causas contentionum declarat, etiam vltima die præfixa quamuis feriata.*

2 *Actus iudicialis quando possit fieri die feriata.*

3 *Executio sententiæ fit die feriata quando imminet periculum animarum, vel quando res esset subito peritura.*

4 *Latrones die feriata in honorem domini, quæstionantur & puniuntur.*

5 *Contentione non declarata intra terminum, remanet declarata fauore Ecclesiæ.*

6 *Sententia profertur die feriata necessitatis causa vrgente, seu pietate suadente.*

7 *Necessitas magna est ne iustitia clara & notoria vnius curiæ detur alteri.*



1 Ancellarius regius consueuit vrgente necessitate, vel pietate suadente, causas contentionum iurisdictionis declarare etiam vltima die termini sibi ad declarā dum præfixi, quamuis dicta vltima dies fuerit feriata, ita fuit obseruatum in facto sequenti, & etiam poterit declarare intra dictum terminum illi præfixum, quamuis sit dies feriata, necessitate tamen vrgente, vel pietate suadente iuxta c. fi. de feriis, & ponūtur exempla infra.

In facto contentionis iurisdictionis inter curiam ecclesiasticam Gerundę, & curiam spectabilis gerentis vices generalis gubernatoris Cathaloniæ ortæ, super dubio, An esset respondendum per dictam curiam secularem literis emanatis a curia ecclesiastica super repetitione personę Ioannis Anthonii Rochamora clerici cum vnica, & virgine coniugati in carceribus regiis detenti super cuius titulo clericali fuerat per officialem Episcopi Vrgelli cognitū, & declaratum in fauorem dictę curię ecclesiasticę, & deinde per eundem officialē dictus Rochamora fuerat condemnatus ad seruicium tritemium suę maiestatis, & fuit responsum per dictum gerētem vices generalis gubernatoris, quod non tenebatur respondere contentioni cum literis dat. 10 Decembris 1553. in qua cō tentione pro maiori parte interuenerūt dies feriati, fuit declaratum per Reuerendum Cancellarium Regium die 5. Ianuarii 1554. quę erat dies feriata in honorem Dei, & vltima dies termini Cancellario Regio pręfixi, quod dominus gerens vices gubernatoris non tenebatur respondere contentioni. Et ista declaratio facta fuit cum doctoribus regii consilii. dubiū faciebat ex quo dicta dies 5. Ianuarii. 1554. erat feriata ob reuerentiam domini, & quia erat vltima dies dicti termini, & maior pars dicti termini erat feriata, & Cancellarius erat arbiter habens terminum limitatum, & fuit p maiori parte dictum quod potuisset declarare die feriata, etiam si maior pars dicti termini non fuisset feriata. Est verū quod magnif. Pet. Clariana de Seua asseruit quod nunquam fuit hoc vltimū factum nisi in, & pro maioribus delictis vt in homicidio.

Dicta opinio dictorum doctorum regii consilii tenentium, quod vltima die ti termini reuerendo regio cancellario ad declarandum contentiones iurisdictionis pręfixi, quamuis sit feriata possetę

Cancellarius dictam contentionem declarare. Et sic quod dicta sententia 5. Ianua. 1554. per Regium Cancellarium lata fuerit, & sit valida, fundata fuit, seu fundari potuit in limitationibus & fallentiis regularum sequentium, vltra alias iurium dispositiones.

Nam quamquam regula sit quod nullus actus iudicialis potest die feriata fie
2 ri praesertim si est in honorem Dei feriata, quia tunc nec consensu partium fieri potest, vt fere per totum titu. ff & C. & in decretalibus de feriis: & eadem regula procedat in arbitris, quia ad similitudinem iudiciorum rediguntur, vt est tex. in l. 1. ff. de recep. arb. & possent multa alia iura, & doct. allegari. sed pro nūc contentus ero de Panor. iud. c. fi. n. 10. & Marti. Anto. Blan. de compromissis in titu. de effectu sententiae nume. 41. cum suis remissionibus fol. 190. vol. 3. in 1. q. in verbo quibuscunque diebus fol. 141. Hypoli. de Marsi. in repe. rub. C. de pro
a batio. fol. 22. vers. & ex praedictis alias consului. Attamen dicta regula quā plures limitationes, a & exceptiones patitur, vt per multa iura d. tituli ff. C. & decretalium cerni literaliter potest, & signanter per tex. in c. fi. de feri. ibi nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. ibi enim textus qui loquitur in feriis ob reuerentiam domini statutis, dicit illum textū procedere nisi necessitas, vrgeat, vel pietas suadeat, & glo. ibi in verbo necessitas: exemplificando dicit puta si esset res tempore peritura & exempla plura habes. ff. eod. l. 1. 2. & 3. in qua l. 3. ponuntur haec verba. Item si res erat tempore peritura aut actionis dies exiturus. Et quamquam ille tex. loquatur in feriis messium & vindemiarum: dicta glo. Panor. ibi: & alii doctores in locis inferius relatis declarando, & exemplificando illud verbum necessitas vrgear positum in praefato tex. e. fina. de feriis ibi nisi necessitas vrgeat qui textus loquitur in feriis ob reuerentiam Dei statutis, intelligunt, & exemplificāt quando dies actionis est exiturus, aut res tempore erat peritura, vt in nostro casu, & Panor. in cap. fi. de iudic. sub nu. 22. versicu. vltimo. dicit glosam illam dicere ꝙ dicta regula non procedit quando finiretur iurisdictio iudicis, Et quam quam Panor. ibi in aliquo videatur in dubium reddere dictam glosam, Attamen postea nume. 23. in additione dicit per haec verba, Puto tamen quod si expiraret instantia iudicii posset sententia in feriis proferri, tum propter rem tempore perituram arg. hic, & in l. omnes & C. de fer. & infra de feriis c. licet & c. fi. tum quia versatur fauor publicus vt instantia non pereat. hinc dicit Bat. in l. seius & angelus in fi. ff. ad leg. fals. ꝙ si iudex viderit instantiam perire ex defectu termini debet ex officio suo sententiam ferre, quod intelligo partibus citatis, argumento de offi. delega. c. consul. bit & l. de vno quoque ff. de re iudic. & extra glo. adducunt doctores casum desiderantem celeritatem vt ibi mora periculum induceit ff. de dam. infec. haec ipse Panor. ego aduerto quod Panor. ibidem Inter alia fundat suam dictam fallentiā per tex. in dicto cap. fi. de feriis quod loquitur in feriis ob reuerentiam Dei statuns. Stepha. Aufre. in additionibus capellae Tolosanae decis. 159. tenet quod si Instantia iudicii vel iurisdictionis iudicis sit peritura: poterit sententia ferri propter rem tempore perituram, vt in ea. fi. de fer. & per alia iur. Corroborantur per doctrinam generalem Bal. in d. ca. fi. nu. 13. de feriis vbi declarando, seu exemplificando verbum necessitas: dicit quod vbicunque est breue & irreparabile tēpus, ibi dicitur necessitas imminere, & num. 14. dicit quod ea quae tendunt ad opera misericordiae dicuntur causę piae & Ias. in §. super est n. 77. Iust. de actio. dicit per dictum tex. in ca. fi. de feriis & per alia iura, quod debitor fugiens potest capi nedum die feriata ob necessitatem hominum, sed etiam die feriata In
3 honorem Dei & idem tenet Panor. in c. fi. sub n. 22. de iudi.

Insuper Panor. in d. cap. fi. de iudiciis num. 20. versic. secundo casu distinctionis, vbi sequendo distinctionem Ioan. And.

And. in additio. ad specula. in ritu. de libel. conceptio. §. nunc dicendum versi. xxx. & xxxv. dicit expresse quod executio sententiæ in ciuilibus non potest fieri in feriis solemnibus ad honorem Dei nisi res esset subito peritura, aut immineret animarum periculum, vt in dict. cap. fi. de fer. & in criminalibus dicit nõ posse fieri in diebus solemnibus ob honorem Dei, & sanctorum inductis: nisi
4 esset publicus latro, vel nocturnus depopulator.

Nec est tradenda obliuioni fallentiã tradita per tex. in l. prouinciarum C. de fer. & Panor. in d. c. fi. nu. 14. circa finem de feriis & per alios multos doctores in diuersis locis, videlicet quod latrones diebus feriatis in honorem domini quæstionari & puniri possunt.

Ex quibus omnibus prædictis vltra alias fallentias restat sat, atque sat comprobata dicta sententia, & doctorũ Regii consilii opinio, cum concurrerent dictæ omnes fallentiæ, quia necessitas vrgebat. nam nedum actio fisci procuratoris regii & partis: sed etiam terminus iurisdictionis dicti reuerendi Regii Cancellarii expirabat & finiebat dicta die. 5. Ianuarii. ita quod dictus terminus erat irreparabilis, & ideo videtur amplius non esse in his insistendum, sed pro aliis casibus qui possunt in futurum occurrere notantur sequentia.

Primo quod non videtur obstare si quis in oppositum diceret, quod quamquam vltimus dies termini Regio Cancella. ad declarandũ in contentione præfixi esset feriatus, non propterea dicta
5 contentio diceretur sine declaratione remanere: quoniam si Cancellarius nõ declarat intra terminum sibi præfixum habetur pro declarata contentio in fauorem, ecclesiæ iux. concessionem factam per Regem Ferdi. stamento ecclesiastico. 2. Setemptis 1510. cap. incipien. Per la expeditio de la iusticia, fol. mihi 382.

Quia respondeo quod causa dictæ cõcessionis fuit, quia afferebatur concedẽti, quod Regius Cancellarius sub colore impedimentorum suorum, aut aliarũ causarum differebat per duos & tresmẽses declarare contentionem, & sic ob culpam, seu negligentiam Cancellarij, non tamẽ prohibuit Cancellarium posse declarare diebus sibi de iure permissis dummodo declaret intra triginta dies, & cum de iure sit permissum in casibus necessitatis & pietatis declarare vltima die dictorũ triginta dierũ quãuis sit dies feriata: (vt est supra probatũ) & ꝙ non mutatur stare non prohibetur. l. præcipimus in fi. C. de appellatio. cum similibus: ideo sequitur quod non obstat dicta obiectio, quæ maxime, & absque dubio procedunt in casibus in quibus cõstaret ex actis quod ecclesia non foueret iustitiam. tunc enim iniqua esset talis intelligentia, & contra textum ex-
6 pressum in d. c. fi. in vers. nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat, vbi disponitur expresse, quod sententia ferri potest die feriata in honorem Dei ex causa necessitatis, vel pietatis declarãdo, & intelligendo, vt per glo. & Panor. ibi, & per eundem Panor. Stepha. Aufre. & alios
7 in aliis locis supra relatis. Quæ enim maior necessitas vel pietas declarandi die feriata considerari posset quam ea per quam succurritur ne iustitia clara & notoria vnius curiæ detur alteri curiæ non habenti iustitiam, vt pote si cu ria secularis haberet notoriam, & probatam in actis causæ iustitiam suam: cõtra delatum qui comisit plura homicidia per insidias & instrata, aut seditiones in Regio Panor. in c. at si clerici in addi. 2. de iudi. Guil. bene in c. Raynunt. num. 441. de testa. & per lapsum termini Cancellario ad declarandum præfixi haberetur pro declarato in fauorem curiæ ecclesiasticæ non habentis iustitiam & contra curiam secularem notorie habentem iustitiam? vt dixi cap. 87. incip. In facto, versicu. Nec obstat. Et nonne est magna pietas prouidere ne detur locus vt publici latrones cum insidiis in itineribus, & homicide voluntarii cum insidiis commissi in similibus delictis per sistant? iuxta tex. in l. prouinciarum in statione quam ponit in finalibus verbis. ibi,

ibi, cum facilime in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur, & argu. tex. in cano. est iniusta misericordia. 23. q. 4. cum cano. sequen. incipiente, ne amisso iudicio: sis pauperi in mala causa misericors, fa. etiam cau. si quos 23. quæsti. 4. can. non est iniquitatis 23. quæst. 5. quæ iura intelligo, & intelligere intendo, pro vt illa & alia intelligunt scribentes super illis, & pro vt intelligit nostra sancta mater ecclesia, & non alias.

Et in casu dictæ sententiæ Regii Cãcellarii 5. Ianuarii 1554. late, dictum inconueniens euenisset, nisi sententia die feriata esse lata, quia persona dicti Ioannis Antonii Rochamora clerici cum vnica & virgine coniugati, qui repetabatur per curiam ecclesiasticam: iam fuerat condemnatus ad seruitium Regiarum triremium, & pro executione traditus dicto gerenti vices gubernatoris generalis Cathaloniæ per dictum officialem ecclesiasticum, & ideo fuit per Regium Cancellarium, cum dicta sententia declaratum quod dictus gerens vices generalis gubernatoris non tenebatur contentioni, seu literis contentionis a curia ecclesiastica emanatis respondere.

Multa etiam alia possent deduci, sed sufficit, & sufficere debet nobis quod nostri maiores Cancellarii, & doctores Regii consilii ita intellexerunt & obseruarunt. Et non est nostrum quærere rationes quibus dicti maiores nostri moti fuerunt iuxta tex. in l. non omnium cũ lege sequen. ff. de legi. quorum verba sic se habent. Non omnium quæ a maioribus nostris cõstituta sunt ratio reddi potest: & ideo rationes eorum quæ constituuntur inquiri non oportet, alioquin multa ex his quæ certa sunt subuerterentur, & minime sunt mutanda, quæ interpretationem certã semper habuerunt. l. minime. ff. de legi. quem textum nedum practici nostri, sed etiam scribentes in iure communi ad id, & similia allegant.

Ex prædictis ad mei memoriam, arbitror quod possum colligere vnam regulam cum duabus fallentiis videlicet, quod regulariter Cancellarius Regius non potest contentionem iurisdictionis die feriata ob honorem Dei declarare per iura supra in principio allegata, fallit, nisi illa dies feriata esset vltima termini, sibi ad declarandum præfixi ne actio partis & iurisdictio sua pereant per iura supra in versi. Attamen, allegata.

Item quod etiam intra dictum termi num poterit die feriata declarare quando alia necessitas vrgeret, vel pietas suaderet per dictum tex. in d. c. fi. quod nõ se astringit ad diem vltimam termini, nec aliquis doctor aliter declarat. & do exemplum quando emineret scandalũ, si Cancellarius non declararet intra dictum terminum, & declarando intra dictum terminum, etiam die feriata induceretur pax, seu tranquilitas in populo, seu populus quietaretur, vt quia essemus in casu c. 1. de homicidio, seu ca. fi. de immunitate Ecclesiæ: & illa dellicta essent commissa contra aliquem præhe minentem Regium officialem cum seditione, vel contra præsbyterum, maxime in dignitate constitutum in quibus casibus captus non gaudet priuilegio clericali, nec immunitate Ecclesię, & factum esset in actis probatum, & sic notorium, propter quæ delicta, & propter dilationem punitionis facti notorii populus scandalizaretur, & esset inquietus & declarãdo die feriata, quietaretur. populus, & remaneret in pace argu. c. 1. de feriis ibi, nisi pro pace, vel alia necessitate Et nimirum, quia est opus charitatis, vt inquit glo. in d. ca. 1. in verbo nisi pro pace, quæ allegat tex. in ca. omne quod 22. q. 1. & arg. cap. fi. de feriis, & hoc est quod volunt doctores relati per Panor. in d. cap. fi. nume. 23, dum tenent d. c. fi. procedere in casu desiderante celeritatem, & vbi mora periculum induceret, & ista videntur commitri arbitrio iudicis consideratis circumstantiis per tradita per Bal. in d. c. fi. n. 12. de feri. quod est notandum.

Et nouissime die videlicet 29. Nouẽbris,

bris. 1583 fuit per Reuerendum cancellarium per dictas & alias doctrinas simile declaratũ, cuius declarationis tenor est, vt sequitur.

Christi nomine inuocato.

Admodum illustris Hieronymus Managat Canonicus Ecclesiæ Barcino. Regius consiliarius, & cancellarius in facto contentionis ortæ inter curiam ecclesiasticam Reuerendi officialis Reuerendi d. Episcopi Barcinone ex vna, & curiã secularem Regiæ Audientiæ Excellen. domini locumte. generalis partibus ex altera occasione dubii formati per curiã ecclesia. cum literis sub data die 28. Aprilis, & 10. Maii. 1582. ad instantiã Reuerend. Michaelis Malendrich Archidiaconi Ecclesiæ Barci. & eo nomine Rectoris parrochialis Ecclesiæ S. Iusti & Pastoris, & S. Iuliani in monte Iouis, super sententia, seu declaratione facta p Reueren. Petrum Miiauila priorem siue perpetuum commendatarium monasterii S. Petri de Sercata dioc. Gerunden. vt tertium electum, super dicto dubio, per tunc Excellen. d. locumt. generalem nominatum, die decima noна Aprilis. 1582. feriata ob honorem Dominice Resurrectionis. Visis literis primis dictę curiæ secularis sub dat. diei 20. Nouemb. 1581. quæ præsentatæ fuerunt curiæ ecclesiasticæ 27. eiusdem, visis aliis secundis litteris eiusdem curię secularis sub dat. 19. Decembris. 1581. quę pręsentatæ fuerunt die 27. Ianuarii. 1582. visis aliis primis literis responsiuis dictę curię ecclesiastice sub dat. die vigesimo nono Ianuarii 1582. quę pręsentatę fuerunt curię seculari, die prima Februarii. 1582. Visis aliis secundis literis dictę curię ecclesiasticę sub data. 23. Februarii. 1582. quę pręsentatę fuerunt dictę curię seculari die vigesimo tertio eiusdem, visis aliis tertiis literis dictę curię secularis regię audientię formando contentionem super dicto dubio sub dat. diei 8. Martii. 1582. quę pręsentatę fuerunt 15. Martii dicti anni. 1582. Visa nominatione, seu electione facta per excellentissimũ tunc locumt. generalem in tertium de persona dicti reuerendi Prioris Miiauila pro ea vice tantum ad dirimendam contentionem super dicto dubio, facta 3. Aprilis 1582. visis Instrumẽtis iuramẽti, pręstiti per d. Priorẽ Miiauila in posse mag. Regentis Cancella. prolationis & auditionis sententię excõis late per officialẽ Ecclesia. Barcin. & per dictum priorem Miiauila respectiue susceptę die. 7. d. mensis Aprilis quę erat vltima iuridica ante d. ferias resurrectionis dominice. visa cedula oblata eadem die 7. Aprilis per Petrum Ferrer coram dicto priore Miiauila tertio electo producendo nonnulla acta designanda, & premisso. ne super ea facta quę inferantur, seu consuantur. visa supplicatione oblata coram eodem R. priore Miiauila per Ioannem Carbonell pręsbyterum procuratorem d. R. Archidiaconi d. die 7. Aprilis producẽdo nomine procuratoris fiscalis curię ecclesia. processum in curia ecclesia. actitatum simul cum aliis in eo productis & confutis, & prouisione per d. Miiauila facta. viso mãdato, siue procuratione d. Ioannis Carbonell. visa sententia, seu declaratione d. dubii per d. Petrum Miiauila priorem pręd[i]ctum & tertium electum, & nominatum facta d. die 19. Aprilis, visa alia sententia, seu declaratione alterius dubii die 14. Iulii. 1583 facta. visis literis responsiuis curię secularis sub dat. die 27. eiusdem mensis Iulii quę pręsentatę fuerunt 9. Aug. 1583. visis processibus vtriusque curię. visis videndis pronuntiat, & declarat dubio pręd[i]ctam curiam ecclesia. instato cum d. literis a dicta curia ecclesiastica expeditis die 28. Aprilis & 10. Maii. 1582 locum non fuisse, ne esse. Managat Cancellarius. V. Ferrer. V. Cescases. V. Font pastor. V. Planes. V. Detamarit. V. Sans. Lata &c. die. 29. Nouembris. 1583.

a. Limitationes] late eas trad. Maran. in spec. par. 6. tit. de acto. editio. a n. 37.

CAP. 89.

SVMMARIVM.

1 Cancellarius non vtitur officio nisi in loco

eo in quo residet Regia Audientia.

1 CAncellarius Regius non vtitur suo officio, nisi in loco in quo residet Regia audientia, aut in loco vbi est curia.

Ita 18. Februa. 1583. (existente locum tenenti generali in villa Perpiniani: & præcedente consultatione) fuit decisum scilicet quod contentiones motas inter curias ecclesiasticam & inferiores ordinarios curiæ secularis, Regius Cancellarius, non dirimeret in ciuitate Barcinone, hæc repetii in libro memoriarũ, seu exemplarium Hieronymi Dalmau quondam doctoris Regiæ Audientiæ, in verbo, Cancellarius. Pro quo vide in capitulis vulgariter dictis de Sant Cugat ca. 2. ibi Cancellario absente a curia regia, quæ facta fuerunt in monasterio sancti Cuphatis 11. Decembris M.cccc. xxxviii. fol. mihi cclii. & in capitulis curiæ Dertusæ, quæ data fuerunt in villa de Almansa. xxiij. Aprilis. M ccccLxxx

a vj.a Et sunt posita immediate ante constitutiones anni M Diij. & incipien. Ferdinandus secundus Rex, hoc est translatum in c. 1. ibi. En lo lloc a hon se celebrara la audientia, de quibus capitulis dicam statim in obseruantia sequenti. vbi tractatur, quid si Audientia Regia est prorogata. Sed istam obseruantiam (dum loquitur de Regia Audientia:) intelligerem, & illa intelligi debet, quando locumt. generalis domini regis erat. Cum doctoribus Regiæ Audientiæ vt ex sequenti obseruantia colligitur. Adde quod in prædicto casu quando Cancellarius est absens a curia Regia, Dominus Rex aut eius locumtenens generalis, aut in illius absentia a principatu Cathaloniæ gerens vices generalis gubernatoris eligere debet tertium in locum dicti Cancellarii per dicta capitula Dertusæ cap. 2. in fine licet aliter fuisset prouisum in dictis capitulis Sancti Cucuphatis, cap. 2. in fine. fol. 252.

a. Mccccxxxxvj.) Et sunt omnia in ti. de cõtentionis de iurisdictio. vol. 2.

CAP. 90.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius, Regia Audientia prorogata locumtenente absente, licet præsens sit in loco vbi sunt doctores Regiæ Audiẽtiæ non potest contentionum causas declarare.*

1 CAncellarius Regius, si Audientia Regia est prorogata: & ipse Cancellarius non est pręsens in loco vbi est locumtenens generalis domini Regis, quamuis sit præsens in loco vbi sunt doctores Regię Audientię prorogate, non potest declarare contentionum causas, nec tertium eligere. sed locumtenens generalis domini Regis, eligere potest. ita fuit in facto infrascripto determinatum.

In mense Aprilis. M D lviij. existente prorogata Regia Audientia in villa Granullatiorum Vallen. in qua villa residebant doctores Regię Audientię propter pestem, quę tunc in ciuitate Barcinone vigebat, & existente locumt. generali Regię Maiestatis in villa Perpiniani, & Cancellario Regio Mathia Sorribes existente a dicta villa Granulla. absente. Erat enim in monasterio Sancti Saluatoris de Brea: fuit dubitatum an dictus Cancellarius contentiones iurisdictionis quę tunc inter curiam regiam dicti locumte. generalis, & curiam ecclesiasticam pendebant dirimere posset in dicto monasterio, & fuit per doctores Regię Audientię visum, & determinatum, quod non, & etiam dicebant quod dicta determinatio procederet etiam si dictus Cancella. esset pręsens in eadem villa Granulla, in qua dicti doctores Regię Audientię (vt dictum est) residebant quoniam capitula curię Dertusę Regis Ferdi. 2. quę data fuerunt in villa de Almansa 23. Aprilis. 1496. & sunt sita immediate ante curias an. 1503. videlicet c. 1. loquuntur quando celebratur Regia Audientia: sed in nostro casu non celebrabatur audien. in d. villa Granulla. sed

erat

erat prorogata & sic nõ eramus in casu d.c.1. sed in casu pragmaticę regis Alfõsi, quæ intitulatur, los capitols vulgarmẽt dits de sãt Cugat c.ij.a fo. 252. quæ loquitur quãdo cancellarius est absens a curia (non dico audien. sed a curia) quę curia est vbi est dñs rex seu eius locũte. generalis: & licet forsan per nouã consti. an. 1582. c. 5. dici posset, curiã etiã esse in loco vbi sunt doctores regię audien. qñ non est prorogata audien. & cũ dicto locumt. generali alibi existente, sunt regens cancella aduocatus fiscalis, & iudices curiæ. Attamẽ in casu de quo agitur dici nõ poterat quod in d. villa Granulla, esset curia regia: quia ibi tunc nõ aderant doctores secundũ formã dictę noue cõstitutionis anni 1542. c. v. Et est aduertendũ quod licet d. pragmatica regis Alfonsi sit correcta, quo ad electores, per alias pragma. & capi. tamen nõ est correcta quoad potestatem cancellarii, & ideo cancellarius declarare nõ poterit, nec eligere tertiũ, quia erat absens a curia & a regia audientia, sed illustris locũtenens generalis potuit eligere tertium in locum cancellarii. Adde quæ dixi supra in proxima praecedenti obseruantia.

a c. ij.] in nou. vero compil. titul. de contẽ. de iurisd. vol. prag.

CAP. 91.

TErtius in locum Cancellarii regii absentis a curia regia debet eligi per dominũ regem, aut eius locumtenentem generalẽ, aut eo absente a principatu per gerentem vices generalis gubernatoris.

De his dic vt supra cap. incipiente, Cancellarius regius non vtitur suo officio, & in cap. incipien. Cancellarius regius si audientia regia est prorogata.

CAP. 92.

SVMMARIVM.

1 *Cancellario regio suspecto allegato eligitur tertius, per dominum regem, locũtenentem, gubernatorem, seu illius vices gerentem.*

2 *Cancellarius an possit allegari suspectus.*

3 *Suspitiones contra regium cancellarium qua forma & coram quo sint allegãdæ.*

4 *Suspitio quando allegatur notoria, non est ad eundum ad arbitros.*

5 *Cancellarius in causa suspitionis non respondet positionibus cum iuramento.*



CAncellarius regius consueuit allegari suspectus in aliqua causa contentionis iurisdictionis, & propter illius suspitionem eligitur, seu nominatur tertius pro illa causa tantum. Et dicta nominatio fit, & fieri consueuit per locũtenentẽ generalem domini regis, & in illius absentia per gubernatorem generalem Cathaloniae, vel gerentem vices illius. Qualiter autem procedi debeat, & consueuit in his, dicetur infra. & nominatio aliquãdo fit ad instantiã vnius curiae, aliquando per solam abstentionem, eiusdem cancellarij.

Die primo Septembris 1559. in contentione iurisdictionis, & dubii orti super repetitione personae Francisci Terradelles, mota fuerunt, & proposita coram T. de Tormo abbate monasterii S. Petri de Bisulduno dubia sequentia. Primum an reuerendus cancellarius regius allegari possit suspectus.

Secundum, casu quo cancella. allegari possit suspectus, qua forma, & coram quo sint allegandae, idest, an coram eodem cancellario, vel coram tertio per locumtenentem generalem domini regis eligendo, vel coram ipso locumte. generali sint suspiciones allegandae: & an sint dandae, vel possint dari in scriptis, vel sine scriptis.

Tertium, casu quo suspiciones sint probatae: An dominus rex vel eius locumt. generalis possit, & cõsueuerit nominare tertiũ in locũ dicti cancellarij. Quo ad 1. dubiũ, pro parte negatiua videlicet, q cãcel. recusari, seu suspectus allegari non poterat, deductum fuit: quod erat tertius electus de cõsensu ambatum

batum curiarum, vt in concordia facta inter reginam Eleonorem, & cardinalē Conuenatum, siue de Comenge. cap. sobre aço ques complanyen de ocupar las temporalitats, posita in lib. consti. in tit. de pau y treua, fol. 246. vna cum capitulis vulgariter dictis de S. Cugat regis Alfonsi. dat. in monasterio S. Cucufatis vallen. x. Decemb. an. 1418. incipien. Nos Alfonsus Dei gratia. c. 1. & 2. fol. 252. Et capitulis per regem Ferdinandū dat. in villa de Almanssa xii. Aprilis 1496. & est in meo constitutionum libro inserta, immediate ante constitutionem eiusdem regis Ferdinandi anno 1503. in quibus capitulis regis Alfōsi & Ferdinandi cōmutando in aliquo dictam concordiam reginę Eleonoris, & cardinalis de Comenge dispositum fuit Quod si arbitri per partes electi fuerint discordes: tali casu cācellarius si praeses erit in loco, vbi celebrabitur audientia, sit tertius. & teneatur declarare intra decem dies adhaerendo se voto alterius dictorū arbitrorū. Et casu quo dictus cancellarius sit absens a loco in quo celebrabitur audiētia, dictus rex, aut eius locumt. generalis, aut in absentia ilius gerens vices generalis gubernatoris nominare habeat vnam personam ecclesiasticam, quae sit in locum dicti Cancellarii pro ea causa tantum. & dicti dies decem fuerunt prolōgati ad triginta dies in concessione facta per eundem regē Ferdinandum ad supplicationem brachii ecclesiastici die 2. Septemb. M D x. quae incipit in nomine domini nostri Iesu Christi, & est inserta in meo libro consti. post constitutiones eiusdem anni MDx. & quod cancellarius nō poterat recusari, seu suspectus allegari, eo quia erat electus de consensu ambarū curiarum, & qui erat delegatus ad vniuersitatem causarum seu ordinarius, allegabantur Inno. in c. cū speciali de appellatio. & Ias. in l. apertissimi. C. de iudi.

In contrarium tamen fuit determinatum in dicta contēione: & postea in aliis contentionibus per tradita per eūdem Ias. in d. l. apertissimi n. 3. dum dixit quod Iacobus Butri. Bal. Sali. & Raphael Fulg. reprobant glo. 1. l. finalis illo titu. C. de iudi. & etiam per generalitatem d. l. apertissimi. & etiam per ea, quę dicit ipse Ias. nu. 4. & 5. signanter dū dixit quod quamuis de iure ciuili ordinarius non possit recusari, tamen de iure canonico potest per d. c. cum speciali de appella. c. si quis contra clericum de for. cōpe. c. suspitionis de offi. deleg. & in hac Cathalonia deficientibus constitutionibus, vsati. & aliis iuribus patrię, iudicandum est prius secundū canonicū vt dixi supra in proemio obseruantiarū circa princi.

Et dum pro parte negatiua deducebatur, quod quamuis dicta capitula vulgo dicta S. Cucufatis regis Alfonsi, & capitula regis Ferdinandi anni 1496. & anni 1510. loquantur in casibus absentię, & impedimēti infirmitatis cancellarii, disponendo, quod eo tunc dominus rex, seu eius locūt. generalis, & suo casu gerens vices generalis gubernatoris possit eligere tertium in locum cancellarii: Attamen non loquuntur in casibus recusationum, seu suspitionum cancellarii. Et quid de vno dicit, de alio denegare videtur l. Martius. C. de procurato. Responsum fuit, idem esse dicendum in suspitionibus, cum eadem sit ratio: prout in simili casu arguit, & decidit Bar. in l. prim. §. huius rei argumentum numero vndecimo ff. de offi. eius cui manda. est iuris. Ille enim textus loquitur in absentia praesidis: videlicet, quod si praeses vadit extra prouinciam poterit delegare causam meri imperii, & nihil dicit, si est infirmus: tamen dicit Bart. quod idem esset si ipse pręses esset infirmus, secundum nostros doctores. Et Cyn. in v. quaest. argu. l. 1. primo responso ff. de offi. proconsul. Item quia eadem est ratio de infirmitate, quae est in recessione, seu recessu praesidis. lege ill. ff. ad leg. Aquil leg. milites agrum in princi. ff. de re milita. Atque ita debet esse in nostro casu suspitionis. Cum si eadem ratio, immo & fortior

tior ratio. Nec obstat quod dicitur, quod qui de vno dicit, de alio deoegare videtur. Et quaodo conceditur vnum, censetur aliud prohibitum per d. l. maritus in fine: quoniam secundum vnum intellectum dictæ legis, illud procedit in his quæ sunt de iure speciali, vt est; quod maritus agere possit pro vxore, sine mādato expresso illius: secus tamen in his, quæ sunt de iure communi, vt per Sali. in d. l. maritus nume. 4. versiculo ad rationem Pet. sed de iure communi Dominus Rex, qui habet vniuersalem iurisdictionem in omnibus tangentibus suā iurisdictionem deffendēdo illam (vt est dictum) & de iure communi recusationes, seu suspitiones admittuntur contra quemlibet iudicem, etiam ordinarium, vt est dictum in præcedentibus, ergo &c. vel respond. secundum intellectum Pet. de quo per Bart. in d. l. maritus in prima lectura numero. 5. quod illud dictum procedit, quando insurgit præsumptio; quod concedens vnum non vult concedere aliud sine conscientia sua, vt est in potestate quam vxor dat marito; vt declarat Bar. ibi, dantur etiam per docto. aliæ intelligētiæ ad illam legem maritus, & ad dictum Brocardium, quas referre omitto, quia sufficit retigisse, postquam est certum, quod Regia Audientiæ istam recepit intelligentiam, & incōcusse obseruatur, quod dominus Rex propter suspitionem Cancellarii Regii nominat tertium in locum dicti Cancellarii suspecti, & minime sunt murandа. &c.

Et recolo quod cum in mense Decēbris aooi M D lxxx. in causa contentionis iurisdictionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Barcinone & curiam vicarii ciuitatis Barcinooe ratione firme iuris in curia dicti vicarii Barcinone factę per Abbatissam monasterii sancti Petri Puellarum Barcinone tanquam exemptam ab omni ordinario, & immediate recognoscentem B. Romanum Pontificem, & eius sanctam Sedem Apostolicā &c. quia fuit allegatus suspectus die x. aut xii. Ianuarii M D lxxxi. facta propositione per Excellentem locumtenentem generalem domini Regis in audientia fuerunt admisse suspiciones. & amplius fuit determinatum quod dictæ suspiciones erant declarande propositis suspectionibus inscriptis; quod intellige vt dicetur & declarabitur infra super dicto secundo dubio.

Et nouissime in causa contentionis iurisdic. ortæ inter curiam ecclesia. Episcopi Barcinone, & ciuilem Regiæ Audientiæ ratione quorundam prætensorum attentatorum, quę Petrus Ferteres ciuis Barcinonen. allegabat contra Reuerendum Michaelem Maleodrich Archidiaconum maiorem, & Canonicom Barcinonen. ad relationem magni. Ioannis Amell doctoris Regię Audientię ad supplicationem dicti Petri Ferreres deducentis coram Excellen. Locumtenēte generali domini Regis; quod dictus Archidiaconus erat consanguineus Cācellarii Regii, qui erat Illustris & Reuerendissimus Ioannes Dymas Lorys Episcopus Barcinooen. & propterea supplicantis quod dictus locumtenens generalis nominaret aliam personam Ecclesiasticam in dignitate constitutam; qui, vt tertius super dicta contentione declararet. Et in calce dictę supplicationis die xx. Februarii M D lxxxii. fuit facta nominatio tertii, vt sequitur. Excellentissimus dominus locumte. generalis eligit & nominat venera. Petrū Ioannem Miiauila priorem Sancti Petri de Sercata in Cancellarium quo hac vice & causa tantum, qui iuret, & alia faciat, ad quę teoetur per generales constitutiones Cathalonię, & iuxta stylum. Dictus processus, qui vertitur in Regia Audientia inter dictos Ferreres, & Archidiaconum est in posse collegii scribarū regii maodati, & pro eo Fraocisci Matabous. & processus dictę contentionis est in posse Rafegues not. dicti processus.

3 Quo ad secundum dubium. An videlicet causę suspitionis Cancellarii Regii sint proponendę & probandę coram eodem Cancellario allegato suspecto; & per

per eundem Cancellarium declarandæ, vel coram tertio ad id nominando per dominum Regem, vel illius locumten. generalem: vel sint probandæ coram ipso domino Rege, seu eius locumte. generali, Et per illum declarandæ. Glo. in l. 2. in verbo sciatur ff si quis in ius voc. non ierit, tenet quod ipse qui recusatur non debet examinare causam recusatio nis, licet examinet causam iurisdictio-nis, quia nihil est tam graue, quam coram suspecto iudice litigare, sed arbitri eliguntur, vt C. de iudi. l. apertissimi. Et extra de appellatio. c. secundo requiris, & dictam glo. sequitur Bal. ibi n. 7. hac etiam ratione, quæ est declaratiua ratio nis dictæ glos. quia illa exceptio suspitio nis non opponitur iurisdictioni: nec elidit iurisdictionem sed opponitur personæ: vnde solus iudex est in hac exceptione aduersarius, & etiã dicit nota hãc glos. & adde quæ notantur extra de appellatio. c. solicitudinem. & per Inno. de offi. delegat. cap. cum super abbatia. & per Archidia. 3. q. 5. c. quia suspecti & eadem causa q. 8. c. hortamur. & pro intel ligentia Bal. vide eundem in eadem l. n. 5. versi. 2. opponitur.

Et secundum dictam doctrinam dictæ glos. Bal. & aliorum dd. concordantium, & iuriumper eos allegatorum, videtur quod tertius est eligendus coram quo dictæ suspitiones probentur, & per illum super dictis suspitionibus declaretur, & iste tertius erit nominandus per dominum Regem, & in eius absentia per eius locumte. generalem & illis absentibus per geren. vices gubernato. Cathaloniæ pro obseruantia concordię Reginæ Mariæ & Cardin. de Comenge, & concessionum regiarum relatarum supra in 1. dubio in principio.

Veritas & resolutio eius, quod obseruatur est, quod in his dominus Rex, & in eius absentia suus locumte. generalis arbitratur. Nam si suspitio est notoria, vt puta, quia agitur de interesse dicti Cãcellarii, aut ipse Cancellarius est filius, frater, aut alter cõsanguineus vnius partis litigantis in causa, vnde orta fuit dicta contentio iurisdictionis, tunc dominus Rex vel eius locumten. generalis, nulla dicta discussione præmissa nominat tertium in locum dicti Cancel. pro declaranda dicta causa tantum. Et ita fuit factum in causa suspitionis allegatæ contra Illustrem & Reuerendissimum D. Episcopum Barcinone qui erat Cancellarius propter consanguinitatẽ quã habebat cum Reuerendo Michaele Malendtich Archidiacono maiore Ecclesię Barcinone, qui deffendendo litigabat cũ Petro Ferreres ciue Barcinone in Regia Audientia referente magnifico Ioanne Amell doctore Regiæ Audientiæ, de qua dicam infra c. 93.

Et fundari potuit dicta obseruantia per tradita per Panor. in cap. Accedens lo. 1. nume. 12. in tertia solutione, vt lite non contestata clarius ibidem Felin. nu.
4 8. dum allegando Panor. dicit gusta. Primo illud quod dicit non esse eũdum ad arbitros, quando allegatur notoria suspitio. facit quod no. lap. alleg. 1. in prin. dicens non esse opus arbitris, quando allegatur suspitio notoriè friuola, vel notoriè falsa, quæ duo sunt vtilia ad practicam cap. legitima de appella. in 6. idẽ tenet Mier. collatio. 4. cap. Item ordinamus & statuimus quod si aliquis num. 14. fol. 75. dicit tamẽ dictus lapus, quod dicta notorietas non releuat ab onere ꝓponendi, licet releuet ab onere probandi per multa iura, & doctores, quæ & quos alleg. Felinus tamen in ca. cum ordine. a num. 11. vsque ad 20. de rescript. facit, & ponit regulam cum septem declarationibus. Regula enim est. Quod notorium resultans ex actis non indiget allegatione. allegat rotam & Bur. & alios tenentes, quod si constat aliquidiu dici, vt iudici, ex actis potest supplere in notorio, etiam si pars non petat. Et quã uis vt dixi, ponat aliquas alias declarationes: tamen ille non contradicunt dictæ regulę seu primę declarationi, immo concordant signanter in numer. 18. vbi ponit sextam declarationem. & tenet dictam opinionem & intelligentiam But. quam nota, quia Regia Audientia Cathalonię

thaloniæ visa fuit illam sequi in hac materia suspitionum, de qua attestatus fuit Hieronymus Dalmau quōdam doctor huius regię audientię in verbo causę suspitionum incip. de iure communi, qui fuit aduocatus, de qua dicetur latius infra in verbo suspitionum causæ. Et his nostris temporibus, ita etiam seruatur; quinimmo & ipsi iidem relatores, nulla parte allegante, & partibus ignorantibus, reuelant, & dicunt se in causa illa, quæ tractatur non posse interuenire, & creditur illi, & se abstinent ab interuentu, & ab aula in qua tractatur recedunt iuxta doctrinam Felin. in d.c. cum ordinem n.11. versi. secundo aduerte. vbi dicit quod dicto casu iudex si vult potest se mouere, sed nō tenetur, quando pars non instat. Et quando dicatur pars instare declarat ibi, & idem tenet n.18.

Et in quantum supra fuit dictum, ꝙ si suspicio allegata contra cancellarium est notoria dominus Rex, vel eius locūte. generalis potest, & consueuit absq; alia causæ cognitione nominare tertium in locum dicti cancellarii, & verbi gratia positi fuerunt aliqui casus. Nuu est obliuioni tradendum, quod Panor. in d. c. Accedens lo t.n.21. & Felin.n.3. vt lite non contestata post glos. Ioan. And. & alios per dictum Felin. relatos, tenent ꝙ iudex est suspectus in causa inter subditum, & non subditum suum, licet non sit suspectus inter duos subditos suos. quia par affectionis causa tollit omnem suspitionem l. non solum ff. de ritu nuptiarum. Et not. in c. postremo de appella. Et idem est inter superiorem & subditum eadem ratione, vt per eosdem docto. A tque ita si Episcopus Barcinone esset Caocellarius Regius, prout fuerūt Illustris, & Reuerendissimus don Ioannes de Cardona, & post eū Guillermus Cassador, & post ipsum Reuerendissimus Ioan. Dimas Loris Episcopi Barcinonen. esset suspectus in causa subditi sui litigantis cum non subdito suu. Sed si memoria est mihi comes non fuit seruatum temporibus dictorum Episcoporum, & Cancellariorum, forsan quia non fuit allegatum videatur melius.

Est etiam aduertendum quod argumen. eorum quæ seruantur in suspitio- 5
nibus doctorum regię audientię. si petitur quod cancellarius respondeat positionibus siue articulis datis super causis suspitionum cancellarii: Dictus cancellarius quamuis teneatur respondere, nō tamen tenetur respondere cum iuramē to, sicut nec alii doctores regiæ audientiæ respondent: quia multoties suspitiones sonant in infamiam, & posset inde formari inquisitio: Et in criminalibus rei non respondent, nec deponunt cum iuramento in facto proprio eorum. Itē nec datur copia, nec inspectio parti de depositionibus testiū nec votorum, sed dumtaxat datur copia declarationis vt late dicam infra super verbo suspitiones ad quę me reffero.

Et pro materia quę sint causę suspicionum vide infra in verbo suspitiones.

Ad tertium dubium quo habetur, ca su quo suspiciones sint probate, an dominus Rex vel eius locumtenens generalis consueuerit nominare tertium in locum dicti cancel. Respon. quod sic vt supra eo. c. versi. & nouissime. & versic. veritas & resolutio.

a. Inserta.] in noua vero compil. tit. de contentio de iurisdic. vol. 2.

CAP. 93.

SVMMARIVM.

1 *Forma nominandi tertium, Cancellario suspecto allegato.*

1 FOrma nominandi tertium per dominum Regem, vel eius locūte. generalem, vel gerentem vices generalis gubernatoris in locum cācellarii propter suspitionem vel absentiam, seu aliud impedimentum Cancellarii regij.

In processu contentionis iurisdictionis inter curiam Ecclesiasticam Episcopi Barcinone & secularem regię audientiæ ortæ super causa quæ ducebatur in

Regia Audientia inter Petrum Ferreres, & Michaelem Malendrich Archidiaconum maiorem Barcinone, rectoremque ecclesię sancti Iusti, & Pastoris Barcinone in posse T. Raffegues not. contentionum Cancellarii facta fuit decretatio sequens.

Excellentissimus locumtenens generalis eligit, & nominat vener. Petrum Ioãnem Miianila priorẽ sancti Petri de Sercata in Cancellarium pro hac causa tantum, qui iuret, & alia faciat ad quę tenetur per generales constitutiones Cathalonię, & iuxta stylum.

Prouisa per Excellen. locumte. Generalem xx. Februarii MD lxxxii.

Et dictus Petrus Ioannes Miiauila nouiter electus per suam Excellentiam solitum pręstitit sacramentum, & homagium more prælatorum in posse magnifici Michaelis Cordelles Regentis Cancellariam, cuius vigore conuenit, & promisit seruare constitutiones Cathalonię generales, capitula curię, & alia iura patrię, nec non capitulum dictum dela obseruança, & alia faciet, ad quę teneatur, & astrictus existat die videlicet xx. Februarii M D lxxxii. intitulato. Pręsentibus pro testibus Bernardo Macip scriba mandati Regii, & Philippo Soler etiam scriba mandati Regii.

Ita est Michael Ioannes Amat Regius scriba mandati & nota. publicus per totam terram Barcinone populatus, hęc & alia propria manu scribens.

Dicto die xx. Februatii anno prędicto dictus Reuerendus Petrus Miiauila tertius electus, a Reuerẽdo officiali curię Ecclesiasticę Barcinone audiuit & suscepit in se excommunicationis sententiam.

Supplicatio per dictum Petrum Ferreres oblata. Excellen.
Domine.

Supplicat Petrus Ferreres vt dignetur V. Excellentia mandare nominare, & eligere quandam personam Ecclesiasticam in dignitate constitutam ad discernendam contentionem per curiam Ecclesiasticam Reuerendissimi Episcopi Barcinonen. motam super dubio resultante ex dubio cõtentionis factę per Regiam Audientiam super reuocatione attentatorum per Reuerendum Archidiaconum Malendrich dicti Episcopi consobrinum factorum in prędiciũ litisquam dictus Ferreres in Regia Audientia ad relationem magnifici Ioannis Amell doctoris d. Regię Audientię contra dictum Archidiaconum prossequitur, attento quod dictus Episcopus & Cancellarius, cum sit consanguineus dicti Archidiaconi Malendrich non potest in dicta contentione iudicare. Cui quidem supplicationi fuit facta decretatio sequens.

Exellentissimus dominus locumte. generalis eligit & nominat vener. Petrum Miiauila Priorem, qui sit Cancellarius in causa pręsenti pro hac vice tãtatum, qui iuret &c. prout solitum est fieri.

Prouisa per Excellen. d. locumte. generalem 3. Aprilis 1582.

Die vii. Aprilis anni prędicti prænominatus Reuerendus Petrus Miiauila iurauit in posse magnifici Regentis Cãcellariam, iuxta stylum.

Testes &c.

Dicto die d. Reuerendus Petrus Miiauila a Reuerendo officiali Ecclesiastico Barcinone audiuit, & suscepit in se excommunicationis sententiam.

Bernardus Pellicer notarius & scriba dictae curiae manu propria.

Sententia in causa dicti dubij.

Illustris & admodum Reuerendus Ioãnes Petrus Miiauila prior &c. in tertium electus & nominatus per excellen. locũte. generalem ad declarandũ contentionem inter curiam &c. super dubio per

dictam

dictam curiam Ecclesiasticam formato, an scilicet, formanda sit contentio super prętensis &c. visa. &c. pronuntiat, sententiat, & declarat dubium pro parte dictę curię Ecclesiasticę propositum non procedere, & contentionem per dictam curiam Ecclesiasticam formandã esse.

Io. Petrus Miiauila
Prior, & tertius.

Lata 19. Aprilis 1582.

Postea quia dictus Archidiaconus Malendrich cum supplicatione deduxit eo ram locumte. generali domini Regis, quod inter dictas curias suscitata fuit noua cõtentio dependens ex prima circa quędam prętensa attentata, pro parte dicti Ferreres allegata. & quia Episcopus Barcinone Cancellarius Regius fuerat allegatus suspectus. Ideo supplicauit, quod per dictum locumt. generalem eligeretur tertius, & dictus dominus locũt. generalis domini Regis fecit similẽ decretationem aliis præcedentibus nominando eundem Miauila 3. Iulii 1582.

Et dictus Miiauila 4. eiusdem mensis Inhiituauit in posse Regentis Cancel. vt in præcedentibus, & etiam sententiã excommunicationis audiuit.

Et quoniam dictus reuerendissimus Episcopus Barcinone renuntiauit officium Cancellarii, vt publice dicebatur, fuit electus cancellarius multum Reuerendus Hieronymus Managat.

Et inde die 19. Martii 1583. fuit pro parte ambarum curiarum supplicatũ, quod postquam causæ propter quas fuerat nominatus dictus Miiauila cessabant, quod ipse Cancellarius prorogaret terminum constitutionis, & illum prorogauit, vt sequitur.

Obl. 29. Martii 1583. con. eo. attento curiarum consensu, prorogat terminum contentionis vsq; ad vltimam proxime sequentis mensis.

Managat Cancel.

CAP. 94.

SVMMARIVM.

1 *Suspicionis causa contra Cancellarium allegata cessante, per electionem noui Cancellarii, idem nouus Cancellarius & non tertius electus procedit. idem de impedimento numero. 5.*

2 *Præside reuerso in prouintiam, statim expirat iurisdictio iudicis, per eum propter absentiam electi.*

3 *Suspicionis materia cessante, cessat suspicio.*

4 *Causa finalis quæ sit & quæ impulsiua remissiue.*

1 CAusa suspicionis cessante per electionem noui Cancellarii, contentio iurisdictionis declarari debet per Cancella. nouiter electum non suspectum, & non per tertium qui fuerat nominatus per locumte. generalem domini Regis propter suspicionem primi Cancellarii.

Ita fuit determinatum die Martis quæ computabatur 29. Martii 1583. proposito dubio in vtraque aulæ Regiæ Audientiæ per multum Reuerendum Hieronymum Managat Regium Cancellarium in & super causa contentionis iurisdictionis ortę inter curiam ecclesiasticam Reuerendissimi Episcopi Barcinone & curiã secularẽ regię audiẽtię, ratione quorundam prętensorum attentatorum quæ Petrus Ferretes ciuis honoratus Barcinone prætendebat Reuerendum Michaelem Malendrich Archidiaconum maiorem Barcinone, rectorẽ Ecclesiæ S. Iusti & Pastoris, & S. Iuliani fecisse in causa vertente in Regia Audientia inter dictos Ferretes & Archidiaconum ad relationem magnifici Ioannis Amell doctoris Regię Audientię & ratione cuiusdam prætensæ nullitatis sententiæ Cancellarii & dubii de dubio pro qua quidem contentione declaranda præcedentibus literis a curia ecclesiastica 29 Aprilis & 10. Maii 1582. emanatis & literis responsiuis a curia seculari regię audientiæ 12. Iunii eiusdem anni. 1582. cũ electione arbitrorũ more solito & ad supplicationem dicti Reuerendi

Archidiaconi excellenti locumt.genera li domini Regis oblatam supplicando, quod quia Reuerendissimus Cancellarius in alia contentione inter easdē personas fuerat per dictum Ferreras allegatus suspectus,ex eo quia dictus cancellarius erat consanguineus dicti Archidiaconi,& per dictum locumtenentem generalem fuerat nominatus in tertium pro prima contentione dirimenda, Reuerendus Petrus Miiauila prior nominaretur dictus Miiauila , & fuit nominatus quarta Iulii 1582. pro illa causa qui iuraret &c.& quia postea,antequam tamen decideretur dicta conteotio dictus cancellarius Regius consanguineus dicti Archidiaconi desiit esse cancel.qui(vt audiui)supplicauit Magest.Regiæ aliquē in locum suum nominaret,& fuit nominatus cancellarius Regius multum Reueren. Hieron.Managat Canonicus Sedis Barci.ideo fuit dubitatum, An dicta contentio esset terminanda,& decidenda per dictū priorem Miiauila, qui fuerat pro dicta causa tantum nominatus tertius, vel esset decidenda per dictum nouū cancellarium, Hieronymum Managat, postquam in eo nulla erat suspitio, & sic cessabat causa , propter quam d.Miiauila fuerat nominatus tertius.

Pro dicta determinatione multa per magnificos doctores Regiæ Audientiæ deducta fuere quorum(ad futuram mei memoriam)sequētia(inter alia)retinui. Deductum enim fuit quod postquā dictus Illust.& Reueren.Ioannes Dymas Loris Episcopus Barcinone(propter cuius consanguinitatem seu suspicionem fuerat electus tertius dictus Prior Miiauila pro dicta causa dirimenda) desiit esse cancel. & dictus Hieronymus Managat qui fuit electus cancellarius nō erat consanguineus dicti Archidiaconi, nec dicti Ferreres,nec alias erat suspectus alicui,& sic cessabat causa propter quam dicto Miiauila facta fuerat dicta commissio eligendo illum in tertium pro dicta cōtentione dirimenda,quod ideo debuit cessare effectus dictæ cōmisionis dicti Miiauila argumento eorū quæ notabiliter tradit Bar.in l.1.§.huius rei. argu.n.14.ff.de offi.eius cui manda. est iurisdictio vbi argu.illius tex. & alias dicit per hæc verba,quæro præses ordinarius d prouincia recessit modo redit,nū quid iurisdictio iudicis quā ipse delegauit statim expiret eo reuerso,vel oportet quod aliter reuocet. ista quæstio est similis quæstioni proposite per glo.in l.

2 qui.§.2.ff.mandati.tu dic secundum nuper,quod statim quod reuersus est præses reuocatur iurisdictio delegati argumento huius legis,hęc ipse Bar. Sic ergo in casu nostro,postquā causa propter quam fuit electus dictus prior Miiauila in locum cancellarii.f.propter consanguinitatem dicti cancellarii cessat , quia iam non ipse,sed dictus Managat est cācellarius,ideo debet cessare dicta delegatio,seu electio tertii,in locum dicti cancellarii. Et per istam regulā inquit Bal. in l.t.versi.& ideo videtur n.4. Et in additio.versi.proficiscantur ff.de offi.eius cui manda.est iuris. dicit quod cessante causa delegationis cessat delegatio,& cessante causa officii cessat officiū vt ff. de capi.dimi.l.tutelas,& per Cyn.In additio.limitat.tamen Bal.vt ibi per eum.

3 Item in terminis suspicionis allegatur tex.in ca.cum cessaote de appella.& ibi Bal.n.1.qui per illum textum notat dicens,quod cessante causa & materia suspicioois cessat suspicio in illo enim tex tu iudex interloquendo grauauerat alterū ex litigantibus,& grauatus ab illa interloquutione appellauit, & postea idē iudex illud grauamen reuocauit, & decidit ille textus,ꝙ dictus iudex libere in causę cognitione procedat nō obstante,ꝙ a tali interlocutione fuerit appellatū:duobus rationibus, quia cessante causa cessat effectus,& ne processus negotii friuolis occasionibus retardetur, & intellige , quod illa causa esset impulsiua, & non finalis,vt declarat Panor.in d.c. cum cessante sub n.2. Et tenent omnes doctores vt reffert Bal. in l. generaliter la 2.n.3.declarando illum tex.C.de Epis. & cleri.per quam declarationem tolluntur, & soluuntur multa contraria quae possent

possent formari contra prędictã determinationem quod est notandnm, quæ
4 autem sit causa finalis, & quæ impulsi-
a ua a tradit Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo ne ex eorũ in principio. late per Bal. in d.l. generaliter nu. 2. & sequentibus ad quem se remittit Pau. de Cas. ibi dicẽdo, quod potius est laboriosũ quam suonle recitare verba sua, & minus vtile esset (quo ad hũc nostrũ casum recitare vel aliã inuestigationẽ facere, quoniam sufficit nobis dictum regium cancellarium, & regiam audientiam Cathaloniæ hanc opinionẽ & intelligentiam recepisse per ea quæ dicta sunt in proœmio huius instituti, & in tertia parte harũ obseruãtiarũ c.13. col. 9. versi. Et si tibi hæc & alię pręcedẽtes de hoc tamen Brocardico, cessante causa cessat effectus tradit latissime Andre. Tiraquel. in suo tract. cessante causa cessat effectus faciendo regulam, & Fallentias & in prima parte allegat infinita (vt ita loquar) iura pro confirmatione dictæ regulę, & postea subdit quadraginta limitatioues & signanter in dicta prima parte in verbo recusationis causa nu. 219. & 220. fol. 48. concludit pro hac nostra determinatione dicẽdo, quod recusationis causa cessante cessat recusatio allegat Speeul. in tit. de iudi. de lega. § super est videre versi. quid si sit socius dicens, quod licet socius durãte societate non possit dari iudex socio tamen ea societate finita potest esse iudex, vbi etiam refert alios doctores. Itẽ in d. nu. 220. tenet quod si constitutus in dignitate delega[?] fuerit nomine dignitatis, & fuerit allegatus suspectus, & postea morietur cessat causa recusationis, ita vt non sit necesse amplius eligere arbitros iux. c. eum speciali de appel. sed successor cognoscet de causa pro quo alle. Alex. in l. ex facto in prin. col. 2. vers. Item potest iu[?]dici est in nu. 16. ff. de vulga. & pupil. & Io. And. in c. si iudex ab Apostolica de officio, delega. in 6. & hoc limitat ꝓcedere nisi ille prior fuisset recusatus nomine dignitatis. Nã tunc causa recusationis etiam in successore duraret secundun Ioan. Andre. & domi. in locis per eum allegatis. Insuper idem Tiraq. in eadem parte prima in verbo suspitionis causa nu. 38. fol. 58. dicit quod suspitionis causa cessante, cessat suspitio allegat tex. in d. c. eum cessãte, & ibi Bal. in primo nume. de appellatio. & conatur quibusdam mediis corroborare & deniq. dicit pro eo facere ꝙ dixerat in dicto verbo recusationis.

Adde pro materia quod idem esset, si propter impedimentum cancellarii regii, alius fuerit electus ꝓ aliquibus causis contentionum dirimendis, quia cessante impedimento dictus regius cancellarius posset libere in cognitione dictarum causarũ procedere. cessante enim impedimento cessat effectus dicti impedimenti l. librorũ § 1. ff. de his qui no. in fa. vbi est tex. quod quamuis sit prohibitum viduę nubere infra annũ mortis mariti propter turbationem sanguinis. Attamen si ipsa vidua intra dictum annum partum ediderit statim poterit se nuptui collocare, quia cessat dicta ratio turbationis sanguinis, & sic ille textus bene probat; quod cessante impedimento, cessat illius effectus, vt pote si cancellarius esset infirmus, vel esset vocatus per Archiepiscopum, vel aliũ superiorem ad consilium prouinciale, vel quid simile extra locum in quo residet regia audientia, vt in con. an ni 15 o. incip. in nomine domini nostri. Nam impedimento cessante posset cognoscere de causis contentionum propter dictum suum impedimentum alteri commiss. & hoc idem probatur. Et melius per eadem fundamenta relata supra in proxima determinatione per dictum cap. cum cessante causa de apella. Et ita fuit seruatum in doctoribus regii consilii qui impediti fuerũt propter infirmitatem corporalem, vel propter suspensionem, est verũ quod in commissionibus quæ fiunt alicui doctori propter infirmitatem, vel impedimentum alterius solet dici expresse, durante infirmitate T. committatur T. doctori.

pro contr. alleg. a Pegnc. vbi sup. præter quos viui. Qui hac etiam inter communes annumerat §. fugiens a carcere Tho. Gram. cons. 57. n. 3. Mascard. de. proba. conclu. 265. per tot. vbi plures alleg. Min sing. obser. 98. Centu. 6.

CAP. 67.

Captus ab infidelibus si redemptus fuit per non obligatum redimere, & redemptus nõ habet vnde pecuniæ quantitatem qua redemptus fuit soluat, quo remedio succurrendum sit redimenti. vide infra in verbo redemptus.

CAP. 98.

SVMMARIVM.

1 *Circa captos pro regaliis quid faciendum quando timetur de morte locumtenentis.*

1 De incarceratis & aliter detentis pro regaliis, quid Regia Audientia potest & debet, & consueuit preuenire quando timetur de morte locumt. generalis.

Quid Regia Audientia debeat facere, & præuenire, quando timet de morte Locumtenẽtis generalis Cathaloniæ vt accidit in morte Illustris. Marchionis de Aguilar qui decessit 14. Octobris inter 6. & 7. horas post meridiem anni M D Liii.

De decima tertia dicti mensis cum timeretur de morte dicti Illustris. locumtenentis generalis, ne carcerati pro processibus Regaliç detinerentur in carceribus, vsq; ad aduentum alterius locumtenentis generalis, cum gubernator nõ possit se intromittere, & cognoscere de illorum culpis fuerunt recogniti carceres, & illi carcerati qui detinebantur ꝑ regaliis, & non erant inculpati de morte, vel inquisitio contra eos non erat plene probata, quia mors non erat probata saltem semiplene: fuerunt traditi idoneç manuleutç ad requisitionem dierum, donec aliter esset prouisum, & sub certa pœna, reliqui contra quos erat probatum delictum mortis remanserunt in carceribus Regiis.

Insuper quia erant aliqui qui detinebantur arrestati in domibus ciuitatis, & aliqui alii detinebantur sub certa reincidentia vigore processus regaliç, illi omnes fuerunt traditi idoneç manuleutç ad requisitionem dierũ sub certa pœna donec aliter esset prouisum.

Et de prędictis conclusiones factç fuerunt, sed non fuerunt executioni demandate, nec notificatç nisi morte dicti Locumte. sequuta, & propterea vt iste effectus potuisset sequi, in conclusionibus (vt pręmititur) posuimus illa verba donec aliter sit prouisum. Quid si locumte. non fuisset vita functus, essent factç aliç prouisiones, scilicet quod detinerẽtur in carceribus, vel aliç similes prouisiones.

Die sequenti videlicet xv. erat dies Dominica, & postea sequenti die, videlicet xvi. dicti mensis Octobr. 1553. quia spectabilis gerens vices generalis Gubernatoris nõ habebat assessorem, quia erat absens Magnificus Franciscus Mõtaner Regens Cancellariam fuit rogatus per nos acceptaret dictam assessoriã durante absentia dicti assessoris ordinarii gubernatoris, & acceptauit & iurauit in posse dicti Gubernatoris, & pręstitit sacramentum & homagium manibus & ore, & audiuit sententiam excõmunicationis late per offi. Reuer. Episcopi Barcinone.

Dicta die xvi. Octob. 1553. Reuerendus Cancellarius Regius, & omnes consiliarii cum epistola notificarunt Serenissimo Principi Philippo, (absente S. C. Magestate Regis Charoli, & Imperatoris in Germania, aduersus Luteranos, & Regem Francorum,) mortem dicti locumtenẽtis generalis, & supplicarunt dignaretur sua celsitudo prouidere de alio locumt. generali

Die xvii. dicti mensis Cadauer dicti

Locumten.generalis fuit traditum cum magna solemnitate ad ecclesiam monasterii B.Mariæ de Iesus extra ciuitatem Barcinone de quo & de aliis funerariis dicetur Deo duce infra iu verbo funerariæ.

CAP. 99.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius Regius potest crimine fragante capere delinquentem quem non habet in memoriali: dummodo eum tradat officiali iurisdictionem habenti.*

2 *Et an & quando sit idem in priuato habẽte interesse.*

1 DElinquẽtes possunt crimine fragante capi per commissarium Regium non habentem memoriale ad capiendum si commissarius illos dederit officiali habenti iurisdictionem, & idem potest priuatus in delicto publico, & ita fuit declaratum per Regiam Audientiam 9. aut 10. Martii 1562 & idem arbitror in delicto priuato, vt puta in furto si ille priuatus habeat interesse per iura quæ inferius deducuntur.

De mense Martii. M.D.lxii. fuit pluries in Regia Audientia dictum & practicatum in diuersis delatis, & inter cæteros in persona Ioan. Dello aut Barbier die. 9. aut 10. eiusdem mensis, & in persona del Brillayre Vasconis, qui alias aliter nominabatur, T. quod defferentes Arcabussia siue arcabussos pedrenyals defferre prohibita capti per commissarium Regium non habentem memoriale ad capiendum dictos delinquentes, quod fuerunt bene capti postquam tale captum dederunt officialibus habentibus iurisdictionem, Et etiam fuerunt benè capti illi qui capti fuerunt per priuatum, vt fuit de captura facta de dicto Brillayre per quendam vocatum lo pobill Vinyals, ex quo illum dedit suo ordinario. Et idem esset si captus crimine
fragante per commissarium non habentem memoriale esset processatus de Regalia pro alio delicto, quia dominus Rex
potest illum capere etiam si esset captus extra vicariam in qua deget dominus Rex, vel eius Regia Audientia, &
idem putarẽ si esset captus per priuatũ
a paritate rationis, licet illud vltimum
2 non viderim practicatum, sed dicebatur per seniores idem esse, pro quo facit quod tradit Marquil. in vsat. captus in xxxi. quæsito fo. lj. Et pro prædictis omnibus, & aliis vide Mathe. de afflict. in consti. Neapoli. incip. Baiulus. nu. 2. vbi distinguit aut interest priuati, vt quia res fuit sibi substracta: & potest priuatus furem capere. aut priuati non interest, & tunc in publicis criminibus in ipso actu delinquendi vel immediatè post, & sic in fraganti delicto quilibet potest eum capere, & præsentare iudici per l. capite quinto ff. de adulte. quid in clerico. vide in c. vt famæ, & ibi docto. de senten. excommunicationis & per Angel. in l. 1. C. de priua. carce. Bar. in d. l. capite quinto, alias ex interuallo nemo posset eum capere sine commissione iudicis per notata per Bar. in l. si quis in seruitute ff. de fur. & in ca. cum non ab homine de iudi. vide igneum in l. iii. §. subuenitur num. 33. ff. ad sille. Ripa. in cap. 1. de iud. tex. in l. generali. C. de decurio. Bar. in l. finali. ff. ad exhibẽdum, & quid in latronibus in quibus sunt aliqua specialia, vide per eosdẽ doctores vbi supra, & tex. in l. 1. & 2. C. de his qui latro. occulta. Pari. depu. in §. latro cum fama num. 2. fo. 394. vol. 2. & l. 1. C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vin. & multa de captura vide per Mier. & docto. per eum allegatos in constit. als procuradors fiscals colla. 9 fol. c. quæ consti. est in ti. de offici de aduocats del fisch fol. lviii.

CAP. 100.

SVMMARIVM.

1 *Capi an possit extraneus in Cathalonia in qua non deliquit.*

Intellectus

2 *Intellectus limittatiuus ad.l.1.C. vbi de crim.ag.opor.*
3 *Declaratio an faciat ius nedum in casu declarato sed etiam in similibus.*
4 *Remissiones an fiant nisi in illis terris quæ sunt sub eodem principatu.*



1 Capi potest seu consueuit in Cathalonia extraneus, quam uis in ea non deliquerit, nec in ea habeat domicilium, nec sit originarius Cathaloniæ, nec sit vaga bundus ad effectum illum puniendi per officiales Cathaloniæ, & in specie quid in Aragonense.

Facti contingentia.

Aragonensis quidam nomine N. cũ ad ciuitatem Illerdæ accessisset obtinuit ibi guidaticum a vicario Illerdæ verbo, & non scriptis, postea quidã consangui neus T. occisi instauit quod subuicarius Illerdæ caperet dictum Aragonensem asserendo dictum Aragonensem in Aragonia occidisse dictum T. Et dictus subuicarius de consilio sui assessoris illum cepit, & in carceribus illius ciuitatis mã cipauit, & fuit mota quæstio super captura, tam ratione dicti guidatici, quam etiam ex eo, quia dictus Aragonensis non deliquerat in Cathalo. nec habeat domicilium in Cathalonia, ne erat originarius Cathal. nec erat vagabundus iux. glo. & dd. in l. 1. C. vbi de crimini. agi. opor. Et fuit declaratum & prouisum Illerdæ per dictum subuicarium de cõsilio sui ordinarii assessoris capturam valere. a qua prouisione fuit appellatũ, & propter priuilegium Illerdæ per Illust. D. locumtenentem generalem Cathaloniæ fuit assignatus iudex quidam nomine Gomar I. D. dictæ ciuitatis Illerdæ, & postea dictus locumte. generalis causa recognoscẽdi illum processum criminalem, scripsit in forma solita dicto Gomar, quatenus ad dictum locumte. generalem miteret dictum processũ illi inhibendo ne interim in aliquo contradictum N. delatum siue inquisitum procedetet iux. constitutio. prouehim ordenam, in tit. en quin lloch deu esser conuengut per crim. fol. lxxxvii. & ibi Mier. collatio. x. fol. lxxxvi. & fuit literatoriè dicto Gomar notificatum. Attamẽ, quia dictus Gomar iudex, & pars instans distulerunt dictum processum ad dictum locumtenentem generalem mitere, ideo nihil per dictum locumte. generalem intra duos menses dequibus fit mentio in dicta constitutio responsum fuit dicto Gomar iudici, ipse tamẽ iudex procedere interim non ommisit, declarauit enim dictam capturam male, seu nulliter factam fuisse, & male per præfatum Subuicarium fuisse declaratum & bene a prædicta prouisione per Subuicarium facta appellatum. Dictus tamen locumtenens generalis, & eius consilium habendo pro constanti, quod duo mẽses nõ inceperãt currere nisi a die quo d. inquisio completa, fuit sibi tradita, processit ad declarationem dictæ causæ appellationis, spreta, & declarata nulla sententia, seu declaratione per dictũ Gomar facta, seu lata, in qua declaratione interuenerunt omnes doctores, dẽptis tribus, vno videlicet, qui non poterat interuenire, & alii duo quorum vnus fui ego Michael Ferrer non voluerunt, quia propter breuitatem temporis non poterunt facere resolutionem, & omnes Doctores qui vouerunt, exceptis duobus, fuerunt voti, quod dicta captura fuit valida, dicentes, quod Aragonenses, & quilibet extraneæ nationis possunt capi in Cathalonia per officiales Regios ad instantiam partis, & potissimum fundamentum seu rationẽ quam ego ex eorum dictis collegi, fuit quia aliàs sequeretur hoc inconueniens quod daretur impunitas. quoniam per officiales Aragoniæ non posset puniri cum delinquens esset extra suum territorium, nec posset puniri per officiales Regios Cathaloniæ in qua delinquens reperiebatur. attento quod non delinquerat in Cathalonia, nec habebat domicilium, & originem in Cathalonia, nec secundum aliquos, quia non erat va gabundus,

gabundus. Et hinc allegabant etiã quod ex prędicta ratione, & causa sequeretur quod alias inuitarentur homines ad delinquendum in vno territorio, seu regno scientes quod fugiendo ad aliud Regnum non possent puniri, nec capi in alio Regno in quo non delinquerũt, nec in quo habent domicilium, vel originẽ, nec essent vagabundi, vnus ex antiquioribus dixit, quod semper fuit ita obseruatum, & allegabat aliquos casus pro quibus omnibus est tex, fortis cum glo. in §. si veroquis comprehensorum in auten. vt nulli iudi. & in Clementina pastoralis. §. denique de sententia, & re iudi. Duo ex aliis dicebant quod dictus Aragonensis erat fugitiuus, & latitabat Et quod erat suspectus de fuga. Et propterea propter dictam suspicionem fuge potuit capi: quia ille est vnus de casibus

2 fallentialibus ad regulam d. l. 1. C. vbi de crimi. agi. oport. Vnus prędictorum nostrorum doctorum dicebat, quod indistincte potest capi delinquens vbi repetitur per tradita per Iudocum in suo enchiridio. rerum criminalium in titulo de remissione in materia criminali signanter numero vndecimo & sequentibus pag. 90.

Cuius verba, quia (ni fallor) notanda sunt, saltem quo ad nostrum propositũ casum transcribere (ex causa) decreui, & sunt hęc, Crimina enim vbi claruerint, ibi sunt punienda, vt in cap. Ecce xxiiii. quęst. iii. & cap. si quid lxxxvi. distinctio. & in cap. 1. & ibi doctores de collu. detegen. & voluit glosa in verbo ptętexibat in cap. 2. eodem titulo, & delicta non debent remanere impunita, l. ita vulneratus primo respon. in fine. ff. ad leg. acquil. cap. vt famę de sententia ex communica. Reipublice etiam interest. (quemadmodum superioribus locis frequenter recensuimus) vt prouincia purgetur maleficiis vt in l. congruit ff. de offi. pręsi. & de eo potest intelligi illa authoritas vbi te inuenero, ibi te iudicabo teste Panor. in c. finali, numero decimo tertio ibi. tertio glosa dicit extra de foro competenti.

Et attento, quod hęc Regia Audientia cum causę cognitione, & pręcedente magna discussione declarauit (vt prędicitur) dictam capturam dicti Aragonensis esse validam, ideo videtur mihi dictam declarationem facere ius, ne dum

3 in eo casu, sed etiam in aliis futuris similibus per textum in cap. in causis de sententia. & de re iudica. l. fi. C. de legib. Nec refferret si aliquis in oppositum diceret quod non exemplis, sed legibus est iudicandum vt dicit expresse tex. in l. nemo C. de senten. & interlocu. omnium iudicum, quoniam secundum Panormitanum in dicto cap. in causis nu. 2. de senten. & re iudica. (qui de dicta l. Nemo expresse meminit) dicta l. nemo procedit in sententia inferioris secus est in sententia principis. Quod intelligit procere nedum in sententia diffinitiua, sed etiam in interlocutoria dum tamen fuerit lata, seu facta cum parte, & cum causę cognitione, idem tenet Mieres in c. xvii. numero. 5. collati. 4. fol. lxii. dicens quod sicut princeps iudicat, ita alii inferiores iudicare debent, quanquam Feli. in d. cap. in causis numero tertio & sequentibus, in aliquibus differat. Et hęc indubitanter procedere debent in Cathalonia per ea quę dixi in prohemio huius instituti, & supra in cap. incipien. Ita obseruatum & determinatum per vtramq. aulam versi. & sit tibi hęc, & alię pręcedentes responsiones.

Et ex prędictis videretur quasi super fluum in Cathalonia quęrere de veritate illius quęstionis. An acusatus de homicidio, vel alio delicto si fugit ad aliud regnum, seu territorium, possit capi, & remitti ad locum delicti. super qua quęstione varię sunt doctorum opiniones, vt tradunt doctores in variis locis, & signanter Boni. de Vitalinis in sua practica in verbo quid sit accusatio numer. 53. fol. 69. Ioan. Iodocus in practica criminali cap. 33. pag. 89. cum sequentibus vbi tractat latissime materiam remissionis de vno territorio ad aliud, dubium formari potuisset, sic, si extraneus delinquens in hoc territorio non potest remitti

remitti ad territorium in quo deliquit: ergo nec capi ad finem remittendi illũ ad territorium in quo deliquit vel ad territorium domicilii, vel originis. Nã destructo consequenti destruitur antecedens, scilicet captura, quae antecedit & antecedere debet remissionem, nam si delinquens non caperetur, non posset remitti per multa iura quae allegat Nicolaus Euerardus de modo arguend. in loco ad structione consequentis pagi. 366. & cum prohibetur certum quid. videtur etiam prohibitũ omne per quod peruenitur ad illud prohibitum, vt per eũdem Euerar. in eodem loco. Et quae requiruntur praecedere, vt possit fieri remissio, vide tex. in §. si vero quis com prehensorum in authen. nulli iudicum liceat habere loci seruato colla. 9. Guido Papae q. ccii. fol. lx. post. Cyn. & alios per eum alleg. ponendo sex requisita ad hoc vt remissio fieri possit, dicendo nota istos sex casus, qui alibi non reperiuntur, ita simul collecti, & omittere nolo, quod Bal. in l. i. nu. ii. C. de seruis
4 fugiti. post alios per eum relatos dicit, quod remissiones de consuetudine nõ fiunt, nisi in terris quae sunt sub eodẽ principatu, a & in l. i. nu. 2. in fine. C. vbi de crimi. agi. opor. sequẽdo Oldradum in authen. qua in prouincia dicit, quod nõ fit remissio, nisi in his iudicibus qui subsunt vni superiori. Idem in effectu refert apostilla ad decis. Tolosa. cxxix. & allegat Oldra. in cõsil. cxiiii. dicẽtem consuetudinem esse Romae quod nunquam fiat remissio, & quod ideo non fuit facta remissio petita per Regem Angliae, & quod opinio Bal. & Oldra. de facto seruatur, & quod ita quotidie videt, quod delinquentes in regno securi sunt in Bearno. quid tamen seruetur inter principatum Cathaloniae, & regnum Aragonum, quamquam dicere & referre sciuissem, ex causa tamen referre nunc omitterem.

a. principatu.) Castr. in cons. 309. fulgo. Qui communem hanc dicit opin. in cõs. 149. col. 2. Boer. deci. 29. nobili a Pegue ra. in dec. f. Catha. cap. 66. nũm. 7. vbi late per tot decis. de materia remissionũ delinquentium. Idem tenet Marc. decis. 400. nu. 9. Dida. Perez. lib. 8. titul. 4. l. 3. pag. 8 8. versi. secundo limita. & titu. 7. l. 2. pagin. 337. versi. dubium censeri solet Couar. practi. cap. 11. num 10. vbi num. 12. pulchrè examinat an hereticus sit remittendus, quod vltimum tractant etiã Iaco. Simanc. de Catho. institut. titul. 2. a num. 14. Ioan. Rojas. sing. 174. nu. 7. & de priuil. inquisitor. nu. 439. Cenc. in collecta ad ius cano. collec. 33. lib. 3. c. Romana. §. contrahentes de for. comp. num. final. fol. mihi. 445. qui plures alleg. Cassan. in consuetu. Burgun. rub. 12. des adueuz, num. 17. qui etiam de materia remissionum late.

CAP. 101.

SVMMARIVM.

1 *Liber homo regulariter non capitur pro debito ciuili.*
2 *Fallit in casibus expressis ibi praecipue in obligatione sub poena tertii, &c. de quo priuilegio diuersis pragmaticis & litteris regiis fit mentio*
3 *Contra scripturam tertii non admittitur alia exceptio quam solutionis.*
4 *Debitor obligatus cum scriptura tertii capitur quamuis cedat bonis.*
5 *Vicarii cathalonia, requisiti per litteras vicarii Barcinonae, capere & exequi tenentur obligatos cũ scriptura tertii.*
6 *Alimenta quae sint pauperibus pro debitis ciuilibus captis, tribuenda: etsi cessauerint praestari per duos dies tales capti in continenti liberantur.*
7 *Scriptura tertii locum habet in clericis & vid. ibi litteras Pap. Benedicti.*
8 *Scripturae tertii priuilegium est modo extensum per omnes vicarias Cathalo.*


E captura seu incarceratione obligati sub poena tertii in libris vicarii Barcinone, & Valensis

lensis scripta, ac baiuliç Bareinone, quia priuilegium dictæ scripturç poene tertialiquas recipit intelligentias referã, aliquas de quibus in marginibus mearum constitutionum, & in meis libris memini, &alias quas per alios doctores adnotatas reperio.

Et primo faciliori intelligentia eorũ quae infra exarabuntur (vltra quod nõ inutile erit dispersa in vnum congregata reperire) praesuponendum duxi ad mei memoriã saltẽ quod quanquã de iure comuni ciuili, & de iure Cathaloniç liber homo non capitur, nec detinetur personaliter, regulariter pro debito ciuili: Attamen dicta regula fallit ratione priuilegii, aut cõsuetudinis, aut pro carta pura comande de quibus est tex. literalis in volu. consti. in tit. de actions. e obligations, e que per deute ciuil ningu
2 sie pres sino per carta pura de comanda fol. ciij., iã in ipso titulo quã in c. Itẽ q̃ nul caualler &c. Itẽ ordenã e statuim &c. Itẽ q̃ algũ hõ, &c. Itẽ statuim q̃ lo capitol fet en la dita cort, &d̃ quibusdã falleriis, & aliis traditur per Cal. in margati. fisci in 3. dubio praerogatiua 38. & 39. & per Thom. Mier. in col. 2. statuimus quod quilibet posit nu. 7. & 8. fo. 16. in c. Item quod nullus miles nu. 3. & sequentibus, vbi ponuntur & faciunt regulã, cũ fallen. & inter alia ponũt fallẽ. de dicto priuilegio obligationis debitorum, & pecuniae quantitatum sub poena tertii, in curia vicarii vel baiuli Barcinone scriptarum, quod priuilegium quanquam (facta magna diligentia) non fuerit repertũ in curia vicarii Barcinone, nec alibi: Attamen de illo fit mentio in pragmatica, & litteris regis infrascriptis, & per illas declaratur dictum priuilegium.

Et primo dominus rex Iacobus cum suis litteris datis Tarraconae 17. kalen. Februa. anno Mcccxx. & insertis in litteris infantis Alphonsi primogeniti, & generalis procuratoris domini regis da. 4 kalen. Maii eiusdem anni Mcccxx. & directis vicario Barcinone cum insertione litterarum regis Iacobi directis vicario Barcino. & Vallensis, & baiulo Barcino, quae sunt in volumine constitutionum fo. 290. alias 295. & incipiũt, infans Alphonsus: disposuit & mandauit dictis vicario, & baiulo Barcinone quod solicite caueant ne super solutione dictorum debitorum, & dictarũ pecuniae quantitatum sub poena tertii scriptarum, exceptionem aliquam, nisi solutionis, aut satisfactionis aliquatenus admittant. Quinimo conducero inter partes termino, aut per dictos vicarium, & baiulũ praefixo, seu alias adueniente solutionis tempore, facto primitus retroclamo, seu dicta quçrela, omni appellatione seu exceptione, &
3 excusatione, praeterquam solutionis & satisfactionis praedictis poenitus retro iectis, compulsionem dictorum debitorum, & quantitatum pecuniae, & tertio tum regiorum, tam in personis quam in bonis protinus, & indilate fieri fortiter faciant, & dictus infans Alphonsus sentiens, quod adhuc non erat indẽnitati creditorum & iurium regiorum prouisum: quia debitores idifferenter opponebant solutionis & satisfactionis exceptiones, asserentes se probaturos, & petentes declarari se plene probasse, etsi cõtra eos declarabatur: appellabãt semel & secundo: ideo dictus infans Alphonsus prouidit, quod si debitores de dicta solutione aut satisfactione prõptam fidem faciunt per apocham, vel apochas de soluto, seu per publicũ instrumẽtũ in continẽti, vel infra breues dies arbitrio dicti vicarii vel baiuli praefigendos nullatenus solutionem facere cõpellantur. Si autẽ non per apocham, seu apochas desoluto: sed per tẽstes dictam solutionem asserant se velle probare, quia causa motande solutionis videtur eam opponere, &c. compellantur statim antequam ad probandum per testes admittãtur soluere. facto primitus retroclamo, recepta per dictũ vicariũ vel baiulũ idonea cautione a creditoribus, quod si debitores dictã exceptionem probauerint: posint quantitatem solutam recuperare, & absque lite

lite, & quod facta dicta solutione dicti debitores ad probandum si probare voluerint admittantur.

4 Post prædicta Rex Petrus cum suâ
c pragmatica, c & literis, Dat. Gandesie 12 Kalen. Iulii anno domini Mcccxxxvij. fol. 291. alias 296. ad supplicationē proborum hominum ciuitatis Barcinone statuit perpetuo, quod quilibet cuiuslibet conditionis, vel sexus existat, qui se obligauit aliquid soluturum alicui sub pœna tertii in libris curiarum vicarii vel baiuli dictæ ciuitatis, facto inde reclamo, siue secunda quærela, capiatur, & captus detineatur quousque in eo in quo se obligauit sub dicta pœna suo satisfecerit creditori, non obstante quod ipse debitor cedat vel velit cedere
d bonis d suis.

5 Est post prædicta rex Petrus cum suis literis dat. Barci. 29. Madii, anno a natiuitate domini 1353, quod est in volu. Icon-
e sti. e f. 290. alias 295. & in libro antiquo curiæ vica. Barcino. intitulato pragmaticarum & priuilegiorum fol. 96. est scriptum 29. Martii, ad expositionem consiliariorum & proborum hominum Barcino. mandauit vniuersis & singulis vicariis & baiulis suis, ac aliis officia, aliorum locorum, & iurisdictionem intra Cathaloniam habētibus, prouidit quod quotiens fuerint requisiti per vicarium Barcino. nuntio, verbo, vel litera, tales personas ad pœnam tertii obligatas in posse curiæ dicti vicarii vel baiuli Barcino. pœnitus capiant & faciant exequu-
6 tionem contra illos. Postea Infans Martinus domini Petri bonæ memoriæ Regis Aragonum filius & Gubernator generalis pro domino Ioanne Rege Aragonum fratre suo in omnibus Regnis
f suis cum suis literis f dat. Barcinone vj. Iunii Mccclxxxxi. fol. 291. alias 295. & directis vicario & subuicario, & baiulo Barcinone (habita informatione quod prouisio octo denariorum pro quolibet die erat consueta dari pauperibus captis in prædicta curia pro debitis & factis ciuilibus. Mādauit dictis vicario & baiulo Barci. q si ad notitiā eorū venerit quod dicti capti non habent vnde eorum victum valeant prouidere) mandent creditoribus ad quorum instātiam dicti pauperes capti, & detenti extiterint quatenus eisdem dictam prouisionem octo denariorum pro qualibet die tribuant & soluant, & casu pro recusauerint, & iustæ rationes per eos propositæ intra breuem terminum per dictos vicarium, & baiulum eis præfigendum non fuerint quare ad dictam prouisionē tribuendam non teneantur, ipsos debitores cōfestim nulla mora protracta a captione totaliter liberent. sustineri enim non debet, quod malitia creditorū pauperes, & miserabiles personæ fame pereant, vel graue dispendium patiantur.

g Postea in curia anni MDxx. c. viiij. g salubrius consultum fuit dictis pauperibus videlicet, quod si constabit de illorū paupertate creditores sint tenti soluere illis alimenta, scilicet domicello, siue a gentil home, o militar, quotidie duodecim denarios, & aliis octo denarios, & quod si intra duos dies dicta alimenta ministrata non fuerint, aut cessata fuerint ministrari per dictos duos dies, incontinenti taliter capti relaxari debeāt.
Denique in nouissimis curiis anni vide
h licet M D lxxxv. cap. xv. h facta relatione dictæ constitutio. anni M D xx. cap. viiii. alimenta militaribus taxata fuerūt ad vnum regale, & non militaribus, nec gaudentibus priuilegio militari ad decē & octo denarios. Adde pro materia de qua dixi supra hoc eodem c. in prin. vide notabiliter per Francis. de Ripa in l. obligatione n. 28. cum pluribus sequentibus ff. de pignori. & hipot.

7 Item Beatissimus Pap. Benedictus cū suis literis. Dat. Auinione 4. Kalen. Aprilis, Pontificatus sui anno tertio, voluit dictum priuilegium scripturæ tertii locum habere etiam in clericis, quæ quidem literæ sunt tenoris sequentis. Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo Barcin. salutem &c. Cincere deuotionis effectus quem dilecti filii consiliarii, & consilium ciuitatis Barcinone ad nos, & Romanam

manam gerunt ecclesiam &c. Nos igitur malitiis, & fraudibus huiusmodi obuiare. Et vnicuique quod suum est tribuatur: quantum cum Deo possumus prouidentes volentes: fraternitati tuę sub excommunicationis poena per apostolica scripta mandamus quatenus, si per secretam informationem per te vel alium, seu alios super hoc faciendā clericos prædictos secularibus negotiis se (vt præmittitur) immiscentes in mercaturis, & aliis contractibus huiusmodi iam factis, seu faciendis in posterum se obligasse & ad captionem ante dictam sumsisse: ipsosque creditores malitiose defraudare reperieris: clericos eosdē totiens quotiens per creditores huiusmodi requisitus fueris captos, vel captos remissos retineas, & tamdiu ipsos captos detineas donec ipsi integre satisfecerint crediroribus supradictis, aut fidei iussores sufficientes dederint desoluendo, vel causas legitimas allegauerint & pbauerint, pter quas ad pdicta minime teneantur constitutionibus Apostolicis, ac priuilegiis, & consuetudinibus & aliis contrariis non obstantibus quibuscunq. Dat. Auinione 4. Kalen. Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.

8 Adde quod in curiis generalibus in villa Montissoni celebratis anni M D lxxxv. c. decimoseptimo *a* addendo capitulo curiæ anni MDlxiiij. cap. xxv. fuit statutum, quod priuilegium scripturæ tertii vicarii Barcinone habeat locum in omnibus vicariis principatus Cathathaloniæ, & quod in curiis in quibus fiet executio poene terrii, non posit fieri executio vltra vnum regale, siue vn real pro libra, vt latius in dicto capitulo (ad quod habeatur relatio) cōtinetur.

a.c. iij.) in nou. compil. fol. 510.
b. Constitutionum.) in nou. compil. titul de actions y obligations. fol. 115. vol. 2.
c. Pragmatica.) in ordine. 8. d. eo tit.
d. Cedere bonis.) licet aliter de iure communi. l. 1. C. qui bon. ced. pos. notatur in c. odoardus de solut. secundum hanc vero pragma. Pet. 3. fuisse decis. in regia audi. refert Canc. par. 2. obseru. c. 8. n. fin.
e. Consti.) in nou. compil. eo. de actions &c.
f. Suis litteris) contentis sub titu. de pobres presos vol. 2.
g. viiii.) in ordine 4. titu. de pobres pladejants fol. 259.
h. xv.) & est 25. in ordine curiæ. & 7. eius tituli.
i. cum suis litteris) quę continentur sub ti. de iurisdict. de tots iutges. vol. 2.
l. xvii.) est c. fin. titu. de executto de censals fol. 436.

CAP. 162.

SVMMARIVM.

1 *Capitur per officiales Regiæ Audientiæ obligatus sub pœna tertii domiciliatus & existens in terra baronis.*
2 *Sed in casu oppositionis vxoris extimatio bonorum mariti fit per baronem.*

1 CApi in terra baronis consueuit per officiales regię audiētię obligatus sub poena tertii in curia vicarii Barcinone continuata: etiam si dictus obligatus sit in dicta baronia domiciliatus: & ibi etiam fieri potest executio in bonis dicti obligati, quod vltimum restringitur in casu consti. Item statuim e ordenam versi. en aquest in tit. de iurisdi. de tots iutges fol. 82. *a*

In libro qui dicitur exemplarium, siue memorialiū Hieronymi Dalmau quondam doctoris regię audientiæ in verbo scripturæ tertii reperio continuatum vt sequitur. In facto Francisci Pomar mercatoris contra T. ptincipalem & fideiussores obligatos mediante scriptura tertii in libro tertiorum curiæ Vicarii Barcinone continuata, qui expositro retroclamo obtinuerat literas pro capiendis dictis debitore principali, & fideiussoribus pro executione facienda in bonis eorundem, & cum dictus principalis fuisset captus in Baronia de Sentelles, & impediretur extrahi per officiales & populum dictæ baronię, facto verbo, fuit determinatum per ambas aulas, quod attento quod causa fuerat euocata ad regiam audientiam, & consequenter

ter cognitio dictæ captionis pertinebat eidem Regiæ Audientiæ, fieret commissio Regio Algutzirio qui accederet ad dictam baroniam, & quod ibi dictum debitorem reperiret, caperet, & extraheret, & illum ad regios carceres huius ciuitatis portaret; & sunt expeditæ literę 29. Ianuarii M D xxxviii. hæc ipse Dalmau. & est verum quod inconcusse nostris temporibus fit executio in terris baronum in bonis obligatis sub pœna scripturæ tertii, euocata prius causa executionis in vim clausularum renuntiationis, & summissionis fori in instrumento dictæ obligationis positarum. Tu ad
2 de pro restrictione dictæ executionis cōsti. incipiē. Item statuim e ordenam ver ficu, en aquest cas, sub titu. de iurisdict. de tots iutges fol. 82. vbi expresse dispo nitur, quod quando vxor obligati domiciliati in termino castri vel loci prælati clerici, diuitis hominis, militis, ciuis, aut hominis villæ in quibus dominus Rex non habet iurisdictionem, sed prædicti habent ciuilem plenam iurisdictionem, non esset in illa obligatione mariti obligata, & diceret, aut allegaret, aut doceret, quod bona mariti sui non sufficiunt ad dotem suam, siue exouar, nec ad suū spolium, siue screix, nec ad dictum debitum, ad quod maritus est obligatus, in eo casu de valore dictorum bonorum cognoscit baro, prælatus, clericus, aut alius qui habet dictam iurisdictionem.

a. Fol. 82. in nou. compil. fol. 195.

CAP. 103.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius Regius non potest capere aliquem vigore albarani de prenets y penyorats facti in curia vicarij Barchinonæ.*



1 Capere Commissarius Regius, vel portarius gerentis vic. gerē. Guber. non potest vigore albarani de prenets y penyorats, facti per certium retroclamorū curiæ vicarii Barcinone.

Die Sabbati quæ computabatur vj. Iunii. M D lxxviii. quia in causa vertente inter T. & Setanti domicellum Barcinone, dictus Setanti captus fuerat semel rite, idest per sagionem curiæ vicarii Barcinone, vigore retroclami in dicta curia contra dictum Setanti expositi, & cartellum vulgo dicti, de prenets y penyorats, & fuerat liberatus antequā ad carceres ductus fuisset, quoniam promiserat soluere debitum intra certum tempus, aut se in regiis carceribus ponere, & lapso dicto tempore dictus Setanti captus fuit, & ad regios carceres traditus per quendam commissarium regium homine, Borras, qui etiam erat portarius gerentis vices generalis gubernatoris Cathaloniæ, fuit dubitatum in Audientia dicti gerentis vices gubernatoris vice regia, id est cum doctoribus Regiæ Audientiæ, propter absentiam locumte. generalis procedentis, an dicta captura per dictum commissarium & portarium facta valida esset, & propterea fuit iniunctum duobus doctoribus Regiæ Audientiæ, quod de obseruātia dictæ curiæ vicarii Barcinone, circa prædicta se informarent, & in concilio refferrent. quid autem ipsi doctores retulerint, non recordor, ego tamen pro mea ampliore satisfactione ad iudicem retroclamorum accessi. Et ille per me interrogatus, respondit, quod pro capiendo taliter obligato scriba illius facit curię cartellum quod incipit sic. prenets y penyorats, & non dicit, misatges prenets y penyorats, & illum cartellum datur parti, & quod vigore talis cartelli Commissarii Regiæ Audientiæ non cōsueuerunt capere, quia non sunt ministri illius curiæ, nec iurarunt in ea vt ministri dictę curię, & illa curia aliter fieri minime pateretur, quia redundaret in magnum damnum dictę curię vicarii, si illius ministri non haberent vtilitatem dictę capturę: præmaxime, quia dicti ministri sustinent multa onera, sine salario & vtilitate, & qui sentit onus, debet sen-

tire

tise commodum &c. & hinc soluebatur contrarium magnum quod formabatur dicendo, quod dominus Gubernator generalis,& sic gerens vices generalis Gubernatoris concurrit cum ordinario,& sic cum vicario, & est ordinarius ordinariorum,vt dixi in tracta. gubernationis in 2.parte cap.viiii.fo.2.cui contrario respond.quod illud intelligitur,& practicatur sic,quod gubernator assumit causas quas assumere,& capere vult,causæ tamen non assumpta remanent pœnes vicarium,& postquam dicta causa non fuit assumpta per Gubernatorem,ideo remansit pœnes vicariũ. & illius ministros,& ministri gubernatoris facere non debent executionem illius causæ quæ non fuit assumpta per guber. Et(vt prædicitur) equũ est quod ministri curiæ vicarii qui multa onera sustinent sine salario,& vtilitate,illi habeant hanc vtilitatem, & non ministri gubernationis,qui non sustinent onera curiæ vicarii,pro cuius corroboratione facit ratio assignata in priuilegio concesso curiæ vicarii Barcin. & seu pro eo consiliariis Barcinone,quod causę ciuiũ vel habitatorum Barcinone incipere, debeant in dicta curia hac ratione, quia illa curia aliter efficeretur quasi ronega,quid tamẽ fuit declaratum in prædicto non recordor. Retulit tamen dictus iudex retroclamotũ, ꝙ in causa cuiusdam rettoclami,expositi in curia vicarii contra T. Rubi de Puigcerda fuit oppositum de simili mala captura corã ipso iudice,& ipse dictumRubi nulliter fuisse captum declarauit,quia portarius Regius non erat minister dictæ curię,& quod eius declaratio fuit cõfirmata per Regiam Audientiam in causa appellationis me refferente.

CAP. 104.

SVMMARIVM.

1 Captus pro scriptura tertii infirmus solet in sua vel alia domo arrestari cum fideiussoribus qui soluent debitum in casu fractionis arresti prædicti.

2 Debitor incarceratus an possit cedere bonis.

3 Miles non capitur pro scriptura tertii nec illius arma exequuntur.

4 De materia Alimentorum præstandorum debitori capto & de liberatione ipsius ob cessationem dictorum alimentorum.vid.ibi.

1 QVamuis captus propter obligationem sub pœna tertii in curia vicarii Barcinone, & Vallensis scriptam, seu continuatam debeat, iuxta dictum priuilegium, & declarationem factam per Regem Petrum Gerundæ xii,Kalen.Iulij. M ccc.xxxvii.detineri captus, & soleat detineri in carceribus Regiis, Attamen si infirmatur febre,consueuit Regia Audientia prouidere, quod arrestetur in eius vel alterius domo cum idoneis fideiussoribus detenendo ibi arrestum, & si frangeret arrestum, fideiussores soluerent debitum propter quod erat captus.

Die prima Septembris anni Millesimi quingentesimi octogesimi secundi, iunctis omnibus doctoribus vtriusque aulæ ciuilis iurisdictionis, refferentibus magnificis Petro Balle,Michaele de Tamarit,& Francisco Puig relatoribus respectiue trium retroclamorum expositorum per certos creditores, contra T. Salauerdenya domicellum Barcinone,obligatum cum scriptura tertii in curia vicarii Barcinone continuata cum dictus Salauerdenya per alterum ex virgariis Regiæ Audientiæ nomine Santinya repertus fuisset in eius domo ægrotus febrę in lecto,fuit per maiorem partem doctorum vtriusque aulę votarũ quod recepta in scriptis informatione dicti morbi a medico qui illũ visitabat,& cõstito de morbo dictusSalauerdenya arrestaretur in dumo in qua ęgrotus iacebat in lecto cũ idoneis fideiussoribus de tenẽdo arrestũ in dicta domo, & si frangeret dictũ arrestũ dicti fideiussores soluerent debitũ propterquod fuit captus.

Idem

Idem fuit obseruatum & prouisum die 16.mensis Februarij 1584. ad relationẽ magnifici Petri Balle,& Michaelis Ioannis Quintana in persona Francisci Salba & de Vallseca domicelli qui in carceribus regiis Barcinone ad instantiã multorum creditorum suorum detinebatur & quia graui infirmitate laborabat in eisdem carceribus,fuit eidem in effectu prouisum hoc addito,quod dictus Salba præstaret sacramentũ & homagiũ, videlicet,quod arrestaretur in domo aliqua cum sacramento & homagio, & cũ idoneis fideiussoribus detenendo arrestum,&c.vt supra in primo casu dictum fuit,non tamen dicta prouisio habuit effectum, quoniam pręuenit mors dicti Salba in eisdem carceribus.

Arbitror magnificos doctores Regię Audientiæ ad ita determinandum motos fuisse,saltẽ ego motus fui inter alia argumento prædictę prouisionis infantis Martini arguendo a simili,vel ab identitate rationis,& æquitatis,vbi enim est eadem ratio, seu æquitas ibi debet esse idem ius vt latißimè per Euerardum in suo tracta. de modis arguendi in loco a simili.nu.10.pagi.125.& arguendo ab effectu quando idem resultat effectus ex vno: qui ex altero, vt per eundem Euerar. in loco ab effectu.c.9.pag. 122.& arguendo a pari, seu a pari potentia:inuehit enim dictus infans Martinus contra creditores recusantes,seu differẽtes dare alimenta suis debitoribus existentibus captis incarceribus dicendo, ꝙ creditores reçusant maliciosè, & indebitè ministrare debitoribus prouisionem octo denariorũ,vt dictos pauperes opprimere valeant,& famae inhumaniter cohercere, vnde lacrimabiliter ab ipso infante,&c.& ibi sustineri non debet,ꝙ in malitia creditorum pauperes,& miserabiles personae famae pereant, vel graue dispendium patiatur. Ex quibus videtur dicendũ, quod cum similis ratio,& ęquitas militet in liberando a carceribus debitores propter febrim magnam, quae est in liberando debitores propter eorum paupertatem: ideo debit dictus debitor liberari á carceribus propter febrim magnam, nam sicut pauperes non habentes quidquam ad comedendum, nec habentes locum in carcere ad acquirendum alimenta perirent: ita febricantes non valentes propter febrim comedere perirent,praemaxime,si & quando carcer non est locus aptus ad curandum,sed potius ad augẽdum febrim propter aeris infectionẽ, & sic cum idem,seu similis effectus resultet ex vna detentione, quam ex altera: ideo eodem iure censeri debet, & quia par seu similis causa crudelitatis est detinere infirmantem periculosa infirmitate in loco incommodo, & periculoso, & non valentem comedere, sicut est detinere sanum non habentem aliquid ad comedendum: ideo debet eodem iure de dicta infirmitate iudicari per inta supradicta comprobatur,quia vita morituri debet prævalere cuicunque causę pecuniariæ can.non satis 87.distinct.ibi. si tempore periculi quo rapitur ad mortem: plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri non est leue peccatum. vnde Francis. de Ripa in l.in obligatione nu.2. ff. de pigno. & hypothesol.166.super illa quæst. an valeat conuentio quod debitor carceratus nõ possit cedere bonis: tenendo partem affirmatiuam quod valeat: ponit aliquas declarationes,seu limitationes dicens.Primo vt non procedat imminente periculo ne debitor in carceribus moriatur vt si constitutus sit in extrema necessitate secundum Federicum de Senis cousil. 60.nam iuri alimentorum,nemo potest renunciare l. cum hi in prin. & ibi Bar. de transact.Ego autẽ dicerẽ iudicẽ ex officio,pacto nõ obstãte,tũc debere debitorẽ relaxare: quia vita morituri debet pręualere cuicunque causę pecuniarię cap. non satis lxxxvj. distin. hęc ipse Ripa quem pro materia instrumentorum guarentigiatorum videri poteris num.28.& 29.cum sequentibus. Et recordor quod vnus ex doctoribus medicinæ qui dictum Salba visitabat affirmauit mihi.quod propter intemperiem,& corruptionem aeris dictorum carcerũ regiorum: erat secundum regu-

las medicinæ impoſsibile curare dictū Salba.facit ad prędicta, quia arreſtatus dicitur captus.Mier.in conſt.Mes auāt nu.9.collat.10.fol.39. & in colla.viiij. c. com molts nu. 87.fo.cviii. & in c. & quia nu.4.fol.116.

3 Adde quod in nouiſsimis curiis generalibus anni videlicet M D lxxxv. c. cxv. ſtatutum fuit, quod nullus miles, vel alia perſona quæ priuilegio militari gaudet, propter rigorem ſcripturæ tertii, aut alterius cuiuslibet ſcripturæ, & aut obligationis priuilegiatę, non poſſunt perſonaliter capi, aut in carceribus poni, & idem fuit diſpoſitum in carta comandæ. Item quod non poſsint exequi equi, nec arma^a militū, vt hæc & alia in dicta conſtitutione (ad quam fit relatio) latius continentur, & de eadem materia traditur in eadem curia cap. xvii. & lxviij.

4 Item pro materia carceratorum, ꝓ debito ciuili, addc quod ſi carceratus pro debito ciuili eſt pauper, alimenta illi præſtari debent per creditores, & quātum præſtari debeat, & ſi non præſtantur inter duos dies relaxari debeat, vide in curia anni MDxx.c. viiii. & pragmaticam Regis Iacobi directam vicario & baiulo villęfrā. Peniten. dat. Barcinone iii. nonas Iunii. Mcccxxvii. & confirmatam per Regem Pet. tertium, vt ibi in volu. conſti. fol. cccxvii. Et nouiſsi-

b me in curia anni M D lxxxv. c. xxv.^b fuit ad dictum alimentis videlicet creditor militari pauperi dare teneatur ꝓ alimentis quolibet die vnum regale, ſiue real, & non militari nec gaudenti priuilegio militari decem & octo denarios, etſi ceſſabit dare per duos dies liberetur. & non admittitur purgatio more vt hæc & alia in dicta conſtit. ad quā habeatur relatio) latius continentur.

a. Nec arma.] Quod ſecus eſt (licet ordine meo in his nō conſulam) ſi alia bona nō reperiantur l.ſtipēdia C.de ex cu. rei iudi.Mier.par.1.c.49.incip. item quod ani malia militū nu.6.collatio.2. ſed quid in bobus aratoriis videtur idem quod poſſint exequi in defectū aliorum bonorum iux.gloſ. & Fab. in l. executores. C. quę res pign. oblig. poſſ. fundatur hęc opin. quia non maior ratio eſt circa boues aratorios, quam circa armaſ militum cū in vtroq. eadē militet (publica ſcilicet vtilitas) & iſtam ſuperare ſeu ſaltem pariſicare videtur, alia quę conuenit executionibus ſententiarum ſeu inſtrumentorum huius propoſiti. vt ſanciuit Alfonſus 4. in cap. incip. com ſobre la conſeruacio in ordine 1. titu. de executio de cenſals y violaris. Suar. de Paz. in prax. par. 4. to. 1 in pręfat. nu. 1. quē, idem tenendo, refert Monter. in deciſ. regn. arago. deci. 23. nu. 8. Contrariū tamē tenet Mier. vbi ſupra n. 7. qui aleg. cōſt. pac. incip. en nō de Ieſu Chriſt, ſie maniſeſt a tots. §. 9. itē que nul hom. titul. de pau y treua, quæ quidē conſt. iſtam non probat ſententiam. idē tenet Cin. in d. l. executores. Negusan. in tract. de pign. par. 2. memb. 3. num. 49 nobilis a Peguera in prax. ciuil. rub. 29. de execution. ſent. nu. 17. fundatur hęc opin. in vtilitate magis publica quę aliam quamcunq. vincit ac ſuperat vt fatetur Cuya. obſer. lib. 4. cap. 20. de boue aratorio, vbi eius priuilegiorū ſummā colligens, dicit ꝙ boues aratorii etiam deficientibus his qui curſui publico ſunt deſtinati (puta plauſtris aut vehiculis) non abſtrahantur, & hęc opinio magis doctorum ope rationeq. fulcita videtur.

b. xxv.] de his vid. ſupra. cap. 101.

C A P. 105.

SVMMARIVM.

1 *Captus pro obligatione ſub poena tertii facta extra ciuitatem barcinone, liberatur, ſi intra decem a die continuationis ſcripturæ computandos, fuerit captus.*



Aptus pro obligatione ſub poena tertii in curia vicarii Barcinone ſcripta, ſeu continuata ſi dicta obligatio fuit firmata extra ciuitatem Barcinone, & obligatus conſtituit procuratores ſcribas curię vicarii Barc. vel alios ad continuandam & ſcribendam dictam poenam tertii in curia vicarii

vicarii Barcinone. & per dictum procuratorem fuerit scripta, & obligatus fuit captus intra decem dies numerandos a die quo dicta obligatio, seu pœna tertij continuata fuit in libro tertiorum dictæ curiæ taliter captus consueuit liberari a carceribus per Vicarium Barcinone, & per Regiam Audientiam respectiue, quid autem si dicta obligatio fuit firmata intra dictam ciuitatem per ipsummet obligatum dicam infra immediate.

Ratio quare non fit exequutio intra decem dies numerandos, a die quo per procuratorem obligati continuata fuit scriptura pœne tertii in curia vicarii, potuit forsan esse, quia posset faciliter ignorari dies qua dicta scriptura fuerit cõtinuata, & dies obligationis, & solutionis faciende in vim dictæ continuationis pœne tertii, & ideo dantur, seu specificantur decem dies, quod nõ potest cõsiderari, quando obligatio firmatur in eadem ciuitate per ciuem Barcinone, vel alium existentem in eadem ciuitate quia tunc nulla ignorantia allegari potest, & si ista ratio non videatur sufficien, sufficit nobis, quod ita nedum curia dicti Vicarii: sed etiam Regia Audiẽtia receperit, & non omnium quę a maioribus cõstitüta sunt ratio reddi potest &c. iura sunt vulgata.

CAP. 106.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus sub pœna tertii continuansque ipsemet scripturam non solet eodem die capi.*

2 *In obligationibus quoties dies non ponitur præsenti die debetur pecunia.*

3 *Quando quis tenetur statim soluere intelligitur cum aliquo temperamento temporis.*

1 Bligatus pure sub pœna tertij in curia Vicarii Barcinone scripta, si existens præsens in ciuitate Barcinone, fecerit ipse idem continuare dictam pœnam, non solet eodem die pro dicta pœna, & obligatione capi, & incarcerari, & arbitror, quod si caperetur esset relaxandus, quia non statim creditor cum saco venire debet.

Quòd non solitum sit, prouideri de captura & execurione dictæ pœne, & obligationis eodem die quo pœna scripta fuerit in libro curiæ vicarii Barcinone quamuis obligatio sit pura (recepta per me verbali informatione ab scriba maiore dictæ curiæ: & aliis practicis dictæ curiæ) inueni ita seruari. Si autem eodem die caperetur debitor, an esset relaxandus, nihil aliud retulerunt quam quod non viderunt casum similẽ. Pro parte negatiua scilicet quod non esset relaxandus videtur esse textus in
2 l. eum qui calendis § quotiẽs autem ff. de verbo. obliga. vbi dicit textus, Quotiens autem in obligationibus dies non ponitur, præsenti die pecunia debetur. nisi locus adiectus spatium temporis inducat. Ergo si die præsenti pecunia debetur, capi potuit, & non deberet relaxari. In contrarium, & sic pro parte afirmatiua, videlicet quod esset relaxandus, facit textus in l. quod dicimus, signanter in sua ratione ff. de solutiõ. vbi est textus, quod qui tenetur statim soluere, de
3 bet intelligi cum aliquo temperamento temporis, nec enim cum saco adire debet. & hinc Bar. in l. promissor stichi. §. si sine die ff. de consti. petu. vbi facit mẽtionem de dicto. §. quotiens. & de d. l. q̃ dicimus, dicit quod statim venit & cedit dies obligationis, vt in d. §. quotiens: sed miserationis causa in exactione datur tempus, videlicet in constituta pecunia datur tempus limitatum scilicet decem dierum, vt in d. l. promissor §. si sine die in aliis vero obligationibus est in arbitrio iudicis, vbi latius. Andreas Alcia. in l. cedere diem versic. in prima specie pag. 235. colum. 1. ff. de verbo. signi. circa declarationem illius textus dum dicit vbi pure quis stipulatus est, dicit per hæc verba, quando debetur, & cessit, & venit dies, quia obligatio & actio efficaciter est orta: suspenditur tamen actionis exercitium, §. si. insti. de inutili stipu la. &c

la. & modico tempore arbitratu iudicis l.1.ff.de iure deli. non enim creditor statim cum suo saco venire debet. & subdit aliquos casus in quibus certum tempus a lege conceditur, quos per te videre poteris, & sunt notabiles.

CAP. 107.

SVMMARIVM.

1 Executio pro scriptura tertii fit rigurosa quamuis debitor præuenerit opponendo aliquam exceptionem.

2 Quando instrumentũ vigore statuti mandatur executioni intelligitur de valido.

3 Quid de instrumentis clausis per notarios Apostolicos non habentes regiam auctoritatem.



1 Vamquã obligatus sub pœna tertii in curia vicarii Barcinone voluerit præuenire opponendo aliquam exceptionem ante expositionem retroclami per creditorem, nihilominus consueuit Regia Audientia executionem facere instante creditore, & sine citatione obligati præstita tamen cautione per creditorem propter iudicii præuentionem. quod procedit non solum in debitoriis sed etiam in censualibus, & violariis cũ dicta scriptura tertij.

In margine libri constitutionum generalium Cathaloniæ super dicto priuilegio, seu prouisione infantis Alphonsi Dat. Barcinone iiii. Kalend. Maii. Anno Domini M cc xv. reperii apostillam manu (vt arbitror) Ludouici Vilana quondam doctoris Regii consilii scriptam temporis sequentis. Die xxviii. mensis Aprilis M D xxxxvii. facto verbo in vtraque aula per Hieronymum Soler V. I.D. de Regio concilio fuit determinatum, quod executio scripturæ tertii est facienda contra quemcunque obligatũ in censualibus, violariis, & etiam debitoriis in persona & bonis ipsius debitoriis obligati, non obstante præuentione iudicii per debitorem facta opponendo aliquas exceptiones ante expositionem retroclami, præstita tamen prius cautione per creditorem propter iudicii præuentionem, & quod dicta executio fiat absq; partis citatione.

Et pro materia exceptionum est notandum, & aduertendũ quod dictę pragmaticæ & litere Regiæ Iacobi, scilicet Dat. Terracone. xvii. Kalen. Februarij. M ccc xx fol. clxxxx. Petri, Dat. Gande
a siæ xii kalen. Iulii. M cccxxxvii.* intelliguntur de verè obligatis, & debitis. & propterea admittitur exceptio ista, scilicet, quod quantitas petita non est debita. vt quia conuentus negat, & probat se non esse obligatum, quia probat instrumentum per actorem productũ esse falsum & se tale instrumentum non fir masse & ita tenet Mic. in colla. 4. c. xxj. n. 44. fol. 95. vide tex. in l. iudicati executio, & ibi Sali. C. si ex fal. instr. & pro intellectu istorum priuilegiorum videatur omnino Ludo. Roma. cõsi. cclxxxx iiii. nu. 3. Iaf. post Pau. & alios in l. iii. §. condemnatum num. 2. & 3. ff. de re iudi. Bar. in l. diuus n. 1. ff de testa. mili Quid autem si instrumentum non est validum, vt quia non est receptum, seu testificatum per not. vel si est testificatum vel clausum per not. non tamẽ ille not. habet auctoritatem regiam, sed apostolicam tantum, & agitur inter laycos, & coram iudice layco, vel dicitur, quod nõ est factum per aliquem nota. Mattheus de Afflict. in decis. Neapolita. decis. ccl xxxiii. sub nu. 1. ibi similiter pag. 503 loquendo de nullitate sententiæ quando nullitas apparet ex eodem processu, & dicendo, quod non potest fieri executio dictæ sententię nullę, subdit per hęc verba similiter dicimus in instrumento, quod vigore statuti debet mãdari executioni, intelligitur si est instrumentum
b validum, factum per not. & habet ne-
2 cessaria requisita ad instrumentum vt per Bar. in l. non putauit. § non quęuis ff. de contra. tabu. & in l. diuus ff. de testa. mili. Bal. in l. 1. C de iur. & fac. igno. & in l. fina. C. de liti. & in l. si absentis

C.si cer.pet. & multa alia dicit circa articulum nullitatis,& an & quando nullitas,& quæ nullitas debeat impedire e-
3 xequutionem,ego in practica circa validitatem instrumētorum receptorū & clausorū p notarios apostolicos qui nō habebant auctoritatem regiam vidi pluries dubitari,an videlicet ex illo instrumento quamuis guarentigiato (seu vt nostris terminis vtar)quāuis in illo instrumēto sit obligatio priuilegiata cum pœna tertii in curia vicarii, vel baiuli Barcinone continuata: fieri debeat exequutio,nihil tamen fuit determinatum regulam faciendo,sed quod fieret secundum contingentiam, facti sunt enim in hac nostra Cathalonia quidam rectores quorum scribaniæ aliquarum villarum regiarum sunt propriæ,vt colligitur ex constit. specialment restituhint in titu. de violentia e restitutio de despullats cum qua restitute fuerunt ecclesiis, & locis religiosis scribaniæ, & notariæ quas antiquitus habebant, &c. & ex constitutionibus prouincialibus Archiepiscopatus Tarraconæ in ti. de fide instrumento pag ti.& signanter in e.quia nonnulli domini cum duobus sequentibus pag.41.& 42.vt est(vtbi gratia)in villa Francha Pœniten. cuius scribania est Archidi. Pœniten.& quia dictum instrumentum est validum, ideo decernebatur exequutio, sunt & alii loci, seu parrochiæ in Cathalonia quæ habēt domos dispersas,& in illa,nec in aliis parrochiis circumuicinis nullus not.regius habitat & recipitur instrumentum per Rectorem, vel vicarium dictę parrochię, & tali casu, maior pars inclinabat, quod daretur fides dicto instrumento,& ex illo fieret exequutio, quia vtile videbatur parrochianis,& contrahentibus cum illis,quod tali instrumento fides adhiberetur,in illa tamē lite fuit pro firmo determinatum in hoc vltimo casu,hęc retuli pro memoria si nō mea saltem pro memoria illorum quibus vi ta comes fuerit,vt in curiis generalibus prouideri valeat, aut interim per pragmaticam Regiam casu quo contrarium per constitutionem non reperiatur prouideatur.

a.M cccxxxvii.] et sunt ti. de actions y obligations vol.pragma.

b.Validum.]& quid ac quando de illiquido: latè tractat. Couarr.variar.lib.2. cap.11. Minsing.obserua.6.centur.2.Gail.obseru.68.n.6.

CAP. 108.

Stilus seu forma continuandi scripturam tertii in curia vicarii Barcinone ponitur infra in verbo scriptura tertij.

CAP. 109.

SVMMARIVM.

1 Captus nulliter non potest recomendari.

Captus & incarceratus nulliter,id est non præcedente p
1 uisione iudiciali,neque commissione habita a vicario Barcinone,vel septimanerio illius curię vel a iudice retroclamorum pro aliqua obligatione sub pœna tertii firmata:nō
a potest recomendari *a* pro alia obligatione alterius creditoris, debet enim ante omnia a carceribus liberari per iura quę allegantur infra in verbo Recomendatio,& in verbo scriptura tertii,& ad memoriam reduco,tradita per Dalmau in verbo scriptura tertii ca.fuit captus fol. 171.col.1.

a.Recomendari.] Alexan.in l.turpia. col.2. ff.de legat.1.Bar.& docto.in l sed eximēdi §.1.ff. ne quis eum Egid.Bossi.in tit.de captura.num.9.

CAP. 110.

Captus pro securitate iudicii pro re mercantili, si est extraneus,& iurat non reperire fideiussores:liberatur a carceribus prēstando iuratoriam cautionem.

& quis dicatur extraneus dicitur infra in verbo.securitatis iudicij.

CAP. 111.



Aptus & ad bannimentum cōdemnatus, an poterit pro securitate iudicii recomendari,& exequutio bannimenti differri.distingue,vt infra in verbo.executio.

CAP. 112.



Aptus per iudicem seu officialem secularem,si violenter a manibus dicti officialis se eximeritr & ad Ecclesiam fugerit immunitate Ecclesiæ non gaudet: de quo vide infra in verbo. immunitas Ecclesiæ in cap.incipiente.captus si violenter cum armis. ¶ Et generaliter de immunitate Ecclesiæ, vide infra in dicto verbo.immunitas Ecclesiæ.vbi refferuntur. multæ declarationes per Reuerendum Cancellarium Regium, vt tertium factæ super immunitate Ecclesiæ.

CAP. 113.

SVMMARIVM.

1 *Capibreuiatio] mandatur per locumtenentem generalem,ad supplicationem alicuius,officialibus Regiis faciant præconia intra iurisdictionem Regiam,quod emphiteutæ capibreuient iura dominicalia dicti supplicantis.*



1 Apibreuiandi, seu denuntiandi census ad supplicationem particularium personarum intus iurisdictionem domini Regis præconium.

Licencia concedi solet per Locumtenentem generalem domini Regis ad supplicationem particularium personarum,mandando officialibus Regis vniuersis,faciant præconia in eorum iurisdictionibus,mandando, quod emphyteutę denuntient in posse notarii per officiale m regium nominati,seu nominandi,census, & alia iura quæ faciunt dicto supplicanti, & ita obseruatur, & hodie quę cōputatur 10.Octobris MDlxxxj. firmate fuerunt per Reuerendum Regium Cancellarium economo monasterii Sancti Augustini Barcinone literę licentię,seu mandati.

CAP. 114.



Erritorium ad capibreuiandum in terris domini Regis in quibus locis, & domibus, & qualiter, & per quod tempus concedi soleat,per locumtenentem generalem suę maiestatis, baronibus, & aliis particularibus: dicitur infra in verbo.territorium.

CAP. 115.

SVMMARIVM.

1 *Capitaneus generalis guerræ an teneatur seruare constitutiones & alia iura Cathaloniæ.*
2 *Litteræ supremi regii consilii ad id.*
3 *Declaratio dictarum litterarum.*
4 *In causis & negociis executiuis guerra dilatio est periculosa & Capitanei debēt modo militari castigare.*
5 *Milites aiunt.ius est in armis nos enim ensem damus pro libello.*
6 *Iudæi legibus vtuntur Romanis.*
7 *Reges propter suam benignitatem,constitutionibus Cathaloniæ subiiciuntur, quas iurant seruare & seruari facere per quoscunq;capitaneos & alios subditos,sub nullitatis decreto.*
8 *Constitutiones Cathaloniæ in rebus guerræ quæ celeritatem desiderant, non protelant nec differunt.*
9 *Vsatici sunt missi ad temperandam duritiam legis. & quomodo sit iudicandum in Cathalonia.*
10 *Resolutio.*
11 *Reges,qui possunt facere pragmaticas nō contrarias*

contrarias tamen constitutionibus Cathaloniæ fecerunt plures ordinationes super factis guerræ.

1 CApitaneus generalis guerræ domini Regis, an teneatur seruare constitutiones, vsaticos, priuilegia, & alia iura Cathaloniæ, non fuit decisum per hanc Regiam Audientiam Cathaloniæ, sed vidi literas patẽtes per Cancellariam supremi Regii Concilij in Regno Castellæ residentis expeditas declarantes (si illas ego bene intelligo) dictum Capitaneum ad obseruandum dictas constitutiones, & iura teneri. Et ideo illa, & alia ad propositum facientia inferam infra & referam respectiue. Si aliquis tamen error in transcriptione dictarum literarum, & aliorum quæ infra refferuntur commissus fuerit, postquam in Originali illarum veritas cerni poterit, calamo (si placet) parcatur.

Cum in anno M.D.xxv. quidam Capitaneus generalis (nomine Guillermus de Rocandolf.) aliqua quæ prætendebantur facta contra constitutiones generales fecisset: Carolus indelebilis memoriæ Imperator, & Rex noster (recepta prius informatione) super prædictis cum deliberatione sui sacri Regii concilii, prouidit vt sequitur.

2 NOS don Carlos por la diuina clemẽcia, Emperador de Romanos siempre Augusto Rey de Germania. Doña Ioana su madre, y el mismo don Carlos por la gracia de Dios Reyes de Castiila de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalẽ, de Vngaria, de Dalmacia, de Croacia, de Leon, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valẽcia, de Galicia, de Mallorquas, de Seuilla, de Cerdenya, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaẽ, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Islas Indias y tierra firme del mar Oceano, Archiduques de Austria, Duques de Borgoña y de Brauancia &c. Condes de Barcelona, de Flandes, y de Tirol, Señores de Vizcaya, y de Molina &c. Duques de Athenas, y de Neopatria, Condes de Rossellon, y Cerdaña, Marqueses de Oristan, y de Gociano. Al magnifico y amado cõsegero nuestro Guillermo de Rocadolf nuestro capitan general en los nuestros Principado de Cathaluña, y cõdados de Rossellõ, y Cerdaña, o a vuestro lugarteniente, Salud. Informaciõ tenemos q̃ la infanteria q allà teneys han cometido algunas desordenes en prejuyzio y lesiõ no solamente de las constituciones, priuilegios, y otras leyes del Principado de Cathaluña, y destos condados, pero aun en derogacion de la justicia, y señaladamente nos dizen q̃ con comission vuestra fue vn comissario a la villa de Palamos con vara alta, la qual es tierra y jurisdicion de la condessa de Palamos doña Ysabel de Cardona, de dõde diz que se lleuo presos el dicho commissario al bayle de la dicha villa, al procurador de la dicha condessa, y a otro, y los lleuo a Perpiñan, diz q̃ no los aueys querido soltar, fasta q̃ os han entregado ciertos pasteles, y mercaderias q̃ auia alli desembarcado vn bergantin q̃ se dize de Gallat. q̃ es de fray Batista Ginot cauallero de San Ioan, el qual lo auia tomado de Franceses, y en virtud de cierta marca, o represalia, que diz que cõtra ellos tiene la dicha condessa, estauan alli detenidos, y aũ diz que os lleuastes otras mercaderias que no auian venido con el dicho bergantin con cominationes, que si no los entregan veniades vos y vuestra gẽte sobre ellos, por lo qual los pueblos de la dicha villa estauan muy alterados y escandalizados. Assi mesmo auemos entendido q̃ por vuestro mandado fue vuestro comissario a la villa de Rosas q̃ es tierra y jurisdiciõ del Illustre Duque de Sogorue conde de Empuries nuestro primo, y dio fuego al dicho bergantin, y le quemo, el qual estaua sacado en tierra para lo adobar, y adereçar, y diz que estaua guiado por el dicho Duque, o por sus ministros. Y mas nos dizen q̃ vuestra persona con cierta gente de cauallo, y otra mucha de pie por tierra, y Ioanot Dems por mar, con vn bergan-

tin,y cierto numero de llondres,o barcas,deſde la nueſtra villa de Colibre biē armados,y a punto fuyſtes, y fueron a la villa de Cadaques,la qual es tambien juriſdicion del dicho Duque,en el puerto dela qual eſtaua tambien ſurgido vn bergantin de Perot Ledo , el qual diz q̄ tambien eſtaua guiado por el dicho Duque,o por ſus miniſtros,al qual bergantin enueſtieron el dicho Ioanot Doms, y otros de ſu bergantin juntamente cō los otros de los dichos londres , y barcas de tal manera que mataron vn hombre,y cortaron cō vna cuchillada la mano a otro,y ſaltando los otros que quedauan ſanos en mar para ſocorrerſe en mar para ſocorrerſe en el dicho lugar, diz que toparon con vueſtra gente , e hizieron algunos,y a los otros lleuaſtes preſos a Colibre,y deſpues a Perpiñan, y que tambien ſe lleuaron el dicho bergantin del dicho Perot Ledo a Colibre con toda la ropa que en el auia . Y mas nos dizē que por vn comiſſario haueys mandado pregonar en algunas partes deſſos principado y condados, no ſolamente en lugares Realencos,mas aū de juriſdicion de barones que todos los eſtrangeros vaſſallos del Rey de Francia que no fueſſen caſados,ſino los que tuuieſſen guiage vueſtro ſalieſſen dela tierra dentro termino de tres dias,o que tomaſſen guiage vueſtro, imponiendolos de ſalario, o derecho por cada vn guiage ocho ſueldos a los legos,y ſeys à los eccleſiaſticos,y que vn comiſſario vueſtro con vara alta a manera de Aguazil y con el vn notario,anduuieron por toda la tierra haziendo los dichos pregones,y encarcelando los eſtrangeros y algunos dellos en carcel priuado hizierōles tomar los dichos guiages,o bolletin y pagar los derechos ſo color delo qual diz que los dichos comiſſario y ſcriuano han robado a alguno de los eſtrāgeros , porque en Girona en el meſon de la Nao diz que prendieron vn Gaſcon, y le quitaron tres ducados , y a vn ciego en la puente de la piedra a media legua de Girona le quitaron nueue reales y la capa , y tambien diz quē os vſurpays nueſtra Real juriſdicion, y de nueſtros officiales ordinarios en las cauſas ciuiles teniēdo publico tribunal en eſſa villa de Perpiñan, citādo las partes que no ſon de vueſtra juriſdicion a que comparezcan delante de vos. Y poſtreramente diz que con vna prouiſiō patente,ſeñalada de vueſtra mano,y de Micer Pedro Modaguer que ſe dize vueſtro aſſeſſor , ſobre cierta reiuendicaciō que Ionot de Vallgornera, diz que haze de vn cautiuo que tiene Lorenço de Alua,haueys citado para delante de vos al dicho Vallgornera,a todos y ſengles actos, faſta ſentencia diffinitiua incluſiue: Aſsi meſmo diz que vueſtros comiſſarios han tomado de los Conſejeros de Barcelona, Mil trezientos y tantos carneros , que les trayan para la prouiſion de aquella ciudad,y los hauian comprado de vn Frances,que ſe hauia obligado de darſelos dentro en Cathalunya,y por mucho que os hayan requerido que ſe los reſtituyeſſedes, diz que lo aueys recuſado , y recuſays . Y aſsi meſmo nos han dado quexa de algunas otras coſas, de lo qual tenemos mucha admiracion porque ſiendo vos quien ſoys,y la confiança que de vos tenemos,no ſolamente en las coſas de vueſtro cargo de capitan general,y gouierno del, pero aū del buen tratamiento a los pueblos de los lugares que vos conuerſays, y vos acogen,hauemos ſiempre creydo que os hauades de gouernar de tal manera , que de vos ſe eſcriuieſſe fueſſe no en quexa, mas en alabança vueſtra,mayormente, que como ſabeys eſſos condados,y principado ſe gouiernan con conſtituciones fechas en cortes generales , priuilegios, y otras leyes por nos ſolennemente juradas,las quales nos plaze,y queremos que les ſean por vos,y por vueſtros officiales guardadas,y tambien por las meſmas conſtituciones y priuilegios eſta ordenado que en las tierras de barones,no entren los officiales reales,ſino en ciertos caſos,y en cierta forma, la qual por vos,ni por vueſtros miniſtros no ha ſido

do guardada. Por lo qual se ha tecorrido a nos, assi por parte del dicho Illustre Duque de Sogorue, como d la dicha doña Ysabel de Cardona condessa de Palamos, y tambien por su parte delos Diputados desse Principado, por la obseruancia delos priuilegios, constitutiones y otras leyes dela patria, y tambien pot parte de los dichos consejeros de Barcelona por su interesse, con cartas, e informacion, e imbiada con el Syndico del general por nuestro lugarteniente general, suplicando nos lo man dassemos proueer de remedio opottuno. E Nos vistas las dichas suplicaciones en nuestro sacro consejo, attendido que toda la materia de bullicio, y escandalo trahe grãdes inconuenientes, y nouedades, senyaladamente en tierra que se gouierna por sus proprias leyes, hauemos acordado, que por cessar aquellos, ypor tornar las cosas a su deuido, assi como nos dizen de encargaros, y mandaros, como con la presente os encargamos y mandamos por las presentes, de nuestra cierta sciencia, y Real auctoridad, que luego pongays y entregueys en manos y poder de dicho nuestro lugarteniente general en esse Principado todos los dichos presos, que en vuestro poder tuuieredes, y assi mismo pongays en poder de la corte los dichos pasteles y otras mercaderias. Y reuoqueys assi los dichos commissarios, como los pregones por ellos fechos, y cesseys de contender en cosas de jurisdictiõ en las dichas causas ciuiles, Reuocando las dichas citatorias y otros actos por vos fechos. Y tãbien torneys y hagays tornar a los dichos Cõsejeros de Barcelona los dichos carneros pot ellos pot prouision de la dicha ciudad comptados, y remitays las partes y causas al dicho nuestro lugarteniente general, porque conozca dellas con terminos de justicia, Guardados los vsages de Barcelona, las dichas constitutiones, priuilegios, y otras leyes d la tierra. El qual abra el respecto que de justicia deua hauer, assi del guiage, oguiages que diz que vos distes a Franceses para poder entrar mercaderias, como del guiage que diz que dio el dicho Duque a essos ministros, y tambien de la marcha o represalia en virtud de la qual doña Ysabel pretiende que los dichos Pasteles le pertenescen, y se los puede aplicar. Y de todas las otras cosas que de justicia, y conforme a las dichas leyes deue auerse razon. Y assi lo hazed sin consulta ni dilaciõ alguna, porque assi procede de nuestra determinada voluntad a justicia conforme. E guardaos attenta mente de hazer ni permitir le cõtrario, por quanto nuestra gracia os es cara, e vltra la yra e indignacion nuestra, la pena de mil florines de oro de Aragon de vuestros bienes exhigideros, y a nuestros cofres aplicaderos dexeays no incorrer. Dat. en la nuestra ciudad de Toledo a ocho dias del mes de Octubre del año del nascimiento de nuestro señor de Mil y quinientos veynte y cinco.

Yo el Rey.

V. Ca.	V. de Ferrera R.
V. Generalis thesaurarius.	V. de Bononia R.
	Vidit May. R.
	V. Ram. R.

3 Contenta in dictis Regiis literis, & prouisione fundari potuerunt, & arbitror fundata fuisse per constitutiones generales Cathaloniæ in tit. de obseruar constitutiones citas, præcipue const. incipien. 4 En tots los capitols. fol. 27. ibi, E tots los officials si que sien nostres. ponderando vniuersalem dictionem, tots los officials, ergo & capitaneus. Et e, encara statuym, volẽ, ibi. e los officials nostres qui son, e seran, tinguen, e obseruen los capitols &c. & ibi manant a tots los Veguers e corts, e a tots los officials, e als sotsmesos nostres presents, e esdeuenidors. Ponderando verbum, totes corts signantet si esset verbum (vt ipse capitaneus asserit) quod ipse aliquo casu habeat, curiam, ergo ipsa comprehenditur, quia qui totum dicit nihil excludit, &c. & ponderando verba quę sequuntur. E a tots los officials nostres, & ibi, e als sotsmesos

sotsmesos nostres. Nam non solum mā datur officialibus, sed etiam subditis domini Regis, licet non sint officiales: sed capitaneus est subditus domino Regi, ergo capitaneus nedum vt capitaneus, sed etiam vt subditus, licet capitaneus non esset, teneretur & tenetur seruare constitutio. & alia iura Cathal. & ibi. en alguna cosa no contrauingen, & in c. b Item que vos señor, [b] e lo dit primogenit, ibi a tots y sengles officials presents e esdeuenidors &c. expressius in d. titu. c in c. Itē senyor con la potissima [c] in verbo capitans lo. 1. vbi indistincte & generaliter loquitur de capitaneis, & sic intelligi debet de quocunq; capitaneo etiā generali & magis de generali, quam de particulari, cum ad generalem magis adaptetur dispositio & effectus d. consti. id est obseruantia consti. videlicet, quod nedum ipse illas seruet, sed etiam faciat & mandet illas seruari per eius locumt. & alios suos capitaneos particulares, vt sunt capitanei infanteriæ seu alii probatur ibi, e lochtinents de aquells, & ibi, Que tendran, e obseruaran, e tenir, e obseruar faran, e manaran, Et quod dicta constitutio intelligatur de quocunq; capitaneo generaliter: Comprobatur quia post prædictum verbum generale capitans, loquitur & disponit de capitaneis particularibus. s. de capitaneis ciuitatum villatum, & locorum, ac de alcaydis castrorum, & locumtenentibus illorum.

Et quod loquatur de capitaneis guerræ probatur nō solum, quia (vt dictum est) loquitur indistincte & generaliter, & lex generaliter est intelligenda per iura vulgata, sed etiam, quia condecendendo postea ad species loquitur de alcaydis guerræ, quorum officiū totale & potissimū est, & consistit in tuitione & defensione castrorū ab inimicis. cōprobatur etiā quia loquitur de capitaneis habentibus iurisdictionē, quod patet, quia dicitur ibi, quod dominus Rex faciet cōsti. seruare per suos cancel. vicecan. regētem cancel. gerentem vices generalis gub. vicarios, baiulos, algutzirios, & alios ministros & officiales ordinarios, capitaneos, vicecap. capitaneos ciuitatū villarum &c. Et quicunq; ex prædictis habeant iurare, q seruabunt & facient & mandabūt seruare d. consti. mandare enim obseruantiam cōsti. iurisdictionis est, & potestatis per tex. in l. iubere cauere, & ibi nota per doct. ff. de iurisdictio. om. iudicū, & per nota. in l. imperiū eo. ti. & per consti. Per tant que les leys col. 3. ibi. E en les altres corts, e juys del d dit principat in ti. de explanar constit. [d] fol. 33. & ibi Mier. n. 20. collat. 9. fol. 50. & etiam prædicta comprobātur per cōclusiones curiarum generalium anrorū videlicet 1542. 1547. 1553. 1564. in quibus conclusionibus dominus Rex firmando, & iurando dictas constitutiones loquitur sub his verbis, Volumus per nos & nostros successores, & officiales nostros omnes inconcussè, & inuiolabiliter obseruari. Qua propter futuro locumte. & capitaneis generalibus nostris &c. iustitiis, curiis, & vniuersis & singulis officialibus nostris &c. constitutis, & constituendis dictorum officialium locumte. præsentibus & futuris &c. teneant, obseruent, & ab omnibus faciant teneri, & inuiolabiliter obseruari. Adde idem dispositum fuisse in conclusione nouissimarum curiarū generalium anni M D lxxxv.

Et ita antea dispositum fuerat per dominum Regem Petrū tertium expressè in & cum ordinationibus per eum factis super factis guerræ in ordinationibus officiorum Senescalis, & Algutziriorum. Et in ordinationibus officii conestabuli, quas diu vidi in archiuo rationalis Cathaloniæ in ordinationibus officiorum factorum per Regem Petrum tertium super factis guerræ, & incipiūt, Ordinatio nouellamēt feta per lo señor Rey sobre los officis de la Senescalia, e algutzirs seus, la qual fo liurada per lo senyor Rey a mi Pere de Margeus, scriua de ratio seu, en sant Matheu en lo mes de Maig del any de la natiuitat de nostre Senyor Mccclxviiii. & signanter in c. Item lo conestable deu jutjar fo. 119

vbi

vbi expresse dicitur,quod conestabulus
qui est caput exercitus,& superior om-
nibus aliis in factis guerræ,deber tenere
secum leges Hispaniæ, vt posset æqua-
liter iudicare omnes quæstiones, qui
essent inter homines de la host, &
hoc per leges factas per Reges Hispa-
niæ, & in ca. Item ordenam al offici de
condestable sub tit. de la cura e guarda
fol. 120. disponitur quod conestabulus
seruare debet vsaticos foros,& constitu
tiones regnorum & terrarũ domini Re
gis,cuius capituli verba sunt hæc. Item
ordenam al offici de conestable pertãy
que donats reptaments per alguns vu-
lles siē homens de paratge, o de peu en
nostra cort, o del nostre primogenit, a
ell o acordam de cometre,e que sie lloc
e cars dela batalla,e feta la ferma en no
stre poder,o del primogenit, lo conesta-
ble reba les penyores quels batallers de
uen tornar, e la seguretat se done per
manlleuta de les dites penyores, e face
fer lo camp,e guardar aquell, el face te-
nir segur,e face totes e sēgles coses ques
pertanyen al acte de les batalles: seruãr
stil de les nostres corts,vsatges,furs, cõ
stitutions de nostres regnes e terres.

Nunc superest dumtaxat respondere
ad ea quę pro inconuenienti allegantur
si constitutiones, & alia iura Cathalo-
niæ seruari deberēt per capitaneos guer
neos guerræ,quorum primum & potis-
simum est,quod secundum consti.& a
lia iura Catha. causæ tam ciuiles quam
criminales decidi debeāt parte citata,&
datis dilationibus pro dandis defentio-
nibus, & in ciuilibus processus est denũ
tiandus,exceptis causis executiuis,& in
4 rebus & negotiis guerræ dilatio est peri
culosa,ita quod multoties tam promp-
ta requiritur executio pœne,quam cõ-
misfio delicti,& declaratio delicti,est e-
xecutio pœne,ne propter tarditatem pu
nitionis delicti inde deterius sequatur,
vt pote,si vnus ex militibus exiliens in
acie prior fugam fecerit militibus spec-
tantibus,aut si alios sui exercitus timi-
diores redderet, aut in exercitum cons-
piraret, seu secreta hostibus, seu inimi-
cis nunciaret,si piger fuerit, vel similia
comiserit. De quibus est tex. in l. omne
delictum est militis,& per totum titulũ
ff.& C.de re.mili. Et debēt capitanei de
licta secun.modum militarem castigare
l.officium regentis exercitum §. 1.vers.
officium tribunorum & ibi glo.in ver-
bo modum ff.eo.per quem tex.a contra
rio sensu probatur quod modus proce-
dendi contra milites est diuersus a mo-
dis procedendi contra alios non milites;
inter armorũ.n.strepitus verba iuris ci-
uilis exaudiri non possunt:quippe aiũt
5 milites,ius est in armis, Nos enim ensē
damus pro libello,vt refert Paris de Pu.
de re militari.§ secundo in principio.

Prædictis & aliis similibus multifariè
responderi potest pro vt etiam idem Pa
ris de Pu.in d.§.secundo respon. dicēs,
Scileant milites & arma tenientes,qui le
ges & ciuilia iura despiciũt quæ totã rei
militaris normam,regimen, & discipli-
nam dedere, nam & iudei quæ sunt di-
uersę sectę nobiscũ legibus romanis vtũ
6 tur allegat text.in l.Iudei C. de iude.&
imperatores & iurisconsulti fecerũt le-
ges de re militari, & inter militares, &
iura ciuilia regũt ministeriũ militare,re
gũtq;omnes gentes.allegat leges in no
mine domini,de officio præfecti afri. in
quit etiam,quod sacrilegi essent milites
& qui rei militari operam dant ,si leges
imperatoris,& eorum causas despicerēt:
quia ipsi legibus subiiciũtur, & nõ licet
cuiquã cõtra statuta imperatoris obiice
re, quia nemo est qui sēsum imperialē,
& regalē cõtēnere possit,per tex. nota-
bi.in l.si imperiales.C.de legibus,nã ne
dũ milites,sed imperiũ legibus subiici-
tur,& nõ leges imperio,allegat.l.digna
vox ff.de legibus:quod præmaximè, &
fortius procedit in hoc nostro Cathalo
niæ principatu, in quo dominus Rex
7 ꝓpter suã benignitatē voluit se subiice-
re cõstitutionibus Cathaloniæ, & iura-
uit illas seruare,& seruari facere p quos
cũq;officiales,capitaneos,& alios subdi
tos suos sub decreto nullitatis ipso fac-
to si quicquã per se,vel suos officiales ꝓ
uisum,cõcessum,vel factũ fuerit contra
dictas

diƈtas conſtitutiones,vſat.aƈta curia,pri
uilegia,& conſuetudines Cathalonię in
iũgẽdo,quod nõ obediatur diƈtis proui
ſionibus, & literis cõtra conſtitutiones
conceſsis,etiã ſi prima,ſecũda, & tertia
iuſsio fuerit ſubſequuta, & inobediẽtes
puniãtur certis pœnis de quibus in dic-
ta conſtitutione,poc valdrie.in ti.de ob
ſeruar conſtitutions c.Itẽ ſenyor com la
potiſsima,eo. tit. quę loquitur expreſſe
in capitaneis,vt latiusdiƈtum eſt,ſupra:
ſi igitur dominus Rex(qui eſt caput to
tius reipublice,& fons iuriſdiƈtionis,vn
de alię omnes emanant)tenetur ſeruare
conſtitutiones, & alia iura Cathalonię
quis dicet capitaneos,& alios (quorum
iuriſdiƈtiones,& poteſtas emanant a do
mino Rege) non teneri ad obſeruãtiam
diƈtarum conſtitutionum?certe nullus.
nam ſi id quod minus videtur ineſſe in
eſt, a fortiori, & id quod magis , vt per
Euerardum in ſua centuria , ſeu modis
arguendi in loco a minori, ſeu a fortio-
ri lxv.fol.ccccxxxvi. ad quem breuita-
tis cauſa me refero,& profeƈto aliud aſ
ſerere eſſet ſentire:maiorem habere po-
teſtatem capitaneum.& creaturam do-
mini Regis quam ipſum Regem domi-
num & creatorem diƈti capitanei quod
abſit a me nedum dicere,ſed nec cogita
re.Prędiƈta etiam comprobantur per di
ƈtas regias literas direƈtas Guillermo de
Rocãdolf ſuperius latius relatas, & per
diƈtas Regias ordinationes ſuper faƈtis
guerrę c.Item lo coneſtable deu jurar,
ſub titulo dels juys quels coneſtables
fol.119.& ca.Item ordenã al official del
coneſtable.fol. cxx. ſub tit.de la cura e
guarda que lo coneſtable.&c.

Nec eſt verum,quod ex obſeruantia
conſtitutionum Cathalonię,& vſa. Bar
cinone ſequatur inconueniens allega-
tum : nec aliud videlicet, quod propter
dilationes cõſtitutionum militariũ, res
& diſciplina(quę celeritatem deſiderat)
pateretur,quoniam reſpond.quod con-
8 ſtitutiones & vſatic. Barcinone in his
quę celeritatem deſiderant, non prote-
lant,nec diferunt negocia,nec deuiant a
ratione,immo ſunt conformes rationi,
& expreſſe ampleƈtuntur rationem na-
turalem, in tantum quod diſponunt, ꝙ
deficientibus illis, procedatur ſecũdum
ſenſum naturalem, & bonam rationem
c.encara ſtatuim in tit. de leys,vſatges,
e conſtitutions.e & in cap. Item ſenyor
quel Canceller in tit. de offi. de cancel.
& vt clarius demonſtretur , & intelli-
gatur,quod conſtitutiones Cathalonię,
& vſa.Barcinone diſciplinã,& rem mili
tarem nullatenus impediunt:referam a-
liquas conſtitutiones,& alia iura patrię
quę ad propoſitũ facere videntur,Sciẽ-
dum eſt quod ſecundum conſtitutiones
vſat.& capitula curię prius iudicãdum
eſt ſecundum vſaticos Barcinone conſ-
titutiones generales Cathalonię, & pri-
uilegia,& poſtea in ſubſidium ſecũdum
ius comuoe,canonicum,& ciuile bonũ
ſenſum,ſiue ſeny,equitatem & bonam
rationem.

Primum enim editus fuit vſaticus in
cipiens,juys de la cort.in ti. de celebrar
f cort fol.19.f vbi dicitur,quod iudicia cu
rię,& vſatici,non fuerunt miſsi niſi ꝓp
g ter duritiam legis,g & propterea conſti
tuerunt principes,quod ſit iudicandum
ſecundũ vſaticos, & vbi non ſufficerent
vſatici , redeatur ad leges ad arbitrium
Principis,& ad ſuum iudicum curię.

Poſtea in curia Barcinone celebrata
in ti.de lleys,vſatges,y conſtitutions,c.
h encara ſtatuim ab conſell dlsſobredits h
fol.26.fuit ſtatutum quod non poſsint
allegari nec admitti leges Romanę nec
Goticę, ſed ſecundum vſaticos Barcino
ne,et indefeƈtum illorum ſecundũ ſen-
ſum naturalẽ ſiue ſegons ſeny natural.

Poſtea vero in curia celebrata Barci
none per Reginam Mariam vxorem,
& locumt.generalem Regis Alfonſi, in
ti.que aduocats.ca.incip. Aſſats es coſa
i rediculoſa als juriſtes.i fol.72.diƈtũ fuit
(licet incidenter,quaſi aſsignando ratio
nem de diſpoſitis in illa conſtitutione:)
quod ſecũdum vſaticos Barcinone con
ſtitutiones, & capitula curię Cathalo-
nię ante omnia alia iura,judicari debeat
intra principatum Cathalonię.

Poſtea Rex Petrus &c.in pragmati-
ca

l ea. (seu declaratione per eum facta quę data fuit 23. Februarij 1580. post volumen constitu generaliū sub tit. pragmaticas, e altres coses faēts per los poblats en lo present principat de Cathalunya fol. 323. declarando dubium, quod in ciuitate Dertusæ per nonnullos fiebat, an videlicet constitutiones Gathalonię generales iuri scripto canonico, vel ciuili præferri deberent rat one statutorum, consuetudinum scriptarum habētium, quod ipsis co suetudinibus, vel statutis
g deficientibus ad ius canonicum, vel ciuile habeatur recursus, nec ne, dispositit, vt sequitur. Attento quod in Cathalonię principatu dictę cōstitutiones generales pro legibus habentur: dubiis huiusmodi occurrentes, tenore præsentis prouidemus, statuimus, ac pragmaticè declarando ordinamus, super his, præhabito maturo consilio, quod super dictis iudiciis deficientibus dictis statutis, vel cōsuetudinibus: primitus obseruentur cōstitutiones Cathaloniæ generales, quā ad ius canonicum, vel ciuile super ipsis recurratur, ipse enim cōstitutiones, quę per nos, vel prædecessores nostros de cōsensu generalis dicti principatus editæ fuerunt, legibus, ac cōstitutionibus Romanis quibus obseruandis, nisi si & in quantū volumus, non tenemur petere, minoris auctoritatis esse non debent, sic quemandamus charissimo primogenito nostro, &c.

Postea in curia Barcinone per Regi. Mariā celebrata in ti. de offici de Canceller c. Item señor quel Canceller, e Vicecanceller statutū fuit quod cancellarius & vicecancellarius pro dño Rege iustitiā regant & ministrēt secundū vsaticos Barcinone cōstitutiones, & capitula curiæ Cathaloniæ, vsus cōsuetudines siue constitutions, priuilegia, immunitates, & libertates cuiuscunq. ius commune,
m æquitatem & bonam rationem.

His præmissis reducendo dictas constitutiones ad practicam, ponatur quod miles seditionem militum atrocem concitauerit, vel dux factionis fuerit, vel quia existens in acie prior fugā fecerit, quibus casibus propter exemplū malū puniri debent, & expedit puniantur in continenti, nam mora noceret, aut est verisim le, quod nocere poss t, quia alij cōmilitones simile facerent si promptā, & similem non spectarent punitionem, nunc videamus qualiter sit procedendū in dictis casibus per dictum capitaneū, & an ipse impediatur per cōstitutiones incontinenti ad promptam vindictam seu punitionem procedere, & adhuc, videndum est prius an sit aliqua constitutio, vsaticus, vel capitulum curię quæ super his expresse disponant: nā si non sit constitutio vsa. vel capitulū curię quæ super his disponant: recurrendū erit ad rationem naturalem & ad ius commune, canonicū & ciuile. Sed sic est, quod non est aliqua constitutio, vsa. vel capitulum curiæ quę super his disponant expresse: ergo secundum cōstitutiones recurrendū erit in dictis casibus ad sensum naturalem seu ad ius commune canonicum, & ciuile, sed ratio seu sensus naturalis dictat (vt capitanei asserunt) quod talia delicta puniantur in continenti, & q puniantur pœna capitis, appellatione remota: ergo poterunt, & debent puniri dicta pœna, & incontinenti per capitaneū appellatione remota, & erit conforme dictę constitutioni. imo potest affirmari, quod procedendo modo prędicto, proceditur secundum constitutiones, cum ipse constitutiones hūc sensum, & ius cōmune amplectantur, & disponant, quod in his casibus procedatur secundū sensum naturalē, & ius cōmune, vt dictum est, & omnia nostra facimus quibus nostram impartimur auctoritatē de pœna est tex. in l. desertorē versi. qui seditionem, & l. omne delictum militis ff. de re mili. & quod non admittatur appellatio est tex. in l. constitutiones. ff. de appella. ergo disciplina militaris non impeditur propter obseruantiam constitutionum, in delictis tamen quę non ita promptam pœne executionem requirunt, vt est in delictis quę committerētur extra aciē durante bello, vel in delictis quæ committeten-

mitterentur tempore pacis non procederetur ita executiue, rigurose, & grauioribus pœnis, sed audito delato, & dato competente arbitrario termino ad se deffendendum, & mitioribus pœnis, sicut enim minus punitur miles qui deseruit tempore pacis, quam ille qui deseruit tempore guerræ: ita etiam minus inter est disciplinæ militaris, quod delati milites defensiones arctentur tempore pacis, quã quando delictum committeretur tempore guerræ, & minus quam si committeretur in acie, & in his quę concernerent periculum totius exercitus, vt in fuga, in proditione, seu secretorum reuelatione, in cõspiratione, &c. pro quo est tex. in l. qui vno testiculo. §. qui filium suum. & l. non omnem de sertorem § qui in pace ff. de re milita. vbi minori pœna puniuntur delicta comissa per milites in pace, quam tempore belli, & valet argumentum de re ad tempus, & e contra per tex. in l. miles ita §. quia diximus ff de mili. testa. quem ad hoc allegat Ias. in l. si quis ita nu. 7. ff. de vulga. & pupil. substi. & Euerar. de mo lis arguen. in loco a te ad tẽpus, & e contra cxxxviiij. fol. 110. vbi late tradit.

11 Aduertendum tamen est, quod licet non reperiatur constitutio expresse disponens super dictis casibus, sed solum generaliter approbando ius commune Romanorum, & canonũ deficientibus constitutionibus, vsaticis, & capitulis curię: Attamen domini Reges (qui potuerunt & possunt pragmaticas facere, & ordinare quicquid, dummodo nõ sit contra constitutionem expressam) fecerunt super factis guerræ plures & notabiles ordinationes, quarum aliquas sustuli, & infra ad longum inserui, & in proposito est expressa ordinatio, quæ si milem distinctionem facit in effectu in c. Item lo dit cõestable james nos deu partir de l'hostfol. cxviiij. vbi disponitur, quod si mota fuerit rixa in dicta hoste: conestabulus occurrere cum lanceis, & aliis armis debet, & incontinenti cum viderit culpabilẽ, aut nolentẽ desetere, siue desamparare rixam, lancea illũ percutiat, siue alanceje, & finita rixa faciat capere culpabilem per aiguzirios, & magnã de illis faciatiustitiã, & in alia ordinatione disponitur, quod conestabulus possit culpabiles ponere in carcetibus comunibus quos algutziri tenent in cõmuni. Verba dictarum ordinationum sunt vt sequitur. Itẽ le dit Conestable james nos deu partir de la host, ne deixarla de nit, ne de jorn, per molts casos desuenturats que si podẽ esdeuenir, aixi cõ es, si los enemichs del loc qui se ra asseitiat ferien en la host: com encara si baralles se mouen entre les cõpañies de la host, la qual baralla o brega lo dit Conestable deu estrañament esquiuar, castigar e punir, en tal guisa q̃ sie gran terror, car no es cosa al mon de que a Nos, e al dit Conestable puxe venir tãt gran dãnatge, per quãt deu estar fort recelos, e esserhi fort rigoros. Car encõtinent que lo dit Conestable sent, ne ou brega en la host, deu caualcar fort cuytadament, e vestir vnes cuyrasses ab sos sobresẽñals: perço que missie congut, e ab vna lança en la ma deu acorrer ves aquella partida hon sentira, o veura la brega, e la batalla, e als primers que encontre que vege que siẽ culpables, o no vullen desamparar la dita brega, per ell encontinent los lanceje de sa ma, e passada la brega, face pẽdre per los algutzirs los culpables, e de aquells face gran justicia. Los algutzits axi mateix, &c.

a 27.) in nou. compil. fol. 44.
b titul. de obser. conf.
c com la potissima (eod titu.
d ti. de explanar consti. (in noua vero cõpilatione tit. de la noua cõpilatio inordi. it
e 26.) in nou. compil. fol. 91.
f 19.) in nou. vero compil. 36.
g Duritiam legis. (vsat. iudicia curię titul. de celebrar corts & ibi glosatores cum Marquill. Cali. in vsat. vnaquęque mulier n. 4. alias causas extra prędictã propter quas vsatici fuerũt cõditi vid. p Iacob de Monte Iudai. & Calic. in vsat cũ dñs Olib. in vsat. alium nãq. de iur. fisc. n. 3.
h Sobredits (quod est volum. 3. correctar. & superf. lib. 1. titu. 8.

l. Iuristes.] titul. de aduocats. fol. 177.
l. Pragmatica.) titu. de lleys vsatges y con stitutions fol. 28. vol. 2.
m. Equitatem & bonam rationem.] vid. supra in tract. circa formam decidēdi cau sas in regia audienti a & in addit. ad eun dem.

CAP. 116.

SVMMARIVM.

1 *Capitaneus guerræ in quibus casibus potest cognoscere ciuiliter inter militem & prouincialem: & in quibus de milite potest cognoscere criminaliter: & quid quando locumtenens generalis est extra methas exercitus.*



1 Casus in quibus capitaneus generalis guerrę in Cathalonia inter militem, siue stipendiarium, & prouincialem cognoscere ciuiliter potest & consueuit, & in quibus non: & casus in quibus criminaliter de milite, siue stipendiario cognoscere potest, & consueuit & in quibus non, & quid in quibus nō. & quid si dominus rex vel eius locumtene s generalis qui vocatur prorex, siue Virey, est pręsens in castris, siue intra metas exercitus, & an locumtenēs generalis domini regis in Cathalonia cognoscere consueuerit, de crimine desertionis, & de alio delicto per stipendiarium comisso: posui in tracta. de potestate capitanei generalis guerræ in c. Postquam igitur apertè ostensum: pro batiumq. fuit versi. Capitanei guerræ qui olim cum pluribus seq. & in versi. capitaneus generalis non potest cognoscere ciuiliter, cum sequentibus; & in versi. ordinario armorum, & versi. Adde, quod quando princeps est ptesens in castris: ponuntur aliquæ conclusiones extractæ ex libris conclusionum regię audientiæ de annis M D v. & M D xxxxiii. in quibus constat, quod locum tenens generalis domini regis in Cathalonia cognouit de crimine desertionis, & de alio delicto per stipendiarium cō- misso, & alia conclusio extracta a libro conclusionum gubernationis cum doctoribus regii consilii procedētis sub die 3. Martii. Mccccclxxii. vbi etiam fuit determinatum & conclusum, quando, seu in quibus casibus capitaneus generalis guidare poterit, & in quibus non. & ibi ponitur casus specialis in quo capitaneus generalis cognoscere potest de hominibus qui non sunt de suo exercitu, quod nota, & de materia vltra prædicta, vide Cali. in margarita fisci, in viii. dubio prærogatiua xxxviiii. & xxxx. Dictas cōclusiones relatas, & authenticatas reperii in quodam libro Stephani Puig. tunc tunc aduocati fiscalis, & Regii consilii doctoris bonę memoriae, quę de facili verificari poterint in libris conclusionum, & illas reperii relatas vt sequitur.

Conclusiones.

In libro concl. anni 1505. 30. decembr. 1505.

In facto fis. procu. contra Mathiam Sabet, & Petrum Sarut de crimine desertionis delatos fuit conclusum, quod sustigentur, & banniantur.

17. Decemb.

In facto fis. pro. contra Petrum Vila noua, Iacobum Labero, & Ioan. T. dela tos de crimine desertionis, fuit conclusum quod fustigentur, & banniantur. 16. Ianua. 1550.

Alia concl.

12. Decemb. 1543.

Ioannes Mestre alias Errat villae de Prada terrae confluentis stipendiarius societatis Petri de Lupia. capitanei 300. peditum inculpatus de pluribus criminibus, fuit suspensus ad relationē Steph. Puig. vt ipse aseruit in suo libro dicēs, q̄ licet in sententia non nominetur stipēdiarius tamen probatur in processu per plures testes, & eo tempore erat locum te. generalis, & capitaneus &c. Marchio de Aguilar.

24. Maii. 1505. contra cepitaneus.

Quia ordinarii non erant potentes, fuit euocata causa ad regium consiliū. In libro cōclusionum Gubernationis

cum

cum doctoribus regij consilij.31. Martij 1432. interfuerunt.
Assessor.
Gaspar Vilana Vicecancella.
Damianus Mont.Regens can.
Ioan Ros fis.ad.
Thomas Mieres.
Ioan.Andreu.
Baltazar Ciuila.
Fr. Moler.

Primo fuit conclusum, quod capitaneus gen.non potest cognoscere de hominibus qui non sunt de suo exercitu, sed aliàs delinquunt, vel aliquid satisfaciunt contra eos qui de exercitu sunt, sed ad D.Gubernatorem, vel alios ordinarios horum cognitio, & punitio pertinebit, nisi forsa dicto capitaneo,fuisque algutziriis ducendo exercitū, vel aliàs opera ad bellicam artem pertinentia exercentibus de facto resistentia fieret:Quo casu de iure, & pro vtilitate publica, ne belli exercitium eo modo impediretur, cognitio & punitio ad d. capitaneum pertineret.

Item quod d.cap. cum guidarica sint de regalia principis, & non possint ab aliquo de iure cōcedi quia ex mera gratia sunt missi ab ipso principe,vel ab eo officiali,aut guidare est concessum per priuilegia,vsaticos Barcinone, vel constitutiones Cathaloniç,vel alias ex vsu, seu consuetudine, cuius memoria in cōtrarium non existat, sed si aliquem ad exercitium belli venire faceret,vel transmiserit,vel eo opus sibi fuerit dum tamen fiat sine dolo & fraude, quoniam illę talis a lege securitatem, & inducias habet pro vtilitate Reip. ideo illos tales potuit expresse guidare,quia tale guidaticum executio iuris est.

Super contentione iurisdi. 19. Nouemb. 1504.

In facto contentionis inter regentē Vicariam,& nos Iacobum de Cardona vnum ex capitaneis super persona Michaelis Nauarro detenti per dictum regentem Vicariā Gerundę,& causa, fuit euocata ad regium consilium. &c. 26. Aug. 1505. fuit conclusum quod dictus Nauarro relaxaretur.

Serenissima infantissa Ioanna Princeps Portugaliç.Locumte.genera.Regnorum Hispaniç scripsit Marchioni de Tarifa Locumt. genera. & doctoribus regij consilij literis datis Vallisoleti. 11. Iulij 1555.expeditis per Regiam cancellariam vt sequitur.

Quanto al otro articulo que se afirma que los naturales de la tierra que estan assentados en las compañias de cauallo a sueldo de su Magestad pretendē en todo y por todo ser exemptos de la jurisdiction real ordinaria y ser sujectos a sus capitanes, porq̃ esto seria prejudicial segun se affirma a la dicha jurisdiction Real,y que solamente se ha de entender en cosas de guerra, quedando en lo otro debaxo de la jurisdiction de su ordinario,vos mandamos que cō parecer de los dichos Real consejo declareys sobre esto lo que fuere de justicia con toda breuedad,teniēdo mucho miramiento en estas nueuas occurrentias para que haya orden,y no se de lugar a nouedades que serian en deseruicio de su Magestad.

Miles transfuga & defraudans stipendia, qualiter puniatur.vid.mag.deci.luc.2.

SVMMARIVM.

CAP. 117.

1 *Contentio inter Capitaneum, & officialē Regium declaratur per dominum Regem vel Locumtenentem generalem, remissiuè.*


Ontentio inter capitaneum generalem guerrę, siue belli, & vicarium,vel alium officialem Regiū declari,& terminari debet,& consueuit per dominum Regem, vel eius locumtenentem generalem.

De his dicitur infra in verbo contentio,& signanter in c.incipiē.quando est contentio inter duos officiales regios cum duobus.ca.sequentibus ponuntur fundamenta aliqua ex quibus deciditur hęc

hęc obseruantia, vltra quod est notoriũ & inconcusse obseruatum.

C A P. 118.

S V M M A R I V M.

1 Bellum an & quando capitaneus mouere possit remissiue.



1 Veram an & quando Capitaneus generalis mouere poterit, & quando treugam, & pacem facere, & de portu armorum tradit Cah.in sua margarita fisci in viii.dubio prerogatiua xxxviiii. & xxxx.pag.114.

De iusta causa indicendi bellum Couarr.in relec.reg peccatum.2.p.§.10.vid.deure.c.12.Alfon.a Cast.li.2.de iust.heret. puni.c.14.Aluar.Pelag.de Planct.Eccles.lib.1.articu.37.colum.5.S.Thom.2.2.q.40.art.1.Guid.pap.quæst.191. Nauarr.in rubri.de iudic.n.105.

C A P. 119.

S V M M A R I V M.

1 Causa suspitionis quando reliquiæ, illius remanent, non cessat.



1 Ausa suspitionis seu recusationis non cessat, nec dicitur cessare, quando reliquię suspitionis remanent, aliâs secus, & ita obseruatur.

Ita fuit determinatum in vtroq.concilio ciuili, & criminali Regię Audientię xv.Nouembris M D lxxxiii.in causa quę in Regia Audientia vertebatur inter Hieronymum Ortiz ex vna, & Ioan.çabater Castri solliti domicellos partibus ex altera ad relationem nunc magnifici Francisci Sala, & olim Petri Clariana de Seua & erat scriba illius causę Rouira regii mandati scriba, & pro eo Marti not.in qua causa fuerat aduocatus illust. Michael Terça nunc regens cancellariam in concilio supremo regię magestatis. Nam fuit determinatum, q in decisione dictae causae non interueniat magnificus Franciscus Puig frater vxoris dicti Terça, ex quo adhuc viuebat dictus Terça.

Et in ea congregatione fuit incidenter tractatum, an pater doctor regii concilii possit interuenire in causa in qua fuerat aduocatus filius dicti doctoris quamquam postea dictus filius fuerit mortuus, & inclinabatur per maiorem partem quod non, quia causa dictę suspitionis non in totum cessat, quoniam remanent reliquiae dictae suspitionis, scilicet affectionis quam praesumitur habere pater in negociis gestis per filium, & cognatus siue frater vxoris dicti aduocati pro quo (inter cetera) allegatus fuit Bal.in c.eum cessante in quarto notabili n.4.ibi, aut remanent reliquiae ipsius causae de appella.in decreta, vbi ponendo exemplum dicit, quod si causa & effectus sunt in diuersis subiectis, vt pater & filius, licet cesset pater tamen non cessat filius, siue natus, siue posthumus, vt ff.de libe.& posth.l.gallus, aut causa & effectus sunt in eodem subiecto, & tũc, aut remanent reliquiæ ipsius causæ, aut non, &c: vt ibi. Adde Panor.in c.vnico. n.5 cognati lega. hanc materiam latissime tradit Andreas Tiraquel.in tractat. cessante causa cessat effectus in decima sexta limitatione, vltra ea quæ deduxerat in xv.limitatione, & quamquam in fine dictæ xvi. limitationis deducat aliqua iura in contrarium vt pote tex. in l.vlti.ff.vnde liber.l.tutelas.ff. de capit. dim.& imo. & Roma. in locis per eum allegatis, intelligentes reliquias pristinæ causæ non esse considerandas in hoc regula, cessante causa, cessat effectus, nisi in casibus expressis: Attamen ipse Tiraquellus in finalibus verbis non aderet illorum sententiæ in reliquiis in quibus esset eadem ratio dicendo per hæc verba. Et id forte uiuus nisi in reliquiis esset eadem ratio.bene erit, quod per cõstitutionem prouideatur aliquid certũ. & (ni fallor) illa multum consistũt in arbitrio ius dicentis.

CAP. 120.



Ausa supplicationis interpositæ a prouisione in causa verbali per Locumtenentem generalem domini Regis facta de consilio Reuerendi Cancellarii Regii, an committi debeat doctori Aulæ dicti Cancellarii, vel alterius Aulę. & quid in supplicatione interposita a sententia diffinitiua, per Locumtenentem generalem lata de cõcilio Cancellarii, dic vt infra in verbo comissio.

CAP. 121.

SVMMARIVM.

1 *Cautio præstanda per pauperem ad prosequendam causam supplicationis per eũ interposita debet esse cũ fideiussoribus licet non ita idoneis.*

2 *Contrarium seruatur in delphinatu.*



1 Autio præstanda per pauperem pro prosequenda causa supplicationis per eũ a prouisione interpositæ, debet esse cum fideiussoribus, & quamquam fideiussores dati per pauperem non sint ita idonei, scilicet bonis quam fideiussores qui dari debent pro exequenda sententia, vel aliqua prouisione, talis cautio admittitur.

In causa supplicationis interposite pro parte viduę Brigidę Calendraix pauperis, a prouisione facta ad relationem Petri Clariana de Seua inter dictam Calendraix, & creditores hæreditatis Berẽgarii Puialt, qua prouisum fuit, quod bona dicti Puialt venderentur in encantu publico, fuit prouisum ad relationem Hieronymi Dalmau de Regio consilio, quod dicta vidua licet esset pauper caueret cum fideiussoribus, iuxta stylum regiæ audientię 22. Septembris anni 1534. in posse Ioan. Anto. Coll, & pro eo Riera, & sic fuit præstita cautio, & dedit quosdam studentes fideiussores, & fuit impugnata cautio, fuit tamẽ prouisum die 17. Octobr. dicti anni, quod attento quod dicta cautio veniebat præstanda pro supplicatione per eam interposita, & non pro executione faeienda, ideo erat sufficienter satisfactum constitutionibus, ac pragmaticis super his disponẽtibus, & sic nota, quod ista Regia Audientia seruat contrarium, quod seruat Dalphinatus, vt per Guido. pa. vbi vide de materia in q. 189. & q. 50. num. 3. hæc tamen decisio fundatur per nostrã pragmaticam in Cathalonia, vt habetur in exemplaribus Hieronymi Dalmau in verbo cautio per pauperes præstanda.

CAP. 122.

SVMMARIVM.

1 *Descriptio fructuum litte pendente facilè concedi solet, sed non ita facile sequestratio.*

2 *Sequestratio est regulariter prohibita.*



1 Ausa pro fructibus littependente non de facili prouidetur, & minus sequestratio, sed descriptio, & æstimatio illorum faciliter concedi solet, & ita milies (vt ita loquar) vidi prouideri, & pro exemplo tantum, ponuntur prouisiones sequentes.

Antonius Castelui Villæfranchæ peniten. petiit quod lite pendente fructus hæreditatis de qua agebatur sequęstrarentur, aut quod Eleonor Alemãy pars aduersa cautionem prędtaret, & ad relationem T. Quintana, fuit facta prouisio sequens.

Die 9. Iunii. 1563. viso processu, & partium altereatis tam super prętensis attentatis quam desc riptione fructum respectiue instatis per partes prouideri, meritis processus attentis & aliàs, factover bo in regia audientia prouider, quod fructus dictę hęreditatis de qua agitur describantur & pro his fiant literę prouisiones, & commisiones oportunę. Super vero prętensis attentatis postea pro uidebitur, & concessa copia intime.

Dicta

Dicta prouisio & determinatio fundari potuit per tex. in l. vnica, & per tradita ibi per Bar. C. de prohibibita seq. vbi dicit regulam esse, quod sequestratio regulariter est prohibita per illum tex. & quod fallit in casibus quos notat glo sa ibi, quam dicit videndam, & sequendam, & subdit quod quando sequestratio fieri non potest, si pars vult,ª quod scribantur quæ res sint in domo, & qui fructus percipiuntur, vt possint res facilius probari. Ista descriptio permittitur per tex. nota. in l. 1. §. penul. ff. de ventre in possess. mitten. licet contrarium faciat l. defensionis facultas C. de iure fisci. & pro solutio. se reffert ad ea quæ dixit in d. §. penul. & idem tenet Bar. in l. imperatores. §. Idem rescripserunt nu. 2. ff. de appellati. & relatio. licet impressio mei libri in verbo, sequestrari, sit corrupta, vt patet facta combinatione illius cum dictis per eum in d. l. vnica versi. quæro, Video insuper quod Bar. in d. §. Idē rescripserunt, tradit quid si timetur de dilapidatione, & capella Tholosa. decis. cccclxxvii. & aposillator ad illum repi logat multa, & pro his videatur late di stinguendo per Panor. in ca. dilectus n. 26. cum sequentibus de sequestra. poss. sess. & fructu. vbi multa ponit quæ subsunt arbitrio iudicis, & æquitati, & de quatuor requisitis ad hoc, vt possit fieri sequestratio. vide per Guido. pap. q. cc xxxxvi. & in Cathalonia, vide inter alia consti. curiæ anni M D xxxxii. c. l. & in curia anni 1547. ca. 52.ᵇ & reliqua de sequestro dicam Deo permittente infra in verbo sequestratio.

Secunda prouisio in causa Pauli, & Gabrielis Gostenchs, contra Clementem Sala de Sant Vicens dels Orts, ad relationem eiusdem Quintana, & in posse T. Palau Regii mandati scribæ, & pro eo Moxo.

Die xxvii. Aug. 1563. viso processu, & partium altercatis tam super prætensis attentatis, quam super estimatione, & descriptione fructuum, & arborum mā si Riera &c. meritis processus attentis & alias prouidet non esse locum reuocationi prætensorum attentatorum, sed quod de illis habeatur ea ratio in diffini tiua quę de iure hābēda sit, & quod fiat ęstimatio, & descriptio dictorum fructuum, & arborū dicti Mansi Riera dels molins citra pręiudicium iuriū, & prętentionum partium. Et quod mandetur dicto Paulo Gostenchs de cetero non scindat arbores dicti Māsi, & terrarum de pertinentiis dicti Mansi fructiferas, nec infructiferas magnas quę sunt instar proprietatis, & eorum scisio proprietatem dicti Mansi destrueret, seu minueret, nisi tantum infructiferas paruas, & ad vsum dicti Mansi, & non ad vendendum. Et quod pro his fiant literę prouisiones & commissiones opportunę super expensis postea prouidebitur, fiat tamen exequutio pro bistractis. con. co. intimetur.

Quintana.

Comprobatur dicta prouisio, & determinatio per iura & doctorum doctrinas, quę supra in proxima alia prouisione referuntur. Et adde infra in verbo, descriptio fructuum, & in verbo fructuum descriptio absq. intimatione prouisionis prouidetur, & sic.

a. Si pars vult.] & etiam parte nolente, quia ista obseruantia loquitur de descriptione iudiciali de qua etiam Bar. & docte. in l. vni. C. de prohi. sequestra. Montan. ad Olib. par. 2. li. 1. c. 6. n. 20. nam casus descriptionis conuentionalis non est dubitabilis, cum aliàs sequestratio conuentionalis sit permissa. Minsing. obser. 35. centu. 5. Anth. Gamm. decis. 277. n. 3. Hęc autem descriptio conceditur quoties per petentem doceatur de interesse suo, aliquaue iusta causa quam obrem descriptionē petat sibi concedendam l. defensionis cū glo. in verbo controuertia pendente Bal. in d. l. defensionis Ange. in l. fin. C. de an no. & triba. lib. 10. Idem ad Bar. in l. 1. de apo. pu. lib. 10. Iaz. in l. si fideiussor §. fin. n. 29. ff. qui satisda. cogan. Vincen. Caro. in tract. de seq. p. 4. post. q. 15. quos refert & sequitur Cancer. par. 2. varia. cap. 4. num. 5.

CAP. 123.

SUMMARIUM.

1 Causæ verbales non incipiunt à querela in curia Vicarii Barchinonæ.

1 Causæ verbales non compræhenduntur in priuilegio, per Regem Petrum xxvi. Iulij. a anni M ccclxxx. ciuitati Barcinone ad supplicationem consiliariorum dictæ ciuitatis Barcinone concesso quod disponit super incipiendis causis contra ciues Barcinone in curia vicarij, seu baiuli Barcinone. & est in volumine constitutio fol. cclxxxxviii. alias cccj. incip. Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, & ideo de ipsis causis verbalibus contra ciues Barcinone, cognoscūt Locumtenens generalis Cathaloniæ, Cancellarius Regius, & Regens Cancellariam quamquam non fuerint inceptæ in curia vicarii vel baiuli Barcinone per querelam, vel alias, & ita inconcusse seruatur.

Ita die Martis quæ computabatur xxiiii. Aprilis M D lxxxiiii. facto verbo per Reuerendum Regium Cancellarium in vtraque aula Regiæ Audientiæ in & pro quadam causa verbali quæ coram admodum excellente Locumtenente generali Cathaloniæ, vertebatur, & fuerat opposita exceptio de dicto priuilegio, fuit determinatum. vltra quod a multo tempore citra, ita fuerat intellectum, & obseruatum, & quāquam fuerit dictum quod repetiebatur memoria inscriptis quod xx. Aprilis M D xxiij. fuit determinatum in vtraque aula, ita procedere in causis inceptis ad instantiam pauperum, & secus esset si causa verbalis inciperet ad instantiam diuitum, & nimirum, quia illud priuilegiū solum fundatur ad vtilitatem illarum curiarum, vt patet in illis verbis, vnde sequitur, quod curiæ Vicarii, & Baiuli Barcinone in quibus plura solebant expediri negocia, inutiles, & quasi rongge factæ sunt &c. & dictum priuilegiū nō facit differentiam inter agentes pauperes, & agentes diuites, quanquam alias posset assignari ratio quare plus Locūtenens generalis, Cancellarius, & Regens amplecti debet causas quibus pauperes agunt quam causas quibus diuites agunt, nam cōtra pauperes quilibet iudex ordinarius est potens, quod secus est, quando agitur contra diuites, quia non omnes ordinarii sunt potentes, & opus est remedio iudicis potentioris, vt est Locumtenens generalis, vel Cancellarius, vel regens per ea quæ dixi in prima parte obseruantiarum Regiæ Audientiæ ca. 26. vbi inter cetera allegatur tex. in l. præsides ibi & l. æsis tenuioribus cō sulatur C. de offi. recto, prouin.

a. Priuilegio.] est in vol. pragm. tit de donar libell o demanda fol. 65.

CAP. 124.

Causæ patrimoniales scilicet Baiuliæ generalis Cathaloniæ, si semel ad Regiam Audientiam euocate fuerint, vt quia dominus Rex esset præsens, & propter superuenientem absentiam domini Regis, & illius Locumtenentis generalis a tota Cathalonia, dicta causa introducta fuerit in curia Baiuli generalis, si postea superuenerit Locumtenens generalis domini Regis, poterunt dictæ causæ ad Regiā Audientiam euocari, & ibi finiri tanquam effecte consistoriales, nec gesta medio tempore in curia Baiuliæ generalis reuocantur tanquam attentata. & ita fuisse com muni voto declaratum 10. Octobris M D xxxviiii. in causa luitionis de osculo stricto ponitur late infra in verbo con sistorialis causa.

Cessio.

Cesio.

CAP. 125.

SVMMARIVM.

1 Cesio quamuis non fuerit intimata obligato cum scriptura tertii, fit contra cũ per regiam audientiam executio.

1 QVamuis cesio non fuerit intimata a obligato cum scriptura tertii in curia vicarii Barcinone, solet fieri exequutio per Regiam Audientiam.

Factum fuit vt sequitur.

Frater Benedictus Sabater habebat obligatum cum scriptura tertii in curia Vicarii Barcinone Augustinum Clauerol domicellum & alios, & Franciscus Clauerol non obligatus soluit debitum pro dicto Augustino, & dictus Sabater creditor fecit apocham cum cesione dicto Francisco Clauerol, & ipse in vim dictæ cesionis exposuit retroclamum aduersus præfatum Augustinum. fuit dubitatum, an procederet dicta expositio retroclami, seu an posset prouideri executio in persona & bonis dicti Augustini siue citatione præcedente, attento quod dicta cesio nõ fuerat intimata dicto Augustino Clauerol debitori: attamen 5. Iulii. 1549. referente magnifico Francisco Giginta, facto verbo in Regia Audientia, fuit prouisa executio non obstante quod dicta cesio non fuit intimata dicto Augustino, nec alteri ex dictis obligatis. pro quo videatur apostillator ad Barr. in l. si sit legatum. §. si quis ita in verbo in cesionarium ff. de lega. 1. Ludo. Roma. consil. 142. & alii quos refert dictus Apostillator. Quod nota pro limitationibus notatorum in l. 2. ff. de noua. est in posse Coll aliàs Rouira scribæ mandati, & pro eo Rouira eius nepotis.

a. Contrarium huius obseruan. tenet Alcia. in l. 1. n. 24. ff. si cert. pet. & l. quoties n. 9. ff. de non. oper. nuntia. affirmans se vidisse in hoc casu ob defectum intimationis plures capturas annullari idẽ tenet Bal. in l. per diuersas. C. manda. Marsi. singul. 26. Alex. consi. 95. col. 4. & consi. 433 col. 2. li. 1. (licet aliter consi. 18. ver. circa tertium dubium. li. 5.) Boer. qui latè hanc q. pertractat. decis. 10. n. 1. & 2. Tesau decis. 220. nu. 5. Sed his contrarium & pro ista obseruantia tenet Ioan. And. ad specul. in rub. de cesion. Pau. de Cast. consi. 91. n. 3. vol. 1. Ludo. Rom. cons. 38. Idem Pau. in l. postulante n. 6. ff. ad trebel. scriben. in l. si sic legatum. §. si quis ita signanter Iaz. n. 5. ff. de lega. 1. quos refert & sequitur Cãc. attestaturque pro hac vltima opin. consuluisse & obtinuisse iuxta istam obseruantiam. par. 1. varia. c. 17. n. 32.

CAP. 126.

SVMMARIVM.

1 Cesionarius non admittitur contra debitorem, nisi vsq; ad quantitatem quam realiter cesionarius cedenti, soluit licet cedens numerationem maioris quã constet confessus fuerit.

1 IN cesionario admissa fuit per Regiam Audientiam dispositio l. per diuersas, & ab Anastasio. C. manda. videlicet quod cesionarius non admittitur contra debitorem contra quem cessæ sunt actiones, nisi vsque ad quantitatem quam re ipsa cesionarius cedenti soluit, etiam si cedens confessus fuerit numerationem maioris prætii quod constat re ipsa fuisse solutum.

Ita fuit declaratum in causa quæ vertebatur inter nobilem Elizabetem de Pinos & May ex vna, & nobilem Ioannam de Boxadors ad relationem Augustini Gallart, & Petri Clariana de Seua, tunc doctoris Regiæ Audiẽtię in posse T. & pro eo Sapila nota. 23. Iulii. 1550. hoc sumpto motiuo, quia in viam iuris cesionarius non agit contra debitorem, contra quem cessę sunt actiones, nisi vsque ad quantitatem

quam reipsa cessionarius cedenti soluit etiam si cedens confessus fuerit numerationem maioris prætii, quam quod cōstet re ipsa fuisse solutum. Idem fuit seruatum in causa vertente inter economū monasterii diui Hieronymi Vallis de Ebron ex vna, & Iacobum Bernoy pattibus ex altera referente Michaele Ferrer regio consiliario in qua, quatto Iulii, facto verbo in Regia audientia, fuit facta prouisio, & fuit ab ea contrario imperio supplicatum, pro quo vide infra in c. incip. Ioannes Staper.

Et not. quod l. per diuersas. & l. ab Anastasio C. mā da. fundāt se in præsumptione simulationis. l. per diuersas. ibi. hocq; modo diuersis personis littigāt. ū vexationibus affi cere &c. Et l. ab Anastasio ibi. sed cū hi qui circa lites morātur cādē piā dispositionem in sua natu. a remanere minime (?) inuenēres machinationē, vt partē qui ē de biti vēditioni (?) trāferāt in aliū credi- o rē reliquā autē partē per coloratā cedant do nationē ex quorū verbis colligūtur præsum ptiones quibus se fūdāt d. l. & ex Soci. iun. cōs. 48. n. 6. li. 3. Alex. in respō. 124. n. 9. Ioā. And. ad specul. ti. de præsump. §. species n. 5. versi. in prædict. cōtor. Cepol. in tract. de simulatione cōtractuū n. 99. Cyn. Ang. Salic. Fab. & alii in d. l. per diuersas. Antho. Gab. li. 2 cōclusio. cōclusiō. 5. n. 51. Et ita fuit decis. in regia audiē. 4. Mar. 1606 in causa Bernardi Peyter cōtra Bernardū Mōjo referente grauissimo senatore Hieronymo Astor. fuit tūc actuarius Raphael Pasqual nūc vero Dominicus Fōtana hanc decis. reperii in l. manuscripto diuersarū materiarū in theorica & practica valde perutiliū egregii doctoris Pauli Benedicti Cabrer. Et hæc præsumptio, cōsequenterq; dispositio dictarū ll. cessat & fallit quā do talis cesslo esset facta pro iusta causa seu necessaria cedētiq; vtilis gl. in verb. vēditionis cū scribētibus d. l. per diuersas Bar. in l. post dotē ad fin. et ibi doctor. maximē Bologn. n. 358 solu. matri. Pau. de Cast. cōs. 222. ad fin. vol. 1. et cons. 1. in fi. vo. 2 Viui. decis. 158, quos allegat et sequitur Mōter in Decis. regn. Arag decis. 35. n. 68. Et in regia audiētia fuit ita decisum in causa quā Frāciscus Iener I. V. D. de Vildecona fouebat cōtra T. Forcadell vigore cessionis sibi factæ pro 60. libris de quātitate 200 et 500. li. die 2. Octob. 1603. referente accutissimo senatore Iosepho Benac quā decis. reperii in li. aureo exēplariorū quos summa cura collegit illustris regius senator Michael de Salba et de Vallseca. et est in ordi. 105. et sic cessio prædicta fuit reputata nō simulata eo quia dictus N. erat pauper, et domiciliū habitationis quod fouebat in villa de Vildecona distabat a ciuitate Barchino nę vbi erat decernenda executio ferē per 50 leucas sumptusq. litis nullomodē poterat sustinere, et sic absq. huiusmodi cessione erat ei actio penitus inutilis etc. Et has causas pro limitatione fallētiaq. dictarū ll. necessarias iustas vtilesq. cedēti reputāt cōmu. ibi scrib. præter quos prosper Carauit. ritt. 228. n. 13. Ant. Gab. in d. cōcl. 5. mēn. de præs. li. 3. præs. 129 n. 16. vol. 1 qui li. 2. arbir. iud. cas. 248. cētur. 3. legittimitatē dictarū causarū inter casus arbitrarios cōnumerat. Pro intellectu vero d. l. per diuersas viden. Put. decis. 2. n. 5. et de illius materia vltra cō (?) scrib. et d. allegatos Guid. Pap. q. 273. vbi de cessionibus quę fiūt studentibus priuilegiaris. Vic. c. 3. incip. leges romanas colla. 6. par. 2. Cuya. obser. li. 8. c. 31. Rot. genu. decis. 13. cancer par. 1. varia. c. 13. de emp. et Vendi. n. 34.

CAP. 127.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor virtute cessionis sibi à creditore factæ, pro tota quātitate quam pro suo principali soluit, an possit agere in totum contra principalem & pro rata contra fideiussores.*

1 Si creditor, recepto realiter debito per vnū ex fideiussoribus qui se obligauerāt soluere vt principales, & sine eo &c. & insolidū &c. cessent iura sua in forma solita dicto fideiussori soluenti, dictus cessionarius, an agere possit in totum contra principalem, & pro rata contra fideiussores.

Ioannes Staper vendidit censuale pēsionis xxiiii. ss. Antonio Balle, & dedit fideiussores qui se obligarunt soluere vt principales, & sine co. &c. & insolidum &c: & cum scriptura tertii in curia Vicarii Barcinone continuata, Postea dictus Anthonius Balle confessus fuit & recognouit Bartholomeo Leger, alteri ex dictis fideiussoribus, quod vi & districtu curiæ, ac sub pacto cessionis infrascriptæ sibi dedit & soluit viiii.

viiii.ll. xii. ratione octo annalium pensionum solui cessatarum, & ideo renunciando &c. salua cessione infrascripta, fecit eidem apocham de recepro, & solu to. Item vigore dicti pacti. &c. fecit eidē cessionem iurium suorum dicto prętextu &c. fine euictione bonorum suorum & dictus cessionarius exposuit retroclamum indistincte contra dictum reum principalem, & fideiussores pro dictis 9 ll. xii. ll. Dubitatum fuit de duobus. Primum an illa cessio censeatur facta in solidum, tam contra quemlibet fideiussorem, quam contra principalem, in quo dubio non recordor si, vel quid fuit declaratum, sed crederem, quod dicta cessio censeatur facta in solidum cōtra principalē, & pro rata contra fideiussores, a per glo. & Pau. cum suo tex. in l. fideiussoribus ff. de fideiu. so. Bar. in l. modestinus ff de solu. Io. de Grassis in suo tractatu de cessiōne versi. actiones n. 7. in 2. apostilla. fol. mihi 17.

Secundum dubium fuit, an dicta cessio sit valida, si non constat de reali solutione, & videtur quod non per tradita per Bar. & Sal. in l. per diuersas. C. mandati vbi videtur concludere, quod non sufficit si instrumento cessionis cedens confiteatur sibi solutum esse, nisi reuera solutum probetur plures concord. & limitationes, & quandam cautelam. Vide per eundem Io. de Grassis in d. tract. versi. hoc loco n. 4. fol. mihi 15. & versi. nūc sequitur n. 6. fol. mihi 15. fuit supra in c. 126. incip. Ita fuit declaratum, & ad de vt in proximo capi.

a. Pro rata contra fideiussores.) Secus vero si fuerit renunciatum beneficio diuisionis in l. fideiussoribus iunc. gl. pen. & ibi Pau. de Cast. ff. de fideiusso. quod nō procedit in ciuitate Barchinonę in qua licet huic beneficio renunciatum fuerit nō tenentur fideiussores in solidum vt in ca 9. appendi. praecedentis tit. de las consuetuts de Barcelona vulgarmene dicas. lo recog nouerunt proceres: & ita vt fideiussores in casu obseruantię teneātur in solidum, debet fieri (prout est cōsuetum hic de stilo notariorum) renunciatio beneficio diuisionis & in Barchinonę ciuitate nō solum huic, verum & locali pręfatę. Sed pone sunt plures fideiussores sic vel iędicitur in solidū obligati, creditor exegit totū debitū ab vno cui cessit iura &c. & cessionarius recepit ab vno ex confideiussoribus portionē: Hoc themate retēto, quęritur an possit cessionarius prędictus agere aduersus alios cōfideiussores in solidū, dēpta sua portione, an vero propter talē receptionē & exactionē videatur cecidisse a iure so i li; videtur hoc vltimū verū per tex. in l. si creditores. C. de pact. Afflic. decis. 142. n 2. Villaleb. cōm. opi. li. 4 ver. diuisio. vbi dicit quod non inducitur diuisio ex solutione partis debiti ab vno ex correis debēdi recepti, nō expresso quod petebatur & exigebatur pro virili, cōtrariū igitur est verum Balb. decis. 789 Pet. de Ferrar. in sua pract. form libel. cōtra plures reos del ē li ver. quilibet ipsorū in solidū. n. 12 Quod equidē puto procedere in vim taciti pacti legalis, quod ex cōtractu cū vno ex correis debēdi initio resultat absr oriq; & ignotāti vtilitati est. vt not. Alex. & Sal. in l. 2. C. de pact. Pau. de Cast. & Deci. in d. l. si creditores. Et ita fuit decisum in regia audientia in causa retroclami expositi instante T. Guardia cōtra Franciscum Oliuer & alios nouissimè, scilicet 22. Aug. 1607. referēte eximio Regio senatore Ioāne Magarola. est actuarius Thic. & an per similem petitionem absque solutione inducatur diuisio Deci. vbi supra num. fin.

CAP. 128.

SVMMARIVM.

1 *Captus instante cessionario non docente se aliquid soluisse cedenti, liberatur si fuerit per talem captum oppositum.*

1 Cessionarius si exposuit retroclamum contra vere obligatum cedenti, & obligatus positus fuerit in carceribus, & opposita exceptione per dictum obligatum, dictus cessionarius non docet se realiter aliquid soluisse cedenti dictus debitor liberatur a carceribus, & ita fuit declaratum in casibus sequentibus.

Iacobus Bernoy confessus fuit debere T. Moler cl. ll. pro prętio quorundam

pannorum cum scriptura tertii,& postea dictus Moler pro simili quantitate quam asserebat debere ex causa mutui Priori, & conuentui sancti Hieronymi de Labron cessit dicto Priori dictā quātitatem sibi debitam per dictum Bernoy.vigore dictæ cessionis fuit expositum retroclamum contra dictum Bernoy, & fuit positus in carceribus pro executione. opposuit dictus Bernoy, ꝙ cessio prędicta fuit simulata ex quo nō apparebat quod dictus Prior mutuasset dictam quantitatem,& etiam opposuit quod dictus Bernoy non tenebatur sol uere dicto priori plusquā ipse Prior soluit pro dicta cessione, fuit determinatū me referente in Regia audientia, quod relaxaretur a carceribus dictus Bernoy, Attenta forma dictæ cessionis. hoc etiā attento, quod non constabat de mutuo relato in dicta cessione sequendo Bal.in l.per diuersas, & ibi tex.C. manda. Panor.notabiliter, & clarius in rubr.de aliena.iudi.mutan.cau fac.dicta prouisio fuit facta iiii. Augusti 1553.simile fuit declaratum ad relationem Petri Clariana de Seua,& Augustini Gallart etiam do cto.Regii consilii in causa ventilata inter nobiles Elisabethem de Pinos,& Ludouicum de Boxados,vt dictum fuit supra c.125.incip.ita fuit declaratū in causa quæ vertebatur.

CAP. 129.


I mercator cedit fortem, & interesse alteri non mercatori,(u non negociatori:an lucretur interesse mercantile.Dic vn infra in verbo interesse qualiter debeatur cessionario.

CAP. 130.

SVMMARIVM.

1 Cessio bonorum fuit declarata nulla eo quia cedens nō posuit nec oblatus fuit ponere bona sua in posse curiæ, nec expressit qualitatem obligationum & propter alia vt ibi.

2 Cessio bonorum est miserabilem remedium & quando sit concedendum.

3 Obligatus cum scriptura tertii licet præueniret citando creditorem,exequitur nihilominus.

1 
Essio bonorum fuit declarata nulla in casu sequēti, quē nota.

Gabriel de Vera mercator Barcinone asserēs,quod erat ita mole creditorum grauatus, quod illa plusquam eius bona ascendebant,& designa uit credita, & creditores quibus erat obligatus, & in primo loco designauit dotem vxoris suæ, & augmentum dotis, & insuper de suis bonis memoriale dedit,& ideo dixit se bonis cedere, non tamen posuit bona sua in posse curiæ, nec obtulit illa ponere., supplicauit tamen dictos eius creditores citari,& facta fuerunt cartella citatoria, & præsentata, & nullus cōparuit nisi illius vxor quæ produxit capitula matrimonialia sua,& apocham dotis suæ,& deniq; intimatis scedulis dictæ vxoris aliis præter eis creditoribus citatis, fuit denunciatus processus ad relationem magnifici Hieronymi Planes doctoris regii consilii,& 6. Martii per omnes doctores Aulæ magnifici Regentis Cancellariam in qua eramus septem,cōcorditer (vno excepto)facta fuit conclusio sequens.

Attento ex meritis processus constat cessionem factam per Gabrielem de Vera non fuisse factam legitime,& eo modo quo fieri debebat, tum quia non solum bona,& res dicti Gabrielis de Vera non fuerunt posita in posse regię curię: sed nec poni oblata,tū etiam quia nedū dictus de Vera,non expressit qualitatē obligationum quibus ipse dixit se esse aliis obligatum,an videlicet sint cum renunciatione proprii fori, & submissione cuiuslibet alterius fori, & an sint cū pœna,& scriptura tertii in curia vicarii, vel baiuli Barcinone cōtinuata,vel in alia curia priuilegiata:sed nec cōstat in ꝓcessu,ꝙ aliquis ex creditoribus suis per ipsum designatis, vel alius, quicquā ab

eo

eo petat, nec ipse alicui, (præterquam vxori suæ) aliquam pecuniæ quantitatẽ debeat: aliis etiam meritis processus attentis, & aliàs fuit conclusum, quod declaretur dictam cessionem non esse factam legitimè, & eo modo quo fieri debebat, & quod propterea, & alias dicta cessio non admittatur, sed repellatur, & quod vxori dicti Gabrielis de Vera sit saluum ius in alio iudicio in per eã petitis, & quod neutra pars in expensis condemnetur.

Dicta conclusio fundata fuit tam de iure communi, quam de iure nostro Cathaloniæ, & vsu recepto, & primo per tradita de iure cõmuni per Ias. post multos alios doctores per eum relatos in. §. fi. à nu. 10. vsque ad 30. inclusiue insti. de actio. vbi ponit & facit regulã cũ fallen. & quo ad propositum supradictæ conclusionis, dicit nu. 17. in octaua fallentia secundum Io. Fab. ibi. quod cessio nunquam debet admitti nisi creditores instent & pẽtant: quia hoc beneficium
2 est miserabile, & subsidiarium, ergo nõ debet concedi nisi propter necessitatẽ, ergo gratis cedens non debet admitti, & quod secundũ dictũ Io. Fab. satis indicant tex. in l. 1. & in l. fi. C. qui bonis cede. pos. & quod idem tenet Bal. in l. 1. in 3. col. nu. 11. circa fi. C. qui bonis cede. pos. Couarru. lib. 2. resolu. c. 1. num. 5. dicit cessionem fieri non posse, nisi tempore quo ad requisitionẽ creditorũ debitor in carcere custoditur, & satis erit debitorem in carcere missum fuisse ad petitionem vnius ex pluribus creditoribus. Cessio etenim tunc facta cæteris creditoribus præiudicat Thomas Mieres in constitutione. Item ordinamus, quòd omnis homo á numero quadragesimo sexto collatione 4. fol. 95. sequẽdo dictum Ioannem Fab. dicit. idem videlicet, quod nunquam cessio debet admitti, nisi creditores instarent, & peterent debitorem detrudi, & in foro Ecclesiae excommunicari per prędictas rationes & fundamenta supra relata, quia hoc beneficium est miserabile & subsidiariũ, vt non concedatur nisi propter necessitatem, & quod gratis cedens non debet admitti, & quod hoc satis indicant tex. in dictis ll. 1. et fi. vbi declarando dictas ll. 1. et fi. C. qui bo. cede. poss. allegatas per Ioan. Fab. et Ias. electio datur creditoribus, an velint debitorem admittere, vel defferre quicquid doctores dicant, et insuper dicit quod ipse vidit contrarium seruari in practica, et forte non bene, quia sola necessitas, et non voluntas cedentis debet attendi. hæc ipse Mier. et istam opinio. Ioan. Fab. Bal. et Mier. post alios per eos relatos secuti fuimus in dicta conclusione, relicta aliorum doctorum contraria opinione. Est tamen verum, quod in dicta conclusione plura alia deducta fuere propter quę (vt in ea dicitur) dicta cessio admitti non debuerat, inter quae est renunciatio proprii fori, et submissio cuiuscunque alterius fori, propter quam renuntiationẽ inconcusse fcruatur per Regiam Audidientiam, quod si debitor obligatus in contractu executiuo: vt pote cum scriptura tertii in curia vicarii Barcinone cõtinuata, et cum dicta clausula renuntiationis proprii fori et submissionis alterius cuiuscunque, volens preuenire suã
3 deffensionem, petierit creditorem citari coram ordinario dicti debitoris; vel creditoris, et de facto citatus fuerit, et non comparuerit coram dicto iudice ordinario: quod nihilominus dictus creditor poterit petere exequutionem sui crediti coram iudice quem eligere voluerit in vim dictarum clausularum renuntiationis, et submissionis fori, et ille iudex electus decernit executionem dicti contractus non obstante dicta preuẽtione, & ita fuit intellectus per Reg. audientia textus cum sua materia in l. si quis in conscribendo C. de pact. quòd nota, et ideo dicta cessio erat faciẽda coram iudice eligendo per creditorem, et non per iudicem electum per debitorẽ, cui electio non competebat, fuit etiam repulsa dicta cessio, quia debitor non expresserat an esset obligatus cum scriptura tertii continuata in curia vicarii Barci. vel alia, habente simile priuilegium

nam

nam si esset taliter obligatus potetat in carceribus detrudi etsi captus fuisset, non potuisset per cessionem, saltem eo modo quo facta fuit, a captione liberari. de qua captione, & priuilegio scripturę tertij dixi supra in verbo captus, ca. 101. cum seq. De materia cessionis bonorũ traditur per Mier in d. consti. Item ordinamus quod omnis homo colla. 4. fol. 93. late, ad quem recurri poterit pro alijs quęstionibus, & dubiis quæ in materia cessionum occurrere poterint in practica. a

a In practica, ad eum etiam in c. 29. Item quod nullus miles a nu. 11. co. latio. 2. ad alios quoque practicos modernos nobilẽ scilicet à Peguer. in decis. Catha. cap. 68. ad Olib. de action. par. 1. lib. 3 §. sunt pręterea. nu. 15 16. & 17. 19. 25. 26. & 27. ad Cancerium etiam qui latè par. 2. cap. 9. de cessio. bonor.

De Citatione.

CAP. 131.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad domum quando est verisimilè peruenisse ad notitiã citati, valida est.*



Citatio ad domum, quando 1 est verisimile, quod illa peruenit ad notitiam citati, a vt quia cartellum citatorium fuit dimissum genero, aut marito est valida & ita obseruat Regia Audientia.

Die 21. Martii 1548. ad relationẽ magnifici Stephani Puig apud Thomã Vesi na regij mandati scribam, & pro eo Riambau, inter comunitatem præsbyterorum Ecclesię villę Tarregę, & viduam Aldunciam Prunera fuit prouisum vt sequitur.

Attento quod cartellum citatorium decem dierum fuit intimatum in domo solitę habitationis dictę Alduncíæ Prunera, & dimissum T. catorres genero dictę Alduncíæ in domo reperto, prout cõstat per relationẽ Guillermi Agramunt portarii Regij, ex quibus resultat probatio eiusdem, quod de his dicta Prunera plenam notitiam habuit: prouidet ad vlteriora causę tanquam legitime facta esse procedendũ nõ obstantibus &c. articulo expensarũ reseruato. Arbitror dictam decisionem fundari iuxta doctrinam Ludo. Roma. consilio 410. nu. 2. & in fine fol. 122. per tex. not. in cle. causam ad finem de electio. Alciat. in l. de vno quoque num. 29. aut 29. de re iudica. & in Rub. C. de proba. vbi habetur, quod illegitima citatio vna cum notitia subsequuta, ita ligat sicut citatio legitime facta, & quia ex scientia generi presumitur scientia soceri, &c. Clarius procederetur si esset dimissum cartellũ marito per tex. in l. aut qui aliter. §. sed & fetuus ff quod vi aut clam, & ibi glo. & l. maritus C. de procura. Adde de materia citationis notabiliter per Lanfran. de Oriano in tracta. de citationibus col. 3. in prin. fol. 3. num. 1. 2. 3. 4. & sequentibus. Bal. in l. 3. num. 14. & 15. C. quomodo, & quando iudex fol. 32. Hypol. de Marsil. in l. de vno quoque nu. 29 ff. de re iudica, vbi dicit, quod citatio illegitima cum notitia sub sequuta ita ligat sicut legitima. Ludo. Roma. consil. 410. textus in Clementina causam de elec. Lanfran. de Oriano in cap. quoniam contra in prin. de proba. fol. x.

a Ad notitiam citati clem. causam de elec. Ludoui. Rom. in cons. 410. num. 2. rot. in nou. titu. de refer. decis. 5. num. 8. in addi. Minsing. obser. 37. num. 8. ita obseruari in parlam. delphin. trad. Guid. Pap. decis. 427. ita etiam de for. regn. Arag. Mont. decis. 21. num. 15. & demente huius Senatus nobili à Peguer. in ordin in di. ciui. rub. 6. de citatione seu de in ius vocando. num. 5. limitta. 1.

CAP.

CAP. 132.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta tempore Locumtenentis absentis, vel cuius aliàs expirauit iurisdictio non valet re integra existente: secus vero, re non integra, idest incepta antea executione dictæ citationis.*

Citatio facta tempore vnius locumtenētis generalis scilicet præsentis cum literis domini Regis
1 absentis tempore citationis, vel eum literis præcedentis locumtenentis generalis, non valet, re existente integra: secus si res non erat integra, id est si executio dictarum literarum locumtenentis prioris, seu præteriti fuerit incepta tēpore dicti locūmtenentis prioris, & ita seruatur, hęc declarantur duobus sequētibus exemplis.

Existente domino Rege in ciuitatē Barcino. fuerunt sua regia Audientia emanate literæ citatorię prætextu paupertatis Iacobi Ribatallada, contra tutores & curatores filiorum Bartholomęi Gonsaus die x. Februarij. M. Dlxiij. & vigore dictarum literarum fuit citatus Petrus Ferrer presbiter vnus ex dictis tutoribus. Postea dominus Rex exiuit à Principatu Cathaloniç, & postea die videlicet. 10. Aprilis eiusdem anni, fuerunt citati alij tutores, & pro parte dictorum tutorum qui fuerunt citati die 10. Aprilis fuit oppositum dictam citationem esse nullam, ex eo, quia fuerunt citati cum literis domini Regis, tempore quo dominus Rex iam non erat in Cathalonia, sed extra Cathaloniam. facto verbo in Regia Audientia fuit prouisum, quod erat procedendum ad vlteriora causae, quia bene fuerunt citati per doctrinam Bart. in l. fundi. ff. de acqui. poss. & Ias. in l. more maiorum ff. de iuris. om. iudi. per tex in cap. si super gratia de offi. & potesta. iudi. delega. in 6. praecipue, attento quod exequutio dictarum literarum iam erat incepta tempore quo adhuc dominus Rex erat intra Cathaloniam.

Vij Februarij 1573. visis partium altercatis, & processu, factoque verbo in Regia Audientia, meritis processus, & notorio stylo Regię audientiae attentis, Prouidet Petrū Collell aliâs Dalmau, & Annā coniuges citatos finita locumt. generali excellentis Didaci Hurtado de Mendoça, vigore literarum citatoriarū eius nomine, & de tempore dictae locūtenentiae nulliter citatos fuisse, & vigore dictae citationis non esse procedendum ad vlteriora praesentis causae in Regia Audientia, & quod pars Iacobi Puig nomine quo in processu, scilicet Baldiri Pont alias Marrot, soluat expensas taxatione illarum reseruata, sed pro bistractis fiat executio & con. co. intime. Ferrer.

Est scriba causae Anthonius Mas, regius scriba mādati, & pro eo Pollonius Ferrer. est aduertendū, quod in eo quod de stylo dicitur quod inconcusse seruatur, quod si in locumtenentia generali fiunt literae citatoriae, & ante executionem illarum, idest antequam fiat citatio vigore illarum moritur locūmte. generalis, vel eius locumtenentia aliter finitur & creatur alius locumte. generalis fiunt nouę litterę citatorię nomine Illius locūtenentis genera. qui est locumte. generalis tempore citationis.

Pro veritate huius obseruantiæ vid. cap. relatum de offi. & por. iud. deleg. & ibi cōmu. scrib. Altiat in c. gratum eo. tit. Hip pol Rimi. in l. in l 1. nu. 588. ff. de offi. eius &c. Gem. inia. in c. si super gratia de offi. deleg. lib. 6. menn. de arbitr. q. 68. cas. 352 Anth. Gab. 3. tom. comm. opin. lib. 2. tit. de procur. Couarr pract. qq. cap 11. nū 2. Petr. August. Morl. in 1. par. empor. iur. tit. 2. ff. de iurisd. omn. iud. nu 97 rot. in nou. decis. 12. aliàs. 349. titu. de offi. deleg. & in terminis huius obseruantiæ don Ludo. à Peguer. in prax. ciui. rub. de citatione num. 9. vnde Iacob. Canc. par. 2. variar. cap. 2. de iurisd. omn. iud. & for. compe. refert consuluisse mandatum quod vicarius Villæfranchæ dederat nuncio suæ curiæ de capiendo quendam, vigore instrumenti scripturæ tertii extinctū fuisse per mortem dicti vicarij.

CAP.

CAP. 133.

SVMMARIVM.

1 *Citari non debet post sententiam in eius executione, ille ad cuius supplicationē causa fuerat euocata: quamuis procuratorem non constituerit: quod est secus in reis citatis cum clausula, vsque ad sententiam definitiuam inclusiuè.*

1 Citari post sententiam diffinitiuam non debet ille ad cuius supplicationem causa fuerat euocata ad Regiam Audientiam, quamuis in literis citatoriis posita fuerit clausula solita, scilicet, quod citatur ad omnes actus vsque ad sententiam diffinitiuā inclusiue, & quāuis non constituerit procuratorem, licet secus sit in reis citatis cū dicta clausula & ita seruatur.

Die 28. Nouemb. 1575. in causa appellationis interpositae per Honofrium Castells not. Perpiniani à sententia contra eum lata, & in fauorem Antonij Boparatoris pannorum lanae eiusdem villae, quae causa appellationis euocata fuit ad Regiam audientiam, & me referente dicta sententia confirmata fuit, & quia dictus Castells, post introductionem dictae causae non comparuit amplius in audiētia Regia, nec dimisit procuratorem, & fuit lata sentētia regia (vt dictum est) & dictus Bo petebat exequutionē dictae Regiae sententiae, nec non exequutionem taxationis expensarum fuit dubitatum per me, an prius dictus Castells esset citandus, quia in literis citatoriis quae emanant à regia Audientia ponitur clausula, quod citantur ad omnes actus vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue, & sic quādo rei cōuenti non comparent, iterum post sententiam citantur. attamen in hac causa de Castells & Bo, quia ipse Castells erat actor: fuit facto verbo in regia Audiētia Audientia determinatū, quod non erat citandus, & propterea fuit prouisum simpliciter, quod fieret exequutio regię sententiae, & prouisionis expensatum, & fierent literę exequutoriales.

CAP. 134.

SVMMARIVM.

1 *Citatur miles procurator plebei cum litteris decem dierum & e contra cum litteris viginti sex dierum plebeus procurator militis. Idem in citatione tutoris & curatoris. vt in cap. seq.*

1 Si miles est procurator plebei, & citatur dictus procurator: dantur illi in literis citatoriis decem dies, et ē conuerso, si plebeus est procurator militis, et citatur procurator, dantur illi 26. dies, quia non attenditur persona procuratoris. sed persona et qualitas illius pro quo procurator citatur, et ita seruatur a in regia audientia, a et ita secuta fuit et sequitur opinionem Iaco. de Montealdan. in vsa. pla itum man datur alās mandetur nu. 2. fol. 4. quem refert et sequitur ibi Marquil. versi. quę ro tertio fol. 68.

a Seruatur ita nobilis à Peguer. in or. dir. iu dici. ciuili, ruba. de citatio. seu de in ius vocan. num. 6.

CAP. 135.

1 IDem obseruatur a in citatione tutoris et curatoris quod a (vt dixi supra in proxima obseruantia) seruatur in citatione procuratoris.

a obseruatur hanc refert et sequitur obseruantiam nobilis à Peguera in loco supra in addi. ad cap. proximum.

CAP. 136.

1 TErtius possessor bonorum alienatorum lite pendente per debitorem citari debet, et contra eum proceditur datis dilationibus su-

mariis

mariæ, vt dicitur latius infra in verbo, possessor tertius incipit; contra tertios possessores.

C A P. 137.



Rocurator actoris qui obtinuit sententiam cum expensis soluit illas ex suis bonis propriis, & dictus actor mortuus fuerit, poterit petere taxationem expensarum, & illas petere, saltē si hæres actoris soluendo non est, & hoc procedit, quamuis reus condemnatus appo fuerit exceptionem, quod principalis dicti actoris erat mortuus, & propterea hæres dicti actoris erat citādus, & quod fine dicta citatione non poterat procedi in causa dixi late infra in verbo procurator actoris incipit, Antonius Serda nyons, est verum quod dicta prouisio facta fuit per me solum, non facto verbo in Regia audiētia, sed arbitror, quod per iura quæ ibi allegantur fundari bene dictam prouisionē, quod nota, quia aliás in facto non vidi.


C A P. 138.

S V M M A R I V M.

1 *Citantur milites cum termino viginti sex dierum.*

2 *Fallit quandó citantur ad continuandam causam.*

3 *Fallit etiam pro scriptura tertij pro qua fit eis præceptum decem dierum.*

1 

a Vamuis in personæ militaris citatione a ponatur, & dari debeat terminus 26. dierū per vsati. plet sic manat in ti. de dilacions fol. 78. declarando, vt per Mier. melius quam alius in consti. Item quod si aliquis conqueratur num. 6. colla. 2. fol. 24. & Marquil. in vsa. placitum. col. 16. circa fi. fo. 71. nā aliás non intelligeretur de facili per iuuenes, Dictus vsaticus dicit, quod primo datur 10. dies, & postea de octo in octo diebus, qui omnes sunt 26. dies dā tur vnica dilatione pro illis tribus citationibus, consti. quam ipsi docto. allegant. inci. Item si forsan, assā. Item si petuētura in titu. de Marques b fol 144 quæ sic clare loquitur ibi, o per vna letra que abaste á tres citacions, & dicit Marquilles, quod in dicto vsatico, dicti constitutio, causam recipit á dicto vsatico placitum, & quid in criminalibus: vide Tho. Mier. in consti. Item ad tollendum nu. 17. & 18. colla. 5 fol. 117.

2 Attamen quando citatur ad continuandum causam, non datur nisi decē dies, vt puta si eius procurator lite pendēte cum procuratore, decessit, & pars contraria vult eum ad continuandum causam citari, & ita inconcusse obseruatur in Regia Audientia & vidi declaratum inter illust. don Ferdi. Raymundū Fulconis Ducem Cardone, & baronem de Erill. 7. Iunij. 1514.

3 Et idem si rite recordor, quando id vim alicuius instrumenti censualis pro pensionibus debitis, vel in vim alterius instrumenti debitorij guarentigiati: fit præceptum de soluendo, quia tale præceptum fit cum termino decem dierum & nimirum quia in dictis, & similibus contractibus ipsi milites renuntiant, seu renuntiare consueuerunt late eorū priuilegiis.

Quæstiones incidentes videre poteris per ordinarios scribentes in d. vsa. placitum manderur. aliás plet sic manat fol. 77. & Mier. in d. const. Item quod si aliquis.

a Citatione) nobilis á Paguer. in ordin. iudi. ciuili. rub. 6. de citatione seu in ius vocand. num. 6.

b De Marques) in nou. vero compil. titu: de citations é inhibitions fol. 224.

C A P. 139.

S V M M A R I V M.

1 *Citatur miles in euocatione causæ manu tenentiæ termino decem dierum.*

Idem

IDem in euocatione causæ manutenentiæ, *a* in qua citatio militis, fit cum termino decem die
a rum, & est casus specialis, vt in libro Hieronymo Dalmau, tenoris sequentis,

Citatio in reuocatione causæ manu tenentię *19*. Nouembris. 1528. in facto nobilis de Vilanoua contra T. Muños canonicum Elnen. dioce. facto verbo per M. Albanell, in vtraque aula, fuit visum quod vbi quis citatur super reuocatione alicuius manutenentię quę reuocari supplicatur, est citandus, quamuis aliàs sit miles, seu de genere militari, cum termino tantum decem dierũ & non 26. dierum, cum quo termino 26. dierum sunt citandæ aliç militares personæ in Cathalonia, & fuit dictum al as ita fuisse declaratum in contradictorio iudicio, & ita postea fuit obseruatum ad relationem Hiero. Dalmau in causa comendatoris comes, contra comendatorem Salba, super comanda de Vilalba 20. Decembris 1534. quamuis ibi fuerint dati 26. dies.

a Manutenentię nobilis a Peguera in ordin. iudi. ciuili. rub. de citatione seu de in ius vocando num. 6.

CAP. 140.

CItari tertius post processus denũtiationem, an possit ad instãtiam rei conuenti, dic vt in verbo tertius an post processus denuntiationem possit citari.

CAP. 141.

CItatus vt compareat intra certum terminum (vt puta intra decem dies) comparare potest, vltima die termini.

Prædicta fundantur per tradita supra in verbo accusatio incipiente. Ita reperio cap. 5.

CAP. 142.

SVMMARIVM.

1 *Doctores Regiæ audientiæ non citantur coram ordinariis nisi in casibus vt ibi.*

1 DOctores Regii consilij non possunt coram ordinariis conueniri, & consequenter nec citari nisi absentibus domino Rege Regina, & Primogenito domini Regis, & Locum tenente generali domini Regis, quia sunt exempti a foro ordinarii, nisi in dictis casibus, per iura patriæ, & ita fuit obseruatum 15. Feb. 1503. in persona Antonij Ros, quondam, tunc doctoris regiæ Audientiæ ciuilis de quo dicitur latius infra in verbo doctores regij cõsilij, & ibi ponuntur fundamenta.

CAP. 143.

1 CItari potest ad fisci procuratoris instantiam pro pœna pecuniaria ille qui fuerat in Ecclesia captus, & per declarationem regij Cancellarij gauisus fuit immunitate Ecclesię, ita fuit cõclusum 3. Octobris. 1554. in causa Ferdinãdi de Vergos, vt dicetur latius infra in verbo immunitas, ca. incipiente die 3. Octob. 1554.

CAP. 144.

SVMMARIVM.

1 *Causa habilitationis seu in habilitationis personæ ad officium aliquod pertinet ad iudicium ciuile cognitio vero penæ delicti ad criminale.*

2 *Quid obseruetur circa visitam seu sindicatum deputatorum.*

3 *Et quid circa habilitationem eorum qui sunt insaculati in domo Deputationis.*

4 *Et quid in querela pacis & treugæ.*

1 CIuilis iurisdictionis est, & ad iudiciũ ciuile pertinet causa habilitationis & in habilitationis personæ ad officiũ.

Con-

Cognitio tamen pœnæ delicti ad iudicium criminale.

Die 10. Feb. 1568. in facto dubij orti in causa in regia audientia ciuili per Fran. Anglesil. & Ormengaldum Coll ciuitatis Balag. introducta super habili ratione, vel inhabilitatione extractionis personę Estephani Morato d. ciuitatis in patiatum, scilicet an dicta causa specter ad d. Regiam Audienriam ciuilem, an vero ad iudicium criminale in quo iam antea pendebat causa recursus interpositi per dictum Morato à procedi mentis contra eum factis per baiulum dictę ciuitatis ratione rixe in domo patrię dictae ciuitatis mote 15. Aug. proxime praeteriti habito colloquio inter do ctores infrascriptos iuxta formam nouae constitutionis pro dicto dubio decidendo nominatos, fuit deliberatum dicta causam per dictos Anglesil, & Coll in dicta Audientia ciuili introductam in ea esse continuandam quo ad effectũ tantum, an dictus Morato in vim regiorum priuilegiorum quae dicta vniuersitas habere praetendit sit inhabilitadus ratione praetensi litigij per dictam vniuersitatem Balarij contra eum moti, & aduch pẽdentis in iudicio criminali, quo vero ad reliqua scilicet, an dictus Morato sit puniendus, uel priuandus dicto officio propter dictum praetensum delictum ad iudicium criminale & spectare.

Terça Vilana. S. mandati Bernardus Macip

Puiguett Cordelles.

Et pro materia, adde sequentia.

Ita etiam fuit obseruatum de mensẽ Iulij 1584. in causa sindicatus contra cõsiliarios ciuitatis Barcinone, anno praesenti 1583. nam cum per ordinationem domus dictae ciuitatis statutum fuisset, quod consiliarij qui tunc erant dictae ciuitatis inquirerent contra illos, qui anno praecedente fuerant consiliarij eiusdẽ ciuitatis ad supplicationem consiliariorum anni praesentis: admodum Excellens dominus locumtenens generalis, concessit licentiam quatuor doctoribus Regij consilij ciuilis, videlicet duobus ex aula Reuerendi Regij Cancellarij, et duobus ex aula Magnifici Regentis cancellariam, vt in causa dicti syndicatus consulerent, quae quidem licentia concessa fuit in mense Aug. seu Sep. 1584. Et dicti consiliarii die xxviij. mẽsis Septembris de consilio dictorum quatuor Regij consilij ciuilis doctorum, & duorum aduocatorum ordinatiorũ domus dicti ciuitatis sententialiter declararunt in causa, prohibendo vnum ex illis posse intra certos annos ad aliquod officiũ dictę ciuitatis obtinendum concurrere, & alterum consiliarium inhabilitando perpetuo ad obtinendum aliquod dictę ciuitatis officium. Et quod dicta causa siue iudicium esset ciuile fundatum fuit (vt breuis agam) per tradita per Iuliũ Clarium in libro sententiarum, v. §. practica criminalis pagi. 255. cum sequẽtibus vbi (solito modo modernorũ) materiam hanc repilogauit tradendo quae dicantur, causę criminales, & quę ciuiles. Et quid si pœna partim applicetur parti, & partim fisco. Et quid si agatur ad pœnam extra ordinariam, & quid si nulla pręcedat accusatio, & quid si agatur per viam exceptionis, & signanter in num. 3. pag. 257. dicit quod quando agitur ad pœnam extraordinariam, puta priuationem officij, seu beneficii, & nihil applicatur fisco: hoc casu iudiciũ dicitur ciuile, non autem criminale, & quod in hoc omnes concurrunt, vt ait Grat. consil. 71. nu. 9. lib. 2. & quod licet aliquando hęc conclusio visa fuisset sibi dura, ex quo talis actio principaliter intentata videtur ad vindictã publicam, praesertim si officium de cuius priuatione agitur, esset publicum, nihilominus iudicando non credit ab ea esse recedendum, intelligẽdo quod talis pœna priuationis, non est pœna ordinaria, haec ipse Iulius Clarus & in casu dicti syndicatus priuatio officij cõsiliarii, seu inhabilitatio ad concurrendum ad dictum, vel alium officium domus dictę ciuitatis non est pœna ordinaria, sed extra ordinaria. Ordinaria enim pœna est illa de qua habetur ff & C. ad legẽ Iuli. repetun. & legis Iuliae de ambitu. Et hinc

hinc(scilicet quia dictum iudicium est
ciuile)admittuntur testes qui aliàs non
admitterentur, vt traditur per Amedeū
Iustinum de Castello in tracta.de syndi
catu nu.157. volu.2. in noua impressio
ne fol.118.dicentem, quod quando agi-
tur contra potestatem, vel eius officiales
in syndicatu de baratatia, ad probandū
admittuntur testes qui dicuntur media
tores, & portasse, & dedisse pecuniam di
cto officiali per textum in c. 1. de testi-
bus in 6. qui in hac materia est multū
notandus, & eius verba sunt hęc. Media
tores per quos scelus simoniae plerun
que committitur ad testimonium con
tra sceleris eiusdem auctores in detesta-
tionem criminis admittuntur, si non a-
1 gatur criminaliter, sed ciuiliter & e-
molumentum ex inde non fuerint asse-
cuti, de cuius textus intelligentia, quo
ad casum dicti cōsiliarij dicetur aliquid
infra circa finē, ne interrumpatur pre-
assumptum materiae dictae obseruan-
tiae.

2 Simile etiam seruatur hodie de men-
se Septembris M.Dlxxxiiij. in visita, si
ue syndicatu deputatorū generalis Ca-
thaloniae triennij proxime praeteriti,
Deputati enim generales praesentis triē
nij inquirunt, & syndicant deputatos
triennij proxime lapsi, & alios officiales
domus deputationis de gestis per eos in
eorū officio, vt in cap. curiae anni 1542.
c. 15. in volu. capitulorum, seu ordina-
tionum factarum dicto anno super ge-
neralitatibus Cathaloniae & in eo inter
ueniunt quatuor ex doctoribus Regij
consilij ciuilis.

3 Idem seruatur quando agitur de ha-
bilitatione eorum qui insecculati fuerunt
in domo deputationis pro officiis depu
tatorum, & auditorum computorū ge-
neralis Cathaloniae, in qua habilitatio-
ne pro praesenti triennio quod currere
incipit in mense Iulij praesentis anni.
1584. euenit, quod contra quendam mi
litem qui diebus elapsis fuerat insecula-
tus pro quodam officio domus dictae
deputationis, fuit oppositū, quod com-
miserat crimen falsae monete, & quod
pro dicto delicto in regiis carceribus cap
tus detinebatur, & in illius habilitatio-
ne interfuerunt magnificus Regens Cā
cellariā, & duo alij doctores Regij con
silii ciuilis, iuxta capitulum curiae, quo
niam dictorum deputatorum cognitio
non erat ad puniendum dictum insacu-
latū poena ordinaria dicti criminis, nec
aliqua poena corporali, vel pecuniaria
fisco applicanda, sed dum taxat, an esset
habilis ad obtinendum dictum officiū,
per praefatas doctrinas.

Simile seruatur, & est dispositum in
4 causis quaerele pacis & treugae, nam li
cet quaerela. pa. & treuge descēdat ex
delicto etiam atroci, puta mortis, & in
suo principio tractetur, vt criminalis:
Attamen quia datur solum pro damno
& iniuria contra quemcunque, damni,
& seu iniuriā inferentē in corpore, vel
in rebus violando consti. pa. & treugae,
5 vt per Iacobum Cali. in suo directorio,
& tractatu pacis, & treu. in vij. dubio
principali in prin. fol. 12. post per eum
di. in 3. du. principali, & in aliis locis per
eum allegatis. Ideo tractatur vt ciuilis,
& in iuditio ciuili, ita & in tantū, quod
euocantur, & tractantur passim in re-
gia Audientia ciuili, nec fit dubiū, & de
iure cōmuni est bonus tex. in. §. in sum-
ciendum est iusti. de iniuriis vbi dispo
nitur, quod de omni iniuria eū qui pas-
sus est posse, vel criminaliter agere, vel
ciuiliter. Etsi quidem ciuiliter agitur (es
timatione facta) poena reo imponitur,
scilicet pecuniaria actori dāda, vt decla-
rat ibi glo. in verbo poena, Si autem cri-
minaliter, officio iudicis extraordinaria
poena irrogatur.

An autem causa recursus interpositi
à simili declaratione facta per consilia-
rios ciuitatis Barcinone introduci de-
beret in Regia audientia ciuili, vel an in
criminali, fuit post omnia praedicta pro-
positum dubium in Regia audientia, et
congregatis omnibus doctoribus trium
aularum dictae Regiae audientiae fuit
determinatum per maiorem partem di
ctorum doctorum, in notabili numero,
quod causa dicti recursus introducēda
erat

erat in audientia ciuili, & ibi terminanda. & ex causa fuit supercessum in introductione, & prosecutione dicti recursus & quia posset in futurum simile factũ euenire: visum fuit mihi, pro subleuandis laboribus in futurum, hic inserere, quę tunc ad mei memoriam scripseram quamquam ex prędictis in hoc eodem capitulo satis colligi possent.

Et primo pro faciliori intelligentia
6 pręmisi quod (vt proxime dictum est) de omni iniuria reali etiam atroce, & de iniuria verbali qui passus est iniuriã agere potest criminaliter, & ciuiliter. & si ciuiliter agit (ęstimatione facta secundũ qualitatem personarum) poena pecuniaria reo imponitur dãda actori, vt ait textus in d. §. in summa iuncta glosa in verbo, poena de iniur. insti. & inde in Cathalonia fit, quod quanquã quęrella pacis, & treu. descendat ex delicto etiã atroce, puta mortis, & in suo principio tractetur vt criminalis, quia informatio delicti recipitur inquirẽdo: attamẽ quia quęrelans agit tantum vt quęrelatus cõdemnetur in dãnis, & iniuria per eũ passis, ppter dictã mortẽ, & non vt homicida poena mortis, vel alia corporali puniatur, vt per Cali. in suo tracta. de pace & treuga in 7. dubio principali, post per eũ dicta in 3. dubio, & in aliis locis per eũ ibi allegatis. Ideo dicta quęrela tractatur, vt ciuilis, & in consilio ciuili Regię audientię, & nõ in criminali. Si autẽ criminaliter pro iniuria officio iudicis, inquit ille idẽ textus in d. § in summa) quod extraordinaria poena reo irrogatur, & Ange. Aret. & Io. Fabri. post glo. ibid. intelligũt illã ponã infligi posse vsque ad mortẽ naturalẽ. Secũdo pręmito quod quãuis in poenis legalibus, scilicet positis per legẽ, poena in dubio applicetur fisco, & sic causa illius dicatur criminalis, vt per Bar. & alios in l. agraria de termino amoto, & in l. si quis id quod ff. de iurisdictioom. iudi. Attamẽ in pœnis cõuentionalibus, poena succedit loco interesse, ita declarat, & tenet Io. Andreę in mercutialibus in regula bona fides nõ patitur circa finẽ versi. hoc autẽ scias. per multa iura quę allegat, & illũ refert, & sequitur apostillator ad Bar. in d. l. agraria sup verbo poena, versi, quid in poena cõuentionali, vbi dicit illã poenã in dubio applicari parti, & est textus not. in l. si quis maior. C. de transactio. & ibi Bal. & ita etiã tenet Ias. in d. l. si quis maior nu. 27. & ita in regia audientia Cathalonię practicatur, & seruatur, quando poena pecuniaria põnitur in cõuentione, pacium & treugarum.

Tertio pręmisi, quod ex qualitate iu-
7 dicis illa actio videtur intẽtata, quę proportionatur iurisdictioni iudicis, coram quo agitur secundũ Panor. in c. si clericus laicum nu. 14. de foro compete. allegat Imo. in c. ceterum de iudi. & dicit facere l. si quis intentione ambigua ff. de iudi. & consiliarii Barcinone habent iurisdictionem ciuilem tantum.

His pręmissis videtur in casu huius recursus, dicendum esse absq; dubio, cognitionem dictę causę recursus ad iudicium ciuile pertinere. quoniam per syndicum ciuitatis Barcinone fuit petitum tantum, quod dictus T. condemnaretur iuxta conuenta, & iuramento per eum firmato, & non fuit petitum, quod dictus. T. condemnaretur aliqua poena corporali, neque quod declararetur illum in poenã periurii, seu infamię incidisse, nec iudices scilicet consiliarii dictę ciuitatis aliter declararunt, nec potuissent criminaliter declarare, quia punire criminaliter non ad eos, sed ad vicarium Barcinone, vel gerentẽ vices generalis gubernatoris Cathalonię, si pręsens esset, pertinebat iudicare vna cum consilio procerum, & illa actio videtur intentata quę proportionatur iurisdictioni iudicis coram quo agitur, & sic ciuilis post quam consiliarij habent ciuilem tãtum, vt prefertur.

Confirmantur prædicta per tradita notabiliter per Iul. Clar. lib. senten. 5.
9 §. practica criminal. pag. 255. cũ sequen. vbi, vt sup. dixi, materiã hanc repilogauit tradendo quę dicantur causae criminales, et quę ciuiles, et quid si poena partim applicatur parti & partim fisco, et qd si agatur ad penã extraordinariã et quid si nulla pcedat accusatio et quid si agat

per viam exceptionis, & signanter in nu.3.pag.257. dicit, quod quãdo agitur ad pœnam extraordinariam: puta ad priuationem officii, seu beneficii, & nihil applicatur fisco, hoc casu iudicium dicitur ciuile, non autem criminale. Et quod in hoc omnes concurrunt, vt ait Gra. cōsil.72. nu.9.lib.2.& quod licet aliquando hęc conclusio visa fuisset sibi dura ex quo talis actio principaliter intentata videtur ad vindictã publicã, pręsertim si officium de cuius priuatione agitur esset publicum, nihilominus iudicando nō credit ab ea esse recedendũ, intelligendo quod talis pœna priuationis nō est pœna ordinaria.. hæc ipse Iulius Clarus. & in casu istoordinaria pœnaest de qua habetur ff. & C. ad legem Iuliam repetundarum, & legis Iulię de ambitu & pœna periurij. scilicet l. si quis maior C. de transac. & per Panor. & Felin. in c. testimoniũ de testibus, & in pluribus alijs locis, & hinc (quia iudiciũ est ciuile:) admittuntur testes qui alias nō admitterentur, vt traditur per Amedeũ institutum de Castello in tracta. de syndica in nu.187. volu.2. in noua impressione fol.118. dicentē, q quãdo agitur contra potestatem, vel eius officiales in syndicatu de bataretia, ad probandum admittuntur testes qui dicuntur mediatores, & portasse, & dedisse pecuniam dicto officiali per textum in c. 1. de testibus in vi. qui in hac materia est multũ notandus, & eius verba sunt hęc. Mediatores per quos scelus simonię plerunque committuntur ad testimonium contra sceleletis eiusdem auctores in testationē criminis admittũtur, si nō agitur criminaliter, sed ciuiliter, & emolumentum exinde nō fuerint assecuti.

Nec obstat dicere, quod in casu de quo agitur nō fuit expressũ cui applicetur illa pœna pecuniaria, & q in dubio pœna applicatur fisco, vt supra in principio dictũ fuit iuxta doctrinã Bar. in d. l. agraria nu.3. versi. dico sic. ff. de termino amoto, & in l. si quis id quod ff. de iurisf. om. iudi. quia respõ. quod nō solum contra Bartoli opinionē tenēt multi alij doctores, vt ipse idē Bar. refert, videlicet, q oritur actio popularis, & cōpetit cuicũq. de populo, & patitur aliquas fallē. vt per Alex. in d. l. si quis id q, sed ipse Bart. loquitur in pœnis legalibus, et nos loquimur in pœnis cōuētionalibus quæ indubio applicãtur parti, & est ciuilis, vt dictũ fuit supra versi. secũdo præmitto, quando magis, quia in isto casu, pœna petita fuit ciuiliter, & nō criminaliter, & (vt pędicitur in versi. & primo) ex omni delicto agi potest ciuiliter & criminaliter, & si agitur ciuiliter pœna applicatur parti.

10 Et ex his probatur nō obstare dicere, quod in dicta cōuentione & promissione facta per d. T. interuenit iuramentũ, & periurus notatur infamia per tex. in d. l. si quis maior C. de trãsac. quę loquitur in pœna posita in transac. iurata vbi dicitur, quod qui aduersus pacta vel trãsactiones iuratas venerit, nō solũ notatur infamia, verũ etiã actione priuatus, & restituta pœna quę pactis pbatur inserta, rerũ proprietate careat, & emolumēto quod ex pacto, vel trãsactione illa fuerit consecutus.

Nã ex prędictis testat clara & efficax respōsio, quoniã non solũ non fuit actũ vt dictus T. puniretur pœna periurij, scilicet quod declararetur infamis propter periuriũ, & sic nō fuit actũ criminaliter, nec iudex illũ infamē declarauit: sed quãuis non esset adhibitũ iuramentũ in dicta cōuentione & promissione per dictũ T. facta, poterat & potuit declarari dictũ T. in poenis in dicta cōuentione positis incidisse, per iura superius allegata, vltra illud generale, quod pacta quę nō cōtra leges, cōstitutiones, vel contra bonos mores fiũt, seruãda sũt l. iuris gētiũ §. pętor ait ff. de pact. l. pacta quæ cōtra leges C. eodē tı. cũ simil. & nō est indistincte verũ, quod omnis periurus sit infamis ipso iure, & facto, & sic sine sentētia, vt per doctores in plerisq. locis & signãter (vltra doctores in d. l. si quis maior) per Panor. in c. testimoniũ n.7. vesi. sed cōtra hūc casũ de testib. & ibi Felin. n. 20. cũ sequen. & quãquã esset infamis ipso facto & iure, nō ppterea causa mota per dictũ syndicũ esset criminalis, post quam

quam dictus syndicus non egit vt declararetur infamis, nec quod puniretur poena periurii dictus T. sed dumtaxat egit vt iuxta dictam conuentionem priuaretur ab officio.

Nec obstat quod dictus T. in causa dicti recursus elegit iuditium criminale, quoniam recurrens, & appellans debet recurrere ad iudicem superiorē iudicis à quo appellauit per tex. in l. 1. §. quis in appellatione ff de appella. & relatio. & ibi Pau. de Cast. & alij, & in auten. de appellatio. & intra quæ tempora appellari debeat. §. fi. & vbique docto. sed consiliarii Barcinone qui protulerunt sententiam á qua fuit appellatū, & seu recursum iudicant in ciuilibus tātum, & non in criminalibus, & dumtaxat de ciuilibus cognouerunt: ergo ad iudicem causarum ciuiliū appellari debuit, & non ad iudicem causarum criminalium. & quod sit appellandum ad superiorem iudicis qui pro tulit sententiā & in causa appellationis iurisdictio prorogari non possit, b fuit in Regia audiētia conclusum die xvij. Decem. 1560. ad relationem Barnabæ Serra doctoris tūc Regiæ Audientiæ in causa quæ vertebatur inter Candiā Bruna, & Io. Bru, villę Bagani ex vna, & Angelam Sola villæ Podij Ceritani ex altera partibus, & dicetur infra in verbo praerogatio iure solutionis.

a Ciuiliter. Ic. per tuas de Simon. Iosephus Ludoui. Decis. 95. Geminian. in cap. 1. de testi. in 6. Catald. in tracta. de Syndicat. q. 64. Auil. iudi. syndicat. cap. 5. glo. sati-factiō num. 2. fol. 272. Alexan. conf. 19. vol. 4.

b Non possit. Nat. conf. 82. nu. 7. Anchar. conf. 345. circa fin. specular. de appel. §. nūc tractemus. num. 4.

C A P. 145.

SVMMARIVM.

1 *Executio pœnæ conuentionalis paciū & treugariū fuit reputata ciuilis in regia Audientia.*

2 *Querela pacis et treugæ descendit ex delicto & qualiter in ea procedatur.*

1 Ciuilis reputata fuit per vtraq. aulā Regiae audiētiae causa executionis pœne pecuniariae debite ex conuentione treugarum, ex eo quia illa pœna erat conuentionalis, & dedebatur ex conuētionalis, & dedebatur ex cōuentione facta in instrumento treugarum.

Ita fuit declaratum in facto supra in hac tertia parte cap. 34. relato.

Voluissem vtiq. continuasse iura quibus fū lata fuit dicta declaratio, quāquā sufficiat nobis scire, quod dicta declaratio fuit ex determinatione vtriusq. aulaeRegiae audientiae facta. & cōsequenter non esse vlterius in his insistendum veruntamen non in vtile esse cogitaui aliqua, quae produbio adduci possent ad memoriā reducere, vt praedicta declaratio clatius elucescat.

Et in primis pro dubio adduco illud quod Hierony. Dalmau quondā doctor regiae audientiae, siue cōsilii in suis notis in verbo executio cap. incipien: Obseruat regium consiliū, refert dicens Obseruat regium conciliū quod quando dicitur per fiscum, aliquem incidisse in pœnis appositis in cōuentione treugarū, vel similibus, quod si constat ex informatione recepta dictū T. de quo agitur, incidisse indictis pœnis taliter, quod per dictam informationem resultaret probatio sufficiens ad condemnationē: quod statim fit prouisio quod procedatur contra illum pignoribus tenentibus pro dictis pecuniis, seu pecuniae quantitatibus, & captis pignoribus, tūc admittatur pars volēs se defendere publicata informatione, & auditur in suis defensionibus parte vocata, huic dubio respōderi dupliciter potest (ni fallor) & in primis pro faciliori intelligētia dubii & responsionis praemitto, licet vulgare sit, quod querela pacis & treuge descen-

2 dit ex delicto, & ante compatitionem quaerelati inclusiue proceditur criminaliter per informationem ex officio, vel ad instantiam quaerelantis offensi, iniuriati, vel damnificati, recipiendam secrete, & postea si monitus, seu citatus

tetur, vide infra in verbo plus petentem consueuit Regia audiencia, & in verbo salarium relatotis.

CAP. 148.

CLausula constituti, quod operetur quo ad hęredem constituentis in materia pręscriptionis, vide infra in verbo pręscripto, & incipit anno M.D.v.

De clericali priuilegio.

CAP. 149.

SVMMARIVM.

Clericale priuilegium allegans an admittatur ad officia publica & voce praeconia soleat publicari.

CLericale priuilegium allegans an admittatur ad officia publica & mercature, & voce pręconia publicari soleat extant conclusiones sequentes.

Die Veneris 11. Octobris 1504. in regia Audiē. celebrata in aula maiori palatij regij, pręsidente Illustrissimo domino Locumte. generali interfuerunt sequentes Reuerendus Petrus Episcopus Vrgelen. cancellarius, Hieronymus Albanell. Fran. Franc. Ioan. Rossell, Petrus Ioan Boreller, Ioan. Lonc. Ioan. de Gualbes. Simon Clariana de Seua. Vincētius Orrit, Ioan. Aybri.

In facto Andreę de Puigredo, contra Georgium Ioannem, qui allegauit priuilegium clericale post plures sententias contra dictum Georgium Ioan. latas facta relatione per dictum Franc: fuit conclusum quod contra dictum Georgiū Ioan. publicērur pręcognitzationes Regiae pragmaticae edite de non admittēdo ad offi:ia publica dictos clericos, nec ad officium mercature.

Die Martis 2. Aprilis 1535 in Regio consilio ibidē celebrato praesidente magnifico Petro Arnaldo Gort V. I. D. consiliario, & regiam cancellariam Regente inter fuerunt sequentes, Franciscus de Vallesica Hieronymus Dalmau. Franciscus Castello fisci aduocatus, Bartholomeus Martinus Franciscus Montaner. Petrus Clariana de Seua, Franciscus çauil. Stephanus Salauert denya, Antonius Piquer Ber. Ribalter, Pet. Honof. Font, Fran. Romęu, & Stephanus Puig iudices curię.

In facto fisci procuratoris, & partis instantis contra Ioan. Matali mercatorem, & Campsorem monetari ciuē Bar. facta relatione per Romeu, meritis processus attentis, & aliás fuit conclusum attento quod dictus Ioan. Matali fuit rē petitus per curiam ecclesiasticam, & eidem traditus iuxta declarationem Regij cancella. quod publicentur pragmatice in similibus disponenter contra dictum Matali. & quod pro praedictis fiant, & expediantur praeconizationes, ac prouisiones necessariae & opportunae: ac in similibus fieri solitæ, & assuete dictae pragmaticae de quibus in dictis conclusionibus fit mentio, & aliae prohibentes clericos aliqua alia exercere sunt in volumine magno consti. sub titulo. Seguexense diuerses pragmatiques fol. cccxxvj. pag. ij. cap. Los clergues qui portaran, o hauran portada, o allegada corona. cum sequen. & generaliter à fol. cccxxvj. pa. 2. in fine vsque ad fo. cccxxviij. pa. 1. inclusiue.

Vide an pro his facere videantur in argumentum tradita per Guillermū Bened. in d. cap. Raynuntius in verbo & vxorem nomine Adelasiam sub nume. 447. versi. sic etiam quicunque Rex vel dominus potest clericum.

CAP. 150.



DEclarationes & sententiae per Reuerendum Cancellarium Regium in contentionibus iurisdictionis inter curiam ecclesiasticam, & curiam

T 3 riam

curiam secularem super priuilegio clericorum, tam coniugatorũ, quam aliorum etiam presbyterorum factæ, referũtur infra in verbo, in titulo. de contentionibus inter curiam ecclesiasticam, & secularem.

CAP. 151.

SVMMARIVM.

1 *Quando in aliqua causa est relator & cõrelator & moritur relator seu alias est impeditus, quomodo procedatur.*

1 QVando in vna causa sunt
a Relator, & Conrelator, a & moritur relator vel aliàs ab est, vel est impeditus perpetuo impedimento, solet dicto conrelatori committi relatio, & alteri Doctori cõmittitur conrelatio, non de necessitate, sed ratione breuioris expeditionis causę ex quo ille qui prius erat assignatus cõrelator erat instructus in causa illa, & decretatio solet fieri sic reuocata commissione T. facta committit dictã causam dicto T. pro relatione faciẽda: & T. pro conrelatione facienda, & ita vidi fieri iã anno 1564. per mortem Stephani Riusec. cuius anima requiescat in pace Amẽ. & etiam vide simile fieri deferendo sene ctuti Barnabe Serra, vidi tamẽ aliter aliquando prouideri præmaxime quando conrelator non erat instructus in causa, relinquitur arbitrio decretantis, sed stylus (prout sæpe) est, quod committitur conrelatori relatio. Adde quod in nouissimis curiis anni videlicet 1585. mutatus fuit hic ordo quoniam omnes causæ terminantur cum solo relatore.

a 4 Conrelator] vid. supra in addi. ad tract. circa formam decidendi causas in regia Audientia.

C A P. 152.

SVMMARIVM.

1 *Commissiones causarum communiter fieri solent antiquiori: nisi ex causa, arbitrio decretantis.*

COmmissiones causarũ supplicationum fieri communiter solent antiquiori doctori, nisi ex aliqua rationabili causa, arbitrio decretantis supplicationem.

CAP. 153.

COmmissiones causarum & euocationes causarum, & decretationes supplicationum quædantur per partes absente regente cancella. à loco in quo regia celebratur audientiam, & cancellario regio infirmitate detento: per quẽ fieri consueuerunt dicam infra in verbo, decretationes, & euocationes causarum.

C A P. 154.

COmmissio causæ supplicationis à prouisione interposite, si erat facienda alicui alteri doctori eiusdem aulæ: & culpa supplicantis fuit commissa doctori alterius aulæ, quia suppliens in supplicatione, dixit dictam prouisionem factam fuisse, facto verbo in regia audientia: declaratur malæ supplicatum.

Factum ponitur infra in verbo supplicatio, & supplicare.

CAP. 155.

DE commissione, seu delegatione Gerunden. Episcopo qui tunc erat, & pro tempore fuerit, facta per fœlicis recordationis Iulium Papam, contra omnes clericos, &c. homicidia, assassinamenta, & omnia alia crimina atrocia. dic vt infra in verbo delegatio.

CAP.

C A P. 156.

Commissarius seu delegatus Apostolicus, an possit compellere notarium Regium det sibi processum originale pœnes eum vt notarium Regium existentem, dic vt infra in verbo processum originale ea. incipien. 10. Septembris M.Dlxxxviij.

Commissio.

C A P. 157.

SVMMARIVM.

1 *Commissiones causarum supplicationum interpositarum a prouisionibus per locumtenentem generalem de consilio regij Cancellarij, quibus & qualiter fiant.*

Commissionem causæ supplicationis interpositæ à prouisione in causa verbali per locumtenentem generalem domini Regis facta de consilio Reuerendi cancellarij Regij, non facto verbo in Regia audientia fieri debere alicui doctori aulę eiusdem Cancellarij. Si autem sit factum verbum commissionem fieri debere doctori alterius aulę, scilicet magnifici Regentis Cancellariam, commissionem vero causæ supplicationis interposite à diffinitiua sentētia per Locumtenentem generalē de dicto consilio lata, fieri debere doctori alterius aulæ determinatum fuit per maiorem partem doctorum vtriusque aulæ.

Quanquam vsque ad diem vigesimā Aprilis Millesimi, Quingentesimi, Octuagesimi quarti, repertum fuerit commissiones causarum supplicationum à prouisionibus interpositarum promiscue fieri, scilicet aliquando commissam fuisse doctori illius aulę in qua præsidebat ille de cuius consilio locumtenens generalis prouisionē fecerat, & aliquando doctori alterius aulę. Non tamen repertum fuit dictas commissiones factas fuisse praecedente discussione, vel deliberatione Regij consilij. Cum autem dicto die Vigesima Aprilis Millesimi, quingentesimi, octuagesimi quarti tractetur de quodam dubio super quadam commissione facta magni. Guillermo Suñer de quadam causa supplicationis interposite à prouisione in causa verbali per Excellentem Locumtenentem generalem factade consilio Cancellarii regii, fuit per maiorem partem doctorum vtriusque aulae determinatum vt supra in summario, quod dicta supplicationis causa fuerat bene commissa dicto Sunyer doctori Aulae Regentis Cancellariam iu ea tamen determinatione non fuerat praesens Cancellarius.

Moti fuimus in causis supplicationū à prouisionibus interpositarum per cō-
d sti. curiae anni 1520. cap 23.[d] Qua statutum fuit per haec verba. Statuym en cara'e ordenam perque mes prest se puga expedir la iusticia que si de algun intermedi o prouisio feta en lo proces de la causa per lo relador se interposara supplicacio, que aquella se haje de cometre à altre relador, doctor de aquella sala de hont sera lo dit relador, si empero de tal prouisio, o intermedi haue fet paraula, o cōclusio en la au liencia, se haje acōmetre a altre doctor dela altra Sala. Et nouissime die Decima sexta Feruarii currētis anni. 1587. super cōmissione quae facta fuerat magni. Mattino Ioā. Fràquesa, doctori tertiae aulæ pei magnificū Regentē Cancellariam, in causa vertente inter Hieronymū Mora aliàs Pinyana, & Elizab. iā Martines, fuit idē determinatū in aula dicti Regentis Cancellariā. Et dicto eodē die 15. Februarii fuit ibidē determinatū de omnes, q cau sa supplicationis quæ fuerat interposita à sententia diffinitiua lata per Locū tenentē generalē d cōsilio d. Cācellarii inter dictā Mora & Martines, & cōmissa Guillet. Sunyer doctoris aulae regētis

Cancellatiam fuerat bene commissa, & quia postea denuntiato processu fuit in ea causa ad relationem dicti Sunyet lata sententia quinta Februarij 1587. & ab illa sententia fuit supplicatum, causa dictę supplicationis commissa fuit dicto Martino Ioanni Franquesa per Regentem Cancellariam, & hodie sexta Marij hæc supplicationis causa pendet indecisa.

Compensatio.

CAP. 158.

SVMMARIVM.

1 *Legatum à testatore ei cui aliquid furto subtraxit censetur factum animo compensando.*

Testator, qui legauit certam pecunię quantitatem illi, à quo ipse testator aliquam rē furto subtraxit, censetur legasse animo compensandi cum illa re furto subtracta.

Istam partem secuta fuit Regia audientia, refferente Michaele Mirallles, doctore Regię audientię, anno 1553. in facto cuiusdā vxoris, quę amouerat quasdam mariti res valētes sexdecim libras. Et ipsa postea in eius testamento legauit marito c. ll. Et fuit declaratū, quod videbatur legasse di. c. ll. animo compēsandi cum dictis xvj. ll. quas in foro con scientię ipsa debebat marito suo præuia causa, æquiparando obligationem conscientiæ obligationi legali, siue necessarię, sequendo doctrinam Francisci de Aretio consil. 93. incipiente, viso legato facto in 1. colu. quem reffert Ias. in authen. Præterea nu. 19. versi. Item extende istam conclusionem C. de vnde vir & vxor. Quamuis ipse Ias. dubitet, cum illud debitum non sit efficax, & exigibile, sicut illud, quod debetur ex dispositione legis, vel statuti.

De qua materia scilicet, quando legatum cōpensatur cum debito, vide tex. & ibi per Bart. Ias. & alios in d. authēti. præterea C. vnde vir & vxor & tex. in l. creditorem ff. de lega. ij. per quę iura & docto. probatur, quod regulariter legatū cōpensatur in debito necessario, & non compensatur cum debito voluntario. Et vbique doctorum locorū ponuntur declarationes, & ampliationes. Et signanter, an & quādo legati facti de specie fiat compensatio cū debito quantitatis, vide Fran. Manti. in tracta. de coniecturis vlti. volu. lib. 10. tit. 2. Soci. consil. 93. vol. 1. nu. 11. Ias. in d. authenti. pręterea nu. 26. C. vnde vir & vxor.

CAP. 159.

SVMMARIVM.

1 *Legatum vxori an censeantur factum animo compensandi.*

Legatum factum per maritum vxori de aliqua pecunię quantitate, & aliis rebus mobilibus & immobilibus cōpensatur cum iuribus dictę vxori viduę cōpetentibus ratione anni luctus, scilicet vestium lugubrium anuli aurei, ornamenti aurei mediocris siue iocalis aurei mediocris, & similium & ita fuisse receptum per regiā audien. constat per conclusionē in Regia audiē. die 20. Decē. 1583. factā tenoris sequētis.

In facto causę vertentis in audientia verbali d. Locumte. genera. de consilio magni. Micha. Cordelles Regen. cancellariā inter Anticā Auella viduā ex vna agentē, & Angelā Romaguera Bertran viduā vxorē Bartholomei Romaguera Bertrā quōdā, mercatoris parte ex altera, facta relatione per d. Regentem. Attento q̄ Battho. Romaguera Bertrā quondā mercator ciuis Bar. testamēto suo cōdito Bar. apud Nicolaū Lentiselar not. pub. Bar. die 16. Septē. prox. lapsi legauit Angelae vxori suae quandiu viuiret domos quas ipse in habitabat in hac ciuitate

ciuitate in vico dela Boria. Item agrum situm in parrochia de Horta, in loco dicto Salou. Item centum ducatos annuos. Item, aliam domum quam dictus testatur possidebat in vico d. den Oliuer. quę legata post obitū d. legatarię reuerterentur ad hęredem dicti testatoris. Item etiam legauit eidem suppellectile, seu bona mobilia quę vellent vsque ad summam & estimationem quinquaginta librarum & Ioannem seruum, ac Elisabetám seruam per tempus decem annorum.

Et attento quod iura per d. viduam petita anni luctus, vestium lugubrium, anuli aurei, ornamenti aurei mediocris, & similium debentur viduis ex dispositione & necessitate legis, & ex causa lucratiua. Quo casu ne testator duplici pręstatione grauetur, aut aliàs, lex pręsumit legata per testatorem animo compensandi fuisse relicta, nisi euidētissime probetur testatorem aliud voluisse de qua voluntate nulla sufficiens cōiectura ex testamento dicti Bartholomęi Romaguera colligitur, quinimmo ex quantitate, & qualitate legatorum contrarium infertur. Et quod attinet ad vestes quotidianas per viduam Romaguera petitas licet illę ex contractu voluntatio debeantur, & ex causa onerosa descendāt. Quo casu ne legatum videatur inutiliter factum non censetur animo compē sandi relictum.

Attamen attento quod ex capitulis matrimonialibus dictorum coniugum Romagueras constat pręd ictam Angelam Romaguera vestes quas habebat quotidianas estimatas in dotem dedisse dicto Bartholomeo viro suo: & consequenter constat pręd ictas vestes quotidianas comprehensas esse in restitutione dotis facta d. viduę & attento quod vestes quotidianę quę viduis dari consuetuerunt videntur substitui, & subrogari in locum earum quas tempore cōtracti matrimonii ad domum viri detulerunt.

Pręterea attento quod per partitam tabulę pręsentis ciuitatis factam per Anticam Auella d. viduę Angelę Romaguera die 19. mensis Octobris proxime pręteriti de mille ducentis triginta tribus libris pro integra dote. Constat satisfactum fuisse pręd ictę viduę in dote. Quam enim adiecta fuerit d. partite sol ta Petri Ferrer not. veruntamen constat d. Auella tam extra iudicium, quam in iudicio consensisse, quod facta & firmata apocha & diffinitione per d. viduam Romaguera solta censeretur sublata.

Pręd ictis & aliis meritis processus attentis & alias fuit conclusum, quod declaretur d. viduę Romaguera non competere tenutam hęreditatis, & bonorū viri sui ratione d. dotis, & pręd ictorum iurium per eam petitorum. Sed quod attinet ad dotem & iura pręd icta ipsam condemnandam fore & esse ad deferendam vacuam, & expeditam possessionē d. hęreditatis & bonorum, eamque restituendam d. Antieę Auella hęredi. d. Bartholomei Romaguera vna cū fructibus perceptis dictorum fructuum, & temporis a quo, liquidatione reseruata.

Retentis tamen per d. viduam Romaguera suppellectili, seu bonis mobilibus quę elegerit estimationis quinquaginta librarum. Nec non vitá sua durante possessione duarum domorum, & agri ei ligatorum & redditibus centum ducatorum deductis oneribus ex redditibus dictę hęreditatis donec, & quousq; empti sint ex pecuniis, seu rebus eiusdē hęreditatis vendendis redditus annui censualis centum ducatorum iuxta voluntatem testamentariam d. quon. Bartholomei Romaguerá.

Nec non retentis seruis eidem legatis ad tempus in dicto testamēto expressum. Quoad cętera vero per partes respectiue pręte nsa, attento quod per supradicta sufficienter prouisum est pręd ictis & aliis meritis processus attentis, & alias fuit conclusum, quod declaretur silentium fore, & esse partibus respectiue imponendum & quod neutra pars in expensis condemnetur.

CAP.

CAP. 160.

SVMMARIVM.

1 *Fructus a die purificati fideicommissi per cepti vsque in diem petitionis compensantur cum meliorationibus factis per bonae fidei possessorem.*

1 Compensantur, seu verius cõputantur fructus percepti a die purificati fideicommissi, vsque ad diem petitionis fideicommissi cum expensis in operibus & meliorationibus factis per bonę fidei possessorem in re fideicommisso subiecta: Et si facta compensatione aliquid superest de expensis factis in dictis operibus, totum illud erit soluendum cum interesse, a die litis motę, vsq. ad realem solutionem dicti reliqui.

Ita fuit conclusum die prima Februarii M D lxi. in causa quæ vertebatur inter Gualmarem de Gualba ex vna parte, & nob. Georgium Ioannem de Aymerich facta magna discussione traditotum per doctores in l. sumptus ff. de rei vendi. l. si mulier. §. si hæres in 2. respon ff ad Trebel. & l. in fideicommissariam ff ad trebellia. & ibi Bart. & per Anto. Negusan. in tract. de Pigno. in 4. mẽbro. v. partis volu. viiii. fol. 50. Math. de Afflict. decis. lxxxvii. n. 6. & 7. Nichol. Boer. decis. 44. nu. 19. & latissime. decis. 4. & per Ias. in l. domos n. 2. & alios ff. delegat. 1. & dicetur specifice, Deo duce, infra in verbo fructus percepti a die purificati fideicommissi.

CAP. 161.

Omputorum causæ piæ, seu testamenti rationem reddere tam iudex secularis, quam ecclesiasticus compellere potest ille, videlicet iudex qui præuenerit, iuxta concordiam inter dominum Regem & Reuerendissimum Episcopum Barcino. quæ est in vol. consti. fol. 291. & dicitur latius infra in verbo contentio c. incip. super redditione.

CAP. 162.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si & vbi forum & iurisdictionem vicarii Barchinonæ declinare possemus, an faciat conditionem.*
2 *Dictio, si, importat conditionem.*
3 *Fallit tamen vt ibi.*
4 *Inter conditiones iuris & conditiones facti, differentia.*
5 *Dicto, si, interdum ponitur pro, quia.*

1 Ondito posita in renunriatione proprii fori, scilicet si & vbi forum, & iurisdictionem Vicarij Barcinone declinare possemus, non facit conditionem; quamuis renuntiantes ignorarent se posse de iure renuntiare. Et dicta dictio si, quando suspendat effectum obligationis in qua ponitur, & quando non.

In facto retroclami in Regia Audientia ad relationem magnifici Hieronymi Planes doctoris Regii concilii in posse T. Busquets not. pro collegio regii mãdati scribarum, expositi per Franciscum Hospital domicellum Barcinone, contra nobil. Plicamandum de Marimon, & fideiussores per eũ datos in vim clausule renũriationis proprii fori in instrumento venditionis violarii cum scriptura tertii in curia vicarii Barcinone continuata posite per hæc verba. Renuntiamus foro nostro proprio, & ipsius fori priuilegio, si & vbi forum, & iurisdictionem, vicarii Barcinone declinare possemus, & submittimus nos foro districtui, & cognitioni dicti vicarii & cuiuslibet alterius &c. vt in cursu. fuit per dictum relatorem xvi. mensis Octobris M D lxxxii. propositum dubium in Regia Audientia. An videlicet non obstante quod regulariter contra obligatos cum dicta scriptura tertii in curia vicarii Barcinone continuata potest, & consueuit prouideri,

prouideri, & fieri exequutio, non cita-
to prius, nec aliter vocato obligato, in
proposito casu dictus Plicamandus de
Marimon & illius fideiussores vt con-
tra eos decerni posset executio debebat
citari ad probandum, seu verificandum
dictam conditionem, videlicet, quod di-
ctus Marimon, & eius fideiussores pote
rant declinare forum dicti vicarii Barci
none, & sic foro proprio renuntiare.

Et pro affirmatiua parte deduceba-
tur, quod illa dictio, si, importat condi
2 tionem. l. si titio. & ibi Bar. ff. quando di
es legati, vel fideicom. cedat cum mul-
tis aliis, & dispositiones conditionales,
vt fortiantur effectum debent prius pu
rificari, per text. in d. l. si titio. & per to-
tum tit. ff. de conditio. & demonstra. &
interim dispositio conditionalis suspen
ditur secundum Bar. in l. i. n. i. ff. de con
di. & demonst. vbi ponit diffinitionem
conditionis, reiecta diffinitione posita
per glos. in Rubri. illo tit. super quibus,
tamquam (quo ad propositum nostrū)
modicæ efficatiæ, amplius non insisto.
& postquam dicta renuntiatio proprij
fori est facta cum conditione, si forum,
& iurisdictionem vicarii Barcinone de
clinare possent, ideo prius erat purificari
da illa conditio, id est prius erat cognos
cendum liquidandum, & declarandum.
An potuerint declinare forū dicti vica-
rii, & proinde an potuerint renuntiare
foro illius, iuxta tradita per Philippum
Deci. consi. cvii. n. 2. versi. & ideo ista cō
ditio debuit prius verificari. arg. l. fin. in
prin. & quod ibi nota. per Bart. & vlte-
rius dicit hoc procedere in instrumen-
to quod habet executionem paratam
per multa iura, & doctores, quę, & quos
allegat. Corroboratur hæc affirmatiua,
quia antequam fuerit adimpleta condi
tio, non fuit orta actio, nec obligatio
iuxta §. in condicionali insti. de verbo.
obliga. cum ibi notatis. tradit notabili-
ter Guido. Pap. q. xv. qui profecto est vi
dendus, vna cum Bart. & Salice. in locis
per eum allegatis. Et quia vt dictum est
illa conditio erat prius liquidanda, ideo
ad illius liquidationem, & declarationē
faciendam, citandi erant dicti Marimō,
& illius fideiussores, quia iudicium con
sistit in tribus, actore videlicet reo, & iu
dice cap. forus de verbo significa. in de-
creta.

Prædictis tamen & aliis, quę pro par
te affirmatiua deducta fuere, non obs-
tantibus, fuit per maiorem partem doc
torum dictæ aulæ determinatum quod
prouideretur (prout prouisa fuit) execu
tio in persona & bonis dicti de Marimō
& illius fideiussorum, quia illa conditio.
si declinare possemus, non solum est de
præsenti cum sit, aut optatiui modi tē-
poris præsentis, aut subiunctiui modi
præteriti imperfecti, sed etiam erat iuris
& certa: dictio enim, si, quando respicit
verbum præteriti, vel præsentis tempo
3 ris non facit conditionem vt per Bart.
in d. l. i. num. 2. in principio suæ notabi-
lis distinctionis ff. de condi. & demonst.
per l. si ita stipulatus fuero hanc. ff. de
verbo. obliga. ibi. nec placuit habere cō-
ditionis sermonem, qui non ad futurū,
sed ad præsenti tempus refertur, etsi cō
trahentes rei veritatem ignorent. Et e-
tiam allegat multa alia iura, quæ breui-
tatis causa non refero. Et ibi etiam di-
cit, quod omnia iura, quæ conditiones
in præteritum appellant conditiones, lo
quuntur improprie. & idem tenet Pau.
de Cast. ibidem.

Item illa conditio, si forum & iurisdi
ctionē vicarii Barcinone declinare pos-
semus, est iuris, & non facti inter quas
4 conditiones magna est differentia. Nā
& in conditionibus iuris sufficit, quod
conditio extiterit, quamuis ignoretur.
In conditionibus autem facti requiritur
quod conditio sit adimpleta, & scientia
adimplementi per tex. & ibi Bar. in sum
mario. in l. multum ff. de condi. & demō
stra. inquit enim ille, multum interest
conditio facti, an iuris esset. Nam huius-
modi conditiones si nauis ex Asia vene
rit, si Titius consul factus fuerit, quam-
uis implete essent impedirent hęredem
circa adeundam hęreditatem, quamdiu
ignoraret eas adimpleras esse, quę vero
ex iure venirent, in his nihil amplius e-
xigendum

xigendum est, quã vt implete sint. Veluti si quis se filium famili.existimat,cũ sit paterfamil. poterit acquirere hæreditatem.Quare & ex parte scriptus hæres,quæ ignorat: An tabulæ testamenti aperte sint,adire hęreditatem poterit.Ita in proposito casu nostro. Cum dicta cõditio,si dictus Marimon,& eius fideiussores possent declinare iurisdictionẽ vicarii Barcinone,sit iuris,ideo non inducit cõditionem,& de iure est certum, quod poterant dicto foro vicarii Barcinone renũtiare,quia quilibet potest suo proprio foro renuntiare expresse secundum Bart.Pau. & Ias. in l.1.ff. si quis in ius vocatus non ierit, per illum notabi. tex.ibi nisi suo priuilegio specialiter renuntiauerit.Est etiam text. & docto.in l.pen.C.de pactis.& dictæ clausulæ poni solent in omnibus,vel fere,venditionibus censualium , violariorum , & in quibuscũq;debitoris & obligationibus, & ille inconcusse in regia audientia, & in curiis inferioribus admittuntur , & non requiritur,vt supradictum, & probatum fuit,quod dicti renuntiantes sciuissent se posse de iure renuntiare. Et quanquam possent in contrarium deduci ea,quæ pro contrariis deducũtur per glos.Bar.& alios in eadem l.multũ interest. Attamen non solũ responsiones sumi possent ex solutionibus ad dicta cõtraria per eosdem doct.& glo.datis, sed etiam responderi posset, quod sufficit, regia audientia dictũ intellectũ recepetit , per ea quæ tradita sunt in proemio primę partis obseruantiarũ. & supra in hac tertia parte obseru.c.12.col.9.versi. nec tuę prudentię inniti debes fol.6.

Animaduertendum tamen est,quod si in actu executionis opponeretur per illum,qui cum dicta conditione se obligauerat declinatoria fori ex causa publica vt puta quod est de officialibus alcaldorum seccę monetę quę cuditur Barcinone admitteretur dicta exceptio declinatoria fori , pręmaxime si opponeretur per procuratorem fiscalem curię dictorũ alcaldorũ seccę,quia dicti officiales renuntiare iurisdictioni dictorũ alcaldorũ nõ possunt per priuilegia,& fundamenta relata supra in prima parte c.xv.

Etsi dicta declinatoria fori probata fuerit incõtinenti per exhibitionem instrumenti creationis officii dictę seccę, tunc ille iudex supersedere debet, & solet in executione per eum prouisa,& remittere causam,& partes ad curiam alcaldorum, aliàs si dictus renuntians vel let probare per testes , vel alium modũ requirentem altiorem indaginem: Credo quod iudex non posset supersedere, quia esset contra priuilegiũ, seu mẽtem priuilegii dictę scripturę tertii in curia vicarii continuatę.Quod quidem priuilegium non admittit nisi exceptionem solutionis,aut satisfactionis,de qua fieri debet prompta fides,per apocham, vel apochas de soluto,seu per publicum instrumentum incontinenti,vel infra breues dies,arbitrio iudicis pręfigendos, aliàs si debitor intendit dictam exceptionem probare per testes,tunc fit executio antequam debitor admittatur ad probandũ dictam exceptionem,pręstita tamen idonea cautione per creditorem, Quod si debitor dictã exceptionẽ probauerit,possit debitor pecuniam,quam soluerit recuperare absq;lite.Dequo priuilegio habetur in volumine constitutionum generalium Cathalonię fo.280 quod est infantis Alfonsi primogeniti Regis,Dat.Barcinone 4. kalend. Maii. 1410.Nec his obstarẽt tradita per dictũ Decium consi.107.n.2.dicentem, quod priusquam possit fieri executio similis instrumenti debet purificari,& liquidari cõditio,quia Decius,& iura per eum allegata loquuntur in conditionibus facti,& quippe de futuro: Et nos non loquimur in conditione facti,sed in conditione iuris,inter quę magna est differentia,vt declaratum fuit supra per d.l. multum interest ff.de conditio.& demõstra.& ibi notata. Pariq, modo, & eisdẽ fundamentis & rationibus non obstaret,dicta decisio Guido.pap.q.xv.

Et in practica est aduertendum,quod quamuis debitor pręuenisset iudicium, idem esset obseruandum , vt reperi in quadam

quadam apostilla posita in lib. constitutionum, qui continuo erat in aula Regię Audientię, & custodiebatur per alterum ex virgariis Regię Audientię, licet postea ille liber dolo substractus fuerit, & dicta apostilla erat scripta in margine dicti priuilegij, circa principiū dispositionis dicti priuilegii, ibi super solutione debitorum, & erat tenoris sequentis.

Die xxviii. mensis Aprilis MDxxxx vii. facto verbo in vtraq; aula per Hieronymum Soler V.I.D. de Regio consilio, fuit d. terminatum, quod executio scripturę rituum est facienda contra quēcunque obligatum in censualibus, violariis, & etiam debitoris in persona, & bonis ipsius debitoris obligati, non obstante preuentione iudicii per debitorē facta opponendo aliquas exceptiones ante expositionem retroclami: Pręstita tamen prius cautione per creditorem propter iudicii pręuentionem. Et quod dicta executio fiat absque partis citatione. hec ibi. Addo, quod vidi plures practicari in Regia Audientia idem. Quod dicitur in dicta apostilla etiā si creditor virtute clausulę renunciationis proprij fori, & submissionis cuiuscunque alterius exposuerit retroclamum in alio iudicio, & coram alio iudice, & non in iudicio, & coram iudice, quod & quē peruenerat debitor opponēdo aliquam exceptionem & nimirum, quia electio iudicii virtute dictę clausulę, & cōuentionis est creditoris, & non debitoris. Et ideo debitor contra dictam conuentionem, & pactum non potest facere deteriorem causam & ius creditoris, conueniendo creditorem ratione eiusdem cōuentionis in alio iudicio per creditorem non electo. Ait enim pretor pacta conuenta quę neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta decreta principum, neque quo fraus cuique eorum fiat, facta erunt, seruabo l. iuris gentium §. pretor ait. ff. de pac. cum similibus mille. l. si quis in conscribendo. vbi est propria materia renūtiationis fori. C. de pactis, & ibi docto.

5 Adde pro materia, quod dicta dictio si, interdum ponitur pro quia, interdū pro quamuis, interdum ponitur proprie interdum improprie, & de multis aliis circa materiam conditionum, vide principaliter per Bart. & alios in d. l. 1. & in l. multum interest. ff. de condi. & demonstra.

CAP. 163.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatoris vniuersitatis Illerdę quę sit potestas.*

2 *Potestas ei concessa per Calix. Pap. traditur.*

3 *In litteris Locumtenentis generalis directis conseruatori Illerdę ratione firmę iuris interpositę per laicum citatum instante aliquo scolari non solent poni verba mandamus, sed monemus vel similia.*

1 Conseruatoris scolarium studij generalis Illerdę potestatem, esse maiorem illa de qua loquitur rex in c. 1. & fi. de offi. & potest. iudi. deleg. in vi fuit determinatum per doctores aulę Regentis Cancellariam in casu sequenti.

Cum quidam nomine T. Balle studens in studio generali ciuitatis Illerdę conuenisset Ioannem Rossello laicum villę de Miralcamp, coram dicto conseruatore v. Nouemb. M D lxviii. dictus Rossello firmauit de iure dicto Balle coram vicario Regio villę Tarregę, & postea fuit euocata causa ad Regiam Audientiam & cum pręcedentibus literis Regiis solitis dictus conseruator comparuisset in Regia Audientia in aula Regentis Cancellariam, & informasset de suo iure & dimisisset copiam sui processus in Regia Audientia, fuit dicta copia tradita Antonio Ros vni ex doctoribus illius aulę pro relatione facienda, & illa facta, quinimo & lecta dicta copia fere per omnes doctores illius aulę in eorū domibus, & visa potestate dicti conser-

uatoris,

uatoris, & facta inter nos magna discussione, & signanter, attento quod iuxta dictam potestatem dictus conseruator dicti studii potest cognoscere etiam de non manifestis oppresionibus, & iniuriis, quoniam potest cognoscere de his quę requirunt altiorem indaginem, fuit determinatum concorditer per omnes in hoc, videlicet quod dictus conseruator dicti studii generalis in causis scolarium habet maiorem potestatem illa de qua loquitur tex in c.i. & fi. de officio & pote. iudi. delega. in 6. & quod habet tantam potestatem in causis scolarium super laicis, quantam habet reuerend. Episcopus, & eius officialis in causis clericorum super laicis, seu secularibus, dicta potestas concessa fuit per Roma. Pontifi. em Calicium Dat. Romæ anno incarnationis domini millesimo, quadringētesimo, quinquagesimo quinto, septimo Kalen. Maii, & habeo illam impetratam, & cōsutam in meo libro priuilegiorū, cuius potestatis aliquas clausulas tantum, breuitatis causa, refetam hic vt sequitur.

a Cali. Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarraconen. & Episcopo Illerden. ac dilectis filiis Abbati monasterii Ageren. Vrgellen. dioece. nec non officialis Illerden salutem &c. nos igitur &c. volentes ipsis vniuersitati Rectori, ordinariis, doctoribus, magistris, licētiatis, scolaribus, ministris, notariis, siue officialibus remedio subuenire &c. Mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus per vos vel alium etiam si sunt extra loca in quibus deputati estis conseruatores & iudices, præfatis vniuersitati, Rectori, ordinariis, doctoribus, magistris, scolaribus, & ministris, notariis, seu ipsorum efficacis defensionis præsidio assistentes non permittatis & super præmissis omnibus & singulis indebite molestari, vel eisdem grauamina seu damna, vel iniurias irrogari, facturi dictis vniuersitati, rectori &c. in illis videlicet, quæ iudicialem indaginem requirunt, de plano, sine strepitu, & figura iudicii, in aliis vero pro vt qualitas ipsorum exegerit iustitiæ complementum. non obstantibus voluntate prædicta, ac tam felicis recordationis Bonifacii Papæ octaui prædecessoris nostri, quibus cauetur nequis extra suam ciuitatem &c. & quod de aliis quam de manifestis iniuriis, & molestiis, aliisq; iudicialem indaginem exigūt pœnis in eos si secus egerint, & id procurantes adiectis conseruatores se nulla tenus intromittant &c.

Non tamen de d. determinatione cō clusio facta fuit ex eo quia si rite recordor vidimus in processu dicti conseruatoris quod dictus Rossello coram conseruatore comparuerat, & conseruator se iudicem competentem declarauerat, & propterea, & etiam quia dictus conseruator in suis litteris responsiuis indecenter loquutus fuerat, fuit conclusum die 2. Decembris M D lxx. per hæc verba, fuit conclusum, quod declaretur dictum conseruatorem posse ad vlteriora procedere, non obstantibus literis a Regia Audientia 6. Februarii proxime lapsi emanatis, & eidem conseruatori præsentatis, & aliis litteris curiæ vicarii Tarregæ eidem conseruatori præsentatis. Et quod conseruator prædictus moneatur, vt a cetero in casibus tantum sibi permissis, & iuris forma seruata de negotiis dictorum scolarium, & aliorum in bulla suę potestatis comprehensis cognoscat, & Regiam iurisdictionem minime occupet, nec laicos Regię iurisdictioni subiectos molestet, seu inquieret. Et quod litteras suas responsiuas tā Regię Audientię, quam vicario Tarregę directas, ac præsentatas casset, & reuocet. Et quod a cetero Vrbanius, & vt decet se habeat, & pro his omnibus fiant litterę oportune iuxta stylum, & in hoc omnes doctores, vno excepto, concordes fuerunt, & dicta conclusio facta fuit precedente supplicatione procuratoris fiscalis Regię Audientię conquerentis de dicta inurbanitate, dicta conclusio est in libro conclusionum dicti anni 1570. circa finem dicti libri qui est reconditus in archiuo regio Barci.

In litteris

3 In litteris quæ fiunt per Locumtenẽtem generalem domini Regis dicto cõseruatori ratione firme iuris per laicum coram dicto Locumtenente generali factę alicui studenti in dicto studio, ad cuius studentis instantiam dictus laicus citatus fuerat coram conseruatore, dictus Locumtenens generalis non dicit, Mandamus, sed per hęc, vel similia verba, vobis dicimus & monemus quatenus intra dies actitata per vos reuocetis, aut intra eosdem decem dies in Regia Audientia compareatis banchum Regium informaturus, & non dicitur, quod cõpareat per se, vel legitimum procuratorem, sed dũtaxat (vt præhabetur) quod compareat in Regia Audientia banchũ Regium informaturus, & si rite recordor, quidam delegatus similiter monitus, voluit per procuratorem comparere, & non fuit admissus, & an ipse conseruator, & alii delegati ecclesiastici in suis litteris ponant comminationem excommunicationis, vide supra in obseruantiis Regii Cancellarii in contentionibus iurisdictionis cap. incip. In litteris contentionis.

C A P. 164.

SVMMARIVM.

1 *Consistorialis causa quæ sit.*



1 Consistorialis causa est causa reductionis iurisdictionis ad Regiam coronam in vim priuilegii per dominum Regẽ concesßi.

Die vltimo Iunii M cccclxxxiii. ad supplicationem fisci procuratoris Regiæ curiæ, & syndici villæ de Episcopali causa reductionis iurisdictionis dictæ villæ ad Regiam coronam in vim priuilegii per dominum Regem concesßi, ne alienaret a vicaria Gerundę aliquam iurisdictionem, fuit tanquam consistorialis ad Regiam Audientiam euocata per hæc verba, Euocata causa tanquam cõsistoriali committatur Ioanni Pages Vicecancellario. Dicta causa fuit introducta contra Reuerendum Episcopum Gerundæ, & nunc die vii. Iulii M Dlxxxij. vertitur ad relationem magnifici Federici Fõt Pastor relatoris, & mei Michaelis Ferrer conrelatoris.

Et quia late de his dixi in additionibus casuum in quibus Gubernator generalis Cathaloniæ, & gerens vices generalis Gubernatoris consueuit, & potest exercere iurisdictionem domino Rege, & eius Locumte. generali a Cathalonia absentibus c. Incip. Adde quod causa consistorialis, Ideo ad illa me refero, & pro materia, vide dicta supra in prima parte c. 22. incip. Fundamentum huius obseruantiæ.

Adde etiam quod de consistorio principis, & Papæ loquuntur tex. in c ex insinuatione. ibi in consistorio principis de appella. in cano. Anteriorum versic. Ad hoc sancimus, si quando lis speratur in nostrum inferri consistorium can. conueni circa medium ibi, sed in consistorio. 23. q. 8. in Clemen. pastoralis versic. notorium circa fi. in verbo consistorij, ex quibus iuribus, & glosa colligitur cõsistorium esse locum in quo sedet Princeps ad iudicium. vt per cardi. in Clemẽtina pastoralis, versi. Notorium. de sent. & re iudi.

Adde quod si causa Regii patrimonii cuius ordinarius iudex, est Baiulus generalis Cathaloniæ (vt puta causa reductionis iurisdictionis ad Regiam coronam (semel legitime in Audientia domini Regis introducta fuerit, vt quia existente domino Rege præsente in ciuitate fuit in illius Audientia, introducta & sic effecta fuerit consistorialis, quam uis ex aliqua causa necessaria, verbi gra gratia, propter absentiam regiæ Magestatis, & eius Locumtenentis generalis:) in baiulia generali prosecuta fuerit, postea cessante dicta absentia domini regis, & sic cessante dicta causa, poterit ad regiam audientiam euocari, & procedimenta facta coram baiulo generali non reuocantur tanquam attentata, & facta in præiudicium litis pendentię, nec tanquam

quam facta contra l. vbi ceptum est iudicium ff. de iudi. per doctrinam Bat. in d. l. vbi ceptum n. 3. versi. Item hęc regula procedit, & per alia quę retulit late, & notabiliter Hieronymus Dalmau in suis adnotationibus in verbo, Attemptata an dicantur vbi ponit factum late, & quia ego referre omisi supra in verbo attentata quanquam aliquid dixerim supra in ca. 124. Ideo dicam latius infra in additionibus quas (Deo auxiliante) facere intendo super verbis attentata.

Adde etiam quod Mier. in const. pro uehim, e ordenam n. x. vsq; ad finem col la. x. fol. 36. dicit quod causę illustriũ & nobilium, quando agitur de criminibus grauioribus, dicuntur causę consistoriales, & regaliarum. Secus quando agitur de leuioribus, vt C. de digni. l. si grauius & in casu l. quotiens eo. ti. li. 12. & alleg. Io. de Pla. in d. l. grauius, vbi habetur, quod isti magnates non sunt etiam pro criminibus a iudicibus incarcerandi, sed debent custodiri, & eorum crimina principi intimari, & quod per istam doctrinã limitatur illa const., quę est in vol. consti. in ti. En quin lloc deu esser couengut per crim fo. 88. & quod etiam per alia ibi deducta limitatur c. volents illi allegat. & quod causę dictorum mobilium non dicuntur causæ vicariæ neq; baiulię etc. vbi late videre poterit inter quæ refert audiuisse, quod dominus Rex Pet. dixit quod male fecit Gubernator qui honor. Petrum Sord domicellũ delatum de graui crimine dedit iudicibus procerum Barci. et de capitandum in consulto ipso Rege qui erat tunc in villa Granullariorum, et quod forte fuit culpa assessoris, et ad excusandum dictum Guber. allegat l. 2. ff. quod quisq; iuris disponentem, per hęc verba. Hoc edicto dolus deber ius dicens puniri. Nam si assessoris imprudentia ius aliter dictum sit, quam oportuerit, nõ debet hoc magistratui afficere, sed ipsi assessori. Sed pro dolor, quia vidi aliquem magistratum ponentem, iure tamen imperitum inuehisse contra conciliarium bene consulentem, et leges quas conciliarius allegabat improbasse, et aliuni magistratum etiam potentem contra constitutum fecisse, vnde ad memoriam reduco, quod consiliarius, seu assessor in simili coniectura, seu facto caueat vt sit virilis, et constans in perseuerando, et prudens in modo dicendi, et respondendi, recurrẽdo ad dominum Iesum Christum, vt vidi quia quidam conciliarius magistratum potentem contra conciliũ facientem placauit dicens: Domine nollem propter taciturnitatem meam me obligatum remanere ad confitendum Sacerdoti, et ad emendãdum damnum parti lęse ex taciturnitate. Sum enim obligatus dicere, vos non posse de iure facere quod facitis et iubetis, et eo tũc remisit alteri illud recognoscendum, pro quo videatur in argu. Cal. in prohemio margaritę fisci in principio, licet loquatur in aduocato.

CAP. 165.

SVMMARIVM.

1 *Causa obseruantiæ priuilegiorum est consistorialis.*

CONsistorialis causa, est, causa obseruantię priuilegiorum, ita reperii continuatam in litteris Regię Audientię ad instantiam syndici ciuitatis Barcinone, contra Baronem de la Lacuna 26. Maii. 1491. dite ctis, et facta ptius relatione in Regio concilio per Petrum Iacobum Boteller, quibus mandabatur dicto baroni, quod restitueret pignora quędam, quę accepit pro carnalagis, aut si iustas pretenderet habere causas citabatur, vt intra viginti quinque dies compareret etc. Est in processu dicto inter syndicum ciuitatis Barcinone et syndicum Ciuitatis Dertusę ad relationem nunc mei Michaelis Ferrer. fol. 135.

Not. quod a c. 145. quod in antiquã impressione computatur 144. in veteri numeratione peruertitur ordo, qui modo consolidatur

solidatur vsq.ad c.seq.in quo concordat antiqua numeratio cum noua.in sequentibus iterum flexibiliter peruertitur numeratio prædicta,quæ quidem non mutatur quia grauissimi doctores qui in hoc principatu subtiliter scripserunt post istas obseruantias,eas allegarunt iuxta veterem numerationem,& sic si mutaretur studiosi lectores (nullas in perquirendo latebras omitendo) inanes labores sustinerent.

CAP. 164.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio constitu.2.cur.ann.1547.in illis verbis si ja al Lloctinent y al Consell Real no aparegues altra cosa conuenir.*

2 *Quando duo copulatiuè ponũtur quorum vnum alteri inest vnum in adiectiuũ resoluitur.*

1 a CONstitutionis 2. curię generalis anni M D xxxxvii.declaratio.ibi, si ja al Lloctinẽt general, y al consell real no apaaregues altra cosa conuenir.

In fine mensis Aprilis, aut in principio mensis Maii M D lxxxii. in facto supplicationis oblate per T. contra T. Gomis ciuitatis Dertusę super euocatione causę in ea supplicatione relate, facto verbo in vtraq,aula per Perrum Balle doctorem Regię Audientię,fuit deliberatum non esse necessarium, quod in illa determinatione esset pręsens personaliter dominus Locumtenens generalis regię maiestatis,sed sufficiebat quod determinaretur in regio consilio, postquã determinato euocationis dictę causę (sicut in aliis causis) fit nomine dicti Locumtenentis generalis in quo, & nõ in dicto consilio residet omnis iurisdictio.

2 Pro dicta determinatione multa deducta fuere,& inter alia recordor deductum fuisse benefacere doctrinam siue regulam istam, quod quando duo ponuntur copulatiue quorum vnum de necessitate alteri inest, vnum resoluitur in adiectiuum,vt ff.de pac.l.1.ibi in idem placitum,& consensus, idest placitus consensus, de qua regula meminit in simili Bar.in extrauagan.ad reprimendum in verbo videbitur versicu. Sed quid si apponunrur verba significantia vtrunque quomodo In læse maiesta.crimi.procedatur dicens, quod si alicui fuerit data facultas iudicandi,prout arbitratus fuerit,& voluerit,quia vnum prædictorum alteri inest, quia non est arbitrium sine voluntate,ideo per dictam regulam, illa verba, prout arbitratus fuerit & voluerit exponi debent i. voluntate arbitratus fuerit. ita in nostro casu illa verba,al Lloctinent general, y al consell real, exponi debent Locumtenenti generali cum consilio,seu consilio regio Locumtenentis generalis quia postquam locumtenens generalis in concernentibus iustitiam procedere debet cum consilio Regio,in tantum,quod sine illo nihil prouidere potest, & sine firma Cancellarii Regii, vel regentis cancella.literę euocatorię,& citatoriæ,& aliæ similes non possunt expediri, expediuntur tamen nomine locumtenentis generalis quamquam locumt.genera. non fuerit ibi personaliter præsens dummodo sit in illa ciuitate, aut termino illius, ideo restat clarum, quod vnum dictorũ duorum inest alteri, quia nec Locumtenens generalis, sine consilio, nec consilium sine locumtenente quicquam concernens iustitiam facere potest, vt hæc colligi possũt per constitutiones positas in titulo de la audiẽtia e consell real, & in titulo de offici de Canceller,c. primerament senyor,que com per occupatio,& c.Item senyor quel Canceller,sig nanter ibi.regesquen, e ministren per vos senyor la iustitia,& per alias constitutio.

a.Constitutionis.2.) quæ est 11.in ordine ti. de euocatio.de causes fol.218.

De constituti Clausula.

CAP. 167.

V Quidam


Vidam venditor censualis certę pensionis annuę constituit se nomine emptoris persidere dictum censuale ad quod obligauerat omnia bona sua, & hęres dicti venditoris non soluit per spacium xxxx. annorum, an ipse hæres poterit allegare perscriptionem dicitur infra in verbo præscriptio, & incipit, Anno M D v.

De contentionibus inter curias seculares.

CAP. 166.

SVMMARIVM.

1 Rex cognoscit de contentionibus inter Regios officiales.
2 Rex solus cognoscit de validitate seu inualiditate priuilegiorum directè, indirectè tamen quilibet alius officialis.
3 Vbi intellectus legis alia lege non est declaratus, adeundus est princeps.
4 Decisio.

1 Qvando est contentio iurisdictionis inter duos officiales Regios, vt puta inter Deputatos Generalis Cathaloniæ, & conseruatorem Marcharum, & inter Vicarium Barcinone, & Consules Logiæ maris, & inter alios officiales Regios dominus Rex, & in illius absentia eius Locumtenens Generalis Cathaloniæ est iudex competens, & consueuit declarare ad quem illorum iurisdictio pertineat.

De his, & de vno speciali quod antequam fieri possit cōtentio inter curiam vicarii Barcinone, & curiam consulatus Logiæ maris præcedere debet, dixi supra in prima parte de euocationibus causarum c. 37. Et ideo sufficiat ista remissio, quia tamen olim magna fuit mora altercatio super contentione iurisdictionis inter deputatos generalis Cathalonię, & conseruatorem Marcharū propter eorum multa priuilegia, de quibus in dicta obseruantia nihil in specie dictum fuit, ideo ex causa ad memoriam reducere decreui sequentia.

2 Primo doctrinam Cali. in marga. fisci. 8. dubio. prętoga, 74. fol. 118. dicentis quod solus princeps directè cognoscit de concessionibus & priuilegiis suis si sunt iusta vel iniusta, valida seu inualida, licet indirectè cognoscere possit alius officialis pura si iuuat causam, vel si sunt vera vel falsa per iura & docto. quę & quos alleg. In super dicit Cali. secun. Io. Andrea quod aut est dubium de priuilegio, aut de priuilegiato, 1. casu solus princeps iudicat. Secundū doctrinam eiusdem Cali. in d. 8. dubio pręrogatiua 147. dicentis, quod solus princeps interpretatur sua beneficia per textum in l. Neratius consultus ff. de regul. iur. cum concordan. glosę notabilis.

3 Tertio notabilem doctrinā Salic. in l. cū de nouo in summario C. de legib. dicentis per illū notabilē tex. quod vbi legis intellectus consuetudine, l. alia l. non est declaratus, Princeps est adeundus, atque ita in casu de quo nunc agitur, cum intellectus dictarum concessionum regiarum, scilicet deputationis & conseruatoris Marcharū, nō sit hactenus consuetudine, vel lege declaratus ideo pro declaratione dominus Rex, & in eius absentia Locūtenēs generalis est adeūdus.

Quarto, quia ab antiquissimo tempore fuit ita obseruatum, non solum per locumtenentem generalem domini Regis in Cathalonia, sed etiam per gerentem vices generalis Gubernatoris Cathalonię in absentia locumtenentis generalis, vt retuli in prima patte obseru. c. 22. & 37.

4 Die 11. Decem. 1546. cū inter Deputatos generalis Catha. & gerentē vices gubernatoris Rossilionis fuisset contentio iurisdictionis, quia quidam Regius officialis processit ad capturā cuiusdā officialis deputationis ꝓ delicto (vt asserebatur)

batur) commissio extra suum officium licet contrarium assereretur per Deputatos, & Deputati processerunt ad capturam dicti officialis Regii, & ideo dictus gerens vices Gubernatoris Rossilionis processit contra Deputatos locales Rossilionis, & quia Deputati generales processerunt contra dictum Geren. vices Gubernatoris, ipse gerens vices Guber. firmauit de iure in Regia Audiensia, & tunc Regia Audientia cognouit inter dictos gerentes vices Gubernatoris, & Deputatos Cathaloniæ, ita reperio continuatum in meo libro.

CAP. 167.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Rex, seu eius Locumtenens cognoscunt de causis contentionum inter officiales regis, & baronum.*

1 QVando est contentio iurisdictionis inter baronem & officialem Regium dominus Rex, & in eius absentia, eius Locumtenens generalis cognoscit ad quem iurisdictio pertinat.

Dixi in prima parte obseruantiarum de euocationibus causarum. cap. 37. & hinc procedit obseruantia sequens, quę loquitur de contentione iurisdictionis inter ecclesiasticum, vt baronem, & officialem Regium, vide ibi, & de ista materia vide omnino c. curiæ anni M Dlx
a iiii. c. xxvi. a

a. C. xxvi.) titu. de appellations, in ordine. 14. fol. 411.

CAP. 168.

SVMMARIVM.

1 *Locum fuisse & esse, fuit declaratum, firmæ iuris per regium officialem in Regia Audientia interposita quæ dedit occasionem cōtentioni ortæ inter dictum officialem, & ecclesiasticū vt baronē.*

2 *Rex est iudex iudicum & communis persona omnibus habitantibus in Cathalonia.*

1 QVando est contentio iurisdi-
a ctionis inter ecclesiasticum, vt baronem, a & officialem Regium, & officialis Regius firmat ius, & de iure in Regia Audientia, consueuit Cancellarius declarare firme iuris in curia seculari factæ locum esse, & alias dominus Rex est iudex.

In facto contentionis iurisdictionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Reuerendissimi Archiepiscopi Tarraconę, & secularem Regiæ Audientiæ, super firma iuris facta in Regia Audientia per PaulumCiurana domicellum, & edilem siue mostafassium ciuitatis Barcinone super procedimentis factis per curiam ecclesiasticam Tarraconæ, ad instantiā æconomi, siue procuratoris monasterij vallis domicellę, contra dictum ędilem, ex eo, quia dictus ædilis, siue mostafassius exercuerat iurisdictionem in termino de sant Boy in partita vocata Arlouina pignorādo aliquas personas, in qua partita dictum monasterium prætendit habere iurisdictionem ciuilem, plenam, & consequenter iurisdictionem super pensis & mensuris, &c. & esse in possessione exercendi, & dedit aliquos testes, curia vero secularis, etiam prętendebat, quod dictus mostafassius siue edilis erat in possessione exercendi. fuit declaratū viiii. Martii. M D Lxxxxii. per Illustrem & Reuerendissimum Cancellariū Regium dictæ firmæ iuris in curia seculari Regiæ Audientiæ factæ locum esse. quia quando est quæstio iurisdictionis inter duos barones, siue dominos, cuius illorum sit iurisdictio, dominus Rex est iudex competens, & consueuit semper
2 cognoscere & iudicare, dominus enim
c Rex est iudex iudicum. c vt dicit Cali. in sua margarita fisci in viii. dubio prærogat. 212. per authen. constitutio quæ de dignitatibus & Episcopatu liberat filium a pa. potesta. §. nunc, collatione vj. C. de legi. l. fin. ibi quid enim ma-

V 2 ius

ius quid sanctius &c.quod princeps sit summus magistratus no.ff.de adoptio. l.2.per glosam ordinariam & prærogati.213. dicit quod iurisdictiones sunt apud principem tanquam apud fontem a quo fluunt, & refluunt &c. Item fa. quia princeps est cõmunis persona omnibus habitantibus in Cathalonia Cali. ibidem prærroga.94.& quilibet Rex est mouarcha in regno suo prærogat. 187. non obstante si in arg. dedudeceretur, quod traditur per Stepha. Aufre.in addi suis ad repeti.Clemen.1.de offi.ordi. in ti.de potesta.eccles.super laicis,& rebus eorum in 19.casu fol. 126.quia loquitur quando Episcopus in ea iurisdictione non recognoscit superiorem vltra quod etiam illius dictum limitat, quando consuetudine aliter inductum esset(vt in isto nostro casu)illud faceret pro ista declaratione & obseruantia, quia vt præmittitur obseruatur, & est consuetudo. Et pro materia,adde omni
b no c.curiç anni M D lxiiii,ca. xxv.[b] & dixi remissiue supra c.proximo.

Idem reperio fuisse declaratum per reuerendum Cancellarium x.Iunii 1539 in causa contentionis iurisdictionis ortę inter curiam ecclesiasticam Tarraconę procedentem in vim sacrarum constitutionum Tarraconę,de inuasoribus contra Bernardũ de Foxa,& sancti Laurentii ex eo, quia ipse Bernardus de Foxa, & eius filii acceperunt, & incarcerarunt quosdam homines de Colomes, vassallos Abbatis de Mer,& fuit declaratum firme iuris factę per dictos Foxans in curia seculari Gerundę locum esse,& hoc ideo, quia quando est quęstio inter duos barones, qui contendũt super iurisdictione: Dominus Rex est iudex competens per doctrinas supra in hoc c.relatas,& alias.

Idem reperio fuisse declaratum in facto contentionis iurisdictionis ortę inter curiam secularem gubernatoris Cathalonię ex vna, & curiam Ecclesiasticam officialis Barcinone ex altera partibus, super firma iuris facta in dicta curia seculari per fratrem Ioannem de Foxa commendatorem S.Ioan. Hierosoli. super cognitione causę contra eum introducte in dicta curia Ecclesiastica ad instantiam procuratoris pie elemosinę sedis Barcinone in vim sacri Concilii Tarraconę 6. Maii ratione capture per istum Foxa factę, de persona Bernardi Miro mansi die x.Iulii 1539. ex eo quia agebatur inter duos barones pętenfos dominos iurisdictionis,quo casu dominus Rex est iudex, vt dictum est supra in proximo. Item ea ratione quia procurator dictę eleemosinae iam prius firmauerat dę iure coram vicario Villae Franchae de Pœniten.& quia dictus officialis ecclesiasticus processit parte nõ citata vbi requirebatur citatio,& quod ita consuluerunt omnes de rota qui interfuerunt in dicta decaratione.

a.Vt baronem.)pro ornatu vide.bar.in l.si quando. C.de appel.Peregrin.cons. 1. per tot.vol.1.Surd.consil.275.lib. 2. Olibanus in vsat.alium namq.c.10. nu.13. de iur.fisc. Greg.Cabed.in decis.40.nu.13 par.2. quos refert Canc. par. 3. variar.ca.13. de iuribus castrorum nu.345. vltra quos est viden. de iure communi tex.in ca. Romana.§. debet autem.de for.compe.in.6. Et tenentur dicti ecclesiastici vt barones in vsu temporalis iurisdictionis procedere secundum ius patrię & vt cęteri iudices temporales, prout ita ad relationem Gulielmi Sunyer quondam huius senatus subtilissimi doctoris fuisse decisum refert Cancer vbi supra inter partes ibi relatas, ita tenent practici nostri veteres. Mier. in cap. incip. contra constitutiones,de nouis officiis non crean. vbi non fuerunt tempore regis Petri tertij nu.18 ,collation.10.par.3. fol.mihi 49. idem in cap.12.incip.com fer o contraure sposalles.nu.65 collat.9.par.2.& in proem.cur,3. Montisson.in prin. 2.par.collat.6.num. 4. Calic.in vsat.hęc sunt vsalia.
b.xxv.)tit.de appel.fo.441.
c.Glos.& Marquil.in viatico similiter etsi senior Auil.in c.prętor.in prohem.gl.ver. regimiento.

C A P. 169.
SVMMARIVM.

1 In contentione facta per curiam vicarij Barchinonae cum curia cõsulatus maris

tis ratione firmæ iuris interposita in curia vicarii, super prætentionem vsurarii cābit seu nullitas illius quid fuerit declaratum vid. ibi.

1 Ontentio facta per curiam vicarii Barcinone cum curia consulatus maris per firmā iuris factam in curia vicarij per aliquem, ex eo quia cambiū de quo agebatur erat vsurarium, & nullum, seu nullius valoris, si euocata fuit ad Regiā Audientiam, consueuit Regia Audientia declarare firmæ iuris locum non esse, & contentionem non procedere, signanter quando ante petitionem factam in consulatu firma iuris facta fuit in vicaria Barcinone, quod pro obseruantia priuilegiorum infra relatorum fieri nō poterat.

Et nouissime cum per Seuerum Salba, vt procuratorem Francisci Salba, & de Vallesica domicelli in curia Regentis vicariam Barcinone. 8. Iulii. 1580. firmatum esset de iure Iacobo de Montaðnau, & Puialt domicello, asserēdo quod dictus Montaðnau molestabat quosdam fideiussores dicti Salba in consulatu Logię, occasione cuiusdam cambij notoriè illiciti, & vsurarii cum reuera nulla pecunia interuenisset, &c. & propterea non subeat aliqua qualitas quę tribueret, et tribuere posset iurisdictionem consulibus dictę Logię maris, et ideo supplicauit scribi dictis consulibus ne de dicta causa se intromitterent, et fuit admissa dicta iuris firma si, et in quantum etc. et quod fierent litterę iuxta instrumentum, quæ factę fuerunt, et dimisse scribę dicti consulatus dicto die inter xi. et xii. Et eodem die ad supplicationem eiusdem Salba fuit ad Regiam audientiam euocata dicta causa, quo ad articulum contentionis tantum, et commissa Magnifico Ioan. Aniell etc. Et in Regia audientia dictus Salba petiit causam et partes ad curiam vicarii, seu Regentis vicariam Barcinone tanquam iudicem competentem remitti. syndicus vero Logię maris prō interesse curię consulatus comparuit, et allegauit, ac produxit duo priuilegia, vnum Regis Martini Dat. Barcinone xv. Ianuarii M. ccci. quo ampliando alia priuilegia concessit conciliariis Barcinone, ac ciuitati vniuersitati Barcinone, ac cōsulibus mercatoribus eiusdem in viam pactionati priuilegii, quod ipsi consules maris dictę ciuitatis, et iudex appellationum, quę ab eorum sententiis emittentur, vel eorum Locumtenentibus. Non solum de causis, seu quęstionibus, et de bonis maritimis, vt consueuerant, sed etiam de omnibus quęstionibus litibus, controuersiis, contractibus, et debitis ciuilibus tā summo do prouenientibus, ex quibuscunque societatibus, cambiis, contractibus, seu actibus mercantilibus factis, seu faciendis intus dictam ciuitatem, vel alibi vbicunque in terra, et mari, et inter quascunque personas cuiuius legis, status, gradus, pręheminentię, et conditionis existant in dicta ciuitate Barcinone, vel alibi domiciliati, et de quibuscunq; rebus qualitercunque principaliter descendentibus mercantili cuiusuis naturę &c. sic quod dominus Rex vel eius officiales, & iudices de dictis causis litibus & quęstionibus non possint cognoscere, nec inde per viam quęrele appellationis supplicationis, aut alterius cuiuscunque recursus se intromittere quoiusmodo, sed dicti consules tantum cognoscere possint, & debeant, & eorum determinationes a sententię remota exceptione quilibet habeant executioni deduci decernentes irritum &c. Aliud priuilegium est Regis Alphonsi. Dat. in fœlicibus castris apud Masonem Rosarum, quo inter alia super cōtentione inter Gubernatorem, Vicarium, & Baiulum Barcinone, & consules super iurisdictione, aut dictis consulibus pertineat, vel non, fuit concessum quod non possit fieri inhibitio, & non consulibus per Locumtenent. domini Regis, Gubernatorem, gerentem vices Gubernatoris, aut per aduocatum fisca

lem (scilicet, qui solitus erat cognosce-re de contentione inter vicarium & baiulum Barcinone, & dictos consules) antequam petitio siue demanda, sit data coram dictis consulibus, quando quidem ex illa mensurari debet ius illius & dicta concessio facta fuit donec restituti fuerint prædicti tres millæ ducati post quorum restitutionem tanquam Regia Magestas, quam ipsi consules remaneant in eo iure in quo erant ante cõcessionem præsentium capitulorum, & Salba articulauit ad demonstrandum & probandum dictum cambium esse v-surarium, & quod dictus Montarnau ante dictam firmam compatuerat in consulatu, & executionem instauerat cõtra eius fideiussorem quorum admissionẽ contradicit Montarnau. Et denique super dictis exceptionibus die 14. Decembris 1581. fuit per magnificum Francisc. Puig. doctorem Regiæ Audientiæ, cui per infirmitatem dicti Amell, dicta contentionis causa fuerat commissa, declaratum, & prouisum fuit, facto verbo in Regia Audientia, quod pro obseruantia dictorum priuilegiorum, & alias firmæ iuris factæ in curia Regentis Vicariam Barcinone per Franci. Salba locum non fuisse, nec esse, & consequenter contentionem non procedere. nõ obstantibus deductis & allegatis per dictum Salba in suis articulis, quia probari non teleuant, & fuit d. Salba in expensis cõdemnatus, & a dicta prouisione supplicauit dictus Salba, & causa supplicationis cõmissa fuit mihi Michael Ferrer, & facta relatione in Regia Audientia fuit conclusum nemine discrepante, quod dicta prouisio confirmaretur, & cum Regia sententia confirmata fuit, sequendo dictam conclusionem.

Attento dicto priuilegio Regis Martini indubitanter procedebat dicta prouisio non obstantibus articulis prædictis, sed quo ad priuilegium Regis Alfonsi disponens, quod non posset consulatus maris inhiberi antequam esset facta demanda, forsan esset admittendi dicti articuli loquentes, quod demanda erat facta in consulatu ante firmam iuris factam in curia vicarii, volui hic referre ita ad longum dicta priuilegia, vt in futurum in similibus, & aliis negotiis logiæ maris, & mercantilibus habeatur sufficiens notitia dictorum priuilegiorum.

CAP. 170.

SVMMARIVM.

1 *In contentione, inter Capitaneum guerræ & officialem Regium, quid declaratur.*



1 Contentio iurisdictionis inter Capitaneum generalem guerræ, & vicarium vel alium Regium officialem ordinarium consueuit declarari per dominum Regem, vel eius Locumtenentem generalem. Quia hoc est notorium, non refero in specie casus in quibus vidi ita fuisse obseruatum, & signanter, vidi vnam cõclusionem antiquam iam anno M D v. die xxvi. Augusti factam de qua dixi supra in verbo Capitaneus generalis cap. cxv. circa finem versicu. in facto contentionis inter Regentem vicariam Gerundę, & nob. Iacobum de Cardona vnum ex capitaneis super persona Michaelis Nauarro detenti per dictum Regentem vicarii Gerundę, & fuit conclusum quod dictus Nauarro relaxaretur, & in iure verificari potest per ea quę tradita sunt supra in penul. capit. incip. in facto contentionis ortę inter curiam ecclesia. Reuerendissimi Archiepiscopi Tarraconę fol. 164.

CAP. 171.

SVMMARIVM.

Contentionem inter Deputatos & Gubernatorem, dominus Rex dirimit.

Contentio-


ONtentionem iurisdictionis inter Deputatos generalis Cathaloniæ, & gerentem vices gubernatoris generalis Cathaloniæ, dominus Rex dirimit, de quo vidi prouisionem sequentem.

Die xi. Decembris M D xxxxvi. cũ quidam regius officialis processisset ad capturam cuiusdam officialis deputatorum pro delicto, vt asserebatur cõmisso extra suum officium, licet contrarium assereretur per deputatos, & deputati processerunt ad capturam dicti officialis regii. & ideo dictus gubernator Rossilionis processit contra Deputatos, & quia Deputati generalis procedebãt cõtra gubernatorem, ipse Gubernator firmauit de iure in regia audientia, & tũc regia audiẽtia cognouit inter dictos Gubernatorem & Deputatos.

De contentionibus inter curiam Eccclesiasticam & secularem.

CAP. 172.

SVMMARIVM.

1 *Cõtentiones iurisdictionum inter curiam Ecclesiasticam & secularem, per quos qualiter, & intra quæ tempora declarentur.*


1 Ontẽtiones iurisdictionum inter curias ecclesiasticam & secularem regiam, per quos, & qualiter, & intra quę tempora decidi & declarari debeant & consue uerunt.

Quando co ntenditur de iurisdictione inter iudicem ecclesiasticum ordinarium, vt pote Reuerendum Archiepiscopum vel Episcopum ex vna, & dominum Regem, seu eius Locumte. generalem, aut vicarium Regium vel alium iudicem Regium, eliguntur arbitri ab vtraque parte, & illis discordantibus Reuerend. Cancellarius Regius dirimit d. contentionem in vim concordiæ Reginæ Eleonoris & Cardinalis Conuenarum, siue de Comenge, quæ est cita in volum. constitutio. Cathalo. in titu. de a pau y treua, fol. 245. ca. incipien. sobre aço ques complany de ocupar les temporalitats, & cap. vulgo dictorum de S. Cugat ca p. 1. 2. & 3. fol. 252. & curię Dertusæ relatorum in litteris Regiis. Dat. in villa de Almansa 23. Aprilis 1496. citis immediate ante constitutio. an. 1503. incipiunt. Ferdinand. 2. Rex. Hoc est translatum concessionis per regem Ferdinand. stamento ecclesiastico. 2. Septembr. 1510. citæ post constitutio. ann. 1510. fol. mihi 382. In iudicibus vero delegatis ecclesiast. non formatur talis contentio, sed dominus Rex, tanquam habens vniuersaliter iurisdictionẽ in omnibus temporalitatibus sui Regni tuendo & defendendo suam iurisdictionem cognoscit & declarat, an sua sit iurisdictio, citando delegatos Apostolicos turbantes Regiam iurisdictionem ad bancum Regium illum informaturos &c. & ita seruatur, & est notorium, quinimo & domino Rege & eius Locumte. generali a toto principatu absentibus, Gubernator generalis (qui est primogenitus domini Regis, & eo absẽte gerẽs vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ) procedendo cum Doctoribus Regii Concilii, & sic viceregia iuxt. constitutio. Mes statuim e ordenam sub ti. de
b la Audientia y Consell Real y de gouernador & latius in recollectione casuũ in quibus guber. &c. 27. Idem declarat & ita reperitur in lib. conclu. guber. 24. Nouemb. 1517. & in alio libro guber. 11. Apri. 1495. & in libro adnotatio. Hieronym. Dalmau in verbo, Concordia Reginæ

ginę Eleonoris, & de his sunt plena regestra. Adde quę dicuntur infra in c. in cip. quia supra, in verbo, contentio.

Et quanquam necessariū non esset rationes quibus maiores nostri ad id moti fuerunt reddere, iuxta l. nō omnium cū l. seq. ff. de leg. dicentem, Non omniū quę a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest, & ideo rationes eorū quę constituuntur inquiri non oportet, alioquin multa ex his quę certa sunt subuerterentur, inquit glosa ibi, si diceres nil valere, quia non haberent sufficientem rationem, Attamen ego arbitror quod maiores nostri ad id obseruandū moueri potuerunt inter alia, ex sequentibus.

Dominus Rex noster in omnibus tēporalibus sui regni vniuersaliter habet superioritatem & exercitium iurisd. tuēdo & defendendo (vt prædicitur) suam iurisdi. vt pro constanti habuerunt dicta domina Regina & Reuer. cardi. Concordatum in d. concor. quæ est cita in vo lu. const. in ti. de pau e treua. fo. 245. c. 1. ibi per la sua general iurisdictio la qual ha de inseguir los malfactors fragrant lo crim e per tostēps la haguda en tots castells, & in c. sobre aço ques cōplanē de occupar les temporalitats, ibi nos de uen marauellar los prelats, si per exercici de la sua superioritat, la qual vniuersalmēt ha en totes les temporalitats de son regne, a defensio de son dret notori a iuste remey sa entera per sos predecessors acostumats, & in ca. vulgo d. de S. Cugat citis in vol. const. fol. 252. in tit. los capitols vulgatment dits de S. Cugat, & incipiunt. Nos Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum.

Et forsan dicta domina regina & dominus cardi. in d. concordia ad prędicta moti fuerunt per iura allegata per Stepha. Aufre. in additione ad repetitionē quam fecerat de cle. 1. de offi. ordi. in ti. de potesta. secula. super eccle. & personis, & rebus eccle. & præcipue in fallen. 15. regulæ 1. vbi dicit quod si clerici volunt vsurpare iuridi. regiam, tunc possunt mulctari per iudicem secularem, & quod ad id videtur facere c. ex parte de verbo signifi. vbi permittitur iudici defendere iurisdi. & territorium suum, & tex. in c. dilecto de senten. excom. in 6. & per alia iura & docto. & per iura allegata per Bernard. Laurent. qui (vt in eo dicitur) erat primus præsidens Tholose in tractatu intitulato, casus in quibus iudex secularis potest manus in personas clericorum sine metu excommunicationis imponere fol. 406. vol. 14. versi. prætērea in 6. casu n. 13. ibi & potest esse ratio, vbi dicit quod vbi aliqua sunt in cognitione, & iurisdictione ex natura causę iudicii tēporalis, potest cognitio, seu iurisdictio exerceri per temporalem iudicem in clericum, & allegat ca. verum de foro compeen. & cap. ex transmissa eo. tit. & multa alia dicit quę breuitatis causa & alias, referre in specie omitto, excepto eo quod in nu. 16. dicit, videlicet, quod executio mulcte pecuniarię non fiet contra personam clerici, nec in bonis ecclesiasticis, quia non subiiciuntur iudici temporali, sed bene fiet executio in bonis eorum temporalibus immobilibus tamen, cum mobilia sequantur personam iuxta l. si captiuis. §. expulsus ff. de c. & posthu. reuer. & nor. Din. in l. etiam. §. patronus ff. de bon. liber. & plene Oldra. de ponte, & de laude, consil. 59. & consil. 17. & quod fit executio in bonis immobilibus, seu in rerum tēporalitate si quam habent, cum talia bona temporalia subiiciantur iurisdictioni regum & aliorum temporalium dominorum, vt in cano. quo iure. 8. distin. & nu. 22. dicit in effectu, quod illa dicebat citra pręiudicium potestatis iurisdictionis & libertatis Ecclesię quibus nullatenus derogare intendebat & omnia submittebat correctioni, & determinationi sanctę matris Ecclesię, cui etiam ego me & relata & dicta per me submitto, & secundum illam viuere & mori volo, Amen.

Et de hac materia vltra alios tractat Guil. Bene. in ca. Raynuntius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam fol. 78. num. 337. in fine, & nu. 338. cum multis sequentibus, & inter alios num. 432. 435.

431, & 440. cum sequentibus fol. 88.

Et redeundo ad propositum propter deducta in dictis constitutio. dñs Rex proruenda dicta iurisdi. & exercitio illius ante dictam concordiam: cognoscebat a sua esset iurisdictio vocatis iudicibus ecclesia. tam ordinariis quam delegatis citando eos ad bancum regium illud informaturos. Veruntamen quia postea superuenit dicta concordia Reginę Eleonoris, & Cardina. Conuenarum, & cap. vulgo S. Cucuphatis; & cap Dertusę & Montissoni, de quibus infra dicetur. Propterea in vim d. concordiæ & capit. hodie eliguntur arbitri per vtramque curiam ecclesia. & secularem regiam pro decidēdo dubio iurisdictionis, & eis discordantibus cancellarius regius, vt tertius d. contentionem iurisdictionis dirimit, & quia d. concordia cōprehendit iudices ecclesiasticos ordinarios tantum, & non delegatos: ideo dñs Rex continuando suam pristinam formam in defendenda sua vniuersali iurisdictione à iudicibus delegatis ecclesiasticis, citat delegatos Apostolicos ad bācum regium illud informaturos.

Et d. arbitri ne dum eliguntur, si sit dubiū sup notorietate iurisdictionis, sed etiam quando fuerit dubium, si dubium factum per curiam ecclesia. sit probabile nec ne, quia tunc in isto dubio, de dubio, debent elegi arbitri, & illis discordantibus cancellarius dirimit, vt in dictis capitulis S. Cucuphatis c. 2. incip. Item senyor com per vos, e vostres oficials. fol. 251.

Secundum tamen aduertendum, est quod quando ordinarij ecclesia. nō procedunt iuxta d. concordiā Reginæ Eleonoris, & Cardi. conuenarum, & perturbant regiam iurisdictionem, tali casu regia Audientia scribit dictis ordinariis ecclesiasticis, quod reuocent, & à regestris suis deleant procedimenta sua, aut comparеant tali die in banco regio illud informaturi, &c. & proceditur etiam pro dānis & iniuria, & citatur, & fit processus, &c. vt late traditur in d. ad notario ne Hiero. Dalmau inverbo contentio iurisdict. c. & sic solet regia Audientia, cū duobus sequen. capi. vbi vide, quia notanter ponitur practica, & idem fit quā do officialis ecclesiasticus recusat parere sententiæ cancellarii, vt dicitur infra in c. incip. cum an. 1575. Et quia forma decidendi d. contentiones hodierna est diuersa ab antiqua; tam in persona quā In terminis, ideo vt facilius veritas inueniatur, & occasio citandi eneruetur: reduco ad memoriam, quod per d. cōcordiam reginæ Eleonoris & Cardi. Conuenarum, siue de Comenge quæ est in ti. de pau y treua fol. 336. c. 1. fuit conceidatum & dispositum, quod eligerentur duæ personæ cōmuniter, vna videlicet pro parte Regis, & altera pro parte ecclesi. qui intra tempus ibi præfixum d. dubium decideret, & si intra d. tempus nō potuissent cōcordare, eligere teneretur tertium. Postea vero prędicta capi. S. Cucuphatis c. 1. & 2. fol. 252. fuit dispositum, quod si dicti arbitri non termi nauerint dictum dubium intra tempus præfixum: Cancel. cum ambobus vel alteroipsorū decidere beret, si pręsens esset in curia: alias cancel. absente à curia regia d. duæ personæ eligere tenerētur tertium qui cum ambobus vel altero decidetet dictum dubium, & in c. 3. additum fuit, quod si dictę duę personę non possent concordare in electione tertij, tali casu habetetur pro tertio ipso facto cancellarius domini Regis, qui cū ambobus, vel altero eorum iuxta concordiam procederet.

Postea vero in curia Dertusę de quā fit mentio in d. literis concessio, per regem Ferdinandum 2. brachio ecclesiastico factæ Dat. in villa de Almansa die 23. mensis Aprilis 1496. quæ incipit Ferdinandus Rex 2. Hoc est translatum fideliter sumptum, & est cita immediate ante cōstitutiones anni 1553. fuit concessum, & dispositum, quod si dicti duo arbitri intra tempus eis pręfixum, nō declarauerint: tali casu cancellarius si præsens erit in loco vbi celebrabitur audiētia, fit tertius, & Cancellario absente dominus Rex, aut eius Locumtenens genera-

generalis, aut in illius abfcentia à principatu Cathaloniæ, getens vices generalis, Gubernatoris, teneatur nominare vnam perfonam ecclefiafticam in locũ dicti Cancellarii ad hoc tantum modo, & fit tertius, & eius dicto ftari debeat, vt fuit dictum in Cancellario. Et ita hodie feruatur. Termini intra quos debent decidi dicta dubia, hodie funt diuerfi à terminis olim ftatutis, nam in dicta concordia Reginæ Eleonoris & Cardinalis Conuenatum ftatutum fuerat, quod dictę, duæ perfonę per dictas curias electæ determinare dictum dubium deberent intra tres menfes bona fide: aliàs tertius qui per eos (vt dictum eft) eligẽdus erat, teneretur dictum dubium intra vnum menfem ad pœnam 600. morabatinorum determinare, & non fuerat ftatutus certus terminus intra quẽ dictæ duæ perfonæ eligere deberent tertium, fed poftea in dictis capi. S. Cucuphatis ca.2. fuit difpofitum, quod intra quinque dies eligerentur duę perfonę literatæ, quę intra decem dies terminare deberent dubium, & fi intra dictos decem dies concorditer nõ declaraffent, Cancellarius intra tres dies decidere teneretur fi præfens effet in curia, fi autẽ abfens, dictæ duæ perfonae intra tres dies eligere deberent tertium qui intra fex dies decidere deberet.

Poftea vero in dictis capitulis curiæ Dertufae c.1. fuit difpofitum quod tam Cancellarius pręfens quam tertius in locum cancellarij abfentis electus: teneretur intra decem dies declarare, Denique in concefsione per Regem Ferdinandũ ftamento ecclefia. 2. Septem. 1510. facta, quae eft cita poft confti. an. 1510. fol. mihi. 382. quo ad tertium per curiam fecularem electum fuit difpofitum in cafu illo quod declarare teneatur intra quinque dies, & quod feruaretur capitulatio Dertufae, & quod cancellarius declarare teneatur intra 30. dies ceffante impedimento infirmitatis, alias contentio fit habita pro declarata in fauorem ecclefiae iuxta c. S. Cucufatis incip. Praeterea veftra clementia, & ita hodie feruatur. Eft tamen aduertendum quod dicti triginta dies incipiunt currere ipfo iure & facto immediate poft dictos quinque conceffos arbitris comunibus ad declarandũ, & dicti 30. dies funt continui, & fifcus fuas praetentiones intra primos. 15. dies ex dictis 30. diebus dare debet. & non datur maior dilatio nifi pro parte curiae ecclefiafticae petita fuerit: vt in priuilegio ftamento ecclefiaftico conceffo Montiffoni per reginam Germanam die 2. Septembris M. Dxii. pofito in fine conftitutionũ fol. mihi. 407

Adde quod nouifsime per capitulũ curiae anni 1564. c. 22. fol. 14. ftatutũ fuit, quod arbitri eligi debẽt per ambas curias in cap. Vicariae ciuitatis aut loci in quo feu qua formata fuerit cõtentio. & in cap. 6. eiufdem curiae, quod Cancellarius caufas contentionum declarare debet in eius domo. & in eadem curia cap. 41. quod fententia Cancellari publicati debet inftrumẽto. & teftibus. & an in praefata concefsione Regis Ferdinandi. 2. Septemb. 1510. fol. mihi. 583. conceffum fuit, quod declaratio cancellarij intimari debet officiali ecclefiaftico, aut arbitro pro illius parte electo eodẽ die quo declaratio facta fuerit; & notarius nominari & copia dati.

Hic referam quae circa iurifdictioni contentiones fcripta reperi, & etiam alia in quibus interfui.

a De pau y treua] in noua vero compillatione titul. de contentions de iurifdiccio. volum. pragma. circa iftam materiam, prę cipuè ad videndum quam conformis fit hęc concordia Reginę Eleonoris & Cardinalis Conuenarũ, iuri communi. vid. l. offerẽdis cũ fcrip. ibi. C. de appell. Paz in Prax. 5. par. tom. 1. cap. 3. §. 3. num. 3. & fequen.

b De Gouet.] in noua. vero compil. titu. de la Audiencia del Gouernador vice regia fol. 88.

CAP. 173.

SVMMARIVM.

Contentio iurifdictionis non procedit quãdo clericus non eft captus.

Quan-


1 Vando clericus non est captus non procedit, nec forma ri potest, nec consueuit, contentio iurisdictionis.

Ita vidi pluries obseruari absque dubio per tex. in cap. si iudex laicus de sen ten. exco. in 6. & ideo Reuerendus Cancellarius declarare consueuit non esse respondendum cũ electione arbitri per curiam secularem. Dicam aliquid in cõtentione Galceraudi Copons.

Et in especie recordor vidisse declarationem factam vij. Ianuarii 1535. in causa contentionis iurisdictionis inter curiam Ecclesiasticam offi. Perpinia. super inquisitione Raphaelis Tallaloques mercatoris villæ Perpiniani & curiam secularem bauli Perpi. Ita etiã fuit declaratum in persona & bonis Clementis Corner mercatoris .6. Iunij 1527. vt est videre in adnotationibus, seu memoriis Hieronymi Dalmau quondam doctoris Regię Audientię in verbo contentio iurisdictionis, & dicat fuisse declaratum non esse respondendum cum arbitri electione per curiam secularem. Si tamen curia ecclesiastica turbat secularem, ipsa secularis curia regia procedit vt infra in cap. incipien. Si curia ecclesiastica turbata, & in c. incipien. Cũ anno M.Dlxx. Adde vt in cap. incipien. In literis contentionis.

C A P. 174.

SVMMARIVM.

1 *In litteris Contentionis emanatis a curia ecclesiastica non comminatur excommunicatio: alias rescribitur vt ibi.*


N literis contentionis iurisdictionis quæ a curia Ecclesiastica emanant, & locumtenẽti generali domini Regis diriguntur: non ponitur comminatio excommunicationis, & censurarum contra dictum Locumtenen. & si contrariũ fit, scribitur per Locumtenentem generalem fine electione arbitrij ordinario Ecclesiastico, quod dictas litteras reuocet, & à registris deleat, alias infra decẽ dies cõpareat in banco Regio hora audientiæ bancum Regium informaturus, alias procedetur contra ipsum, per alia iuris remedia decentia, & opportuna: & ita factum fuit ad relationem Andreæ Riquet 28. Iulij M.Dxxv. in facto contentionis iurisdictionis ortæ inter decanatum ville Seruatiæ, & seu illius locũtenentem ex vna, & Locumtenentem generalem, seu curiam Regię audientię partibus ex altera, secundum quod prædicta refert Hieronymus Dalmau in dictis suis adnotationibus seu memoriis. in verbo contentio iurisdictionis.

C A P. 175.


Ec in litteris locumtenentis generalis Regię maiestatis ponitur hodie verbum, mandamus quamuis reperiatur olim positum fuisse, sed ponitur verbũ, Monemus, vt dixi latius supra in verbo conseruator cap. incipien. Cum quidã nomine versi. in literis, & infra cap. cum de legatis. Adde quod hoc maxime procedit ex mente consti. curiæ anni M. D lxxxv. cap. xxxxvij. *a* in quibus curiis
a interuenit brachium ecclesiasticum, & per sacrum consilium Tridentinum, & consilium prouinciale Tarrachonę, quę in dicta constitutione referũtur, & sunt notanda.

b xxxxvij.] est titu. de inuocatio de braç secular. fol. 438.

C A P. 176.

SVMMARIVM.

1 *Procedit Contentio inter curiam ecclesiasticã Barchinonæ & vicariũ regiũ seu regiã audientiam, licet manumissor ad instantiam fisci procuratoris tabulæ testamentorum, seu ex officio fuerit compulsus dare compotum, & non ad instantiam partis.*

Pro

PRocedit contentio iurisdictionis inter curiam ecclesiasticā Barcino. & vicarium Regium Bar. seu Regiam audientiam licet ad supplicationem fisci procuratoris tabulę testamentorum curiae ecclesi. Barcinone, seu ex officio auditoris animarum manumissor pię causę fuerit compulsus dare computum de per eum administratis, & non ad instantiā partis.

Ita fuit declaratum per Cancellarium Regium xij. Nouembris M. D. xxxxviiii. vt reperii apostillatum in margine libri constitutionum generalium qui erat custoditus in aula Regiae Audientiae super concordia inter dominum Regem, & admodum Reuerendum Episcopum Barcinone super auditione computorum causarum piarum 5 Kalendas Octobris M cccxv. quae est in fol. ccclxi. incipit Nouerint vniuersi, quod sub orta quaestione. & dicta apostilla est tenoris sequentis. Die xii. Nouembris M. D xxxxviiii. in causa contentionis inter Petrum Marti manumissorem causae pie T. peroyes & procerum confratriae sanctae Martae contentionem factam per curiam ecclesiasticam habuisse locum, ex eo quia dictus manumissor dederat computū ad instantiam procuratoris fiscalis, seu procuratoris ex officio dictae curiae. licet non ad instantiam partis priuatae & postea dictus procer coram Rege petiit computum dari administrationis dictae manumissoriae. Processus regius vertebatur ad relationem Augustini Gallart in posse Antonius Ioan. Viladamor, & pro eo Vilanoua.

C A P. 177.

SVMMARIVM.

1 *Contentio procedit inter curiam ecclesiasticam & secularem, ad instantiam fisci curiae ecclesiasticae, absque iuris firma clerici simpliciter tonsurati. & quomodo fiat declaratio & quomodo condemnetur clericus propter exceptionem retardatam.*


Ontentio procedit inter curiam ecclet. & secularem ad instantiam fisci curiae ecclesia absque firma iuris clerici simpliciter tonsurati, & in declaratione ponitur clausula, quod non fiat praeiudicium iudicj seculari in condemnatione expensarum propter retardatam fori declinatoriam, & si contentio facta fuisset cum firma iuris clerici, tunc cācellarius condemnasset clericum in expensis propter retardatam exceptionem.

In causa contentionis iurisdictionis inter curiam ecclesiasticā Perpiniani pro Episcopo Elnen. & curiam secularē geren. vices generalis Gubernatoris Rossilionis instante procuratore fiscali dictae curiae ecclesiasticae ratione procedimentorum factorum per dictum gerentem vices generalis Gub. contra Petrum Matheu clericum simpliciter tonsuratum non facta firma iuris per dictū Matheum in dicta curia ecclesiastica, fuit declaratum contentioni locum esse, & quia fuit retardatū in oppositione exceptionis declarationę fori, & dicta contentio non fuit facta instante parte priuata, id est praecedēte firma iuris d. Petri Matheu, ideo in dicta declaratione fuit posita clausula, quod non fiat praeiudicium iudici seculari in condemnatione expensarum propter retardatā exceptionē a fori declinatoriam. Nam si dicta contentio, facta fuisset cum firma iuris dicti Petri Mateu. tūc Reuerendus Cancel. condemnasset dictum Petrum Matheu in expensis propter retardatā exceptionem declinatoriam fori.

a [Retardatam exceptionem] & de expensis retardati processus D. tola. in antiq. cōstitut. Sabaudi. glo. 1. nu. 9. super decre. ad causar. titu. de ordi. proces. Minsig. obser. 23. centur. 1. ibi. Reyg. alleg. Gail. 1. obser. 151. numero 15.

C A P.

CAP. 178.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus loci in quo detinetur clericus captus per iudicem secularem repetit illum licet non sit originarius nec habuerit ibi domicilium nec delictum ibi cōmisserit.*

ITa fuit vt in sumario declaratū in facto contētionis iurisdictio super repetitione personæ Felicis Roca loci de Parlabano, qui tā ratione domicilij, quāoriginis erat de foro Episcopi Gerūdæ, & fuit repetitus per Episcopum Barcinone, & fuit prætensum per curiam secularem, Episcopum Barcinone non potuisse illū repetere, quia non erat domiciliatus nec originarius sui Episcopatus, nec in illo delictum commiserat. & fuit declaratum repetitioni locum fuisse, & esse, quia quilibet Episcopus est defensor libertatis ecclesiasticæ 22. Ianuarii 1549. hæc referuntur per Hieronymū Dalmau in dictis suis adnotationibus in verbo contentio iurisdictionis, &c. die 22. Ianuarii 1549. & hoc est notorium in ciuitate Barcinone, & in dies nostris temporibus seruatur absque contradictione.

CAP. 179.

SVMMARIVM.

1 *Durante processu super probatione tituli clericalis non proceditur per iudicem secularem, etiam ante præsentationem literarū repetitionis, curiæ ecclesiasticæ.*

2 *Ad iudicem ecclesiasticum pertinet cognitio tituli clericalis & quid de ius pectione.*

1 DVrante processu super probatione tituli clericalis quāuis literæ repetitionis non fuerint præsentatæ curię secu lari non potest per iudicem secularem procedi, & si fit, reuocatur per cancellarium Regium, nisi in casu capituli infra proxime sequentis.

Non solum post literarum curiæ ecclesiasticę præsentationem curię secula ri pro repetenda persona clerici cum vnica & virgine coniugati factam, sed etiam antea: post petitam tamen pro partę dictæ curiæ Ecclesiasticæ licentiā inspiciendi tonsuram dicti clerici cum vnica & virgine coniugati in carceribus Regiis detenti, iudex secularis non potest contra illum captum in aliquo, durante processu super probatione clericatus procedere, quanquā (vt dictum est) literæ contentionis iurisdictionis non sint à curia ecclesiastica emanatę & pręsentatæ curiæ seculari.

Ita fuit declaratum per reuerendum Regium Cancellarium Mathiam Sorribes in illa magna controuersia super secunda contentione iurisdictionis, quę fuerat orta inter curiam Ecclesiasticam Reuerendissimi Episcopi Barcinone, & curiam secularem multum illust. Locū tenen. generalis regiæ magestatis super repetitione personę Francisci Font clerici, cum vnica & virgine coniugati in carceribus Regijs Barcinone detenti. declarando nulliter processum fuisse per iudicem curiæ Regiæ torquendo dictū Franciscum Font, post dictam petitam inspectionem, & fuerunt reuocata dicta procedimenta in mense Iulii 1563. credo quod fuit die 7. dicti mensis Iulii. verū est, quod non fuimus omnes consiliarij concordes.

Tenor dictæ declarationis est vt sequitur.

Attētis literis sacræ C. & Regiæ Maiestatis quę datæ fuerunt 12. Decembris 1562. & aliis 27. Martij 1563. Madriti, & contentis in eisdem & aliis nouiter deductis, & alias pronunciat, sententiat, & declarat procedimenta facta in curia seculari contra dictum Fran. Font clericū cum vnica & virgine coniugatum, post petitam

petitam inspectionem, & tituli clericalis allegationem, & oblationem ostensionis eiusdem factam magnifico Regẽti regiam Cancellariã proparte curiæ ecclesiasticæ, & allegationem per d. Font coram Iacobo Claret iudici Regie curiæ, non spectatis literis repetitoriis à curia ecclesiastica nec pra fixo aliquo tempore quantumcunque breui ipsi Font alleganti ad probandum exceptionem clericatus sui & qualitatem coniugij cũ vnica & virgine, possessionem habitus clericalis tempore capturę illius & ante de qua exceptione regia curia instrui & cognoscere potuisset, sed ipsa spreta, & non admissa ad vlteriora procedendo, & continuando, & attenta natura & qualitate procedimentorũ non retractabilium, anullanda, & reuocanda, & pro nullis, & reuocatis habenda fore, & esse,

Sortibes Cancel. V.Ferrer.
V.Ros. V.Sunyer.
V. Quintana.

Et pro fundamento deducta fuerunt multa, & inter alia, sequentia, quę tunc ad mei memoriam in meo libro continuaui vt sequitur;

Quod post petitam per iudicem Ecclesiasticum inspectionem personæ clerici capti in carceribus iudicis secularis, non possit iudex secularis procedere durante processu super probatione clericatus, probatur ex sequentibus.

2 Certum est (& non negatur per curiã secularem) ad iudicem ecclesiasticum pertinere cognitionem tituli clericalis, non dico cognitionem cuius sit iurisdictio, sed cognitionem tituli clericalis, & qualitatem illius: scilicet delationis habitus tonsure, & coniugij cum vnica & virgine, per tex. expressum in cap. si iudex laicus in prin. de sententia excom. in & durante, seu prudente probatione de titulo clericali: iudex secularis nõ potest procedere per tex. in d.c. si iudex laicus in fi. ibi contra tamen eum omnis processus pœnitus conquiescat, & ibi glo. per omnes doctores approbata in verbo interim exponit, intetim, idest pendente probatione de titulo clericali & in verbo processus dicit, quod non solum prohibetur iudicare, sed etiam procedere, duabus notabilibus rationibus, vide per Bal. in l. si qua per calumniam num. 2. versi. sed ponamus quod est captus C. de Episco. & cleri. Per. Bellu. in Specul. prin. Rubri. 23. nu. 4. & sequen. fol. 44. sed inspectio personæ dicti clerici capti petitur per iudicem ecclesiasticũ gratia probandi titulum clericalem, & eius qualitates, & est de probatione dicti tituli & qualitatum illius signanter, attento quod dicta petitio inspectionis fuit facta cum ostensione chartæ clericatus, seu tonsurę, & curia secularis, seu pro ea Regens regiam Cancellariam illam concessit. Ergo iudex secularis post dictam petitionem inspectionis & concessionem inspectionis per eum factam non potest procedere, minusq. iudicare, seu sententiam proferre cõtra dictum clericum. Confirmatur qui non potest negari quod dicta inspectio, & petitio illius non sint pręambula, & præparatoria ad dictam cognitionem probationis tituli clericalis, & qualitatum dicti tituli: sed de praeparatoriis est iudicandum prout de suo principali ad quod fit praeparatio: quia praeparatorium sequitur naturam sui principalis secundũ Stepha. de Federi. in tracta. de interpre. iuris in prima parte nu. 50. 51. & 52. vol. 1. fol. 188. in quibus reffert multa exempla, & iura, & inter alia tex. in c. venerabilem de electio. Ergo sicut non potest procedi per iudicem secularem pendente probatione de titulo clericali: ita nec poterit procedi post dictam petitionem inspectionis quę fit, & est praeparatoria ad probandum dictum titulum clericalem. Quinimo eodem argumento probatur, quod sicut non potest procedi, seu innouari per iudicem secularem durante contentione iurisdictionis cap. 31. curiae anni 1553. Ita nec potest procedi per iudicem secularem durante dicta inspectatione, & alia probatione tituli clericalis, & qualitatũ illius, quia dicta petitio inspectionis, & ipsa inspectio & alia

alia probatio tituli clericalis sunt præā-
bula, & præparatoria ad dictam conten-
tionem. Et prædicta cōprobantur de iu-
re huius patriç per notandam pragma-
a ticam a & concessionem Regis Ferdinā
brachio ecclesiastico. Dat. Barcinone 20
Iunii. Mcccccxiii. fol. 262. vbi inter cetera
asserendo esse de iure, & de consuetudi-
ne antiqua: mandat & prouidet, quod
officiales Regii teneantur liberaliter, &
prompte exhibere personas captas in
carceribus Regiis quotiens fuerint re-
quisiti per officiales ecclesiasticos sub
lato omni abusu, cum contrarium sit
eneruare libertatem ecclesiasticam. vi-
deatur etiam summariū dictę pragma-
ticę seu cōcęsionis. videatur etiam alia
b noranda, concessio b Regis Ferdinan.
Dat. Barcinone 8. Octobris 1481.

Nota bene hanc declarationem quā quam Hieronymus Dalmau in suis ad notationibus in verbo, clericalis titulus referat contrarium fuisse conclusum 8. Ianua. M Dxxv. dicens expresse in simili casu, quod iudex secularis potest procedere donec literę curiæ ecclesiastice presententur facientes fidem de possessione tonsurę, & habitus clericalis, vel alias legitime iudici seculari esset facta fides de titulo clericali. Tamen ipse Dalmau nihil allegat pro sua parte, nec mentionem facit de dictis pragmaticis, nec quod de præparatorus sit iudicandum pout de suo principali ad quod sit preparatio.

a Pragmaticam) 3. in ordine titu. de captures e liberatio de clergues.
b Concessio) ibid.

C A P. 180.

SVMMARIVM.

Attentate non dicitur curia secularis faciendo id propter quod vtrique curiæ erit cautum
2 *Arrestatus dicitur captus.*
3 *Constitutiones Cathaloniæ debet strictè & ad litteram intelligi.*
4 *Intellectus consti. 31. cur. ann. 1553.*



Attentare non dicitur curia secularis faciendo id propter quod vtrique curię cautum quod nota.

In libro constitutionum generalium Cathaloniæ qui erat in Aula Regiæ audientię de quo dicam infra in cap. proximo, & post dictum cap. siue de clarationem reperii continuatam declarationem sequentem.

Die xx. Iunii M Dxxxxviii. Reuerēdus Guillermus Cassador V. I. D. Abbas sancti Felicis, &c. in facto contentionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam officialis Reuerendissimi Episcopi Barcinone ex vna, & curiam secularem Regiæ Audientię partibus ex altera, super dubio, an per dictam curiam secularem fuerit attentatum transferendo personā nobilis Guillermi de Iosa asserti clerici cum vnica & virgine coniugati de domibus suis in quibus sub certo arresto detinebatur ad Regios carceres præsentis ciuitatis post præsentationem litterarum à dicta curia ecclesiastica emanatarum super repetitione personæ nob. Guillermi de Iosa, visis literis ab vtraque curia emanatis visis videndis pronuntiat, sententiat, & declarat non fuisse per dictam curiam secularem aliquid attentatum per dictā traslationē per quam vtrique curię cautum fuit.
Guillermus Cassador Cancellarius.
V de Vallesica. V. Romeu.
V. Giginta. V. Clariana de Seua
V. Ludouicus Vilana.

An hodie similis declaratio fieri possit, dubitari prima facie posset propter nouam constitutionem curiarum anni M Dliii. c. 31. a tenoris sequentis. Com
a sie ordenat que penjant la contenrie de iurisdictio entre les corts ecclesiastiques y seculars nos degue innouar cosa alguna: perço statuim y ordenam que penjant la dita contentio y presentada la letra de contencio, nos pugue innouar cosa alguna encara que fos per estretura de

ra de presons. E si lo contrari se fara, lo Canceller ans de declarar en la contentio haje de reuocar tot lo que sera enantat y innouat. Arrestatus enim dicitur
2 captus, secundum Tho. Mier. in consti. Mes auant nu. 3. colla. x. fol. 39. & ca. Cōmolt. nu. 87. colla. 9. fol. 108. & ita vulgari sermone inter plebeos dicitur, & sic non debet quicquam in taliter capto (scilicet per arrestum) innouari per strictiorē capturam, quę maxime procedere videtur attentis illis verbis geminatis, cosa alguna, verba enim geminata aliquid operari debent regulariter. Bar. in in extrauagan. Ad reprimendum sub ti. quo modo in crimi. lesæ maiestatis procedatur in glo. cuiuscunq. status Ias. in l. 1. nu. 13. versi. secundo pondera verba geminata C. de sacro san. eccle.

Corroboratur per illam dictionē. En caraque, idest quamuis, quæ dictio est aduersatiua vt per glo. in l. vnica C. si quis eā cuius tutor fuerit corruperit in glo. si. cum concor.

Pro contrario est aduertendū, quod d. consti. non loquitur de arrestato, nec per verbū captus, sed per verbū presons idest carceres, & nō omnis captus, est in carceribus siue presons, vt infra latius demonstrabitur. Et constitutiones Cathaloniç intelligi debent strictè, & ad literam, vt per Mier. in consti. al abus nu. 26. coll. x. fol. 12. per illum tex. & alios, & in c. Itē statuimus nu. 4. colla. 4. fol. 69. & quod verbum presons, capiatur pro carceribus, tenet Tho. Mier. in dicta consti. Mes auant nu. 3. fol. 39. per illū textū & sic verus sensus dictæ constitu-
4 tionis est, quod nihil innouetur in persona detēta in carceribus, quamuis illa nouatio esset per arcturā carcerū, siue per stretura de personas, vt puta quia detēns in instantia vocata lo corral carcerum communiū ciuitatis Barcinone, quę est lara, poneretur in alia instantia vocata la gonguera, quę est arcta, siue streta & obscura, & sic de similibus.

Et dicta constitutio nō dicit quod nihil innouetur, quāuis illa innouatio esset per arcturam arresti, siue per stretura de arrest, vt puta si tenebat arrestū per totam ciuitatē, arrestaretur intra vnam certam domum, & similia, vel si tenebat arrestum cum solo sacramento, sine fideiussoribus, daret fideiussores de tenendo arrestū, & sic de similibus, & de carceribus, siue de detento in carceribus, ad arrestatum siue detentum in arresto non est arguendum cum sint admodū diuersa, vt ex prædictis de se patet, & tradit Mier. in consti, sicut aduersus nu. 12. colla. 9. fo. 126. & in d. consti. Mes auant nu. 3. versi. & quæ sit eadem colla. fol. 39. in quibus locis dicit, quod arrestatus dicitur ille cui interdicitur ne certū locum exeat siue manus iniectione. Captus autē dicitur qui manu tenetur, quāuis non sit positus in carceribus, nam non omnis captus est in carceribus, sed e contra incarceratus est captus allegat pro hoc vltimo notabilem glo. cum suo textu in clemen. 1. §. propter quod, in verbo, Capere, quæ glosa alia allegat iura, & etiam patet ab effectu, quia arrestatus est in libertate fugiendi, atque ita in libertate liberandi personam suam ab arresto, & consequenter, ne iudex possit realiter illum capere, & non realiter luat pœnam, & captus seu carceratus non habet illam libertatem, & propterea vt esset cautum vtriq. curiæ, scilicet ne dictus nob. Guillermus de Iosa ab arresto fugeret, & de eo realiter iustitia fieri posset per curiam ad quam spectaret, declarauit vt prædictum est, non fuisse per curiam secularem attentatum transferendo dictum de Iosa de arresto ad carceres, quia per eam vtriq. curiæ cautum fuit, pro hoc facit, quia vna curia aliam iuuare debet, & quod vni prodest, & alteri non nocet denegari non debet.

Adde quod quāuis doctores dicant quod arrestatus dicitur, captus, attamē iidē doctores dicūt quod nō proprie, sed largo modo, vt per Mier. in di. constitu. Mes auant nu. 3. colla. 9 fo. 39. bene esset quod in proximis futuris curiis superisro dubio declararetur dicta constitutio.

a Captus] Guid. Pap. q. 253.

CAP.

CAP. 181.

1 Officiales Regii, liberaliter, & prompte exhibere debent iudicibus Ecclesiasticis personas captas allegantes tonsuram Ecclesiasticã, &c. vt in concessione per Regem Ferdi. facta, et data Barcin. 20. Iunij. 1413. est in vo-
b lumi. constitu. b fol. 262. pag. 2.

b Volumi. constitu.] in noua vero compilat. ticul. de capturas e liberatio de clerguesi fol. 6. volum. pragm.

CAP. 182.

SVMMARIVM.

1 *Clericus simpliciter tonsuratus, etiam coniugatus, nõ amittit clericale priuilegiũ, pro vno homicidio non qualificato.*

2 *Declaratio S. C. Trid. circa clericos coniugatos.*

1 Regius cãcellarius obseruat pro vno homicidio non qualificato clericum simpliciter tonsuratum etiam coniugatum non amittere clericale priuilegium, sed dicto priuilegio gaudere.

In hoc dictus Reuerendus cancellarius sequutus fuit opinionem Panor. in c. at si clerici. nu. 39. de iudi. Ita intelligẽ do textum in c. 1. de homicidio volun. & est ratio, quia pro dicto homicidio Ecclesiast. habet pœnam condignam per tradita per Panor. in c. at si clerici n. 39. cum sequen. de iudi. & est de mẽte castal. in consuetu. Burg. in ti. de iustices. §. 5. nu. 70. fol. 51. per quem. vide de ista materia latè. Adde quę dixi latius infra c. incipien. Iacobus Andreu, & quid quando pro vno homicidio qualificato infra ca. incipien. Obseruat Regius cancellarius, quod clericus simpliciter, & quid pro duobus homicidiis non qualificatis infra ca. incipien. Pro duobus homicidiis, Et prædicta hodie procedunt mo-
2 do hi clerici coniugati alicuius ecclesię seruitio, vel ministerio atque Episcopo deputati, eidem ecclesiæ seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur, vt expressè statuit sacrosancta Tridentina Synodus sub Pio 4. Pōt. Max. 15. Iulij M D. lxiij. in decreto de Reformatione, cessione 23. ca. 6. incipien. Nullus prima tonsura initiatus. fol. mihi. 65. & hoc repertũ censeatur vbicunque tractatur de clericis coniugatis.

CAP. 183.

SVMMARIVM.

1 *Clericus gaudet clericali priuilegio, quando ecclesia habet pœnam condignam ad eum puniendum.*

1 Qvãdo ecclesia habet pœnã condignam ad puniendũ clericum, clericus priuilegio clericali gaudet.

Iacobus Andreu Perpi. clericus fuerat inculpatus quod voluit per vim rem habere carnaliter cum Elizabethe Bolet domicella, siue donzella, & quod ad id fregerat tectum domus & dictus Iacobus Andreu confessus fuit illam carnaliter cognouisse, & foramen domus repertisse iam factum, & se dictum foramẽ non fecisse, & dictam Elizabethem esse eius vxorem. Dicta vero Elizabeth negauit se fuisse cognitam, & esse vxorem dicti Iacobi Andreu, sed asseruit dictum Iacobum Andreu voluisse eam cogere, et violẽter carnaliter cognoscere, vnus testis famulus dicti Andreu, et soror dictę Elisabetis deposuerunt quod dicta Elisabeth vociferabat, et quia dicta prætẽsa effractio domus non fuit habita probata, et quia non constabat dictam Elizabethem fuisse carnaliter cognitam, et propterea Ecclesia habebat pœnam cõdignam, ideo fuit per reuerendum regium Cancellarium declaratum repetitioni factæ per curiam ecclesiasticã de persona dicti Iacobi Andreu locum esse et dictum Andreu priuilegio, ac titulo clericali gaudere, et ad curiam ecclesiasticam remittendum esse fundari potuit dicta declaratio per notab. doctrinã Panormi, et per iura. per eum allegata in cap. ac si clerici nu. 39. de iudi. et nota

quod iste clericus erat simpliciter tonsuratus, & pro materia adde quę dicam infra in c. incipien. Franciscus Gelonc. Postea vero commissarius breuis Apostolici ad eius manus & posse dictum Iacobū Andreu accepit, quia fuit visum per doctores regii concilij, conciliarios dicti commissarii, dictum delictum esse atrox propter violentiam pretensam, & quia se iactauerat dictam Elizabethem esse vxorem suam.

CAP. 184.

SVMMARIVM.

1 *Quando clericus simpliciter tōsuratus est captus per curiam secularem & per ecclesiasticam repetitus: declaratur priuilegio clericali non gaudere si ecclesia non habet penam condignam.*

2 *Ecclesia quando non habet vltra quid faciat contra delinquentem relinquit eū curiæ seculari.*

3 *Cancellarius regius in Cathalonia declarat contentiones vt tertius.*

4 *Intellectus obseruantiæ.*

5 *Laicus quando potest capere clericum & e contra.*



1 Clericus simpliciter tonsuratus captus per curiam secularem, & repertus per curiam ecclesiasticam, si ecclesia non habet pœnam condignam declarari solet per Cancellarium Regium illum clericū priuilegio clericali non gaudere.

Franciscus Gelone clericus cum vnica & virgine cōiugatus fuit inculpatus quod de nocte in itinere prope ciuitatem Barcinone in partita dicta lo Torrent de mal cuynat manu armata inuasit duos muliones & diuersis vulneribus cum magna effusione sanguinis vulnerauit, & quasdam pecunias quas ipsi muliones habebant violenter abstulit, & fuit semiplene probatum hoc delictum.

Pręterea fuit inculpatus de alio furto cum efractione facta a domo quadā ciuitatis Barcinone in loco vocato a la fusina, de quodam ere, siue coure valoris xx.ll. parum plus vel minus, quod delictum fuit etiam semiplene probatū.

Fuit etiam inculpatus de raptu cuiusdam puellæ à domo eius matris, & erat probatum, est tamen verū, quod dicta puella non erat virgo, nec honesta, & eius mater non erat honesta, fuit admodum hæsitatum, & altercatum an deberet gaudere priuilegio clericali, & significanter ex eo, quia vertebatur in dubiū, an ex primo delicto dato, ꝙ esset plęne probatum, dictus Gelone esset puniendus pœna mortis naturalis, nā pro parte negatiua dicebatur, quod nō erat puniendus pœna mortis, eo quia pro dicto 2 delicto primo non poterat dici famosus latro, sed latro simplex secundū opinionem magis receptam vt late dixi in obseruantiis immunitatis ecclesiæ in ca. incipien. istum casum non recordor, & in ca. incipien. Mulier quadā, & ideo non debet puniri pœna l. capitalium. §. facinorosos. ff. de pen. quæ est mors, licet posset dici grassator secundum opinionem aliquorum: tamen ex quo non sepe grassatus fuit, non erat puniendus pœna mortis, sed deportationis iuxta tex. in d. l. capitalium. §. grassatores. Itē dicebatur quod posito & non concesso quod furtū de la fusina posset dici atrox tamē nihilominus ecclesia habebat pœnam condignam, nam pro primo poterat incarcerari ad tempus vel perpetuo, & pro secundo, & etiam pro tertio fustigari, & ad scalam seu infamiam poni, & alias puniri citra mortem. Itē posito & non concesso, quod pro primo delicto mereretur mortē: tamē ex quo pro primo delicto ecclesia habebat pœnam cōdignā, scilicet perpetui carceris, et pœne aliorū delictorū poterant concurrere cum dicta pœna carceris perpetui, nam pro dicto furto de la fusina licet sit factum cum effractione poterant pro eo auriculæ amputari, quę pœna est grauior, quam pœna furti modici non qualificati, quę pœna est fustigatio,

tio, Ideo dictus Geloc priuilegio clericali gaudere debebat, sed magis mouebātur ex eo, quia vt dixi pro primo delicto non erat de iure communi ciuili imponenda pœna mortis naturalis, & dubitabatur an consti. Cathalo. poterat agrauare pœnam iuris canonici quo ad clericos. Prędictis tamen non obstanti b s maior pars Doctorum decreuit dictum Gelonc priuilegio clericali non debere gaudere, quia licet de iure ciuili nō esset puniendus pœna mortis: attamen iuxta consti. Cathalonię erat puniendus pœna mortis, quia nedum dicti muliones erant sub pace & treuga domini Regis, sed etiam dictū iter seu caminus iuxta vsat. los camins e les estrades sub ti. de vectigals. fol. 116. & melius in consti. de les diuinals 1. versi. e la maluada, & ver. les vies publiques, & cōsti. de les. diuin als la 2. sub titulo de pace & treugā fol. 218. & 223. vbi ponitur maior pœna latro nibus propter dictam securitatem, & sic patet grauius esse delictū hoc in hac patria propter dictas pacem, & treugam, & regiam securitatem, quam alias de iure communi. Si igitur de iure communi secundum quod dictum delictum non est ita graue erat puniendus pœna metalli, & sic morte ciuili, ergo secundum ius consti. Cathaloniæ, secundum quod dictum delictum est grauius puniendus erit grauius, & sic morte naturali cum alia pœna nō teperiatur maior pœna de portationis in metallum, confirmantur prędicta arg. tex. in §. si quis versi. solidos de pace iura fir. in vsibus feudorum, vbi fur modicę rei propter qualitatem fractionis pacis punitur pœna mortis. & istam rationem antiqui doctores Regii consilij assignabant, & attento, quod alia delicta dicebantur atrocia, & pro illis duobus erat puniēdus pœna metalli, vel tyrremium, ideo erat dicendum dictum Gelonc se immiscuisse seuis & enormitatibus & propterea priuilegio clericali gaudere non debere, & ita fuit declaratum.

Ista declaratio (in quantum in ea dicitur, quod quādo ecclesia nō habet pœnā condignā concellatius declarat illū taliter delinquentē priuilegio clericali nō gaudere) forsan fundata fuit, vel fundari potuit per tradita per Panor. in c. At si clerici. nu 39. de iudi. in veti. Item præmittendū est, vbi dicitur quod quan
2 do ecclesia non habet vltra quid faciat contra delinquentem relinquitur curię seculari & in additio. ad Panor. ibi dem in fin. argumēto tex. in c. cum nō ab hom ne de senten. excom. Idē tenet Guiller. Benedict. in c. Raynūtius in verbo, & vxorē nomine Adalasi. nu. 440. allegantem ad hoc dictū Panor. in d. c. at si clerici. Cassan. in consuet. Burgun. in ti. Des justices & droits de elles Rub. 1. in verbo. si algun cōmet simple larrecin. nu. 70. versi. aduertendum est.

Aduertendū est multū ad illud quod sentit additionarius ad Panor. in d. c. At si clerici in secūda additione de iudiciis, & Clarius tradit Guil. Bene. in c. Raynūtius iu verbo & vxo. nomine Adalasiā nu. 440. & sequen. dicens per hęc verba Et quod plus est seruari videmus quod licet contra clericū etiā in minoribus cōstitutū, etiam posito quod seuis & enormibus se immiscuerit per iudicem secularem procedi non possit ante priuationis priuilegij clericalis declarationē, nec nō degradationem per Episcopum fieri dā: pręterquā in certis casibus per glo. positis in ca. ad abolēdam de hęreti. Panor. in c. at si clerici § 1. de iudi. alia etiā refert quæ per te videri poteris. Subdit tamen quod in illo Regno & curia Frāciæ quotiens clericus simpliciter tonsuratus de crimine detinetur à seculari potestate, si delictū sit tale, pro quo puniendo ecclesia nō habet de iure quid facia, vt quia delictū est ita atrox, quod ecclesia pœnam pro illo non habet condignā, vt in casibus no. ibi. per Panor. col. 19. ver. sunt autē plura delicta, his casibus per iudicē secularem punitur. Ponit etiam ipse Guil. Benedi. alios casus, & refert aliquas declarationes, seu arresta facta Tholose, & nu. 443. ponit aliquas causas & rationes ad fomentandum dicta arresta siue de-

clarationes. In hac tamē Cathalonia nō est tanta dubitatio, quia dictus Cancellarius qui præsbyter est, & qua si semper constitutus in dignitate Episcopali vel alia: declarat vt tertius & commu-
3 nis persona in vim concordiæ regi. Eleonoris & Cardi. de Comenge cap. vulgo dicto de S. Cugat, pragmaticarum & cōcessionum stamento ecclesiastico concessarum de quibus late dixi supra hoc titulo de contentionibus iurisdictionis inter curias ecclesiasticam & secularem ca. incipien. Quando contenditur, & sic declarat tanquam habens à curia ecclesiastica potestatem, et aduerte quod, vt dixi, dictus Gelonc. non solum simpliciter tonsuratus, sed etiam erat coniugatus cum vnica & virgine, de his etiam loquitur Guil. Bene. vbi supra. nu. 440 ver. Attamen in præsenti regno.

4 Et est etiam admodum in his aduertendum, quę curia prçuenerit capturam clerici simpliciter tonsurati, nam forsan (ni fallor) prędictę declarationes per me relatæ procedunt & procedere debent dumtaxat quando curia secularis præuenit capturam clerici simpliciter tonsurati, & curia ecclesiastica illum clericum repetit, & ex causa dictę repetitionis formatur contentio inter dictas curias ecclesiasticam & secularē iuxta dictam cōcordiam Reginę Mariæ & Cardinalis de Comenge, capitulorum, concessionum & pragmaticarum regiarum & pro dicta differētia videri potest quod inquit dictus Guil. Bene. vbi supra nu. 443. in versi. Bene tamen credo, quod si iudex ecclesiasticus iudicem laicum in in capiendo clericum preuenisset.

5 Et pro materia, quando & in quibus casibus iudex laicus potest capere clericum saltem simpliciter tonsuratum, & quando laicus quamuis non sit iudex, & e contra de potestate Ecclesiæ super laicis, vltra tradita per Stepha. Aufre. in additio. ad repetitionem Clemen. 1. de offi. ordi. in 6. in ti. de potes. secula. super Eccle. & perso. vbi ponuntur quatuor regulę & fallentiæ, & in tit. de potesta. Eccles. super laicis & rebus eorum: vide ri possunt Panor. in c. cum nō ab homine nu. 11. cum pluribus sequenti. de iudi. Guil. Bened. in d. cap. Raynuntius in verbo & vxorem nomine Adalasiā fo. 87. nu. 432. & sequen. Et eundem Stepha. Aufre. in tracta. quem fecit de potesta. Ecclesiæ super laicis & rebus eorū ac prerogatiuis ecclesiæ, qui est in 14. volu. tractatuum fol. mihi. 401.

CAP. 185.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non perdit clericale priuilegiū pro latrocinio in itineribus cum armis perpetrato.*

1 Pro latrocinio in itinere cum armis facto clericus nō perdit clericale priuilegiū, quia ecclesia habet pœnam condignam, licet de iure ciuili latro puniretur pœna mortis, & quid de immunitate ecclesię remissiue.

Pro latrocinio in itinere facto cum armis, latro siue gassator non perdit priuilegium clericale, quia tunc ecclesia habet pœnam condignam, videlicet carcerem perpetuum, quę pœna datur per ius canonicum quādo de iure ciuili imponitur pœna mortis naturalis iuxta tradita per Panor. in c. atsi clerici nu. 38 in fine, & sequen. de iudi.

Et ita fuit declaratum per Regium Cancella. in causa T. Thomas aliàs lo. Endorra, in mense Februarij anni 1560. Adde pro materia infra ca. incipien. si clericus, alias Franciscus Gelonch, an tamē propter vnum latrociniū perdatur immunitas ecclesię, & de intellectu c. inter alia de immunitate Ecclesię, vide omninoin obseruantiis immunitatis ecclesiæ in 2. obseruan. vbi traditur materia latißime.

(?)

CAP.

CAP. 186.

SVMMARIVM.

1 *Clericus immiscendo se enormitatibus an perdat priuilegium clericale.*

1 QVando quis se immiscuit & enormitatibus, an priuilegium clericale perdat.

Die 7. Maii 1561. per regium Cancellarium vbi aderant fere omnes Doctores Regii consilii fuit dictum & pro firmo determinatum semper receptum & declaratum fuisse per Cancellarium regium, quod quando quis se immiscuit seuis & enormitatibus perdit priuilegium clericale etiam si non praecesserit monitio aliqua iudicis ecclesiastici, quia videtur tunc incorrigibilis & quod incorrigibilitas inducitur per trinum actum, vt puta quia tria homicidia diuersis temporibus commisit voluntarie, & ex proposito licet non per insidias, nec per assasinamentum, vel per alia delicta, seuia tamen & grauia, & etiā inclinabant p. raedicta procedere etiam si dicta tria delicta non essent eiusdem speciei, hoc tamen vltimū non fuit determinatum. & a libro Reuerendi Cancellarii Mathiae Sotribes de declarationibus seu decisionibus factis in contentionibus iurisdictionis habui summaria sequentia in fol. 27. manu dicti cancellarij in margine decisionum, quando crimina sunt enormia clericus non gaudet priuilegio clericali, quia tunc dicitur in consuetudine delinquendi 29. Ianuarii. 1549. & fol. 29. quando delicta sunt leuia etiam si sint diuersa gaudet clericus priuilegio clericali etiam si vnum sit atrox, & cetera sint leuia. Adde quae dicam infra cap. quid in cletico, & ca. quid autem in clerico simpliciter tonsurato.

CAP. 187.

SVMMARIVM.

1 *Clericus cōiugatus qui in immunitate obtinuerat quod posset per regem teneri in carceribus pro iniuria & damnis: si allegat postea clericale priuilegium & obtinet an possit detineri etiam pro dictis damnis & iniuria.*



1 CLericus cōiugatus qui obtinuerat in immunitate ecclesię, prouisionem quod posset per Regem teneri in carceribus pro iniuria, & damnis: Si postea allegat priuilegium clericale, & obtinet, an possit detineri etiam pro dictis damnis & iniuria.

Die 14. Maii 1561. in contentione iurisdictionis super repetitione Baudilii Corones qui repetebatur per curiam ecclesiasticam, ex eo, quia erat clericus cum vnica & virgine coniugatus, fuit oppositum per curiam secularē regię Audientię, quod iam fuerat declaratū in contentione immunitatis ecclesiae praecedentis, quod dictus Corones erat retinendus per curiam secularē pro dānis & in iniuria praetensis, & his non obstantibus per regium Cancellarium, interuenientibus omnibus doctoribus regię Audiētiae, fuit determinatū, quod remitteretur persona ad curiā ecclesiasticam: prouiso quod per dictam declarationem non fieret praeiudicium processui regaliae pro praetensis damnis & iniuria fisco regio illatiš. vt latiusdixi in contētione super immunitate ecclesiae allegata pro parte dicti Corones in c. incipien. Mulier. circa fi. & in ca. incipiē. In facto contentionis immunitatis ecclesiae circa fi.

CAP. 188.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus captus in vim penarum regiarum pragmaticarum gaudet clericali priuilegio quoad personam, sed non quoad bona.*

CLericus cū vnica & virgine cōiugatus captus in vim pœnarū pragmaticarū regiarū, solet gaudere priuilegio clericali

ricali quo ad personam, sed non quo ad bona.

Vigesima tertia Martij 1548. existente Cancellario Reuerendo Guillermo Cassador, tunc Abbate sancti Felicis Gerundę, nunc Episcopo Barcinone in facto contentionis iurisdictionis super repetitione personę Ioan. Pellicer clerici cum vnica & virgine coniugati, fuit declaratum personam d. Pellicer ad curiã Ecclesiasticam remittendam esse, quo vero ad bona & cognitionem causae bonorum in vim praetensarum pœnarum ratione regiarum pragmaticarum, pronunciatum fuit ad dictam curiam secularẽ pertinere, & spectare. V. Cassador Cancel. Bartholomeus Marti, çauila, Vilana. sed tu caue ne ista declaratio sit cõtra textum in c. 1. de cleri. coniuga. ex quo ista pœna descendit ex delicto (propter cõtrafactionem dictarum pragmaticarum) quo casu nec criminaliter & pecuniaaliter, nec ciuiliter procedi potest contra coniugatum clericum per d. c. 1. & ibi Philippum Franc. vide tamẽ pro concordia an recipiat limitationem in processu regaliae de quo dixi, & vide omnino in obseruantiis super immunitate eccl. siae in ca. incip. Mulier quaedam vero, Denique super dicta, & versi. Post prędictam declarationem, & in c. in facto contentionis, & in c. seq. Item reciperet limitationem in scriptura tertii continuate in curia vicarij Barcinone vt dicam infra in obseruantia 5. 6. & 13.

CAP. 189.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, an possit capi per curiam secularem, pro pœnis fiscalibus, ex delicto procedentibus: & an curia secularis possit ciuiliter de his cognoscere.*



Pro pœnis fiscalibus procedentibus est delicto clericus coniugatus cũ vnica & virgine deferens habitum, & tonsuram, an possit detineri captus per curiã secularem, vel an secularis curia possit cognoscere ciuiliter.

Idem dicendum est pro aliis pœnis fiscalibus procedentibus ex delicto, per d. c. 1. de cleri. coniuga. Ista obseruantia differt à proxima precedenti, quia illa loquitur spetialiter quando proceditur in vim pragmaticarum regiarum. Et ista loquitur generaliter, sed tu pro veritate aduerte ad illud quod dixi in praecedenti cap. & infra super immunitate ecclesię in ca. Mulier quaedam versi. Deniq. super dicta, & versi. post prędictam, & cap. in facto cõtentionis ego tamen nihil vidi obseruari pręter ea quę dixi in capitulis hic relatis,

CAP. 190.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus obligatus cum scriptura tertij, gaudet clericali priuilegio: & eius persona traditur detinenda officiali ecclesiastico ad cognitionem curiae secularis.*

1 Clericus cum vnica & virgine coniugatus obligatus cum scriptura tertii in curia vicarii Barcinone continuata, etiam pro causa non mercantili, gaudet priuilegio clericali & eius persona tradi debet officiali ecclesiastico detinenda ad cognitionẽ curię secularis, &c. & causa retroclami in curia seculari cõtinuari.

Iacobus Sola vitriarius parrochiae de Vallromana detinebatur per Regiã audientiam ad relationem magnifici Barnabe Serra doctoris regii cõsilii, pro retroclamo exposito in vim scripturę tertij in curia vicarij Barcinone continuate pro mille libris, & non ex causã mercantili, & fuit declaratũ per Regiũ Cancellarium vt sequitur. Pronunciat, sententiat, & declarat, dictę repetitioni instatę per dictã curiã ecclesiasticam de persona dicti Iacobi Sola clerici cum vnica & virgine coniugati locum esse ipsumque priuilegio clericali gaudere,

dere, & illius personam esse tradendam & deliberandam officiali ecclesiastico per ipsũ detin&da adcognitionẽ d. curiæ secularis, taliter q̃ nõ possitper ipsũ liberari, nec idonee manulẽte vel aliàs tra di, nisi ad cognitionem, & dispositionẽ d. curię secularis, causam vero dicti retroclami in dicta curia seculari esse con tinuandam & finiendam, quam declarationem nota pro intelligentia concessionis factæ per Pa. Benedictum Dat. Auinione iiij. Kalen. Apri. pontificatus sui anno tertio, quę est in volumine consti tu. Cathalo. & est secunda in ordine posita fol. cclxxxxviij. idem fuit declaratũ in causa Mõserrati Magini Prunera clerici cum vnica & virginę coniugati die v. Septembris 1561. Idem fuit declaratũ in causa Petri Figueres, processus est in posse Thomæ Venana scribę mandati, & pro eo *Mallol.* arbitror quod fundatur per sententiam Reginę Marię. Dat. Barcinone *8.* Nouem. *1440.* quę est in volu. consti. fol. *263.* & ita etiã fuit obseruatum in contentione super tonsura restituti Torrelles 20. Octobris 1549. facta contradictione de bullis Papę Bene dicti quę sunt fol. *301. 302.* alias *291.* & *292.* a

a 292.) in noua vero compilatitu. de iurisdictio de tots jurges vol. 2.

CAP. 191.

SVMMARIVM.

1 *Contentio procedit inter curiam ecclesiasticam & secularem, absque firma iuris clerici simpliciter tonsurati: & quæ clausula in declaratione ponatur.*

Contentio procedit inter curiam eccles. & secularem ad instantiam fisci curię Ecclesiasticæ absque firma iu ris clerici simpliciter tonsurati, & in de claratione ponitur clausula quod non fiat præiudicium iudici seculari in condemnatione expensarum propter retar datã fori declinatoriam, & si contentio facta fuisset cum firma iuris clerici, tũc Cancellarius condemnasset clericum in expensis propter retardatã exceptionẽ.

In causa contentionis iurisdictionis inter curiam ecclesiasticam Perpi. pro Episcopo Elnen. & curiam secularẽ gerentis vices generalis gubernatoris Rossilionis, instante procuratore fiscali dictae curię ecclesiastice ratione procedimentorum factorum per dictum gerentem vices generalis Guberna. contra Petrum Matheum clericũ simpliciter ton suratum non facta firma iuris per dictũ Matheũ in dicta curia ecclesiastica, fuit declaratum contentioni locum esse, & quia fuit retardatum in oppositione exceptionis declinatorię fori, & dicta con tentio non fuit facta instante parte priuata, idest praecedente firma iuris dicti Petri Matheu, ideo in dicta declaratio ne fuit posita clausula, quod nõ fiat pręiudicium iudici seculari in condemnatione expensarum propter retardatam exceptionem fori declinatoriam. Nam si dicta contentio facta fuisset cum firma iuris dicti Petri Matheu, tunc Reuerendus Cancellarius condemnasset dictum Petrum Matheu in expensis propter retardatam exceptionem declinatoriam fori.

CAP. 129.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, qui se defendendo occidit præsbyterum: gaudet clericali priuilegio.*

Clericum cum vnica & virgine coniugatum, qui se defendendo occidit pręsbyterum, gaudere priuilegio clericali declaratum fuit.

Ita fuit declaratum in fauorẽ Iacobi Bosch ciuitatis Balagarij qui vna cum alio defendendo se, occidit quendã pręsbyterum in patio monasterio monialiũ de Almata d. ciuitatis, forsan d. declaratio

tatio fundata fuit,seu fūdari potuit per illam regulam generalem & equitatem vim vi repellere licet de qua in l.vt uim ff. de iusti. & iure l. 1.ff. de vi & vi arma l. 3. .§. cum igitur ff. vnde vi. cum simil. & vbique glo.& docto.

CAP. 193.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum qualitatem tribuentem iurisdictionē, sufficit delictum, de quo clericus est accusatus, semiplene probatum.*



Semiplene probatum esse delictum de quo clericus est accusatus sufficit ad probandum qualitatem tribuentem iurisdictionem, ita obseruat Reuerendus regius Cancella, cap. xvj.

CAP. 194.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati, non coniugati, etiam & non beneficiati, obligati ad captionē pro debito ciuili, si capti per curiam secularem ad ecclesiasticam sint remissi liberantur a carceribus propter paupertatem non dolose procuratam.*

2 *Clericus captus vel excommunicatus qui non est soluendo præstita iuratoria cautione de soluendo si peruenerit ad pinguiorem fortunam liberatur.*

3 *Intellectus ad litt. Bened. Pap. dat Auinione. 4. Kalen. Aprill. & sui Pontificatus ann. 3.*

4 *Rescripta absque speciali mentione, pauperem non comprehendunt.*

5 *Per clausulam & quosdam alios non possunt conueniri pauperes.*

6 *Cessioni bonorum respectu carceris non euitandi, renuntiari cum iuramento non potest.*

7 *Casus quando pauper clericus non gaudet beneficio c. Odoardus de solut. vid. ibi.*

1 

Clerici coniugati vel non coniugati, etiā non beneficiati, & obligati ad captionem personę pro debito ciuili: si sunt capti per curiam secularem, & ad ecclesiasticam remissi, debent propter eorū paupertatem non dolosè procuratam à carceribus ecclesiasticis liberari non obstantibus literis Pa. Benedicti incipien. Benedictus, insertis in volumine consti a tutio • fol. cclxxxxviij. & probatur per ea quæ in contingentia facti dum eram aduocatus Petri Figueres Clerici Barcinone cum vnica & virgine coniugati, qui per curiam secularē Barcinone fuerat remissus curię Ecclesiasticę Barcinone, & detinebatur rapius in carceribus Barcinone. deduxi enim infrascripta quibus obtinui.

2 Certum est, quod clericus si est pauper ita quod reuera soluendo nō est, si est excōmunicatus vel captus personaliter propter debitum ciuilē liberatur præstita prius iuratoria cautione de soluendo si postea peruenerit ad pinguiorem fortunam tex. glo. Panor. & alij in c. Odoardus de solu.

Nec obstant literæ Papę Benedicti Dat. Auinione 4. Kalen. Aprilis Pontificatus sui anno 4. insertę in volumine b consti.• Cathalonię fol. cclxxxxviij in quibus mandat Episcopo Barcinone, quod clericus ad captionē obligatus, & ad curiā Ecclesiasticā remissus per curiā vicarii Barcinone propter tonsurā clericalē retineat̃ in carceribus donec ipsi integre satisfecerint creditoribus, aut sufficientes fideiussores dederint de soluendo, vel causas legitimas allegauerint & probauerint, propter quas ad prędicta minime teneantur constitutionibus apostolicis, ac priuilegijs, & consuetudinibus, & alijs contrarijs non obstanti.

3 Nam respon. primo quod dictæ literæ restrictiuè loquūtur, & vigore dictarū literarum, ita demum debent clerici detineri in carceribus si per informationem secrete receptam per Episcopum reperierit dictos clericos maliciosè

maliciosè defraudare suos creditores, vt ad literam dicunt, & ad hos terminos expressè se restringunt dictę literę, ergo si Episcopus reperetir clericos non maliciosè velle fraudare suos creditores, non debet illos in carceribus detinere. valet enim argumen. a contrario sensu l.1.ff. de offic. eius cui manda. est iur. signanter in nostra materia, tū quia est odiosa, tum, quia correctiua, tū quia statutaria, & rescriptorum. Secundo & clarius, respon. quod dictę literę, seu rescriptum non tollunt beneficium & priuilegium pauperibus concessum propter eorum paupertatem, nec dictę literę comprehendunt pauperes postquam in dictis litteris de paupertate dictorum
4 clericorum nulla fit mensio. rescriptum enim non valet nec comprehendit pauperem nisi in eo fiat mensio expressè de paupertate & miseria secun. Cyn. & Sa li. in l. vnica C. quando impe. inter Pupil. & vid. Guil. in rosa. lxxxxvii. distinctio. cap. licet. quem refert & sequitur. Mier. in constitutio. ne ex beneficio, numer. 13. collatio 9 fol. 135. per tex. in cap. significantibus de offi. delega. per quem etiam tex. bene ad propositum dicit Felin. ibi, quod per clausulam, & quosdā alios non possunt conueniri pauperes, Idem tenet Bal. in cap. sedes de rescrip.
5 comprobatur etiam, & est optimum argumen. quod tradit Feli. in cap. si qui te stium numer. 10. de testi, vbi dicit, quod statutum obligans actorem ad cauendū de expensis reconuentionis non ligat pauperem allegat Aug. in l. non facile per illum tex. ff. si cui plusquam per le. fal. quod dicit procedere etiam si culpa sua incidisset in paupertatem, vt ibidem per Feli. licet quidam contra, postquam culpa non esset ordinata ad casum, vide glosam in terminis in ca. imputari circa medium, dum alleg. rap Odoardus, iunctis finalibus verbis de regul. in vi. Denique pro nūc bene facit quod refert Mie. vbi supra num. 6. quod statutum disponens generaliter super decisionibus causarum non comprehendit speciales causas pauperum alleg. Ant. debu. cōsi. 46. per tex. in l. si procuratorem §. si ignorans ff. manda. Ecce ergo, quod leges statuta, & rescripta generalia non comprehendunt causas pauperum, nec pauperes, nisi de paupertate fiat in illis expressa mentio, ergo nec dictę literę pa. Bene dict. e comprehendunt pauperes clericos postquam in illis non fit expressé mentio de paupertate dictorum clericorum quinimmo ne dum dictę litterę papę non comprehendunt expresse pauperes, sed excipiunt paupertatem, seu exceptionē paupertatis expressè, saltem sub generalitate verborum, & exceptionum ibi in genere admissarum, vt patet in illis verbis, vel causas legitimas allegauerint, vel probauerint propter quas ad prędicta minime teneatur, vt enim dicta verba debeant aliquo operari non intelliguntur de exceptione solutionis, seu satisfactionis, vel fideiussorum quia de illis iam prius dixerat, sed intelliguntur de exceptionibus paupertatis, & cessionis, & aliarum quarumcunque quia generalia sunt d. verba, & ideo generaliter sunt admittenda per iura vulgata. Item ex alio dictę literę apperiunt intelligi solum de clericis non pauperibus, quoniam dictę literę astringunt clericos ad dandum fideiussores, vel soluendum, quę omnia sunt impossibilia pauperibus, ergo non intellexit de pauperibus tanquam de impossibilibus, & generaliter dico, quod in dubio non est verisimile Papam qui iura & pietatem tuetur, velle vnico verbo tot iura priuilegia, pietatem & immunitatem euerti, iuxta l. si quando C. de inoffi. testa. Procedunt ergo dictę literę papę quo ad capturā contra clericos quos per secretam informationem constiterit malitiosè velle, defraudare suos creditores, & non contra bona fide ductos, & signanter non contra pauperes, Et ita fuit iudicatum per Reuerendum Pinror offi. & Vicarium generalem Episcupi Barcinone inter Petrum Figueres agentem, & Cosinam Samora clericum coniugatum defendentem.

Ita etiam fuit liberatus T. Puiol clericus

ricus simpliciter tonsuratus nõ cõiugatus detentus in carceribus Episcopi Barcinone ad quos fuit remissus per curiã vicarii Barcinone & erat detentus ad instantiam Antonii Palau mercatoris pãnorum eiusdem ciuitatis per Fran. Vilana offi. dicti Episcopi, (me Michaele Ferrer aduocato dicti Puiol existente) pro cuius defensione suprascriptas dedi allegationes.

6 Et adde quod non potest renuntia-
b ri [b] cum iuramento cessioni bonorum respectu carceris nõ euitandi, licet alias respectu vt conueniatur vltra quam facere possit valeat renuntiatio, vt notabiliter traditur per Guido papæ q. 211. dicentem ita fuisse decisum non obstantibus opinionibus in contrarium, vbi vide notabilem rationem in principio.

7 Adde casum in quo pauper clericus non gaudeat beneficio dicti cap. Odoardus per Ludo. Gomesium in regulis Cãcellariæ in regula de annuali possessore quæstione quinquagesima tertia in fine pagina 613. vbi per tradita per eum dicit per hæc verba, hinc est, quod licet paupertate oppressis soleat concedi beneficium ca. Odoardus, de solutio. secus tamen est in debitore pensionis, vt dixi late in tractatu signaturæ.

a. Constitutio.] ti. de jurisd. de tots jutg.
b. Renuntiari.] de hac q. Rot. in antiq. tit. de senten. & re iudica. decis. 31. aliás 567. n. 5. Carauitt. ritt. 179. qui plures alleg. Tesau. 36. Bar. in l. 15. alia causa §. eleganter ff. solut. matr. Cappell. Tol. q. 61.

CAP. 195.

SVMMARIVM.

1 Clericus non perdit beneficium cap. Odoardus de solut. licet sit debitor ratione sui officij.
2 Differentia, & eius ratio, inter clericum & laicum circa cessionem bonorum.
3 Clericus pauper non perdit benefi[illegible]iũ paupertatis, licet sit pauper culpa sua; dummodo non ordinata ad casum.

1 CLericus non perdit beneficium cessionis respectu carceris euitandi, nec beneficium ca. Odoardus de solut. licet sit debitor ratione sui officii, & in contingentia facti, dum eram aduocatus sequentes feci allegationes pro quodam nomine Troba, & non recordor, an obtinuerim, sed arbitror quod sic.

Posito pro vero (pro vt est falsum) quod laicus debitor ratione sui officij non liberaretur a carceribus cedẽdo bonis, tamen clericus cedendo bonis liberatur a carceribus etiam si ad eas se expresse obligauerit probatur (vt citius a-
a gam) cum literis [a] Papę Benedicti in priuilegium ciuitati Barcinone concessis, Dat. Auinione iiii. Kalen. Aprilis pontificatus sui anno tertio fo. 302. vbi loquẽ in fortioribus terminis, quod clerici etiam coniugati arrendatores impositionum etiam si propter prætium arrendamenti soluendum obligauerit se ad capturam liberantur cedendo bonis, ecce duo vincula, primum quod est debitor fiscalis, & seu reipublicæ, & liberatur cedendo bonis ex eo, quia est clericus, cũ reuera si esset laicus non liberaretur saltem si erat contumax in soluendo Bar. in l. fi. in fi. ff. ad leg. Iul. pecula. per text. in l. nemo carcerem C. de exacto. tribu. lib. 10. secundum est quod in dictis literis clericus est debitor ratione sui officii scilicet exactionis tributorum seu impositionum, & liberatur cedendo bonis, ex eo, quia est clericus, licet non liberaretur si esset laicus, non enim valet argumentum de cessione laicorum ad
2 cessionem clericorum, magna enim est differentia inter ipsas, sicut magnum est priuilegium clericorum, & comprobatur inconuencibili argumẽto vltra prædicta licet in idem reincidat, nam certum est laicum ad carceres obligatum non liberandi cedendo bonis, vt in pragmatica Regis Petri fol. 291. & tamẽ clericus ad carceres obligatus liberatur a carceribus cedendo bonis, vt in dictis literis Romani Pontificis, & ex dictis literis, & contentis in eis infero, quod si

& vbi

& vbi de iure communi reperiretur clericum obligatum ratione officii nō posse cedere bonis, tamen secus esset in Cathalonia vigore dictarum literarum, quanto magis, quia reperitur iuri communi cautum, quod Clerici etiam expresse non possunt renunciare cessioni bonorum respectu carceris non euitandi, quia non possunt renunciare priuilegio clericali, vt per totam decis.221.fol. 132.in antiquis Guido.papæ. quæst. 211. & si prædictæ literæ procedunt in clerico etiam non paupere, fortius in paupere contra quem nullus videtur actionē habere l.nam his ff. de dolo. dicam Latius.

In super dico quod noster Clericus pauper absq; cessione habet beneficium cap.Odoardus, & per illud debet a carceribus liberari, vt per Panormita.in d. cap. Odoardus, nec obstat dicere, quod iste clericus deuenit ad paupertatem propter culpam suam, scilicet propter ludum, quia respondeo dictam culpam nō esse probatam, nec quisquam in processu reperitur præter vnum minimum verbum prolatum incidenter, & præter articulum per Iacobum Thomas super tertio articulo huius partis.

Item respond. quod posito pro facto, quod dicta culpa esset probata, tamen non propterea perderet beneficium d. cap.Odoardus, nec cessionis, quia dicta culpa non fuit ordinata ad casum, quia
3 clericus pauper non perdit beneficium paupertatis, etiam si culpa sua peruenit ad paupertatem, nisi culpa sit ordinata ad casum per tradita per Felin.in cap.si qui testium numero decimo de testibus
4 comprobatur per doctrinam Bar.in l.secunda §.fi.ff. si quis can.vbi ponit regulam, quod nunquam culpa imputatur alicui nisi quādo est ordinata ad casum vide tex.in l.verum in 2.respon. & in l. qui i iniuriæ causa ff.de fur.vbi habetur, quod qui libidinis, vel iniuriæ causa fregit fores, vel ianuam, si per alios res amote fiut non tenetur furti, quia causa fractionis non fuit ordinata ad furtum, sed ad libidinem, vel iniuriam, meliorē tex.cum glo.in l.non omne ff.de statutis, & in propriis terminis hanc q.videtur decidere glo. in regula imputari de reg.iur.lib.6.

Et quod dictæ literæ papæ Benedicti non comprehendant pauperes clericos, quia in illis non fit expressa mentio de paupertate, dixi, & probaui latè in alia obseruantia præcedenti quæ est 194. in ordine secundum Cyn.& Sali.in l.vnica C.quando impera. inter pupil. & vidu. Miер.in consti.ne ex beneficio n.13.col. 9.fol.135.Feli.in c. significantibus per illum tex.de offi.delega Bal.in c.sedes de rescriptis Feli.in c.si qui testium nu. 10. de testibus.

CAP. 196.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis, an, quando, & quomodo exequatur poenas appositas in præconizationibus, pro ciuibus a peste tuēdis, contra clericos coniugatos.*

2 *Statutum fauorabile clericorum, an ipsos liget & tunc eorum qui sint conueniendi.*

3 *Statutum laicorum fauorabile clericis ipsos comprehendit quando simpliciter porrigendo commodum procedit: sed non aliquid præcipiendo.*

5 *Clerici tenentur soluere collectam impositā pro liberanda ciuitate a peste sed non ex hoc sequitur quod clerici sint de foro seculari nec quod laicorum statutum eos comprehendat.*

6 *Custodia ciuitatis a peste est de politia & pertinet ad consiliarios.*

7 *Remedia ad damna sequenda quæ fiscus posset allegare, si iudex laicus non posset clericos coniugatos punire in casu tuendæ ciuitatis à peste remissiuè. ibi.*



1 Pro pœnis pecuniariis, vel corporalibus positis generaliter in ordinationibus, & præconizationibus factis per iudices seculares, seu per Consiliarios ciuitatis pro tuenda ciuitate, & eorum ciuibus

bus a peste, an & quando, ac quo modo, seu quo tempore iudex secularis possit executionem facere contra clericum cum vnica & virgine coniugatum.

Veritas prædictorum colligi potest ex his quæ ego recollegi dum tractabatur, an per Regentem Vicariam Barcinone esset respondendum literis a curia ecclesiastica Episcopi Barcinone emanatis faciendo contentionem iurisdictionis cum dicto Regente vicariam Barcinone ratione executionis factæ, seu inceptę per dictum Regentem in bonis Iosephi Guerau clerici cum vnica, & virgine coniugati pro centum libris in quibusdam pręconitzationibus. Factum, erat vt sequitur. Die 20. Maii. 1559. fuit publicata præconitzatio in ciuitate Barcinone, pro executione deliberationis per consiliarios, & probos homines ciuitatis Barcinone factæ die decimo octauo dicti mensis, qua disponitur vt sequitur, Qu: com per relatio verdadera a ells conste, que en la ciutat de Tolosa, Beses, y algunes parts de França, y encara en lo regne de Valentia en moltes viles hi age peste, perço ordenaren &c. Item statuyren y ordenaren dits Consellers, y promens que de assi auát no sia licit ni permes a qualseuul persones de qualseuol grau, o conditio sien venints de qualseuol part ha hont de present se muyren de pestilécia entrar en dita ciutat, ni suburbs de aquella, e si de present en dita ciutat ha alguna, o algunes de dites persones que sien vengudes de dites parts ha hont se muyren de dit mal que encótinent hagen a buydar y exir de dita ciutat e de aqui auant no tornar en dita ciutat, ni suburbs d'aquella, sots pena, e ban de cét lliures, e lo qui pagar no les pota sia açotat pubicament, y palesa per dita ciutat per quiscuna vegada que sera trobat esser fet lo contrari.

Dicto die simile præconium fuit factum de mandato Illust. Locumtenentis generalis ex deliberatione, & conclusione in Regio consilio factis, & vltra fuit posita pœna exilii, vt sequitur, sots pena de cent lliures e si pagar no les potan de esser açotats, publicament e de exili per temps de cinc anys, segons la qualitat de la persona per quiscu, o per quiscuna vegada que sera fet lo contrari. Postea per procuratoré fiscalé dicti Regentis vicariam Barcinone fuit denuntiatú, quod dictus Guerau veniens a ciuitate Valentię non dubitauit occulte de nocte & dolo, intrare ciuitatem Barcinone, & petiit de prędictis informationem recipi, & procedi contra d. Guerau prout de iure esset visum fieri, & dictus Regens recepit informationé recipiédo 5. testes, & vxorem d. Guerau in facto proprio sine iuramento, & in alieno cum iuramento, & dictus Regés, seu eius assessor visa inquisitione prouidit dictum Guerau capi, & in carceribus detineri, & executionem fieri pro quantitate c. ll. captis pignoribus, & concessit dicto Guerau sex dies ad dicendum, & allegandum cur prędicta executio fieri non deberet con. co. inti. & fuit intimatum in domo eius vxoris, & eadem die fuerunt inuẽtariata bona d. Guerau, & comẽdata eius vxori. Et postea absq. aliqua intima 21. Iulii eiusdem anni fuit prouisum per dictum assessorem Regentis, quod fieret executio de dictis c. ll. ratione pœnarum in dictis pręconiis positarum, & quod pignora venderentur, & non fuit prouisum quod intimaretur, nec fuit intimatum, & postea fuit facta executio in centú libris repertis in bonis d. Guerau, & reliqua bona dicti inuentarii relicta fuerũt d. Guerau, & pro eo eius vxori. Post prędicta d. Guerau vt clericus firmauit ius, & de iure in curia Ecclesiastica Episcopi Barcinone, & curia ecclesiastica fecit literas solitas cõtentionis iurisdictionis, & d. Regens vicariá Barcinone nolebat respõdere prętendendo non teneri ex eo quia iam fecerat executioné, & amplius nó intédebat procedere contra d. Guerau, pro cõtrario pretendebatur, quod d. Guerau erat clericus cum vnica & virgine coniugatus, & quia dictus Regens processerat contra eum criminaliter capiendo

do & incarcerando personam, & inuentariando bona, & exequendo pœnam c. ll. ratione contrafactionis dictarum præconitzationum: Ideo processit nulliter contra dispositionem cap. 1. de cleri. coniuga. & contra libertatem & iurisdictionem ecclesiasticam, & saltem super hoc erat respondendum, & contentio formada, Et quod dubium esset pro bab. le, videbatur constare exequentibus primo, quia constabat quod d. Guerau erat clericus cum vnica & virgine coniugatus, secundo quia constabat dictum Regentem vicicariam processisse criminaliter in personam, & pecuniam, tam ex denuntiatione procuratoris fiscalis, & prouisionis factæ per assessorem Regentis vicariam prouidendo personam capi, & in carceribus detineri & executionem pro pœna c. ll. fieri, quam ex tenore præconitzationum vigore quarum executio fiebat, quæ præconitzationes in defectum bonorum posuerant pœnam flagellorum, tertio quia in viam iuris est certum, iudicem secularem procede-

2 re non posse contra clericum cum vnica & virgine coniugatum criminaliter etiam ad pœnam pecuniariam tantum per tex. in cap. 1. de cleri. coniuga. & ibi Philip. Fran. & ali. Doctores, & notanter per Cali. in directo. pacis & treugæ in 7. dubio versic. demum quæ sunt, de clarando tex. in d. cap. 1. de cleri. coniug. dicit damnum datum ex delicto per clericum coniugatum posse peti coram Vicario, sed non pœnam etiam si ciuiliter agatur & idem vult Mier. in constitut. quia plerique num. 11. collatio. 9. fo. 119. ergo clarum restat dictum Regentem vicariam Barcinone non potuisse procedere minusque condemnare d. Guerau, nec executionem in bonis illius pro dicta pœna c. ll. facere cum sit pœna descendens ex delicto vel excessu dicti clerici, videlicet ex eo quia contrafecit dictis præconitzationibus & prohibitionibus in illis factis.

Nec obstare videtur dicere, quod statuta quæ fiunt per Regem vel alium inferiorem iudicem secularem si sunt fa-

3 uorabilia clericis ligant clericos etiam si non sint approbata per Papam, vel Episcopum pro quo allegatur Bar. & sequaces in l. cũctos populos C. de sũma Trinitate, & fide Catholica. & aliqui ex canonistis in cap. ecclesiæ sanctæ Mariæ de constitutio. per tex. in cap. constitutus de in integ. resti. & in ca 3. de eo. qui mit. in possess. & alia iura quæ refert Panormita. in d. ca. ecclesia S. Mariæ num. 8. versicu. ext. glo. & etiam allegatur in specie Lucas de Pen. in l. iubemus C. de nauibus non excusandis lib. 11. C. vbi in vna parte suę distinctionis vult quod si statutum laicorum est factum simpliciter, & non est factum contra ea quę cõpetunt clericis in priuilegium, sed contra ea, vel pręter ea quę illis competũt, non in priuilegium, sed vt cuilibet, quod tunc tale statutum ligat clericos, & seruandam est in foro ecclesiæ si est honestum, Nam multifarię responderi potest, & primo respond. quod licet tale statutum laicorum liget clericos non tamen propterea sequitur, quod dicti clerici possint conueniri coram iudice laico, vt eleganter traditur per Cali. in directorio pacis & treugę in dicto 7. dubio fol. 13. colu. 4. versicu. nec obstat prima ratio, & in versicu. minus obstat ratio secunda, vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet quãdo tale statutum fauorabile clericis est approbatum expressè per Papam, quod non est in nostro casu.

Et hoc idem vult Panor. in d. cap. ecclesia sanctę Marię num 10. ibi potest iudex ecclesiasticus illud statutum seruare, & hoc idem tenet aperte idem Lucas de pena pro contraria parte allegatus in eadem l. iubemus dũ dicit, quod tale statutum fauorabile clericis ligat clericos, & est seruandum in foro ecclesię, ergo non in foro & iudicio seculari, sed vt dixi clarius dicitur per Calicium in d. 7. dubio per hęc verba, fateor, quod ligat clericos, sed ex hoc non sequitur, quod clerici possint coram vicario conueniri, & non propterea clerici sunt effecti de iurisdictione domini Regis quo

ad

ad personas & eorum bona, clarius non potuisset loqui, & ideo sufficeret ista responsio.

Præterea tamen respon. quod dictus Lucas de Pena loquitur quando tale statutum non est contra ea quæ sunt concessa clericis in priuilegium. Sed si diceretur, quod tale statutum debet intelligi etiam quò ad translationem, seu mutationem fori, ita quod clericus coniugatus (qui in delictis, & excessibus etiã quo ad pœnas pecuniarias ciuiliter intentatas est de foro ecclesiæ) sit de foro iudicis secularis rõne dicti statuti: Profectò tale statutum esset contra dictum priuilegium clericale, & sic secundum eundem Lucam de pen. & omnes doctores vbique tale statutum non valeret. & ideo non solum non est præsumendum, quod dictus Lucas de Pen. ita censerit, sed constat contrarium voluisse expressè in illis verbis, & debet seruari in foro ecclesiæ, & quod fortius est, dicit Panormitan. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 10. in fine de consti, quod tale statutum seruaretur non ratione legis (quia esset facta a non habente potestatẽ) sed ratione naturæ.

Et est etiam aduertendum, quod Panor. in d. ecclesia sanctæ Mariæ circa finem & per totum dicit, quod tale statutum ita demum valet & ligat clericos, si
4 illud statutum procedit simpliciter porrigendo commodum, vel priuilegium clericis, & disponat no præcipiendo, alias non valet, sed dictum præconium deliberatio non procedit simpliciter porrigendo commodum, sed præcipiendo ergo, &c.

In super dicunt Panor. & alii omnes in d. cap. Ecclesiæ sanctę Marię, quod ad hoc vt statutum laicorum licet clericos requiritur quod sit simplex, & generale nullam faciens mentionem de clericis, sed dictum præconium non videtur simplex, sed generale, quoniam post illa verba generalia, qualseuol persones, procedit designando de qualseuol grau, o conditio sien. quasi dicat siue sit secularis, siue ecclesiasticus, & siue sit de gradu superiori, siue inferiori, Nec obstat concessio Papæ Gregorii quæ est in vo
b lumine constitutio. fol. 262. col. 2. circa finem, quę incipit, Gregorius Episcopus & est conformis text. de iure canonico per similia verba in cap. ex parte de cleri. coniugat. nam illi textus loquuntur in clericis coniugatis qui reassumpserunt tonsuram in fraudem ne responderent regi de iustitiis consuetis, & debitis seruitiis, & idem de clericis qui contraxerunt & deferunt tonsuram in fraudẽ vt dixi de coniugatis, & ita intelligunt & declarant illum text. Philip. Fran. in d. cap. 1. §. & cum circa fi. de Cleri. coniuga. & ibidem Archidia. num. 1. gemini. in §. 1. nume. 7. circa medium, & in §. fi. num. 4. notanter. & etiam Ancharra ibidem licet in d. cap. ex parte aliter vel obscurè loquatur, & notabiliter Petrus Belluga in suo speculo princip. *in* §. Videamus n. versi. dicas ergo distinguendum.

5 Nec obstat quod dicit Petrus Duenyas in regulis vtriusque iuris, regula cap. nume. 17. pag. 148. vbi tenet quod clerici tenentur soluere collectam impositam pro liberanda ciuitate a peste, quia talis collecta videtur imposita propter communem vtilitatem laicorum, & clericorum, & quia pietatem respicit nam respon. dupliciter, primo, quod *illa* collecta non est imposita propter *delictum*, vel excessum clerici, vt in nostro casu, sed fuit imposita vt personæ clericorum, & eorum bona tueãtur, Et ideo nedum clerici coniugati, sed etiam non coniugati tenentur soluere collectam in casu magnæ necessitatis, vt declarabitur latius infra statim. Secundo respondeo quod licet dicti clerici teneantur ad dictam collectam, tamen non propterea sequitur quod clerici sint de foro seculari, vt per Cah. in d, 7. dubio fol. 13. versicu. nec obstat prima ratio & versicu. minus obstat secunda ratio, nisi tanta necessitas immineret quod non posset prius haberi recursus ad iudicem ecclesiasticum sine aliorum scandalo, & periculo per tradita per Stephanum Aufre. de potesta.

potesta. secu. super eccle. perso. in 2. regula in 27. fallen. versicu. ad prædicta fol. 94. in prima impresione vbi dicit secundum siculum, quod ecclesia vel clerici non tenentur ad collectam pro fortificatione ciuitatis, seu munitione aduersus hostes, nisi sponte illam velint subire approbante Episcopo & clero, consultoque Romano Pontifice, & vbi laicorum non sufficerent facultates, per c. aduersus de T. vel nisi tanta necessitas immineret, quod non posset sine aliquo scandalo & periculo prius haberi recursus ad papam argu. op. in l. tutor qui repertorium ff. de admi. tuto. & per Sicul. in cap. non minus de immu. eccle. Idem dicendum est si reperiretur negligentia in Episcopo in casu dictæ magnæ necessitatis prout late, & notabiliter ponit Petrus Belluga in Speculo principum .§. dubitatur num. 18. fol. 43 in fine pa. 1. de propo. gra. sed talis necessitas saltem quo ad exactionem dictæ pœnæ dictarũ centum librarum non fuit minusque nunc est in nostro casu, nam tempore quo fuit exacta dicta pœna non erat pestis in ciuitate, & Episcopus, & eius officiales erant in ciuitate & ibi iura reddebant, & dicta pœna poterat peti coram Episcopo, seu eius officialibus quod factum non fuit, nec Episcopus fuit monitus, nec repertus in negligentia nec contrarium dicit dictus Dueñyas, nec aliter poterat sentire, quia loquitur in clericis non coniugatis in quibus iudex secularis nullam habet potestatem etiam in mere ciuilibus per tex. in cap. si diligenti de foro competenti, & in aliis multis, ergo, &c.

6 Nec obstat dicere quod custodia ciuitatis circa pestẽ est de policia, & sic pertinet ad consiliarios ciuitatis per tradita per Ripam in suis respon. Quoniam multifarie responderi potest, & primo, quod etiam, quod custodia & cura pestis sit de policia, & sic pertineat ad consiliarios, & rectores ciuitatis, tamen illud procedit suo modo, & quatenus ab eis beneficium, vel commodum habent & ad eorum potestatem tangit, poterãt enim, & possunt Consiliarii ciuitatis ordinare quoad mere laicos indistincte imponendo quamcumque pœnam etiam corporalem, quia in illis plenam & indistinctam habent potestatem, sed quo ad clericos coniugatus non simpliciter, & indistincte, sed quatenus habent in eos potestatem verbi gratia, poterant, & possunt ordinare, quod nullus exiẽs de loco pestifero ingrediatur ciuitatem Barcinone, quod si fecerit careat omnibus beneficiis ciuitatis, videlicet, quod non possit esse consiliarius, Edilis, cõsul maris, administrator tabulæ, & sic de similibus, & dominus Rex poterit addere, quod ille talis non possit esse vicarius, baiulus, notarius, & id generis quæ pœnæ grauiores sunt dicta pœna centum librarum, & iste modus procedendi est visitatus, vt cerni potest supra cap. 148. incipien. Die Veneris xi. Octobris. fol. lxxxviij.

7 Et ex prædictis & aliis infra dicendis possunt colligi plura remedia, ad damna quæ fiscus Regius allegat rem publicam passuram, si iudex laicus non posset punire pœna centum librarum dictos clericos coniugatos, nam habet contra dictos clericos coniugatos dicta remedia, quæ illis cedent in poenam grauiorem dicta poena centum librarum absq. comparatione.

Alia remedia tradit Petrus Belluga in Speculum principum in ti. de propositione grauaminum. §. dubitatur & signanter n. 18. fol. 43.

Die 16. Iulii M D lx. fuit per Reuerẽdum Cancellarium declaratum super prædicta contentione vt sequitur, Sentẽtiat & declarat dictam contentionem factam super iuris firma, per dictum Iosephum Guerau facta in dicta curia ecclesiastica, & ad faciendum inspectionem personæ eiusdem Guerau, non fuit intimatum fisci procuratori dictæ curiæ secularis, non procedere.

Sorribes. Can Miralles. Serra. Riusech. Ferrer. Ros. Xammar. Lobregat. Iofre. Sunyer. Tortoella.

a. Peste.

misit duo delicta citra homicidiũ, quorum propter vnum meretur pœnam mortis & propter aliud non, an perdat priuilegium clericale.

1 QVid in clerico simpliciter tõsurato, etiam non coniugato, qui commisit duo delicta citra homicidium, & propter vnũ illorum meretur pœnam mortis de iure ciuili, & propter aliud deliçtũ pœnam mortis non meretur.

Vidi magnam altercationem de decisione tamen non recordor pro nunc, sed arbitror distinguendum esse vt dixi in cap.182.incipien.In hoc dictus Reuerend. & in cap.184 incipien. Franciscus Geloni.& vide quę dicam in sequẽti cap.

CAP. 201.

SVMMARIVM.

1 *Clericus simpliciter tonsuratus, qui citrũ homicidia commisit tria delicta grauia an perdat priuilegium clericale.*

1 QVid autem in clerico simpliciter tõsurato etiam nõ coniugato qui citra homicidiũ comisit tria delicta alterius generis grauia tamen.

Pro decisione huius dubii, vide supra in cap.186.incip. Die 7. Maii, secundum quam est dicẽdum dictum clericum priuilegio clericali gaudere non debere, quia quando quis se immiscuit sceleris, & enormitatibus per trinum actum videtur esse in consuetudine delinquendi, & esse incorrigibilis, vt in d.c.186.

CAP. 202.

SVMMARIVM.

1 *Clericus tonsuratus committens tria delicta non grauia, nõ perdit priuilegium clericale.*

1 ET per prędicta in c. pręcedenti a contrario dicendum videtur, quod committẽs tria delicta non grauia nõ debet priuilegium clericale amittere, & ita vidi pluries obseruari, minus ergo amittere per binum actum, seu per duo delicta non grauia vt dixi in sequenti capitulo.

CAP. 203.

SVMMARIVM.

1 *Clericus tonsuratus emptor seu receptor rerum furtiuarum an & quando gaudeat priuilegio clericali.*

1 EMptor seu receptator rerum furtiuarum, an & quãdo gaudere debeat clericus simpliciter tonsuratus & quãdo non.

Vidi in libro adnotationum Hieronymi Dalmau in verbo contentio cap. incipien.16. Februarii 1549. quod die 16. Februarii.1549. in facto contentionis inter curiam Ecclesiasticam Episcopi Barcinone ex vna, & curiam secularem Regię audientię partibus ex altera super repetitione personę Ioannis Vallhonesta clerici simpliciter tonsurati, licet cõtra ipsum fuissent probatæ duæ receptiones, siue emptiones rerum furtiuarum & alias pro receptatore furtorum esset tentus & reputatus, tandem fuit conclusum dictum Ioannem Vallhonesta priuilegio clericali gaudere, erat scriba processus çauall nota. & idem fuit in simili casu in fauorem Iacobi Busfot declaratum 1. Maii. 1549. tu aduerte, quod ista decisio videtur intelligi de furtis modicæ quantitatis, & sic de delictis non enormibus, nam alias si dicta duo delicta essent de magnis quantitatibus, & sic de enormibus delictis, tali casu esset distinguendum, aut propter vnum quodque illorum merebatur pœnam mortis, & quia tunc ecclesia non haberet pœnam condignã amitteret clericale priuilegium, aut pro vno tantum me

retur pœnam mortis naturalis,& pro alio non,& tunc videtur sub distinguendum vt dixi late c.incip.Si clericus mortem perpetrauit, aut dicta duo delicta non erant de magnis quantitatibus,sed de modicis quantitatibus,& sic erant delicta non enormia,sed leuia,aut mediocria,& tunc procedit ista decisio, quod propter illas duas receptationes, seu emptiones,immo etiam per duas receptationes furtorum non amittendum erat clericale priuilegium, quia ecclesia pœnam condignam habebat, quod nota quia alibi ita acumulatum forsan nō reperies,& pro materia videatur Bonitōtius Andreas in tracta.de priuileg.cler. num.8.vsque ad num. 11. inclusiue vol. 2 fol.158 post Stepha.Aufre. in tract.de potesta.secula.super eccle.perso.regula. 2.fallen.19.

CAP. 204.

SVMMARIVM.

1 Contentio procedit pro ancilla clerici simpliciter tonsurati tanquam de re & bonis illius.

1 DE & pro ancilla,seu serua clerici simpliciter tonsurati tanquam de re, seu bonis clerici simpliciter tōsurati fit & procedit contentio.

Ita vidi pluries seruari & etiam reperitur notatum in dicto libro Hierony. Dalmau in verbo contentio cap. dicto die,scilicet 16.Februarii.1549. vt sequitur. Dicto die in facto contentionis inter easdem curias ortæ super repetitione personæ Cathatinæ captiuæ dicti Ioannis Vallhonesta, vt de bonis clerici simpliciter tonsurati, licet aduersus ipsam de receptione, alias receptatione certę rei furtiuę exponeretur, tandem fuit conclusum priuilegio clericali eiusdem clerici simpliciter tonsurati domini sui gaudere, est in posse dicti çauall not.

CAP. 205.

SVMMARIVM.

1 Clericus non opponens exceptionem clericatus coram iudice laico vbi fuit iudicium præuentum; si postea firmat ius coram ecclesiastico debet condemnari in expensis,& quomodo sint taxanda, & quomodo facienda executio vid. ibi.

1 CLericus non opponens exceptionem clericatus coram iudice seculari, vbi fuit iudicium pręuentum,si postea firmat ius coram Ecclesiastico debet in expensis condemnari,& sunt taxande per secularem,& executio fieri debet in bonis mobilibus per iudicem Ecclesiasticum ad requisitionem curię secularis,in immobilibus vero per curiam secularem assistente curia ecclesiastica, vt in sequenti declaratione c.31.

Reuerendus Mathias Sorribes I. V. D.Abbas Sancti Saluatoris de Brea, ac Regius Cancellarius.in facto contentionis iurisdictionis ōtte inter curiam ecclesiasticam Reueren. vicariorum Generalium ecclesię Elnensis pro Reuerendo capitulo dictę ecclesię sede vaccante ex vna,& curiam secularem Regiam spectantem gerentis vices generalis Gubernatoris in comitatibus Rossilionis & Ceritanię partibus ex altera,super iuris firma in dicta curia ecclesiastica facta per Michaelem Giginta Canonicum sedis Elnę,& Michaelem Giginta beneficiatum dictę ecclesię Reuerendo Vincētio Torr canonico dictę sedis ratione expensarū taxatarū in dicta curia seculari in vim sententię & declarationis late 20. Maij proxime elapsi per dictum Regiū Cancellarium & expēsis dictarū expensatū, visis literis ab vtraq; curia emanatis visis videndis, meritis processus attentis & alias,pronuntiat,sententiat,& declarat,taxationem dictarum expensarum in quibus dicti Gigintas clerici fuerunt ratione retardate exceptionis condemnati

nati, ad dictam curiam secularem spectare executionem vero dictarum expensarum in mobilibus per curiam ecclesiasticam ad requisitionem curię secularis esse faciendam. Sed in immobilibus per dictam curiam secularem cum assistentia curiæ ecclesiasticę faciendam esse. Sorribes Cancellarius V. de Vallesica. V. Miralles. V. Serra. V. Riusech. V. Sunyer.

Pro dicta expensarum executione videri poterit Stephanus Aufr. in additio. ad clemen. 1. de offi or li. in ti. de potest. secula. super eccle. & perso. &c. in fallen. regul. 1. fallen 11. versi. sed nō eximit causam fol. 74. & in 12. fallen. versic. sciendum autem est, quod executio fol. 78. de expensis etiam ponitur infra in obs. incip. Die 7. Octob. 1501. & alia seq. inci. Matheus Montaner.

CAP. 206.

SVMMARIVM.

1 *Quando commissarius seu alius mandato & commissione alicuius iudicis curia detinet captum clericū simpliciter tonsuratum tunc contentio fieri debet cum Locumtenente generali, & non cum dicto Algutzirio seu commissario aliàs enim declaratur cōtentionem non procedere.*

1 Quando ex prouisione Locūtenentis generalis Cathaloniæ pro Regia maiestate, seu ex prouisione iudicis curiæ aliquis Algutzirius, seu commissarius Regius detinet captum aliquem clericum simpliciter tonsuratum etiam non coniugatum contentio formari debet cum dicto Locumtenenti generali, & non cum dicto Algutzirio, seu commissario regio, etsi fiat cum dicto Algutzirio, seu commissario, declaratur per Cācellarium Regium contentionem non procedere.

Ego arbitror fundari potuisse per tex. in l. ab executore cum sua materia ff. de re iudi. & quid si in vim processus regaliæ vsatici similli modo & aliorum applicabilium esset prouisum per Locumtenentem generalem, quod aliquis clericus esset captus, & gubernator ad instātiā partis acceperit, & in carceribus Regiis mancipauit dictum clericum regaliarum, & curia ecclesiastica literatoriæ scripsit gubernatori detinenti captū dictum clericum repetendo dictum clericū cum electione arbitri, & gubernator respondit se non esse capacem dictæ contentionis quoniam ipse dictum clericum accepenit vt executor dicti processus regaliæ iuxta text. in l. ab executore ff. de appella. & ob id ad eum cognitio, liberatio, vel punitio non pertinebat, & consequenter, nec cum eo formanda erat contentio, & quid si formata fuerit contentio, & postea pendente contentione superuenit, Locumtenens generalis, an curia ecclesiastica teneatur formare contentionem cum dicto Locumtenenti generali. Hieron. Dalmau in suis recollectis, seu annotationibus in verbo, Contentio iurisdictionis quando formanda sit, refert prædicta contigisse super repetitione Augustini Ros clerici, & fuisse communi voto conclusum, ex quo dictus processus dumtaxat pertinebat ad dominum Regem, & eius Locumtenēs attenta incapacitate gubernatoris qui nullatenus se poterat intromittere, nec suis literis domino Regi, nec eius Locūtenenti generali, nec regię prerogatiuę dicti processus prejudicare allegat Alex. in l. sępe constitutum colum. 19. ff. de re iudi. arbitror voluisse allegare illum in numero 77. versiculo circa primum, quis sit legitimus contradictor, & dicit inquam fuisse conclusum curiam ecclesiasticam teneri ad formandum contentionem cum dicto domino Locumtenēte generali, & eius curia regia non obstante dicta contentione formata cū Gubernatore, & eius curia, ac declaratione inter dictas curias lata. Ibi latius & per alias doctrinas (si volueris) videre poteris.

CAP. 207.

SVMMARIVM.

1 Cognitio causa fœderis matrimonialis ad curiam ecclesiasticam pertinere declaratur. Et quid de sequestro ad effectum indagandi concessum. & quid de causa educationis puellæ.

1 Consueuit Regius Cancellarius declarare nedum cognitionem federis matrimonialis ad curiã Ecclesiasticam pertinere, sed etiã facultatem sequestri personę ad effectum indagationis consensus matrimonialis, & si causa educationis puellę prętuẽta fuerit in curia iudicis secularis, & ea causa fuerit dicta puella sequestrata per iudicem secularem, declarat Cancellarius, quod pro indemnitate causę educationis dictę puellę in Regia Audientia pręuentę eligatur persona idonea, cui de consensu ambarum curiarum comendetur quę dictam puellam educat iuxta Regię Audientię ordinationem eamque custodiat pro indagatione consensus matrimonialis, & effectuationis sententię in causa matrimoniali ferende, taliter quod altera curia non impediatur in causis coram se vertentibus.

Ita fuit declaratum per Cancellarium in contentione facta ratione Magdalenę Lorença puellę xviiii. Augusti. 1553.

CAP. 208.

SVMMARIVM.

1 Reualidatio tonsuræ quando valeat reualidato, quoad forum iurisdictionis iudicis secularis.

1 Reualidatio tonsuræ, quando valeat reualidato, & quando non, quo ad forum iurisdictionis iudicis secularis.

Bal. in l. Episcopales nu. 2. C. de Episco. & cleri. facit magnam notabilem & videndam distinctionem, Stephanus aufre. in additio ad clemen. 1. de offi. ordina. in titu. de potesta. secu. super eccle. perso. & e. in it. fallen. etiam loquitur late distinguendo, & refert aliquas opiniones quas dicit esse communes Ancharta. in c. ea quæ de regul. iur. in 6. post alios quos ipsi allegant. Ego legi quod anno 1506. per Antonium Arnaldum Pla canonicum ecclesiæ Barcinone tertium loco Cancellarii Regii absentis subrogatum, in persona cuiusdam Vngradi bigami de furto solennissimo, & subuertione certe nauis per caula iudicem curiæ Regiæ inquisiti, qui Barcinone in carceribus Regiis detentus, pendente accusatione obtinuerat super bigamia apostolicam clericatus reualidationem, & postea orta iurisdictionis contentione super illius repetitione, fuit declaratum gaudere priuilegio clericali sic reualidato, de cõsilio multorum doctorum. quia clericatus est irreuocabilis in animam etiam post obitum glo. in c. 232. q. 7. & in c. degradatio in fi. de pe. in 6. & ibi domi. & Fran. sicut ipsa nobilitas in sanguine etiam post monachatum secundum Roma. singul. 37. licet ipsius clericatus priuilegia de iure videantur aliquibus quandoque propter aliquam causam fore deneganda: Attamen dicta causa (vt in isto casu) sublata: eadem priuilegia primeua clericalia tamquam excitata, continuantur in illis secundum mentem cap. clericus el. 2. de vita & honesta. cle. & facit in simili, quod dicimus de actione pignoratitia. l. pen. in fi. ff. de excep. rei iudi. fa. regula quod cessante causa cesset effectus, adeo vt illi propter prȩimpressum caracterem indubitanter remanent priuilegia fori primeui ecclesiastici arg. l. filius quem pater ff. de li. be. & posthu. tex. in. §. adulteram in auth. vt nulli. iudi. collati. 9. Chassaneus in consuetu. Burgun. tub. t. §. si vero sie grassensus.

In super in quodam libro Reuerendi Cancellarii Sorribes viri doctissimi vidit

di sententiā manu dictiCancellarii scriptam declarationis per eum factæ super repertitione personæ Raphaelis Bofill clerici cum duabus virginibus coniugati.tenoris sequentis.Reualidatio tonsuræ facta post capturum,nō prodest capto quo ad condemnationem, secus quo ad executionem pœnarum,iuxta doctrinam Petri de Ancharrano in ea.ea quę de regul.iur.in 6.& Aufre.de potesta.secula.regul.1.fall.11.quod nota pro intelligentia,seu limitatione eius, quod dicit Iacobus Marquil.in vsati.captus a curia versi.quęro 14.fol.49. Adde quę dicuntur infra in sequen.immediate.

CAP. 209.

SVMMARIVM.

1 Clericatum obtinens post capturam de eo per iudicem secularem factā, an gaudeat clericali priuilegio.

OBtinens clericatum post capturam de eo per iudicem secularem facta,& post receptam ab eo illius depositionē 1 priuilegio clericali:quo ad cognitionem non gaudet.

Per iudicem secularem prouisum fuit,quod Ioannes Casanoua caperetur,& ab eo receptum fuit suum dictum per eundem iudicem secularem,postea obtinuit titulum clericalem dictus Casanoua,& fuit traditus manuleute,& forma ta fuit contentio iurisdictionis de eius persona inter curiam ecclesiasticam Gerundę, & vicarium Bisulduni, in qua contentione per Cancellarium,interuenientibus Clausis & Ferrer Regii concilii doctoribus,factoque verbo in aula Regentis cancellariam,declaratum fuit cognitionem delictorum pertinere ad iudicem secularem. Moti fuimus per tradita per Archidiaconum 11.q.1.cap. incipien.nemo.allegat Ioan.de deo,& per tradita per Stepha. Aufre.in repeti. clement.1.de offi.ordi.in addi.in fallen. ad regulam 1.de potesta.secul.fall.11.fo.75 de executione tamen nihil dictum fuit, sed pro ea traditur per Bar.in l.1. num: 4.ff.de pen.& per Bal. in l. Episcopales num.2.C.de episco.& cleri.Stepha. Aufre. in d.quęst.11. Et pro complemento vide quę dicta sunt supra in proximo capitulo incipien.Bal.in l.episcopales,& Alexandr. remissiue in l. si seruum numero tertio ff.delega.primo fol.58. tradit, an laicus si post delictum factus est clericus euitet iudicium fori secularis. Bald.in l.sed si statu liberum nu,2.ff.eo. & in l.cum quędam puella ff. de iurisd. om.iudi.

CAP. 210.

SVMMARIVM.

1 Clericus solutus cōdemnatus per iudicem secularem,si firmat ius coram ecclesiastico obtinet quidem,sed condemnatur in expensis.



QVando clericus solutus condemnatus per iudicem secu-1 larem firmat ius coram Episcopo,vel eius officiali Ecclesiastico obtinet,sed condemnatur in expensis.

Die 7. Octobris 1501. Cum lata fuisset sententia Regia cōtra quendam clericum solutum, ipse clericus firmauit ius coram Episcopo,& formata fuit iurisdictionis contentio. & fuit conclusum & declaratum contentione per dictum Episcopum factæ locum fore, prouiso tamen,quod dictus clericus solueret expensas factas in Audientia Regia antequam per eum firmatum de iure fuisset coram Episcopo.

CAP. 211.

SVMMARIVM.

1 Clericus tonsuratus, qui condemnatus a iudice seculari appellauit coram iudice appellationis laico, & pendente

appellatione firmat ius coram ecclesiastico, gaudet clericali priuilegio.



1 Lericus simpliciter tonsuratus, & in curia seculari condemnatus, si appellauit, & causam appellationis coram iudice appellationum seculari, & pendē te appellatione per eum introducta, firmat ius coram Episcopo, gaudet priuilegio clericali.

Matheus Montaner clericus simpliciter tonsuratus, fuit conuentus, & cum sententia condemnatus in gubernatione Cathaloniç instante Petro Sauit, & a dicta sententia dictus Montaner appellauit, & causa dictç appellationis commissa fuit Bartholomeo Marti tunc doctori regii concilii. & dictus Sauit petiit dictam appellationis causam, & partes ad iudicem ecclesiasticum remitti, attento quod dictus Montaner erat clericus, ipse tamen Montaner opposuit, quod cū ipse Montaner in causa dictç appellationis esset actor, tenebatur sequi forum dicti Sauit rei: Postea vero in puncto ferendç sententiç, me referente, cui dicta causa appellationis in locum dicti Marti commissa fuerat, formata fuit contentio iurisdictionis inter curiam ecclesiasticam Episcopi Barcino. & Regiam Audientiam pretextu tonsurç dicti Montaner, & pro parte Regiç curiç oppositum fuit & responsum, quod ipse Montaner erat agēs in dicta appellationis causa, vt idem ipse Montaner asseruerat (vt prędicatur) Nihilominus tamen fuit determinatum & declaratum per Regium cancellarium contentionem procedere in fauorem ecclesiasticç curiç, fuit in mense Decembris 1551. Non recordor an dictus Montaner propter retardatam exceptionem declinatoriam fori, seu firmam factam coram iudice ecclesia. fuit condemnatus in expensis, sed credo, ꝙ aut saltem potuit & debuit in expensis cōdemnari vt supra in c. inci. Die 7. Octob. 1550. melius in c. incip. Reueren. Mar. Sorribes.

CAP. 212.

SVMMARIVM.

1 Coniugium cum vnica virgine probari cōuenit, aliàs non est locus contentioni.



1 Oniugium cum vnica & virgine, debet probari, aliàs non est locus contentioni quamuis in literis curiç ecclesiasticç dictum fuerit repetitum, esse coniugatum cum vnica & virgine.

In causa contentionis iurisdictionis inter admodum Reuerendum Episcopum Barcinone, & admodum Illustr. Locumtenentem generalem domini regis super repetitione personç Bartholomei Atenys parrochiç de Bitulona, inculpati de vulneribus illatis T. Caraffenya villç de Bitulona, fuit determinatū per Reuerendum cancellarium, & alios doctores Regiç Audientiç 7. Octobris 1501. & per dictum Cancellarium declaratum repetitioni locum non esse, ex eo, quia de coniugio prętenso dicti Atenys cum vnica & virgine non constabat, licet dictus Episcopus cum suis literis contentionis asseruisset sibi constasse de dicto coniugio cum vnica & virgine.

CAP. 213.

SVMMARIVM.

1 Contentio orta ratione iuris firmæ factæ per clericum pro pacibus & treugis fractis declaratur quoad ciuilitatem pertinere ad curiam secularem: quo vero ad coertionem personæ ad curiam ecclesiasticam.

2 In querela pacis & treugæ processa, vsq. ad comparitionem proceditur criminaliter, postea vero ciuiliter.



1 Ontentio super firma iuris facta per clericū pro pacibus & treugis fractis, declaratur quo ad ciuilitatem ad curiam secularem

secularem pertinere,quo vero ad coher tionem , & districtionem personæ , ad curiam Ecclesiasticam,vt in casu sequẽti.

Die xx.Septemb.M D xxxxi. Illust. & Reuerendissimus Cancellarius.In facto contentionis iurisdictionis ortæ inter curiam ecclesiasticam Barcinone,& secularem Regiæ Audiẽtiæ super firma iuris in dicta curia ecclesiastica facta per Franciscum Cathala clericum coniugatum pro pacibus , & treugis (vt asseritur) violatis ad instantiam Antonii Frãcesch citatum &c. declarat cognitionẽ dictæ causæ quo ad ciuilitatem ad curiam secularem pertinere:cohertionem vero & districtionem personæ ad euriã ecclesiasticam.

Io.de Cardona Episcopus Barcinone & Cancellarius.

V.Dalmau.V.Mõtaner.V. Clariana de Seua.V.Ribalter.

Pro intelligentia dictæ diuisionis & terminorum ciuilitatis , & districtionis personæ in quærela pacis & treugæ, reduco ad memoriam quanquam sit notorium,quod processus pacis & treugę,

2 quanquam sit ciuilis , tamen descendit, seu oritur ex crimine, & in ea vsque ad compatitionem inclusiuè proceditur criminaliter , postea vero ciuiliter , & si quærelatus non habet in ere luet in corpore &c.& de his habetur in consti. La quærela fol.241. & ibi Mier. nu. 25. & sequentibus colla.9.fol.112.& in constitutio.quia sepe fol.16.& in constitutio.La rigor collatio.10.fol.40.& in specie de clericis,& religiosis exemptis traditur per Cali.in tracta.de pace & treuga in xxiii.dubio versicu.Sed pone publicatus est eiectus fol 79.colum.2. melius in versicu.sed quæro an eiecto clerico præsbitero vel simplici. & versic.sed quæro an eiecto clerico coniugato , & ibi in fine ponitur forma allegationis priuilegii clericalis fol.79. colu.1.cum seq.& in xxiiii.dubio,versic. vsque huc visum est qualiter impugnanda cum seq.& versicu.cum igitur pax & treuga sint ciuiles.

4.De materia huius obseruantiæ vid. Olib. in vsat.alium namq.cap.14.a num.28.& de materia pacium & treugarum , quæ variis in locis a doctoribus practicis nostris tractatur vid.in addi.infra ad c.452. remissiuè.

CAP. 214.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ecclesiasticus requisitus per secularem,vt executionem faciat sententiæ per dictum secularem prolatæ,contra clericum in bonis mobilibus illam facere tenetur in immobilibus vero,assistentiam præstare.*



1 Officialis ecclesiasticus requisitus per officialem secularẽ quod faciat executionẽ sententiæ iudicis secularis,in bonis mobilibus facere debet dictam executionem,& pro bonis immobilibus assistentiam facere.

Die v.Aprilis M Dlxvi.in facto contentionis iurisdictionis ortæ inter curiam Ecclesiasticam Episcopi Barcinone,& curiam secularem Regiæ Audientiæ super dubio inter dictas curias orto, videlicet vtrum dicta curia secularis possit pro executione Regiarum sententiarum,& prouisionum contra Ecclesiasticas personas prolatarum in iuris , & iustitiæ subsidium requirere officialem Ecclesiasticum quatenus in bonis mobilibus executionem faciat,in bonis vero immobilibus officiali Regio exequenti, assistentiam faciat,pro vt per dictam curiam in causa fratrum Badias factum extitit, visis literis &c.meritis processus attentis,& aliàs pronuntiat,sententiat,& declarat procedimenta facta per dictam curiã secularem fuisse ritè , ac legitimè facta.

Caralus a Cardona tertius electus. V. Iofre.

V.Quintana.

CAP. 215.

SVMMARIVM.

1 *Clericus simpliciter tonsuratus prouisus, de officio inseruiendi alicui ecclesiæ antequam realiter inseruiat, dummodo nō stet per eū, clericali gaudet priuilegio.*

2 *Cap. 6 sacr. Conc. Trid. sess. 23. de reform. declaratur.*

1 Clericus simpliciter tonsuratus prouisus de officio inseruiendi ecclesiæ, antequā realiter inseruiat dummodo nō stet per ipsum, gaudet priuilegio clericali & ita fuit practicatum c. 15. sessio. 23. sacri concilii Tridentini fol. 65. pag. 2.

Ita fuit seruatum in Lazaro Dezbosc Barcinone, & casus in effectu fuit talis. De mense Maii. 1566. dictus Lazarus Dezbosch firmauerat debitorium mille librarum don Diomedes de Lordat clerico, & Rectori de la Rocha cum promissione de soluendo intra certum tempus (arbitror intra annum) & cum scriptura tertii, & obligatione personæ & bonorum in forma, & die vltima, seu penultima dicti termini, & sic antequam dies solutionis venisset, dictus Lazarus fuit prouisus per Reuerendum Episcopum Barcinone de officio bacinerii animarum purgatorii in ecclesia & die dicti termini fuit expositum retroclamum per dictum Lordat pro dictis millæ libris nedum contra personam, sed etiam contra bona dicti Dezbosch, & adhuc dictus Lazarus non inseruiebat dicto officio, eo quia non poterat extrahere literas prouisionis dicti officii, dictus Lazarus firmauit de iure dicto Lordat in curia ecclesiastica Episcopi Barcinone, fuit formata contentio inter dictas curias, & fuit deductum per curiam secularē, quod dictus Lazarus non debebat priuilegio clericali gaudere, & allegabat decretum & determinationē sacri consilii Tridentini cessio. 23. de re-
2 formatione c. 6. fol. 65. ibi nisi alicui ecclesiæ inseruiat quę verba videntur denotare actum realem seruitutis, id est, q clericus realiter inseruiat ecclesię tamen fuit consideratum, quod d. Lazarus nō fuit in mura inseruiendi propter breuitatem medii temporis quod erat a tempore concessionis dicti officii vsq, ad diē quo fuit expositum dictum retroclamū iuncto eo, quod non poterat antea obtinere expeditionem literarum dictæ concessionis, & habetur pro facto quod de proximo est fiendum, pro quo allegabatur Pau. de Cast. in l. Mulier. 1 §. non dubitandum n. 2. ff ad trebel. vbi vide allegabatur etiam Alex. & alii in l. si quis id quod ff. de iurisdi. om. iudi. & multa alia & deniq. 24. Aprilis 1567. fuit declaratum causam firmæ iuris factæ in curia ecclesiastica locum esse, & cognitionem ad curiam ecclesiasticam pertinere. Guillermus Cassador Cancellarius Barnabas Serra, Michael Ferrer, Antonius Ros, Michael Quintana.

CAP. 216.

SVMMARIVM.

1 *Contentio inter Vicarium Regium, & Episcopum, ratione firmæ iuris per Baronem dominum laycorum conuentorum coram Episcopo facta post litem contestatam per dictos laycos conuentos coram dicto Episcopo, seu eius officiali nō procedit.*

1 Qvando vassalli, seu subditi alicuius Baronis citantur ad curiam ecclesiasticam, & cōtestantur litē in dicta curia, & corā iudice ecclesiastico, & postea baro firmat ius, & de iure corā vicario regio pro suo interesse, scilicet pro interesse suę iurisdictionis, & inde fit cōtētio in risdictionis inter dictū vicariū Regium, & officialem ecclesiasticum, declarari solet per Reuerendum Cancellarium Regium contentionem non procedere, ex eo, quia dicti subditi, & vassalli Baronis conuenti, fundarunt iudicium, & prorogarunt iurisdictionem dicti iudicis ecclesiastici litem contestando, alias secus, & ita seruatum fuit pluries, ista declaratio fundari potuit per iura quę allegat Ioannes de Grassis in tractatu intitulato arbor

arbor iudiciorum in verbo principali. in ipien Nunc vero,nu.15.fol.26.volu. 4.Per quæ iura dicit, quod iurisdictio ecclesiastica tamquam fauorabilior potest prorogari per seculares. Doctores qui interfuerunt vitta Cancellariū sunt sequentes,Bernardus Vilana, Miralles, Serra,Xammar,Lobregat,Terça, Guinart,Ros,& ego Michael Ferrer qui aliquantulum hæsitabam.

C A P. 217.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non tenetur firmare contentionem cum capitaneo generali,pro delicto non militari per clericū coniugatū stipendiarium guerræ commisso.*



1 Ro delicto non militari commisso per stipendiarium capitaniæ generalis guerræ clericum coniugatū,fuit per Regium Cancellarium declaratum Episcopum non teneri ad firmandum contentionem cū Capitaneo generali, licet secus esset si delictum fuisset militare.

Die 11. Octobris 1557. cum Ioannes Cathalan aliàs Nauarro stipendiarius, siue artiller Capitanei genera. Cathaloniæ esset in culpatus, quod mandauerat pretio occidere T.Daui villę Perpiniani,fuit repertus per Officialem Episcopi Barcinone tanquam clericus cū duabus virginibus coniugatus,& reualidatus cum literis in quibus fuerat adiecta hęc clausula. Etsi in his hesitaueritis quatenus teneat,eligo in arbitrum,&c, & dictis literis fuit respōsum per dictū capitaneum generalem,qui tunc erat Illustris Dux de Alcala Marchio de Tarifa,& etiam Prorex, siue Locumtenens generalis dñi Regis,& in litteris responsiuis dicti capitanei etiam fuerunt adiecta similia verba,videlicet quatenus teneat,est verbū quod in illis litteris prætendebat quod dictum delictum erat cōmune,& quod ideo tenebatur Episcopus respondere, sed quod si esset milita re non teneretur respōdere: fuit per Cācellarium Regium declaratum cum Cōsilio omnium Doctorum Regię audientię,qui in his interuenire poterant, vno excepto,contentionem non procedere, quia non de armis, seu de proditione, nec de similibus agebatur,sed de occidēdo prouinciale, vt per eū de capitaneū generalem in dictis litteris suis asserebatur,& dictum delictum non erat factū in exercitu, nec ibi, scilicet in ciuitate Barcinone,nec in tota Cathalonia,erat tunc exercitus, & sic erat delictum in quo dictus Capitaneus nullam habebat iurisdictionem, vt exēplificat Pau. de Cast.in l.Certi iuris C.de iudi,dicēs, quod in causa criminali, si delictum nō esset militare.vt furtū,vel aliquid quod á quolibet potest committi,nō pertinet ad eum,scilicet ad capitaneum gentium armorum cognitio,de materia latè in l. magisterię potestati, & ibi Pau. Sal. & alij C.de iurisf.om.iudi. Prepofit. Alexand.in ca. ius militare,distin.1.fol.iij. Claudi.Cotereus in tracta.de re militari in titulo iudices militum fol. 229.volum. 12,

C A P. 218.

SVMMARIVM.

1 *Contentio ratione connexitatis delicti an procedat.& 2.*

1 Contentio ratione connexitatis delicti: formata propter confurā alicuius qui vna cum aliis delinquit non procedit,a vt infra in verbo contentio.

a incipit in mense Octobris 1553.

In mense Octobris 1553.post mortem Illustris Marchionis de Aguilar Locumtenentis generalis, spectabilis vices gerens generalis gubernatoris:euocata prius causa,quia officialis non erant potentes accessit ad villam de Esparaguera, vbi erat timor cuiusdam seditionis, & quia sibi fuit facta valida resistentia per homines ibidem iam coadunatos accepit,& incarcerare fecit Antonium Pi, Fran-

Franciscum Vinyals, Saluatorem Canter alias Cantha, & T. Comelles clericos simpliciter tonsuratos. necnon Franciscum Pi, Ioannem Generes, Antoniũ Berdoti, & saluatorem Llobet merè laycos & die 29. eiusdem mensis fuerunt emanatæ literę contentionis iurisdictionis à curia Ecclesiastica Episcopi Barcinone propter tonsuram, & titulum clericalem (vt asserebat) dicti Vinyals, & cuiusdã alterius ex dictis clericis in quibus literis etiam fuerunt inclusi dicti layci ratione connexitatis. quia prætendebat ecclesia quod dicti layci ex quo erant socii dictorum clericorum gaudebant priuilegio dictorum clericorũ sociorum per tex. in l. si communem fundum ff. quemadmodũ serui. amit. quia magis dignum attrahit ad se minus dignum per tradita per Bar. & alios in l. cũ senatus ff. de reb. dubi. & in specie in nostris terminis tenet ibi Soci. Attamen quia Regia cancellaria ab antiquissimo tempore citra non receperat dictã opinionem, sed contrariam & contrarium toties fuit declaratum, quod receptum erat in notorium, propterea curia dicti spectabilis gubernatoris, qui procedebat viceregia, non formauit contentionem, sed die 31. dicti mẽsis rescripsit mãdando dicto officiali, quod de facto reuocaret prædictam contentionem quo ad dictos laycos & alia procedimenta per dictam curiam ecclesiasticam facta, attento quod illa tendebat notariè in præiudicium & turbationem Regiæ iurisdictionis & administrationis iustitię signanter in hoc casu in quo tractabatur ne dum de dicta resistentia, sed etiam de seditione aut verius de impediendo seditionem paratam, & interest reipublicæ prędicta citius expediri, & in illis prouideri vt est bonus tex. in l. constitutiones ff. de appella. Nicho. Boer. in tracta. de seditio. in princi. nu. 6. vol. 10. fol. 57. allegat tex. in auten. de manda. princip §. deinde conueniens, & ibi glo. & Iacob. de Bellouiso co. 3. vbi vide. erat scriba dictę gubernationis T. Bas, & pro eo Hieronymus Steue. Postea vero die 2. eiusdem mensis Nouembris dicta curia ecclesiastica cũ aliis literis suis pretendendo contrarium, formauit contentionem super dicto dubio, & elegit arbitrum regium cancellarium Mathiã Sorribes, tam pro dicto dubio deciden do, videlicet an dominus Rex teneretur respondere dictę contentioni per curiam ecclesiasticam factæ, quam pro decidendis meritis principalibus dictæ cõtentionis, & renũciauit omni spatio, & c & curia secularis dicti spectabilis referi psit eligendo etiam in arbitrum eundẽ cancellarium, & etiam renũtiauit, vt curia ecclesiastica. Deinde die. 4. dicti mensis dictus Reuerẽdus cancellarius cum voto omnium doctorum Regię audientię declarauit contentionem prędictam per curiam ecclesiasticam ratione connexitatis, quoad dictos laycos non procedere & curiam secularem non debere respondere dictę contentioni. Ad hoc fuerunt moti, quia ex quo per plures sententias per Regiũ cancellariũ latas, fuit declaratum layeum nõ debere gaudere priuilegio clericali ratione connexitatis clerici, vel delicti commissi per laycum cum clerico, fuit factum notorium, dictos laycos non debere gaudere dicto clericali priuilegio ratione connexitatis. & propterea erat notorium nõ ius repetẽdi dictos laycos dicto prętextu, & consequenter curiam secularem non teneri ad respondendum dictæ contentioni, dicti doctores hoc habuerunt sic pro expedito, quod simpliciter fuerunt concordes. Ego vero pro dicta determinatione deduxi tradita per Iason. post Bar. et alios quos ipse allegat in l. 1. pręcipuè num. 8. et to. ff. de noui. ope. nuntiatione, vbi inter cætera habetur, quod statutum cogit iudicem ac committendam causam consilio sapientis, si petatur a parte, et est certũ, quod pars petit consilium sapiẽtis, super eo, quod non habet dubium in iure, iudex nõ debet committere consilium sapientis, idem dicit quando stante dicto statuto, est certum, quòd tale consilium animo frustrãdi, et per calumniam petitur, vide iura

quę

quę allegat, hæc habentur vt dixi in cu ra gubernatoris in posse T. Bas eius no ta. et scribę, et pro eo Hieronymi Steue.

4 Non procedit.) contrarium huius obseruantię tenent Marsill. in singula. 182. Socin. in cap. 2. de mutu. peti. Felin. in cap. placuit de pręscrip. Antho. de Pra. vete. in l. 1. in fin. ff. quæ senten. sine appell. rescin. Bossius in trac. crim. eiu. titu. de for. comp. num. 116. Quoniam magis dignum attrahit ad se minus dignum cap. quanto de iudic. cap. quod in dubiis de cō secra. eccles. Huic tamen opinioni refragantur isti assistendo obseruantiæ Capit. decis. 173. Igne. in l. Senatusconsulto num. 14. ff. ad senat. Cons. Syll. & istam opin. in prax. seruari asserit Couarr. pra- ctic. cap. 34. num. 1. ad fin. Quos quidem & istam obseruantiam refert & sequitur Canc. par. 2. varia. cap. 2. de iurisd. omn. iud. & for. competen. num. 131. & sequen. fol. mihi 35. Preter quos vidend. Ioan. Rupellanus lib. 3. foren. institutio. cap. 11. fa. tex. in l. si quis vxori. ff. de furt. vbi in delictis Socius criminis non gaudet priuilegio consorcii. Iuuatur maximè hæc obser. in quantum loquitur de delicto, & sic de re diuisibili per tradita à Couarr. vbi supra. Quia in tali casu, non est cur dubitetur, vnumquemque puniri coram suo iudice competente; nam si esset casus indiuisibilis poterat ‹tūc› seruari prima opinio quam tenet sic Robert. Marant. de ordin. iudic. 4. pa. n. 24. d. 1. (licet num. 22. contrarium teneat decisionis rā consulte huius obseruan.) idem sentit Socin. in consi. 12. lib. 1. col. 6.

C A P. 219.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per tres arbitros vnum ecclesiasticum & duos seculares, inter clericum & laicum, & clericus condē natus recurrit ad iudicem ecclesiasticum, dicendo de nullitate dictæ sententiæ: si per laicum, coram laico iudice petatur executio: an & aquo dicta sententia exequatur. & quid per nou. cōst. incip. com. per diuersos. tit. de arbit.*

1 [illegible] a sententia lata per tres arbitros vnum clericum, & duos lay cos inter vnum clericum & vnum clericum & clericus condemnatus recurrit & allegat sententiam esse nullam, & recurrit ad iudicem ecclesiasticum, laicus vero petiit executionem coram iudice laico, fuit declaratum executionem dictę sententiæ ad curiam secularem pertinere ex eo quia petebatur incidenter, & nullitas cōpromissi, & sententia & sic nullitas contractus opponebatur per clericum contra laicum. Et quid hodie per consti. curiæ anni. 1564.

In facto contentionis iurisdictionis inter curiam ecclesiasticam Episcopi Barcinone, & regiam audientiam super causa nullitatis recursus interpositi per T. Vilana clericum, seu eius tutores & curatores a sententia arbitrali & rearbitramento contra eum, & in fauorem T. Corts lata per duos arbitros & vnum in tertium electum quorum vnus nomine Sots erat clericus non coniugatus, reliqui vero arbitri, & tertius erāt laici cō iugati, & ad instantiam dicti Corts, fuit causa dicti recursus euocata, & introducta in Regia Audientia, & in petitione petiit dictus Corts executionem dictae sententiæ arbitralis, & dictus Vilana firmauit de iure in dicta curia Episcopi Barcinone pretendendo Episcopū esse suum iudicem, & ad illum dictam causam debere remitti, attento quod dictus Vilana erat clericus, & etiā dictus Sorts alter ex arbitris erat etiam clericus per doctri. Panor. in c. cum dilectus nu. 20. de arbi. alleg. Bal. & tex. in l. cum antea. C. de recep. arbi. Attamen die 23. Ianuarii 1557. per Reuerendum Cancellarium cum voto vtriusque aulę fuit declaratū cognitionem dictæ nullitatis et executionis incidenter pertinere ad iudicem secularem, & sic ad Regiam audientiā pertinere, ex eo quia quando clericus dicit contractum nullum, et sic compromissum, et sententiam arbitralem nullā et nullam, dicitur actor debet petere coram iudice rei. qui in nostro casu erat clericus

clericus per tradita per Math.de Afflic. in const. rep.in ti.de sententiis inscriptis ferendis. Ancarra.consi.333. incipien An dubia. Calca.cõsi.vltimo. Item quia dicta execu.fuit petita incidenter, seu per viam exceptionis, per tradita iusta in verbo executio sententiæ arbitralis, & incipit die 8. Ianuarii 1552. Item quia licet vnus ex dictis arbitris esset clericus tamen alii duo ex illis & sic maior pars illorum erant layci per tradita per Bar.in l.Sodales. C. de colleg. illicitis. hoc tamen vltimum non fuit determinatum resolutiue licet satis videretur placere. hodie tamen per nouam constitutioonem in cur.gener. an.1564. cap.23
2 editam, quando partes sunt laycę & omnes arbitri sunt ecclesiastici, recurritur ad iudicem laycum, & non ad ecclesiasticum vt dicetur late infra in verbo recursus in cap.incipi. Quod in hac obseruantia.

CAP. 220.

SVMMARIVM.

1 *Clericus negociator in concernentibus negotiationem potest conueniri coram iudice seculari. Et quid quoad detentionem personæ.*

1 Clericus negociator in concernentibus negociationem potest conueniri coram iudice seculari, & quid quo ad detentionem personæ.

Ita fuit declaratum per regium Cancellarium viiij Iunij M D lvii. contra Ioannem Matheu captum pro securitate iudicij per consules maris pro mercaotiis & fuit declaratum cognitionem dictarum causarum mercantilium ad dictos consules spectare. Detentionem vero personę pertinere ad iudicium ecclesiasticum ad cognitionem dictorum consulum maris, per tradita late per Stephanum Aufre. in tracta. de potesta. secula. super ecclesiasti. per so. in 2.regula.fallen. 32. fol. mihi 96. vide Paulo de Castro. in l.fin.num.47. C.de iurisdict.om.iudi.

CAP. 221.

SVMMARIVM.

1 *Sententia per arbitros per curiam ecclesiasticam & secularem, super contentione iurisdictionis, electos, lata, mandatur executioni non habendo notitiã processus regaliæ si vero fuisset oppositum, declaratum esset, contentionem non procedere.*

1 Sententia per arbitros per curias Ecclesiasticam & secularem super contentione iurisdictionis electos lata: non habendo notitiam processus regalie: mandatur executioni, nõ obstante quod si fuisset oppositum, esset declarandum contentionem non procedere, vt constat ex declaratione sequente.

Die 15. Octobris 1554. Reueren. Mathias Sorribes I. V. D. Abbas sancti Saluatoris de Brea, Cancellarius, in facto contentionis ortę inter curiam secularem Regiæ Audientiæ ex vna, & curiã ecclesiasticam Reuerendissimi Episcopi Gerundæ, parte ex altera, super reuocatione repetitionis per dictam curiã Ecclesiasticam factę a curia Baiuli de Figueriis de persona Petri Moy clerici cũ vnica & virgine coniugati, necnon reuocatione procedimentorum pro parte dictę curię ecclesiasticæ eadem causa factorum, visis litteris, &c. sententiat, pronuntiat, & declarat sententiam per dictos arbitros qui non habuerunt notitiam dicti processus regalię super dicto titulo clericali dicti Moy latam exequendam fore. & pro effectuatione ipsius: personam dicti Petri Moy ad curiam Ecclesiasticam remittendam esse, & attenta responsione dicti Baiuli de Figueriis facta intime decletationis dictorum arbitrorum & literis

ris illi per Regentē Thesaurariam, missis, & Precepto illi in dictis litteris facto per quod excusatur a dolo; sententiat, pronuntiat & declarat sententias excōmunicationis, & inter dicti contra dictū Baiulum, & villam de Figueriis latas, & promulgatas, ac alia procedimenta facta reuocanda fore, & reuocari debere. Scribes Cancellarius.

V. de Vallesica. V. Serra. V. Xammar V. Terça. V. Vilana. V. Riusech. V. Lobregat. V. Guinart.

Ista sententia fundata fuit, seu fundari potuit per textum notabilem saltem arg. Illius tex. in c. si duobus de appellatio. ibi tenebit excommunicationis sententia in eū promulgata nisi iudex cognouerit eum ad Audientiā Roma. Pō. appellasse. & ibi bona glo. in verbo tenebit quæ dat solutionem ad cōtraria quę formari poterant. & videatur tex. in c. vt nostrum eo. ti. & ibi notauter melius quam per alios Philipp. Fran. versi. extra glo. quæritur primo & sequentibus.

CAP. 222.

SVMMARIVM.

1 *Cognitionem contra regium officialem, officiando auferentem arma a clericis quibusdam simpliciter tonsuratis, de nocte incedentibus, pertinere ad curiā secularem fuit declaratum.*

Curia officialis ecclesiasticus Barcinone processerat con-
1 tra regentē Vicariam Barcinone, qui officium suum
a officiantem, a quibusdam clericis simpliciter tonsuratis de nocte incedentibus arma abstulerat; Regius cancellarius declarauit dicta procedimenta esse reuocanda, & cognitionem causę super prętensis in dictis literis ad curiam secularem pertinere.

In libro constitutionum generalium Cathaloniæ qui erat in Regia audientia, & illo libro vtebantur quolibet die doctores Regię audientię, dum in aud cotia erant & illius causas tractabant, reperij in fol. 265. immediate post illi duo capitula, quorum primum incipit: Si los officials Reals pendran alguns clergues, & secundū incipit, No sie impedit, declarationem subscriptam quę admodum est conferens pro intelligentia dicti primi capituli.

Die 9. Octobris 1546. Reuerendus Guillermus Cassador Abbas sancti Felicis Gerundæ, &c. Regius Cancellarius, I. D.

In facto contentionis iurisdictionis ortæ inter curiam ecclesiasticam officialis Episcopi Barcino. ex vna, et curiam secularem Regiæ audientiæ partibus ex altera, super supplicatione oblata per fisci procuratorem dictæ curiæ Regiæ, ratione procedimentorum per curiam ecclesiasticam factorū, contra Michaele n de Valesica Regentem curiam Barcinone, ex eo quod a quibusdam clericis simpliciter tonsuratis de nocte incedentibus arma abstulerat. Visis literis ab vtraque curia emanatis, et actis exhibitis. visis videndis, et attentis attendēdis, pronuntiat, sententiat, et declarat cognitionem dictæ causæ super prætensis super quibus fuerunt emanate dictę literae cōtentionis a curia ecclesiastica, ad curiam secularem prędictam pertinere, et consequenter procedimenta facta per curiam ecclesiasticam contra Regētem vicariam Barcinone officium suum officiando, seu exercendo reuocanda esse, et reuocari debere. Guillermus Cassador Cancellarius. V. de Vallesica. V. Romeu. V. Marti. V. Soler V. Clariana de Seua. V. Bernardus Vilana. V. Sauila. V. Puig. V. Ludouicus Vilana.

Super intelligentia dictae cognitionis ad curiam secularem remissæ videndae essent dictae literae ecclesiasticae, quod nota ne erres.

a officiantem. ornant hanc obseruan. Calic. de son emis. dub. 7. versic. concordato in super & dub. 8. fol. 6. colum. 4. vers. Quæro quod si vicarius regius Anth. Olib.

ſtandam eſſe. Perſonam vero dicti Petri Figueres, cum vnica et virgine coniugati remittendam eſſe ad dictam curiam eccleſiaſticam detinendam per eam ad cognitionem dictae curiae ſecularis.

Guillermus Caſſador cancel. Sub. Tho. Veciana Regii mandati ſcriba, et pro eo Mallol not.

Arbitror quod fundatur per ſententiã Reginae Mariae latam Barcinone 8. Nouembris 1446. a quae eſt in volumine conſtitutionũ fol. 263. et ita etiam fuit obſeruatum in contentione ſuper tonſura reſtituti de Torrelles domini qui dicebatur loci de la Roca. 20. Octobris 1549. facta contradictione de bullis B. Papae Benedicti quae ſunt fol. 301. 302. alias 29. 29. b

a 46] Tit. de iuriſdic. de tots jutges volu. pragma. fol. 57.
b Et 292] in noua vero compil. fol. 59.

CAP. 226.

SVMMARIVM.

1 *Contentio iuriſdictionis ex eo quia clericus fuit citatus perſonaliter in cauſa criminali ad fines banni.*



1 Clericus non coniugatus, citatus perſonaliter pro crimine, cum comminatione quod ſi non compareret pro cederetur contra eum ſecundum vſaticos, & conſti. Barcinone ad eum banniendum, ſi firmat ius coram iudice, ſeu in curia eccleſiaſtica, & fiat contentio iuriſdictionis, & illud crimen eſt tale, propter quod (ſi delinquens eſſet captus nõ deberet gaudere priuilegio clericali) declarabitur contentionem non procedere, & ita audiui fuiſſe declaratum in cõtentione iuriſdictionis ratione perſonę don Guillermi de Ioſa, qui occiderat eius vxorem, & don Michaelem de Seneſterra in domo dicti don Guillermi de Ioſa, & alia delicta commiſerat propter quę ſi eſſet captus non debuiſſet gaudere priuilegio ſui clericatus. ſi tamen delicta commiſſa per citatum ad fines banni eſſent talia propter quae ſi captus eſſet, non perderet priuilegium clericatus tali caſu videtur diſtinguendum, aut eſt clericus non coniugatus aut eſt clericus coniugatus. Pro hoc facit in arg. quod tradit, & determinat Iaco. Marquil. in vſati. captus verſi. Quero, vbi dicit, quod ſi aliquis exiſtens propter delictum ſuum in carcere, fregit carcerem, & confugit ad eccleſiam, eccleſia non debet deffendere eum ſi delictum propter quod fugit ad eccleſiam erat tale in quo eccleſia non deberet eum deffendere, vtpote ſi erat publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum, vt extra de immunitate eccleſię. c. inter alia §. 2. & no. 17. q. 4. c. ſicut antiquitus in vltima glo. vel ſi fieret in eccleſia vt extra de immunitate eccle. c. ſi.

CAP. 227.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa reparationis & ampliationis ecclesiae, eſt iudex competens eccleſiaſticus.*



1 Quando agitur de reparatione eccleſiarum, & de ampliatione illarum, cognitio etiã, quo ad laicos quos teneri ad dictas reparationem & ampliationem prętenditur, iudex eccleſiaſticus eſt competens, ita fuit declaratũ 10. Aprilis 1573. & quamuis Stepha. Aufrerij in tracta. de poteſta. ſecula. ſuper eccleſiaſti. perſo. in ſecunda regula in fallen. 26. in forma parua fol. 395. referat (quicquid ſit de iure) contrarium obſeruatum, & iudicatũ fuiſſe pluries per parlamenta Pariſii & Tholoſę per multa iura & doctrinas, quę & quas allegat. Attamen ipſe idem Stephanus Aufre. in additione ad deciſionem capelle Tholoſane deciſ. 149. incipien. Primum quotidie ſeruatur fol. 49. dicit illud procedere in ſubſidium, quando poteſtas eccleſię deficit, & non poteſt. & quod temporales illius regni vſurpant

vsurpant super hoc cognitionem, quod & idem tenet aliter apostilla. in verbo ordinationibus. & istam partē sequutus fuit Reuerendus cancellarius in prędicta declaratione, quę est tenoris sequentis.

10. Aprilis 1573. Reuerendus Franciscus Montaner Regius cancellarius. V. I. D. & regius consiliarius, in facto contentionis iurisdictionis ortę inter vicarium curię regię Gerundę ex vna, & curiam eccle. Gerundæ ex altera partibus super compulsione facta per vicarium episcopi dictę Gerundę ecclesię contra nonnullos laicos parrochie sancti Laurentii de Bascara dictę vicariæ Gerundę eos compellendo ad contributionem reparationis, & ampliationis Ecclesię parrochialis dictæ parrochiæ sancti Laurentii de Bascara. Visis literis cōtentionis de super ab vtraq; curia emanatis, &c. pronuntiat, sententiat, & declarat firme iuris in dicta curia seculari per dictos homines dictæ parrochiae factae locum non esse. sed cognitionem dictae causae ad dictam curiam ecclesiasticam Gerundae pertinere, & in ea prosequendam, & finiendam esse. Montaner Cancellarius.

V. Ferrer. V. Lobregat. V. Iofre. V. Vilana. V. Sala. V. Petrus Balle.

CAP. 228.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio regii Cancellarii super sequestro puellæ, de cuius matrimonii fœdere agitur coram iudice ecclesiastico, & super illius educatione coram seculari.*



Super sequestro puellae de cuius matrimonii fœdere agitur coram iudice ecclesiastico, & super illius educatione 1 agitur in curia seculari: declaratio per regium cancellarium in facto contentionis inter curias ecclesiasticam, & secularem facta fuit vt sequitur.

18. August. 1553. Reuerendus Mathias Sortibas V. I. D. Abbas sancti Saluatoris de Breda Gerunden. Dioce. Regius cancellarius in facto contentionis iurisdictionis orte inter curiam secularem regiae audientiae ex vna, & curiam ecclesiasticā officialis. Reueren. Episcopi Barcinone, su per firma iuris inītata per Frāciscum Palau curatorio nomine Magdalenae Lorença pupillę super dubio formato ratione sententiae latę per eundē cancellarium in villa Monrissoni octaua Octobris 1552. super facultate sequestrandi Magdalenam Lorença pupillam pretendendo eandem restituendam esse ac restitui debere in sequestro prius per Regiam audentiam facto de persona dictae Lorença in aedibus Iacobi Casafrāca mercatoris, & ibi pro ambabus curiis retinenda esse, visis literis ab vtraque curia emanatis, viso processu ducto tam in curia Ecclesiastica inter Anticū Manter curritorem auris, & dictam Magdalenam Lorença, quam processu ducto in audientia Regia ad relationē Francisci Xammar doctoris de Regio concilio inter coniuges Palaus curatorio nomine ex vna, & viduam Lorença matrē dictae Lolença pupillae, visa prorogatione de consensu dictarum curiarum facta, visis videndis attentisque attendēdis senriat, pronuntiar, & declarar pro maiori declatione sententiae pro se Monrissoni prolatae, in qua declarauit cognitionem causae federis martrimonialis & facultatem sequestri personae Magdalenae Lorença ad effectū indagationis consensus matrimonialis, ad curiam ecclesiasticā pertinere & spectare, quod pro indemnitate causae educationis dictae Magdalenae Lorença in Regia audientia preuentae eligatur persona idonea, cui de consensu dictarum ambarum curiarum comendetur, & quae ipsam educet iuxta Regiae audienriae ordinationē eamque custodiat pro indagatione consensus, matrimonalis, & effectuatione sententiae in causa matrimoniali proferendae iuxta ipsius seriem & tenorem, taliter

taliter quod altera curia per alteram nō impediatur in causis coram se vertenti bus. Sorribes cancel. V. Clariana de Se ua V. Vilana. V. Sunyer.

CAP. 229.

SVMMARIVM.

1 *Ad curiam secularem pertinere cognitionem super denegatione cēsus factā per laicum ecclesiastico: nisi constet laicum fraudulenter denegasse, vel aliàs clericum spoliasse.*

2 *Laicus spoliando ecclesiam committit sacrilegium & tunc efficitur de foro ecclesiæ.*

3 *Pragmaticæ de iure Cathaloniæ super his disponentes ibi.*

1 SVper denegatione census cōtentio iurisdictionis inter curias ecclesiasticam & secularē si non constat laicum fraudulenter denegasse soluere clerico vel alias clericum spoliatum fuisse per laicū con uentum: declaratur in fauorem curiæ secularis. Factum erat vt sequitur.

Economus præsbyterorum, seu cuiusdam pie causę Gerundę conuenit Rā phaelem çatorrā coram iudice ecclesiasticо Gerundæ, & ab eo petiit sibi sol ui certam pecuniæ quantitatem pro cē sibus trium annorum, ratione cuiusdā domus per dictum çatorra possesę, quę fuerat cuiusdam Cases, dictus çatorre fir mauit de iure coram vicario Gerundæ. & inde firmata fuit contentio inter dictos officiales cum electione arbitrorum & corā dictis arbitriis dictus Economus probauit, quod dictus Cases soluit per quosdam annos dictos census ratione dictæ domus per dictum çatorra possesse. Et inde prætendebat se esse spoliatū propter denegationem solutionis, quā fecit dictus çatorre. Non tamen probauit, quod dictus çatorre vnquam soliuis ser et dictus çatorra prętendebat, quod ipse non spoliauerat dictum canonicum, quia ignorabat dictam domum ad dictum censum esse obligatum, & habebat iustam ignorandi causam, quia dicta domus fuerat sibi vendita sine cē su: & propter simplicem denegationē census, sine aliqua violentia non poterat dici spoliatio, nec cōmittebatur spō lium, y ita fuit declaratum per Reuerendum Regium Cancellarium cūm determinatione doctorum Regii concilij aulæ magnifici Regentis cancellaria 27. Februarii 1554.

Moti fuimus per tradita per Inno. in in cap. querelam de electio. signanter numero. 4. ibi, non soluitur volens eam in posterum non soluere, &c. & nu. 6. versi. ad o unes prędictas quæstiones. vult enim ibi Inno. quod debitor laicus non ex eo solum, quod non soluit spo-

2 liat clericum, seu eccl. siam, sed requiritur quod desinat solu re volens in posterum non soluere. Nam tunc nolendo soluere spoliat, clericum, & committit sacril gium, quia deliquit in ecclesiam, & propterea efficitur de foro ecclesię, cum alias regulariter laicus sit de foro secularis iudicis, & conueniri debet per clericum coram iudice seculari per tex. in c. si clericus laicum de foro competē. vt declarat Stephа. aufre. post multos alios per eum relatos in additionibus ad suam repetitionem factam super clemen. 1. de offi. ordina. in ti. de potesta. ec clesię super laicos, & rebus eorū in 39. casu, seu fallentia dictę regulę. Et idem vt Inno. vult Panor. in dicto c. quęrelā nu. 2. & 12. eum sequen. vbi refert ipsum Inno. & quodammodo declarat illum, & etiam moti fuimus per pragmaticā Regis Petri. Dat. in Montisson. tempore curiarum 15. Martii 1363. quę est in volumine consti. Cathalonię sub ti. de

3 pragmatiques y altres coses fahêts per los poblats en lo present principat. fo 320. pag. 1. circa medium dirēcta gerenti vices gubernatoris Generalis Cathalonię, & vicario, & baiulo, ceterisque officialibus Regiis Barcinone, vel eorum locum tenentibus, quia iuxta dictam doctrinam dispositum fuit, quod per censum debitum per laicos personis ecclesiasticis, dicti laici non trahantur ad cu-

Z riam

ta dicta iura pragmaticas, & intelligen tias in hac patria receptas, conuenien dus erat dictus çatorra laycus coram suo iudice seculari.

Super decimarum contentionibus.

CAP. 230.

SVMMARIVM.

1 *Firmæ iuris facta per laicum coram iudice seculari, declaratur non esse locum, quando ecclesiasticus probat se esse spoliatum: secus vero quando agitur de proprietate.*

2 *Sacrilegium committitur per spolium rei ecclesiasticæ.*

IN contentione iurisdictionis ortę inter curiam ecclesiasticam Archiepiscopi Tarraconę procedentem in vim constitutio. Tarraconæ, & Regiam audientiam ratione firmæ iuris in ea factæ per Valentinum Lucia, & ciuitatem Minorissae in causa Abbatis monasterii sancti Benedicti de Bagiis prætendẽtis se spoliatum quadam decima: fuit declaratum quod non erat locus dictę firmę iuris quo ad possessionem: sed procedendum erat per iudicem ecclesiasticum per excommunicationem, & non per interdictum, quo vero ad proprietatem erat locus dictę firme iuris & erat cognoscendum per Regiam Audientiam.

Cum quidam monachus monasterii sancti Benedicti de Bagiis, nomine Cirera, & baiulus Abbatis dicti monasterii, & quidam famulus dicti Abbatis decimarent garbas cuiusdam noualis, siue rompuda Valentini Lucia termini sancti Fructuosi in manipulis, & non in grano, cum esset consuetudo decimandi in grano: & ob id dictus Valentinus Lucia emisset sonum de viafora ladres: dictus Abbas processit contra dictum Lucia, & eius socios per viam sacrarum constitutionum Tarraconen. de inuasoribus rerum ecclesiasticarum loquentium; & inde emanarunt literae monitoriæ a curia Archiepiscopi Tarraconæ cum solitis clausulis. Postea vero dicti Lucia & eius socii, necnon vniuersitas ciuitatis Minorissę pro suo interesse (prætendens dicta vniuersitas decimam dictorũ manipulorũ ad eam pertinere, quia terra dicti noualis, siue rompuda erat termini sancti Fructuosi, & sic intra suum decimarium, quia decima dicti termini sancti Fructuosi est dictę vniuersitatis, aut ita per eam prętendebatur) firmarunt ius & de iure in Regia Audientia iuxta stylũ: (euocata causa praetextu paupertatis aliquorum ex illis) & ob id instantę fisci procuratore Regię audientiae fuerunt litterae expeditę cum electione arbitri. et fuit formata contentio super iurisdictione. &c. Abbas praetendebat se spoliatũ esse dicta decima: praemaximè quia allegabat, quod de consensu d. Lucia decimabat in manipulis, licet alias nõ cõsueuisset decimare in manipulis, nisi in grano in aliis terris, & hoc probauit per illũmet qui decimauerant. Dictus vero Lucia asserebat dictum consensum non dedisse, nec esse verisimile attento quod stat imemisit dictum sonũ de viafora, & non esse dandam fidem dictis testibus, quia habebant interessè, eo quia ipsi erant qui contra suum ius. s. dicti Lucia, dictos manipulos abstulerãt, & consequẽter d. abbas non probauit possessionem praetensam, nec spolium, quia vnquam antea acceperat decimam a dicta terra,

Z 2 quoniam

quoniam nunquam fuerat culta, nouale enim erat vt praedicetur siue rompuda. Item dictus Lucia probauit, quod licet mansus suus de mópeyta esset intus terminum S. Benedicti: tamen d. terra de qua perebatur decima erat intra terminum de S. Fructuos, & sic de decimario ciuitatis Minorisse, & non d. abbatis. & non fuit probatum quod d. Lucia esset in dolo: sed potius contrarium, quia volebat soluere decimam in grano vt de aliis terris Abbas vero replicabat se posse grana ex illis garbis retinere, sed d. ciuitas Minorisse etiam replicabat dicendo, decimam in grano ex d. terra non competere Abbati, sed sibi d. ciuitati, quia illa terra erat al vessant de S. Fructuos, & hoc attestabantur quã plures testes.

Tandem die 2. Septembris 1559. fuit per Reuerendum Cancellarium Regiũ vt tercerium determinatum & declaratum, quod non erat locus d. firmae iuris quo ad possessionem, sed erat procedendum per iudicem ecclesia per excõmunicationem, & nõ per interdictum. Quo vero ad proprietatem erat locus firmę iuris, & erat cognoscendum per Regiam audientiam, et verũ quod fuimus in paritate votorum: non tamen recordor cuius voti fui in prima parte, nec an in dicta declaratione fuit habitũ pro constanti, quod dictus Abbas probauisset se in possessione decimandi in garba fuisse ante emissum dictum sonũ, & eo tempore. Nam si erat in possessione Abbas, tali casu clarum esset, quod propter violentiam commissam cum dicto sono de viafora emisso, Abbas spoliatum fuit dicta possessione reali, seu libera possessione recipiendi decimam in garba, vt ante dictum sonũ emissum, & propter dictum spolium Abbas potuit coram iudice ecclesiastico conueni-
2 re dictum Valentinum Lucia, & illius socios spoliatores, quoniam per spolium rei clerici committitur sacrilegium, quia spolians clericum delinquit in ecclesiã, & ideo ecclesia cognoscit, & clericus potest suum spoliatorem laicum trahere corã iudice ecclesiastico, per tradita per Stephanum Aufre. in additionibus ad suam repetitionem clemen. 1. de officio ordi. in tit. de potesta. eccle. super laicis, & rebus eorum in 39. casu. An tamen ista declaratio, & aliç de decimis loquentes quas infra forsan referam sint iuridicę, & an priuilegia per summos Pontifices Hispaniarum Regibus concessa, & quea forsan, infra in verbo Decimae referam, viribus subsistant, & de illorum intelligentia: per quae forsan Cancellarij in aliquibus moti fuerunt: nõ est meum determinare, nec ad praesens institutum pertinet, sed determinationem & declarationem illorum relinquo iudicio, determinationi & correctioni sanctae matris ecclesiae & illi me & omnia per me dicta, relata, et quae infra refferam submitto, vt verus catholicus. pro testando quod secundum sanctam fidẽ catholicam volo viuere et mori, Amen.

CAP. 231.

SUMMARIUM.

1 *Firma iuris, interposita per laicum corã iudice seculari super pretentione decimarum ecclesiastici locum esse, fuit declaratum.*

2 *Et hoc propterea quia nõ fuit probata possessio per clericum, propter quam posset pratendere spolium, & sic sacrilegium commissum.*



1 Aliam declarationem per Regium cancellarium factam super contentione iurisdictionis quo ad decimam: vidi vt sequitur.

In anno 1546. in posse Thomae Veciana Regij mandati scribae, in causa cõtentionis iurisdictionis intercuriam ecclesiasticam villae Perpiniani et curiam secularem dictae villae ortae super firma iuris facta per Ioannẽ Giginta Domicellum super decimis petitis per Clementẽ Argelic presbyterum, certo nomine, contra dictum Giginta laicum possessorem

fessorem praedij ex quo petebatur dicta decima, fuit declaratum locum esse dictę firmę iuris.

2 Ego animaduertendum puto quod ista declaratio (ni fallor) intelligi debet de necessitate procedere, quia non constabat in processu quod dictus presbyter esset tunc in possessione recipiendi decimam ex dicto predio, & quod ve vel alias dictus presbyter esset spoliatus, quoniam si constabat de spolio, nō tolle dicta declaratio esset iniusta per ea quę sunt tradita supra in cap. 230. incipien. Cum quidam monachus.

C A P. 232.

SVMMARIVM.

1 *Laicus soluendo pensionem, & postea recusando spoliat clericum.*

1 Laicus qui soluit pensionem & postea dicit se nolle deinceps soluere, spoliat clericū. Die 7. presentis mensis Februarii 1586. in facto contentionis iurisdictionis ortę inter curiam secularem Regiæ audientię ex vna, & curiam ecclesiæ officialis Elnen. ex altera partibus, ratione firmę iuris per Spect. don Philippum de Castro, & de Pinos Vicecomitem de Euol in eadem curia seculari factę, procedimentis quibusdam contra eum in dicta curia ecclesiastica factis instante procuratore monasterii & conuentus sancti Dominici ordinis Predicatorum villæ Perpiniani, ratione cuiusdā annuę pensionis librarum monete Perpiniani visis pluribus instrumentis apocharū quæ factæ fuerunt & firmatę per diuersos procuratores dicti monasterii & cōuentus procuratoribus dicti Vicecomitis, & arrendatoribus fructuum, & reddituum locorum de Rupe, & Sureda, quorum dominus tunc dicebatur dictus Vicecomes de annuis pensionibus quinquaginta librarum monete Perpiniani, quas per dictos procuratores petebantur, fuit declaratum dictę iuris firmę facta per don Philippum de Castro, Vicecomitem de Euol in dicta curia seculari, quo ad possessorium dictarum annuarum pensionum locū non fuisse, & causę cognitionem, ac illius decisionem, quantum ad iudicium possessorium earundem prestationum annuarum dumtaxat ad dictam curiam ecclesiasticam pertinere & spectare. Mai. egit Cancellarius. V. Planes, Ferrero, Olliba, Tamarit, Sunyer.

1 Non tamen omnes Doctores fuerunt concordes, sed secundum maiorem partem declaratum fuit, & propterea ab vno ex illis fuit votū, quid pro parte d. Vicecomitis opponebatur. Et fuit mihi relatum, dictum Vicecomitem opposuisse, quod ipse nō possidebat tunc res quę prętendebantur obligatę, & ideo nolebat soluere. Item opponebat se voluntarie soluisse antea, & propterea nunc soluere nolebat. Et procedendo sic factum dictę contentionis, ista sententia & declaratio esset, & est conformis proxime precedenti declarationi incipienti, Cum quidam Monachus, nam ex quo per dicta apocharum instrumenta constabat, quod monasterium erat in possessione recipiendi dictas annuas pensiones, & Vicecomes dicebat se nolle amplius soluere, ex eo constabat monasterium spoliatum fuisse, & propter dictū spolium cognitionem ad curiam ecclesiasticam pertinere per tradita supra in ca. incipiēte, Economus, versi. Moti fuimus, signanter dum allegatur Inno. in c. querelam nu. 4. & 6. de electio. & Panor. nu. 2. & 12. vbi concludunt, quod si debitor definit soluere, quia non vult soluere, spoliat clericum, & propter dictum spolium laicus coram iudice ecclesiastico conueniri potuit.

Contentio ratione officii edilis siue mustafasi.

CAP. 233.

SVMMARIVM.

1 *Ad edilem spectat recognitio ponderum & mensurarum, executio vero in domo alicuius ecclesiæ fieri debet cũ assistentia officialis ecclesiastici.*

1 Ognitio causç recognitionis ponderum & mensurarum pertinet ad curam ędilis, executio vero in domo alicuius ecclesiæ fieri debet cum assistentia alicuius officialis Ecclesiastici.

Mustafassius siue ędilis Barcinone accesserat cum suis ministris ad domũ ecclesiæ sancti Iuliani extra muros ciuitatis Barcinone, & pergẽs in itinere reperiit aliquem portantem vnum panem videlicet, vna querna, quam defferens dixit emerat pro quinque denariis, & famuli dicti mostafassi ingressi fuerunt dictam domum quæ est contigua dictę ecclesiæ, & ingressi fuerunt causa recognoscendi mensuras vini, vendebatur enim ibi vinum per quendam laicum (pro sacerdote tamen in dicta domo cõmorãte) & ille sacerdos conatus fuit impedire familiam mostafassi, in tantum, quod pallium vnius ex dicta familia scidit, & ob id mustafassius ab equo quo equitabat descendit, & etiam ingressus fuit domum illam, & manus in clericũ iniecit causa illum detenendi, & detinẽdi, & denique pignorauit vnam ballistã quam in dicta domo reperiit, & praedicta notificauit officiali eccle. Episcopi. Barcinone, & (si bene recordor) obiulit illis dare dictam ballistam. Postea dicta curia ecclesiastica volens procedere contra dictum mustafassium per sacras constitutiones, seu concilia Tarraconę, eo motiuo quod dictus mustafassius violenter & dolosè manus iniecerat in ipsum sacerdotẽ: incipit recepere informationem contra dictum mustafassium, & ideo mustafassius firmauit ius, ius, & de iure curiæ ecclesiasticæ Episcopi Barcinone coram Illustris. Locum tenente generali, & eius Regia audientia in forma, & facta super his contentione inter dictas curias Regiam & Ecclesiasticam die 19. Aprilis 1561. fuit per Reuerendum Regium Cancellarium Mathiam Sorribes declaratum vt sequitur.

Pronunciat, sententiat, et declarat cognitionem causæ recognitionis ponderum & mensuratum ad curiam dicti edilis expectasse, & petinuisse, spectare & pertinere, executionem vero in dicta domo sancti Iuliani, cum assistentia officialis ecclesiastici fieri debuisse, & proinde respectu dictæ recognitionis ponderum & mensurarum dictæ iuris firmę locum esse, respectu vero assistentię neglectæ in dicta executione ad dictam curiam ecclesiasticam pertinere via ordinaria, & non in vim sacrorum conciliorum prouincialiũ Tarraconæ, in ista determinatione interfuerunt omnes doctores Regij concilij exceptis Regente cancellariam, & aduocato fiscali me præsente. Pro prædicta determinatione vide Cassa. in consuetudi. Burgun. in ritu. Dezjustices §. 5. nu. 91. fol. 52. Stephanum Aufre. in tracta. de potestate secula. super eccles. perso. in prima regula in secunda fallen. nume. 1. vsque ad 4. fol. 71. in parua impressione, & in 12. fallen. vers. fallit tamen fol. 75. & in 14. fallen. Et antea anno 1533. fuerat declaratum in sequenti.

(i)

CAP.

CAP. 234.

SVMMARIVM.

1 *Ad edilem pertinet cognitio ratione sui officij, contra clericum simpliciter tonsuratum: executio vero non, nisi cum assistentia officialis ecclesiastici.*



Executionem per edilem fiue mustafassium contra clericum simpliciter tonsuratū fieri debere cum assistentia officialis ecclesiastici, quamuis cognitio ad edilem pertineat vt in declaratione sequenti.

Die 14. Maij 1533. Per reuerendum dominum electum Barcinone. Regium cancellarium in facto contentionis iurisdictionis ortę inter Ludouicum Duzay mostafassium ciuitatis Barcinone, & curiam ecclesiasticam episcopi Barcinone super denuntiatione noui operis facta pro parte Angelinę Balaguera, Ioanni Agullana ciui Barcinone, clerico simpliciter tonsurato, & declaratione in defacta per dictū mustafassium fuit declaratum cognitionem dictę causæ ad dictum mustafassium, & sic ad dictam curiam secularen pertinere illique remittendam esse, sed illius executionem debere fieri per ipsum mustafassium cum assistentia tamen officialis Ecclesiastici in qua declaratione interfuerunt quasi omnes doctores Regii concilij vt in alio libro, reperii pro cuius conformitate & aliā vide declarationem Regij cancellarij supra in cap. proximo.

CAP. 205.

SVMMARIVM.

1 *De contentione super immunitate impositionum vulgo dictarū dels indiuisibles inter curiam ecclesiasticam & secularem regia audientiæ.*

1 Contentione super immunitate impositionum vulgo dictarum dels indiuisibles inter curias ecclesiasticam & secularem regię audientię.

Die 7. aut 8. Octobris 1560. in facto contentionis iurisdictionis ortę inter curiam ecclesiasticam Episcopi Barcinone & curiam seculare Regię audientiæ super iuris firma facta in regia audientia per syndicū ciuitatis Barcino, fisci procuratori curię ecclesiasticæ, & allerro economo ecclesiarū & clericorum Barcinone ratione querellæ in dicta curia ecclesiastica in vim sacrorū conciliorū Tarraconę contra consiliarios ciuitatis Barcinone ad instantiam dicti fisci procuratoris syndici & procuratoris personarū ecclesiasticarum Barcinone: fuit declaratum per regium Cancellarium vt sequitur. Pronuntiat, sententiat, & declarat, cognitionem dictę causę immunitatis ecclesiasticę impositionum dictorū prætensorum iurium ad curiam ecclesiasticam spectare & pertinere. Prouiso tamen, quod attenta natura & qualitate causæ in qua dolus non consideratur quod iudicio ordinario tantum, & non in vim constitutionum sacrorum conciliorum Tarraconę, ad cessationem a diuinis procedi possit, & proinde procedimenta eo modo, quo facta fuerunt contra consiliarios Barcinone reuocanda esse. 1

Hoc dictum fuit, quia ecclesia non erat in possessione immunitatis impositionum vulgo dictarum dels indiuisibles, & sic consiliarii non erant in dolo, & attento, quod ecclesiasticus procedebat in vim consti. Tarraconae quae dantur propter dolum, & vim, a & proptea non poterat procedere in vim dictarū cōstitutionū sed in iudicio ordinario,

a propter dolum & vim, vt in const. Petr. Archiepis. in 6. concil. ann. 1543. incip. olim excōmunicatse sub t. de senten. ex comm. ibi quod illi tantū intelligātur ex communicati qui ex proposito cū armis vel sine armis violenter inuaserint, &c. et Benedict. in 3. concil. ann. 1266. const. in cip. verum cum in constitutione eo tit. ibi volentes inuasorum & raptorum excogitatis malitiis & machinationibus, &c.

De contentionibus iurisdictionis super immunitate Ecclesiæ

a inter curias Ecclesiasticam & secularem, vidi declarati ones infrascriptas, seu relatas, & factas per Reuerendum Cancellarium Regium vt tertium, iuxta concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis de Comenge, & alia iura patriæ, & in multis illarũ inter fui ab anno 1550. vsque ad annum 1564. quo annu propter nouam creationem Regii Concilii criminalis, noui electi fuerunt ductores pro illo concilio criminali, & ego in Regio concilio ciuili remansi.

a Super immunitate ecclesiæ] de ista materia prçter scrib. hoc tit. de remig. Gonn. Ioan. de Visch. Franciscus Molin. Qui illius peculiares fecerunt tract. viden. Guttierr. pract. qq. lib. 3. q. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Nauarr. in manua. cap. 25. a nu 17. Chassan. in cõsuetud. Burgund. Rub. des iusttices §. 5. Sautcun. cõment. simple larre a nu. 111. Boer. decis. 119 & 110. Paz. in Prax. 5 part s to. 1. cap. 3. .3. Couarr. lib. 2. variar. cap. 20. Iacob. de Graff in 2. par. decis. casuum conscientiæ lib. 1. cap. 1. a num. 3. Farinac. de carceri. & carcera. q. 28. nobilis a Peguer. in decis. Catha. cap. 16. & in practi. crimina. cap. 26. Mier. in cap. 31. de immu. eccle. collati. 3. par. 1.

C A P. 236.

SVMMARIVM.

1 *Latrocinia duo vel plura cõmittens per insidias in itinere publico, an gaudeat immunitate ecclesiæ.*

1 OBseruatur per Reuerendum Cancellarium Regiũ dicto nomine, quod qui bis vel vltra per insidias, & in itinere, vel strata publica commiserit latrocinium derrobando transeuntes, non gaudent immunitate ecclesiæ per tex. in c. inter alia. de immunitate ecclesię, ponderãdo inter cetera illa verba per insidias, & frequẽtant, pro quo vide omnino Oldra. consil. 104. incipien. Quidam relinquit. quem allegat Pet. Belluga in Speculo principum rub. 11. §. sed quia num. 3. fol. 6. vbi dicit, quod in casu immunitatis, publicus latro dicitur qui itinera frequentat derrobando & post Panor. in d. c. inter alia num. 5. vide Ioan. de Visc his in tracta. de immunita. eccle. num. 20. fol. 133. volu. 2. vbi ponit tria requisita ad hoc vt latro perdat immunitatem eccle. & quia iste casus non est dubius. videlicet quando quis commisit duo vel plura latrocinia per insidias in itinere publico, quoniam secundum magis communiter doctores vbique, ille dicitur publicus latro, de quo loquitur expresse dictus tex. in d. c. inter alia, ideo amplius non insisto.

CAP. 237.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas ecclesiæ an perdatur per vnicum furtum, per vim, extra iter publicum commissum cum insidiis.*

1 VNicum furtum per vim extra iter publicum, seu stratam publicam commitiens, etiam si per insidias commiserit illud, an perdat immunitate Ecclesię.

Istum casum non recordor vidisse declaratum, videtur tamen, quod sic per tex. in d. cap. inter alia de immunitate ecclesiæ, qui omnibus quantumcumque grauia delicta committentibus concedit beneficium immunitatis ecclesię, nisi publicis latronibus committentibus latronicia in itineribus publicis, & ita secundum Gonni, & igneum intelligit tota caterua canonistarum illum textum c. inter alia.

Vidi tamen declarationem alterius casus satis huic similis, & in ea declarationem

tione interfui, & ponitur illa infra in c. poximo.

CAP. 238.

SVMMARIVM.

1 *Furtum de nocte commissum in nemore & cum armis, an gaudeat ecclesia immunitate.*
2 *Latro publicus, quis sit.*
3 *Latronem publicum, quem intelligat Regia Audientia, esse.*
4 *Dispositio specialis non excludit casus similes, etiamsi loqueretur per dictionem taxatiuam.*
5 *Extentio, cap. inter alia, de immunita. Eccles.*
6 *Insidiæ in quibus casibus præsumantur.*
7 *Publicus latro quis dicatur.*
8 *Latro vt perdat immunitatem Ecclesiæ quæ requirantur.*
9 *Latronum quot sint species & quæ inter eos differentia.*
10 *Intellectus ad. §. famosos, l. capitalium ff. de pen.*
11 *Latrones publici & famosi qui dicantur, & qua pena puniantur.*
12 *Intellectus ad cap. inter alia, de immuni. Ecclesi.*
13 *Ad hoc vt immunitas perdatur per latronem requiritur quod latrocinium sit commissum cum insidijs, & quæ alia requirantur vid. ibi. & n. 14.*
15 *Insidia nomen quid significet.*
16 *Fur pro vnico furto in itinere publico cõmisso suspenditur in hac patria propter pacem & treugam violatam. & nume. 19.*
17 *In impositione penarum an æquiparentur delicta commissa in stracta publica cũ delictis in domibus vel siluis commissis.*
18 *Immunitatis ecclesiæ regula, ampliatur fauorabilis vt ibi, & casus fallentiales sunt odiosi.*
20 *Insidiæ præsumuntur in latronibus stratarum publicarum secus in alijs.*
21 *Factum quando profertur a lege cum aliqua qualitate non sufficit factum probare nisi probetur qualitas.*
22 *Gaudens ecclesiastica immunitate detinetur pro damnis & iniuria.*
23 *Resolutiò contentionis.*

1 FVrtum committentem de nocte cum armis, & in nemore, fuit declaratum immunitate Ecclesiæ gaudere. factum fuit vt sequitur. Mulier quædam propter pestem quę vigebat in eius manso vocato los Marrochs versus ciuitatem Gerundę, accepit quibusdam vestibus, & alijs rebus dimisit mansum prædictum, & transtulit se ad hæremum extra viam publicam, & ibi fecit quandam domumculam quam nos vulgo dicimus barracha, factam ramis arborum, & Baldilius Corones cũ alijs duobus armatis de nocte aquadam arca quæ erat extra dictam barracham prope tamen illam substraxerunt plures ex dictis vestibus & rebus, & postea tractu temporis, dum propter quãdam resistentiam per eum & don Hieronymum Margarit, & alios cuidam Regio commissario factam ad ecclesiam fugisset, fuit a dicta ecclesia virtute soni emissi ex tractus, & per Reuerendum Cancellarium Regium præcedente magna discussione fuit declaratum dictum Corones priuilegio clericali gaudere.

Dubium propositum fuit, vtrum videlicet d. Baldilius Corones immunitate ecclesiastica gaudere deberet.

Pro parte negatiua deductum fuit quod dictus Corones erat latru publicus, quia violenter cum armis, & palam dictum furtum, seu robariam fecit, & quod ad hoc vt dicatur publicus latro sufficit, quod commiserit vnicum furtum in itinere publico, cum violentia, per tex. in l. capitalium. §. famosos ff. de pœnis, qui tex. non requirit duo furta, vt furca supendi possit, & licet ille textus loquatur per verbum famosos, & non per verbum publicos, tamen doctores promiscue loquuntur de publico latrone Catal. in tracta. de sindica. fol. 319 numero. 99. 100. & 101. Paris de Puteo in tracta. de sindica. versicu. quia supra est

est dictum num.1.& sequ.& alii plures.
2 Et denique, deductum fuit pro dubio, quod publicus dicitur eo solum quod publice & palam commisit furtum allegatur ad hoc Angel.in d.§.famosos.
3 Et istum intellectum videtur fuisse receptum in Cathalonia saltem per Regiam Audientiam, quia pro vnico furto in itinere publico commisso imponitur pœna mortis & furcæ suspensionis, quod non fieret si non reputaretur publicus latro, sed in insulam relegaretur, vel in metallum damnaretur talis latro, nisi sæpius,id comiserit per text. in d. l. capitalium §. grassatores, ff. de penis, & sic attento quod dictus Corones est publicus latro, ideo comprehenditur in c. inter alia.de immu.ecclesi.

Et licet dictum c.inter alia, nihil dicat expresse de committēte furtum seu latrocinium in siluis & domibus sed tātum exprimat de committente in stratis publicis,attamen iura,& doctores in impositione pœnarū equiparant illam candē pœnā imponendo illi qui aggreditur violenter in domibus, & siluis, textus est in auctẽn.vt nulli iudi. liceat habere loci retua.§. quia vero versi. fures, cuius verba sunt hæc, Fures autem vocamus qui occulte sine armis huiusmodi delinquunt, eos vero qui violenter aggrediuntur,aut cum armis, aut sine armis in domo, aut in itineribus, aut in mari pœnis legalibus subdi iubemus, idem habetur in auctẽn. sed nouo iure. C.de seruis fugitiuis, quæ fuit extracta a dicto § quia vero,sed dictus Corones commisit dictum furtū in dicta domuncula siue barracha existente in silua vel nemore,seu saltem commisit in nemore derrobando vestes quæ erant in quadam atca,siue cofre existente prope dictam barracham in illo nemore,ergo dictus Corones non debet dicta immunitate Ecclesiæ gaudere per inde, ac si cōmisisset in strata publica postquam prædicta æquiparantur.
4 Prædicta confirmantur,quia dispositio specialis non excludit similes casus, etiam si loquetetur per dictionem taxatiuam,glo.in l.ob es alienum C. de prædiis mino.& in l.1. §. 1. si maior falsum mod.dixe.l.argentarius in prin.ff. de edendo glo.expressa in l.eum qui.§.si petenti.in verbo dumtaxat ff.de publi. in rem actio. Ioan. Aplaça late in libro 1. f.28.n.16.& multo minus videtur excludere, quando dicta dispositio specialis non loquitur per dictionem taxatiuam vt in d.c.inter alia, quod dum ponit illos duos casus in quibus perditur immunitatis priuilegium,non ponit dictionē tantum,vel aliam taxatiuam, & non solum lex communis, sed etiam casus exceptuatus a lege extenditur per identitatem rationis,vt notat glo. in l. 1. C. de condi.in deb.& glo.Ioan.Andre.in c. si postquam de electio in 6. quod procedit etiam in pœnalibus.scilicet quod potest fieri extentio de similibus ad similia, seu ex identitate rationis per tex.in c.porro versi.sed quia natura nouas operat in ti.quæ fuit prima causa benefi. amit. & ibi Bal. facit l. 15. Solis.versi.satis etiam cautū putamus, & ibi Bal. C. de reuocan.dona. Et præmaximè prędicta procedere videntur, quia maius videtur delictum commissum in domo aliena quam delictum commissum in itinete,patet a maioritate pœne quoniam pro vnico furto facto in domo cum armis suspenditur fur Cassa.in ti.des iusti ces fol.42.nu.5.per text.in l.hi qui ff.ad leg.Iul.de vi publ.qua pœna non punitur fur pro vnico furto in itinere cum armis commisso absq;homicidio secundū Pau.de Castro in auctẽn.sed nouo iure circa finem,& ibi Sali.Cepolam & alios C.de seruis fugiti.
5 Corroborantur prædicta, quia dicta extentio videtur iam recepta de iure,& in practica, seu obseruantia, nam videmus, quod vltra illos duos casus positos in d.c.inter alia, sūt alii quibus quis perdit immunitatem ecclesiæ, vt puta in eo qui commisit homicidium per insidias c.1.de homici.& in eo qui commisit homicidium, vel mutilationē mēbri in ecclesia cum circūstantus de quibus in c.fi.de immunitate ecclesiæ,& in aliis casi-

casibus per doctores relatis in d.c. inter alia, & per Ioan. Vischis in tractatu de immunitate ecclesiæ Remigium Goni. in tracta. de immu. eccle. & per alios quam plures.

6 Deinceps & 4. allegabatur, quod insidiæ quæ requiruntur per dict. cap. inter alia, ad hoc vt publicus latro perdat priuilegium immunitatis, semper de iure præsumuntur, licet aliter non probentur, secun. Inno. ibidem dicentem, quod in dictis duobus casibus exceptuatis à regula d.c. inter alia, insidiæ præsumuntur, in aliis vero delictis non præsumuntur insidiæ.

Præterea allegabatur esse probatum quod dictus Corones duplex furtũ commiserat, vnum in domo dictæ mulieris quæ est contigua itineri publico, & est hospitium iter facientibus, & aliter furtum in I. barrachia in nocte, tunc sequẽti, & quod furtum probatur propter remissionem per vicarium Gerundæ de d. furto factam præfato Baldilio Corones & quod propter duo furta est clarum,

7 quod perditur immunitas, quia perduo furta dicitur publicus latro per text. in l. capitalium. §. grassatores iuncto. §. famosos ff pœnis & ibi docto.

Denique allegabatur quod dictus Corones propter dictum delictum dicebatur, & erat nocturnus depopulator agrorum, quia de nocte fecit illum furtum, & in agro, seu nemore violenter & cum armis, & quod satis sunt depopulatores agrorum, ex quo taliter disrobando faciunt & causant, quod homines dirrobati dimittunt & dimittere habẽt agros suos, & illos non colunt, nec colere audent, & etiam si auderent colere, non possent propter egestatem rerum furto illis substractatum, qui enim est causa causæ videtur esse causa causati, & qui causam damni dat damnum dedisse videtur, & in his potest & debet fieri extentio dictorum duorum casuum dicti capituli inter cetera, ad istos casus similes.

Pro parte affirmatiua, quod dictus Corones gaudere deberet dicta immunitate Ecclesiæ deducta fuerunt inter alia sequentia.

8 Primum deductum fuit, quod ad hoc, vt latro perdat priuilegium immunitatis Ecclesię, tria copulatiuè requiruntur primum quod sit latro publicus, secundum quod per insidias aliquem aggressus fuerit, tertium quod illud commiserit in stratis publicis, secundum Ioan. de Vischiis in tracta. de immunitate Ecclesiæ, nu. 19. fol. 133. vol. 2. & hoc expressè habetur in dict. cap. inter alia, primũ ibi nisi publicus latro fuerit, secundum ibi aggressionis insidiis, tertium ibi, qui diũ itinera frequentant, & publicas stratas obsident. Et ita omnes Doctores (quos viderim) in hoc resident, quod nullus contrarium tenet, nec dubium facit, sed in dicto Corones nullum ex dictis tribus requisitis reperitur, ergo dictus Corones non debet priuilegio immunitatis Ecclesię priuari, cum regula sit, quod liber homo quantumcunq. grauia maleficia perpetrauerit immunitate Ecclesiæ gaudere debet, nisi sit publicus latro & dictus Corones licet sit latro non est publicus, nec illud commisit per insidias, nec in stratis. Primum requisitũ non reperitur in dicto Corones, nam vt dixi, licet sit latro tamen non est publicus latro.

Et quia veritas huius primi requisiti patebit patefacto quis dicatur, publicus latro, ideo hic referam aliquos Doctores de hoc accuratius (vt arbitror) loquẽtes, & quatenus attinet ad propositum huius dubii, & si videat Pelagus magnum intrare, quoniam varii varia & cõtraria dixerunt. Reperio Doctores diffe-

9 rentiam facere inter latrones simpliciter, seu simplices, & latrones publicos, & latrones famosos, sicut faciunt differentiam inter fures simpliciter, & fures manifestos & famosos, aliqui Doctores promiscuè loquuntur de publico & famoso, & quatenus ad materiam nostrã attinet reperio Bar. in l. capitalium. §. famosos in secunda lectura, seu secundo intellectu illius §. in versiculo secundo oppono pro vt secundo modo, ff. de pœnis

nis,& prout illum intelligit & declarat Bonifacius de Vitalinis in titulo de furi nume. 14.fol.34.& in titulo de furibus & latro,in principio,versiculo. Item oportet fol.88. tenere,quod latro non famosus, & sic latro simpliciter, seu simplex est ille qui semel commisit furtum in strata per vim; & ille puniri debet l. Iulia de vi publica.l.3.ff. ad l.Iul. de vi pu bl. & famosus latro est ille qui sepius illud commisit; & contra eum de hoc fama laborat, & poena eius augmentatur propter illam qualitatem, vt in d.§. famosos,& sic videt Bar.expresse tenere, quod ad hoc vt quis dicatur latro famo sus non solum requiritur,quod sepius il lud commiserit,sed etiam requiritur, quod de eo contra ipsum fama laboret. sequitur eum Bonifacius de Vitali.in titu.de fur.n.14 fol.34.& in ti.de furibus & latroni & roba.in principio, versic. Item oportet fol.88. Salic.in auten. sed nouo iure sub numero 6. versicu. sed tunc insurgit dubium; & predicta intelligũt Doctores quando committitur violenter,& differunt latrones a grassatoribus quia latrones dicuntur illi qui delictum perfecerunt, grassatores vero dicuntur illi qui non perfecerunt secundum Bar. in dicta l. capitalium § grassatores per illum,textum,& in dicto §. famosos cir ca finem,ibi intellige hoc,de his qui per fecerunt,& declarando Bartolum Bonifacius de Vitali.in dicto titu.de furibus, & latro,in princi. fol.88. & in titulo de furtis n.10.f 34.dicit,quod illi qui grassati fuerint, seu insultarunt aliquem in itineribus causa prede cum armis,& nõ perfecerunt,vel quia insultatus aufugit, vel propter aliud simile dicuntur grassatores, & ideo isti grassatores dicuntur proximi latronibus,vt inquit tex.in dicto §. grassatores,& certe cum rationedi cit text.quod sunt proximi latronibus; cum in dicto tam modico differant,si er go sunt proximi latronibus: ergo non sunt latrones, ergo nec de his loquitur dictum c.inter alia,cum dictum cap.inter alia loquatur de latrone, & quippe publico,& licet videar extra vagare ali quantulum,nolo omittere propter dictum Ignei; de quo infra statim dicam, quod illi grassatores, si in itineribus id admiserunt sepius,idest ter,quia sæpius est comparatiuum sæpe,& sæpe impor tat ter, & tunc bis pro,vt exponit Salic.in au then.Sed nouo iure n.8.C. de seruis fugitiuis Ioan.Barbe.in viatorio iuris titu. lo de iuris,versiculo, propter tio vero, vel secundum aliquos Doctores sæpius exponitur,id est bis aut vltra,capite pu niuntur,ceteri in metallum damnatur, vt inquit expresse ille textus in §.grassatores qui totus loquitur de grassatoribus,& ita declarant Bonifacius de Vitali,& Barbe.in locis prædictis,& cum ita loquatur expresse d.§. grassatores, non curo quod Igneus in l.3.§.subuentur n. 108.ff.ad sillania,fol.222.dicat,posse attentari, quod qui causa prædæ aliquem ferro aggressus est,dicitur grassator,& non latro; nisi duobus concurrentibus, primo quod cum ferro aggredi,& supplicare causæ prædæ instituerit,secundo quod sepius in itineribus id admiserit. Et ad propositum de latrone redeundo, reperio etiam Pau.de Cast.in d.authen. sed nouo iure. n.9. dicere per hæc verba,tu dic quod latro nõ dicitur nisi quã do palam, & in strata publica committit,non tamen dicitur famosus nisi plu ries facere consueuerit, pariterq; loquitur de publico latrone, & sic est confor mis Bartolo,& licet idem Paulus ibidẽ n.10.dicat,quod non valuerunt suæ allegationes,quia ille pro quo allegabantur fuit suspensus,attamen ego reperio, quod valuerunt Cathaldus de Boocompagnis,vt ipse attestatur in tract.de sindi,n.101.in fi.f.329.vol.2.videatur ipse a n.99.vsq; ad 101.inclusiue. Item respon. vt dixi supra in obs.incip.qui vnicus fo. 1,col.2.circa fi. ibi tamen tripliciter respon.Paris de puteo in tract.de syndi.§. quia supra n.4.f.394.vo.2.dicit quod iudicio suo famosi & publici latrones hi sunt qui cũ ferro sepius aggrediuntur in itineribus,& spoliare nituntur,Cepola in d.authen.sed nouo iure circa fi.versi.secundo casu f.182. tenet idem & fortius.

cuius

cuius verba sunt hæc, secundo casu quã do aliqui furatur in itineribus vel in stra ta publica, vel in siluis, vel in domibus, vel in mari per vim cum armis, vel sine, cum interemptione hominis, & distingue, aut hæc fecerunt semel tantum, & dicuntur simplices latrones, & non debent furca suspendi propter furtum, vel spoliationem, & dicit esse glo. in d. §. famosos relatam ad tex. in verbo grassati, & glo. 22. q. 3. ca. si quis fortitudinem. Si tamen interuenit homicidium, prout præsuponitur, tunc pro homicidio debe ret mori, etiam pro espoliatione sola. &
10 ita intelligo tex. in d. §. famosos, & glo. in l. 2. in verbo defensionem ff. de bonis eorum qui mort. sibi consi. aut hoc fece runt pluries, & tunc dicuntur publici & famosi latrones, & isti debent furca suspendi, & de hoc non est dubium, quia est textus cum glo. in dicto §. famosos, & ita etiam potest intelligi glo. hic in auctẽn. sed nouo iure in verbo castigabi tur, dum allegat dictum. § famosos, & dicit quod publicus latro qui scilicet cõ sueuit furari debet furca suspendi, quan do furtum factum est cum interemptio ne hominis, vt dicitur in dicto § famosos, & hic considero Cepolam ponere vnum requisitum vltra requisita per Bart. ad hoc vt dicatur publicus latro, videlicet, quod non solum requiritur quod pluries id fecerit, sed etiam, quod illud fecerit cum interemptione homi nis per eundem tex. in dicto § famosos. Item videtur Cepola facere differentiam inter pœnam mortis in furca, & pœnam mortis non in furca, nam dicit, quod qui semel tantum commisit latrocinium cum homicidio, debet mori pro homicidio, sed qui plura latrocinia commisit cum homicidio debet furca suspendi, scilicet in loco vbi commisit, sed quia de genere pœne non est nostrum institutum: ideo amplius non in his insisto, Albericus de rosa. in dicto § famosos (licet in contrarium al legetur) postea quam in numero quarto distinxit inter latrones clandestinos, & publicos aggressores postea numero 5. loquendo de publicis latronibus dicit per hæc verba, In grassatoribus qui præ datores dicuntur, dic, aut grassatutæ ho micidium est admixtum, aut non, si nõ est admixtum, si sepius, & in itineribus hoc fecerunt capite puniuntur, aliàs in metallum honestiores deportantur, vt supra eodem §. grassatores, nam & illa pœna est legis Iuliæ de vi publica, vt su pra ad leg. Iul. de vi pub. l. ante penul. in fine, si ad mixtum est homicidium, tũc capite punietur etiam nobilis &c. idem quid Cepola tenet Cassa. in titul. des iu stices rub. prima fol. 42. numero 4. & etiam aliqui doctores per ipsos relati. Sũt aliqui Doctores qui non intelligunt famosos, qui assiduæ furantur, sed vbi ag grediuntur cum armis, aut vi auferunt, & aliqui alii tenent, quod famosus dicitur per vnum furtum, sed quia videre meo eorum dicta non habent saporem vt ex prędictis & etiam ex his quę dicã infra versiculo, Tertium quod ex prędi ctis, cerni potest, & quia infra ad materiam indemnitatis magis astringã, hunc articulum, ideo breuitatis causa conten tor volca remissione. videatur per Apo stillatorem ad Bartholum in dicto § famosos, & magis astringendo hunc arti culum allego glosam tam notabilem, quam vulgarem in dict. cap. inter alia in verbo latro, quę loquendo de publicis la tronibus de quibus loquitur ille textus dicit, & tales famosi latrones capti in furto, in furca suspenduntur, sed si famosus non est tunc iubetur castigari, sed nec vitam, nec membrum perdit, Matheus de Afflict. in constitu. Neapolita. fol. 174. numero sexto dicit quod latro dicitur qui cum violentia furatur, & pu blici & famosi latrones dicuntur qui furantur de continuo in stratis publicis, & quod de illis loquitur Bar. in dicto. §. famosos, & Abbas siculus in dicto cap. inter alia de immunitate Ecclesiastica, & aduertatur quod iste Matheus de Afflic. loquitur etiam de latronibus publicis de quibus loquitur dictum cap. inter alia, & sic loquitur quo ad immunitatem ecclesię dum dicit quod de illis latronibus

bus qui furantur de continuo in stratis publicis loquitur Abbas siculus in dicto capitul. inter alia, numero quinto ponit exemplum in piratis, & in illo qui publice stans in stratis disrobat homines transeuntes, & idem quod Matheus de Afflic. tenet remigius Gonni de immunitate Ecclesiæ fol.101.n.1.dum referendo duas opiniones in vltima declarando c.inter al a, & dicta l.capitalium. §.famosos sequitur Bart. in dicto § famosos. Oldradus conf.154.incipien.qui dam reliquid quem allegat, & sequitur Pet.Belluga in speculo principum rub. 11.§.sed quia n.13 & seq.fol.51. dicit expresse loquendo in nostris terminis de immunitate Ecclesiæ, quod publicus latro dicitur, qui frequentat itinera derobando, & hoc probat ille textus in dicto ca.inter alia ibi, qui dum itinera frequentant, & stratas publicas obsident &c. ponderando verbum frequentant, & quia de vi & importantia illius verbi, & intellectu text. dixi late supra in obseruantia.2.incipien.qui vnicum tantum furtum ideo ad ibi dicta me refero Ecce doctorum opiniones quæ in summa reperiuntur de & super significatione vocabulorum lattonis simpliciter, seu simplicis, & latronis publici & famosi, ex quibus videntur colligi posse sequentia secundum magis communem opinionem prædictorum, & aliorum doctorum.

Primum est quod habemus latrones simplices, seu simpliciter, & latrones publicos & famosos.

Secundum quod colligi potest ex prædictis est, latronem simpliciter, seu simplicem esse illum qui tantum semel per vim cum armis, vel sine armis in itinere publico, vel strata publica furantur derobando homines transeuntes.

11 Tertium quod ex prædictis colligi potest est, multos doctores & glosas loqui promiscuè, de latronibus publicis, & famosis, & secundum eos & alios fere omnes publici, & famosi latrones dicuntur illi qui ter, vel saltem bis commiserunt latrocinium per vim in itineribus publicis requiritur tamen vltra, secundum Bar. in d §. famosos, & Bonifa. de vitali. & Salice. in locis præcitatis ad hoc vt dicantur famosi, quod de dictis delictis fuerint infamati. Item etiam requirirur secundum Cepolam Pari. de puteo Alberi. & Cassa. vbi supra, quod illa latrocinia commiserint cum interemptione hominis, & isti sunt furca figendi in loco quo homicidium fecerunt, & secundum istos Doctores vltimo loco relatos potest colligi, quod latrones non publici, nec famosi, & sic latrones simpliciter, seu simplices sunt, & dicuntur illi qui committunt vnū tantū latrocinium absq; interemptione hominis qui si sepius id admiserunt capite puniuntur, ceteri vero in metallum damnātur, secundum eosdem doctores.

12 Quartum quod ex prædictis colligi potest est, quod secundum Panor. in d. c.inter alia n.5.de immunitate Eccle. publici latrones absq; illa adiectione, seu qualitate, famosi, sunt illi qui publicè, & palam furantur in itineribus, seu stratis publicis, vt sunt piratæ, vel illi qui publice stantes in stratis publicis disrobant homines transeuntes, & sic non ad vnum actum, seu latrocinium tantum, nam si tantum ad vnum actum id est latrocinium ponerent se in strata publica, & sic vel alias vnum tantum committerent latrocicinium, nescio quo pacto seu ratione dici possent publici, nisi diceretur quod ratione loci publici id est itineris publici, & stratę publicę in quo, seu qua committitur latrocinium dicuntur publici, vt dicitur de sacrilegis qui non solum dicuntur sacrilegi qui sacrum furantur, sed etiam qui furantur non sacrum de loco sacro, sed profecto vsus loquendi communis non recepit, nec recipit talem significationem, sed contrariam, Nam secundum communem vsum loquendi publicum dicitur, quod ab omnibus, seu maiore parte populi publicè scitur, seu dicitur. Item ꝙ talis intelligentia, & significatio nō possit recipi patet, quia si talis intellectus reciperetur, sequeretur, quod non esset differen-

differentia inter latronem simpliciter, & latronem publicum, & tamen videmus esse latrones publicos, & latrones non publicos, seu latrones simpliciter, & maiori pœna puniri publicos, quam non publicos, vt supra probatum fuit, & necesse est ita dicere, & tenere; quoniam aliàs frustra iura & Doctores loquerentur aliquando per illam adiectionem, & qualitatem publicos, & aliquando sine dicta adiectione, & qualitate, & confirmando, & aduccendo dictam sententiam Pan. & sequatium cum prædicta sententia & opinione Bart. & aliorum doctorum sequentium Bar. potest dici, forsan quod publicus latro dicitur qui saltem bis per vim cum armis, vel sine armis publicè, & in strata publica, seu itinere publico derrobat homines transeuntes, quod intelligo ego etiam si posset dari, quod latro derrobauerit sine insidiis, quia illa qualitas insidiarum non reperitur requiri, nisi quo ad perdendam immunitatem Ecclesiæ. Quintum quod colligi potest ex prædictis est, quod posito, & non concesso, quod regulariter quo ad alias materias citra immunitatem Ecclesiæ, publicus latro diceretur esse etiam qui semel tantum commisit latrocinium sine homicidio in itinere publico, tamen quo ad perdendam immunitatem Ecclesiæ requiritur, quod latro frequentauerit publica itinera, seu publicas stratas derrobando homines secundum Oldradum, & Pettum Belluga in locis pręctactis, & iuxta text. in dict. ca. inter alia in verbis qui dum itinera frequentant. Sextum, quod ex pręcedentibus colligi potest est, differentiam esse inter grassatores, & latrones, quoniam grassatores dicuntur illi qui grassati fuerunt, seu insultarunt in itineribus causa pręde cum armis, non tamen perfecerunt delictum, vt quia insultatus aufugit, vel propter aliud simile, alii vero qui modo prędicto perfecerunt delictum dicuntur latrones.

Cum igitur pateat ex prędictis pręd dictos & fere omnes alios doctores tenere, latronem publicum dici illum qui duo saltem latrocinia in itinere publico violenter commisit; & secundum Barr. Bonifa. de Vitalin. & Sali. etiam requiratur, quod de his infamatus sit. Et dictus Baudilius Corones vnicum tantum furtum commisit, certum & expeditum re stat dictum Baudilium Corones non esse, nec dici posse latronem publicum, etiam si verum esset (pro vt est falsum) quod dictum furtum commisisset in itinere, seu strata publica, & etiam quia non fuit commissa violentia, nō potest dici latrocinium, seu latro secundū omnes Doctores quod est notandum, & proinde, cum dictum capi. inter alia de immunitate Eccle. disponat regulam faciendo, quod omnis liber homo quantumcumque grauia malefitia perpetrauerit, gaudeat immunitate Ecclesię, nisi sit publicus latro, & dictus Corones nō sit publicus latro sequitur dictum Baudilium Corones gaudere debere immunitate prędicta, & clarius & Indubitanter procederet, & gaudere deberet dictus Corones dicta immunitate, si tenemus pro vera opinionem prędictam dictorum Cepola. Pari. de Puteo, & Cassa. dicentium publicum latronem dici, quando latrocinium fit cum interemptione hominis, attento quod latrociniū de quo impetitur Baudilius Corones nō fuit factum cū interemptione hominis.

Pręterea attento quod tex. in d. cap. inter alia in verbis qui dum itinera frequentant, pro vt ipsum intelligunt & declarant Oldra. & Belluga in locis supra allegatis requirit, vt perdatur immunitas Ecclesię, quod committens frequētauerit itinera publica derrobando transeuntes, & dictus Corones non frequentauit itinera publica derrobando transeuntes, ergo dictus Corones non debet perdere beneficium dictę immunitatis.

13 Insuper alia & tertia ratione non debet d. Corones immunitatem perdere, quoniam dictum latrocinium non fuit factum in itinere, seu strata publica, quę requirit dict. cap. inter alia, & ita illum tex. intelligunt omnes doctores; & spe-

cifice

cifice Io. de Vischis in tract. de immuni
tate ecclesiæ n.10. in secundo requisito
vt supra retuli versi. Pro parte afirmati
ua, nec potest fieri extentio dicti c. inter
alia, de furto commisso in itinere ad co
missum extra iter, vt dicam late infra in
responsionibus ad contraria, versi. ad se-
cundum contrarium.

Item alia & quarta ratione, seu funda-
mento dictus Corones nõ debet immu
nitatem perdere, quoniam non constat
dictum delictum de quo impetitur fuis-
se commissum cum insidiis, & ad hoc
14 vt immunitas perdatur per latronem,
requiritur quod latrocinium commissũ
fuerit cum insidiis Ioan. de Vischis in d.
tract. de immun. eccle. n.19. fol.133. vol.
2. per d.c. inter alia. ibi aggressionis insi
diis. Gonni de immun. eccle. in fallen. 2.
n.4. & 5. pag.104. dicens communẽ con
clusionem esse, quod c. inter alia proce-
dit, quando in strata publica & insidio-
se illi casus committuntur. & allegat Io
annem Igneum in l. 3. §. subuenitur nu.
102. & 107. in fine fol.222. ff. ad sillen. di
centem totam cateruam canonistarum
velle, quod latrones priusquam immu-
nitate ecclesiastica indigni fiant, oporte
re eos in strata publica, & frequentata
paratis insidiis obsedisse, vt homines of
fenderent aut agros depopularẽt, & nõ
aliter, & hoc aperit ille tex. ca. inter alia
ibi aggressionis insidiis, & ibi itinera fre
quentant, & stratas publicas obsident,
nec reperii contradicentem, nec insidiæ
præsumuntur in dubio cum sint facti,
& facta non præsumuntur, nisi proben-
tur, vt dicam latius in respõsionibus ad
contraria, versi. ad quintum, non obstan
te, quod Io. Andr. & post eum Anchar.
in d.c. inter alia tenere videãtur insidias
præsumi saltem in casibus d.c. tum quia
vt dixi insidiæ non præsumuntur in du
bio, tum etiam quia, in nostro casu con
stat in processu dictum Corones non in
sidiatum fuisse. nam non posuit se in iti
nere spectando quod illa mulier, vel a-
liæ personæ transirent, vt illas offen-
derent, quod requirebatur, vt dictus
Corones indignus fieret immunitate
ecclesiæ secundum omnes doctores,
vt supra probatum extitit. & etiam
patet ex natura, & propria significa-
tione verbi, insidiæ, tam secundum con-
15 suetudinem & vsum loquendi in vulga
ri, & materno sermone, & intelligentia
quam secundũ grammaticos, latinos, iu
ra canonica & scribentes super insidiis.
Intelligimus enim vulgari sermone Ca
thalano insidias per aguayts. Anthoni-
us Nebri. in secũda specie verbo. depon.
inquid, insidior insidiaris per aguaytar,
& in vocabulario suo dicit insidie insi-
diarũ per aguayts, & de istis aguayts lo
quitur vsa. Barci. si quis se miserit in a-
guayt, & in vsa. aguayt io ti. de varues-
sor qui ab 5. caualles, & in vsa. alias con
sti. la treua de nostre Senyor la. 1. versi.
E si algu dins aquesta treua in ti. de pau &
treu. fo.16. & cõsti. Itẽ ordenã e statuym
q̃ algun hom. in ti. de empremẽts fol.
71. & ibi Miet. col. 5. fol. 38. & in nostro
vulgari sermone scilicet Cathalano in-
telligimus aguayts, quando aliquis latẽ
ter, & occulte se ponit in aliquo loco ne
videatur ab eo quem nocere intendit,
vt abinde inimicum incautum damnifi
cet, vnde Calepinus in verbo insidie, ait
sic, insidie insidiarum est dolosa expec-
tatio ad aliquem aggrediendum, ab insi
dendis locis, quæ ad insidias diligimus,
solent enim qui hostibus insidiantur ea
loca insidere, qua illos iter facturos pu-
tãt, vt in cautos opprimãt, allegat mul
ta, & ponit quod Itali insidias dicunt a-
guayt, Hispani assechãças, nos vero Ca
thalani aguayts, vt ponit Anthonius Ne
bri. in locis supra allegatis. Cali. & Mar-
quil. in vsa. aguayt, versic. Nota q̃ hoc
verbum dicit, verbum aguayt vocabu-
lum esse vulgare Cathalanorum, & em
boscada Italicorum, & idem Marquil. in
d. vsat. si quis miserit se in aguayt dicit,
quod aguayt est preparatorium aggres
sus siue insultus illis per agendi omne
malum contra quos fit dictum aguayt,
& in vsa. aguayt, nota. 2. dicit insultũ p-
prie venire de aguayt, quoniã ille qui in
aguayt existit ex illo insultu facit cõtra
inimicum suum, adde cum Marquil. in
d. vsa.

d.vsa. si quis se miserit versic. & nota q insultus ponit etiam Calepin. in verbo insido quod insidio insidis insedi, in essum significat ad sedendum decedo vel clam, & sentum delabor cornucopia ex ponit insido aliquem, dolose expecto, insidie quę clam insident vt hostes fallat, pro hoc est bonus tex in c. dominus nostet 23. qu. 2. & precipue ibi, cum autem iustum bellum susceperit, vtrum aperte pugnet, aut ex insidiis, ecce quod pro contrario pugne aperte ponit pugnam per insidias, & sic pugnam occultã, & ideo Ioannes de Turrecremata ibi u. 2. declarando illud verbum ex insidiis exponit idest occultando ea per quę volumus impugnare inimicos, & etia dicit, quod occultatio pertinet ad rationem insidiarum, & ponit duplices insidias, vno modo fiunt, vt supra retuli, alio modo fiũt proditoriè, quando dicitur falsum, vel non seruatur promissum & istum modum secundum scilicet proditionis ponunt Anchatra. in c. 1. de homicid. & in cle. 1. §. quia vero de sta. mona. & de materia. Felin. c. 1. de homicidio, & non excludunt primum modum. de quo primo loquitur d. c. inter alia, & non de secũdo scilicet proditionis, & si de isto secũdo modo loqueretur minus nocceret d. Corones, quia nullum verbum de prodirione cõtrã ipsum est in processu. Adde quod in d. ca. inter alia clarius, quam alibi verbum insidiis importat expectationem dolosam, & clandestinã aggressionem annectendo dictum verbum insidiis cum verbo aggressionis, & clarius & indubitanter annectendo d. verbũ insidiis cum verbo obsidet cuius verbi (scilicet obsidet) ppria significatio importat quodammodo insidias & clandestinitatem, siue d. verbum obsidet descendat ab obsideo pen. corrupta. & secundę speciei, siue ab obsido, is. pen. pd. & tertię speciei, nam secundum Calepinum, obsido, dis. pen. prod. obsedi, obsidere, & ob sideo, obsides pen. correp. obsedi, obsidere, prope modum, idem significant, nisi quod in obsido motus quidã est, vt sit quasi obsisto, in obsidio vero quies, quasi obsto, & erit census d. c. inter alia in illis verbis insidiis aggressionis obsidet, stratas publicas iste, ille latro ab ecclesia extrahi potest qui occulte aggrediẽdo, subaudi homines transeũtes, stratas publicas obsidet, vel sic, ab ecclesia extrahi potest ille latro qui occulta expectatione aggressionis, scilicet hominũ transiturorũ, vt illos furetur stratas publicas obsidet, idest quasi quiete, seu qui essẽdo obstet vel obsidet idest aggrediẽdo de loco occulto obsistit & exponere seu cõstruere sic, insidiis, idest occulta expectatione subaudi hominũ transiturorũ, vt illos furetur, secũdũ Panor. & alios ibi, & omnes alios vbiq; aggressionis, scilicet quam intendebat & expectabat facere de hominibus transituris per stratam publicam, & est de mente omnium doctorum comprobatur secundum supra relata per Marquil. in d. vsa. si quis se miserit, versi. nota verbum vbi d. aguayt preparatorium esse aggressus siue insultus illis per agẽdi omne malum contra quos dictum aguayt factũ sit, & in vsa. aguayt, e encals, nota 2. dicit insultum proprie venire de aguayt, quoniam ille qui in aguayt existit ex illo insultu facit contra inimicum suum. Nec dictus Corones potest dici depopulator agrorum, secundum declarationem Panor. in d. c. inter alia n. 5 dicentis quod nocturnus depopulator agrorum dicitur qui obsidet stratam publicã furando transeuntes, & quod differt iste a publico latrone, quia iste clandestinè furatur & moratur in loco vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte segetes destruit dũ ibi se abscondit, & iacet & latet, sed dictus Corones non morabatur in loco seu cremo vbi fecit furtum ergo &c. Item non furatus fuit trãseuntes, quia dicta mulier non transibat, nec transitum fecit, per stratam publicam, nec in strata erat, quinimo, nec ipsa tenebat in strata res furto sub stratas, nec ipsa erat vbi dictę res erãt, quoniã ipsa erat intus dictã barracã, & dictę res furto substractę erãt in arca existente extra dictã barracam, Io-

Igneus in d.l.3.§.subuenitur n.107.fol. 222 ff.ad fillenian.dicit quod tex. in l.1. C.quando liceat vnicui.sine iudi.se vindi.definit depopulatorem eum esse qui causa prædæ alienos agros intrat vt vastet destruat,aut perdat,dicit etiam populari proprie esse passim prędari,& populatim diripere insidiis aggressionis in strata publica obsidendo, & quod tota canonistarũ caterua (vt supra memini) voluit,quod priusquam latrones,& depopulatores agrorũ immunitate Ecclesiæ indigni fiant, oportere eos in strata publica & frequentata paratis insidiis obsedisse vt homines offenderent aut agros popul rentur, & non aliter, hæc ipse Igneus, sed dictus Corones non cõmisit in strata publica,nec priuatus,nec depopulatus fuit agros de nocte vel de die: ergo non est indignus immunitate Ecclesiæ, nec potest fieri extentio de vno casu ad alium etiam grauiorem, vt per eundem Igneum in eodem loco n. 105.versi.sed hanc extentionem, & nu. 106.107. & 118. & dicam latius infra in responsionibus ad contraria versi.ad secundum contrarium.

Nunc superest ad ea quæ in contrarium pro parte affirmatiua deducta fuerunt respondere,ad primum igitur quo dicitur dictum Baudilium Corones esse publicum latronem ex quo furtũ cõmisit palam, & violenter cum armis: Respon.dictumCorones.non esse publicum latronem,ex quo non commisit nisi vnum furtum, sed est latro simplex; Item quia dictum furtum non fuit commissum cum violentia, nec de die, ideo non dicitur latrocinium & Corones nõ dicitur latro,sed dicitur furtum,& fur, vt supra probaui latissime a versi. Pro parte affirmatiua.vsq,ad versi.item alia &quarta ratione,nec obstat dicere,ꝙ in Cathalonia per RegiamAudientiã fuit receptus iste intellectus ad d.§ famosos quod prò vnico furto in itinere publico commisso , furca suspenditur fur , quæ pœna non imponeretur , si per vnum
16 furtum non censeretur esse publicus latro,quia respõ. verum esse talem furem furca suspendi,sed non est verum quod furca suspendatur,ideo quia dicatur publicus latro, sed quia dictum furtum fit cum fractione pacis & treugæ,sub quibus pace & treuga in Cathalonia sunt itinera publica ad vtilitatem publicam, & ad tollẽdam audaciam latronũ,vt in
a vsa los camins e les estrades . fol.115. & in const.Deles diuinals 1.& 2 in prin.& in vers.Les vies publiques pesiris sub ti. de pace & treuga.vbi ponitur pœna lesæ maiestatis, quæ tamen pœna, postea fuit murata per Regem Pet.2.in const. incip.Item com consti.de pau, eo.tit.ad pœnã dicti vsati. Los camins. Thomas Mier.in d.consti.Item com en la consti. colla,2.fol 24.n.1.& 4. sicut in simili dicitur,quod licet fur(non dico latro)sed fur pro vnico furto non magno non debeat de iure communi regulariter furca suspendi,per tex.in auten.sed nouo iure,& ibi docto.C.de seruis fugiti.attamen si furtum paruum puta quinque solidorum,fit factũ cũ fractione treugarum fur, debet furca suspendi per tex.in.§.si quis quinque solidos de pace iura.firmã.in vsib.feu. & ibi doct. & in d.auten.sed nouo iure Cata.de sindica fo.134.n.24.Et ob istud fundamentum & rationem fuit condemnatus ad mortem T.Margarit socius don Ioannis de Crudillis,quẽ a dicta pœna aliqui doctores liberabant,& propter dictam rationem(quam allegarunt antiqui) inclinarunt ad dictam pœnam mortis,me præsente,hoc idem fuit inter cetera cõsideratum in Francisco Gelonch inculpato de furto in itinere publico commisso de nocte violenter cum vulneribus illatis cuidam mulioni & dictum fundamentum d.vsati.camini, & strate & similiũ nõ potest summi in nostro casu quo ad immunitatem Ecclesiæ introductam de
b iure diuino,& canonico,& fauore Dei & eius Ecclesiæ, secundum Remigium Gonni de immu.eccle.in principio regulę n.2.versi.ratio istius regulę pa.24. & secũdũ alios plures doctores quos infra latius referam, quia leges ciuiles non possunt derogare nedum iuri diuino, sed

sed nec iuri communi quando iura ca-
nonica animaduertunt in eos qui sprota
dicta libertate ecclesiastica seuiunt in fu
gientem ad ecclesiam, secu. ignentem vbi
supra n. 105. & 106. Nec ille casus excep
tuatus, a regula d. c. inter alia debet ex-
tendi ad alium casum non exceptuatũ;
& contra dictam regulam per ea quæ
latè dicam statim in respon. ad secun-
dum contrarium.

Ad secundum contrarium quo dici-
tur, quod dispositio d. c. inter alia loquẽ
tis de committente in itinere publico,
seu strata potest extendi ad similes ca-
sus signanter ad casum commissum in do
17 mo aliena, vel in silluis, cum in impositio
ne pœnarum æquipparetur delicta com
missa in siluis, & domibus, delictis com
missis in itineribus, multifariè respon-
dimus ex supra dictis, pro parte affir-
matiua pateant responsiones, & primo
respon. quod dicta equiparatio non est
solida quoniam multi tenent contrariũ,
vt per eundem lo. A plaça videri potest
signanter in quantum allegat Ias. in au
then licet n. 6. C. de libe. præte. vel exhę
reda. dicentem communem opinionem
esse pro ista parte pro qua dicũt esse bo-
num tex. in l. si finita versi. de ceteris ff.
de dam. infec. Bar. & Roma. in l. si vero
§. si de viro ff. soluto matri. glo. in §. ex
maleficiis versi. Itẽ iuxta in verbo in iu-
diciũ inst. de actio lo. Fa. lo. de Pla. & An
ge. in §. tripli. inst. de actio. licet Ias. in d.
§. tripli. distinguat dando certum intel-
lectum, & limitationem ad dictam glo.
in versi. Item mixta in verbo iudicium.
Secundo respon. quod leges & doctri-
nę in contrarium allegate loquuntur in
extentione quæ non fit contra regulam
de iure communi, sicut in nostro casu,
nam regula d. c. inter alia est, quod quili
bet malefactor quantumcũq; grauia de
licta perpetrauerit fugiẽs ad Ecclesiam
gaudet immunitate Ecclesiæ. nisi com-
miserit lattocinium in itinere publico,
vel strata publica, ergo extendere dictũ
textum ad commissum extra stratã pu
blicam, vel iter publicum esset extende
re contra dictam regulam de iure com-
muni, sed de iure habemus, quod nõ de
bet nec potest fieri extentio contra re-
gulam de iure communi extra casum
suum, ergo &c. & quod talis extẽtio nõ
possit fieri, vt per Philip Fran. in c. quę
a iure in prin. de regul. iur. in 6 per il. ñ
textum Din. in regula in argumentum,
& in regula odia restringi eo ti compro
batur per id quod tenet Io. de Vischis
de immunitate Ecclesię n. 29 fol. 134. cõ
tra Hostien. Tertio respon. regulam d.
c. inter alia, fauorabilem esse, quia d. im-
munitas est introducta fauore Dei, & e-
ius Ecclesię, & consequenter est ampliã
da, & non restringẽda, quia odia restrin
gi fauores conuenit ampliari per vira
vulgata. Assumptum probatur per tra-
dita per Remigium Gonni in tracta. de
immuni. eccle. in prin. regulę n. .. versi.
ratio istius regulæ fo. 14. vbi expresse di
cit, quod immunitas Eccle. est introduc
ta ob honorem & reuerentiam Dei, &
ideo immunitas dicitur ecclesię, & non
personarum, & propterea Guillermus
Durandi in tractat. de modo generalis
concilii fol. 100. n. 6. vol. 2. dicit quod fu
gientes ad Ecclesiam defenduntur ob
reuerentiam loci sancti. Et Ioannes Thi
rerii in tracta. de fuga. versi. Item quęri-
tur, dicit immunitatem Ecclesię intro-
18 ductam fauore Dei. Henricus Boich in
c. Ecclesię sub n. 3. circa medium fol. 92.
dicit fauorem immunitatis ecclesię de-
bere ampliari, vt in illo tex. & ideo stan
dum esse regulę dicti c. inter alia pręter
quam in casibus exceptis, quia exceptio
verificat, et firmat regulã, hinc fit quod
propterea, quia dicta regula d. c. inter a-
lia est fauorabilis propter honorẽ Dei,
et suę ecclesię ampliatur per doctores
communiter procedere ad fugientes ad
cimiterium.

Itẽ ampliatur ad fugientes ad eucha
ristiam, et ad sacerdotem tenentem cor
pus Christi, vt late traduntur per Gon-
ni de immunitate ecclesię in rubrica de
fugien. ad corpus Christi fo. 81. et ex prę
dictis etiã infertur quod cũ dicta regula
sit fauorabilis, ideo sequitur, quod casus
fall. dictę regulę sunt odiosi et pœnales,

blice intersit sine metu, & periculo ire per itinera, & allegat d. §. summa qui §. disponit vnum in nostra materia admodum notandum, videlicet, quod si quis commeauerit per viam antiquam non solitam nunc commeari, quod dans dãnum ille euunti per solitam viam nõ punitur illa pœna, minus ergo punitur si iret per loca vbi nunquam fuit iter, nec vulgus commeauit, & nimirum si vsat. & const. Cathalonię & d. c. inter alia iubeant magis & seuerius contra commissa, & committentes in itineribus publicis, quam extra itinera, & quam in domibus propriis, quia plura possunt committi furta, seu latrocinia homicidia, & alia in itinere publico, quam alibi, & vbi maius periculũ ibi cautius est agendũ, & magis attendendũ, & prouidendum.

Nec obstat tertium quod in contrarium deducitur, videlicet, quod iam est receptum in iure, & in practica, extẽtionem fieri de vno casu excepto a dicta regula ad alios casus nõ exceptuatos in d. c. inter alia, vt in c. 1. de homicidio, vbi habetur quod homicida per insidias non gaudet immunitate Ecclesiæ, & in c. fi. de immu. eccle. vbi disponitur, homicidia, & mutilationes membrorum committentes in ecclesiis, vel eorum cimiteriis sub spe immunitatis, non gaudere immunitate ecclesiæ, & in aliis casibus per doctores ibi, & in aliis locis relatis, nam respon. quod ideo dictus homicida per insidias non gaudet, quia fuit ita expresse & specialiter dispositũ per B. Papam in illo capitulo sicut in casibus d. c. inter alia, & non perdit immunitatẽ ex eo, quia fiat extẽtio d. c. inter alia, quoniã vt dixi nulla fit extẽtio, sed specialis & expressa dispositio, & idem potest respõderi ad id quod dicitur de d. c. fi. de immu. eccle. vel sic, quod ille est di uersus casus, quia nec est de regula, nec de casibus exceptuatis a d. regula. c. inter alia. & pro generali responsione ad omnes casus dici forsã posset quod quicquid fuerit practicatũ vltra casus in quibus reperitur esse expresse prouisum, et dispositũ per ius canonicũ, talis practica videtur dãnabilis tãquã cõtra libertatẽ ecclesiasticã, & ius canonicũ per traditta per Io. Igneũ in d. l. 3. §. subuenitur n. 105. 106. 107. & 108. fo. 222. & reuocatur & anullatur per const. prometẽ e encara ordenam in titul. de les santes esgleses & per alia quæ supra dixi & infra referam, & quo ad nostrum casum Baudilij Corones, in facto respondcri potest, quod posito & non concesso, quod aliquo ex dictis casibus possit verificari factã fuisse in practica extentionem aliquam dicti c. inter cetera, tamen dico non reperiri in casu simili nostro, factam fuisse minusq; receptam in practica, nec per doctores extentionem, videlicet de casu cõmisso in itinere, & strata publica ad casum commissum extra, & hæc sola responsio sufficit, vltra quod (vt supradixi) esset contra ius canonicũ & libertatem ecclesiasticam dictam extentionem facere, & taliter faciens incideret in pœnam supra relatam de quã per Igneum in d. l. 3 §. subuenitur nu. 106. ff. ad sillen. a, & nos iuramus, et sub excommunicationis pœna promittimus seruare libertates, et immunitates ecclesiarum, quoniã iuramus sub excommunicatione seruare consti. Reg. Pet. 3. incip. prometem e encara, sub titulo de les santes Esgleses.

Ad quartum quo dicitur, in delictis semper præsumi dolum, et consequenter insidias saltem in latronibus stratarum publicarum secundum Inno. in d. c. inter alia versi. Respon. quia de his, dicentem, quo 1 ideo latrones stratarũ nõ gaudẽt immunitate, qui presumitur, quod insidiose illud fecerint, alu vero delinquẽtes non præsumuntur insidiosè delinquere, et idem videtur velle Ioa. Andre. ibidem. Respon. quod Ancharranus et latius Panor. ibidem n. 20. reprobãt Io. Andre. per notabiles rationes, Gonni. in d. tracta. de immu. in 2. fallen. n. 3. meminit de istis, et videtur transire cum opinione Panor. ex quo vltimo loco refert dictam opinionem, seu rationem Pano. Et cum insidie sint factum, et facta non præsumuntur, nisi probentur per iu

ra vulgata, ideo insidię non præsumuntur nisi probentur.

21 Confirmatur quia de iure habemus, quod quando aliquod factum profertur a lege cum aliqua qualitate, nõ sufficit factum probare nisi probetur illa qualitas secundum Bar. in l. 1. §. ait prætor ff. nequid in loco publ. fiet, sequitur Ias. in l. vt vim vel si 4. confirmo per regulam ff de iusti. & iu. & in l non solum §. faciendum col. 1. ff. de noui oper. nu sed in d. ca. inter alia factum idest latrocinium profertur cum qualitate insidiarum, ergo non sufficit probare latrociniũ commissum fuisse nisi etiam probetur illud commissum fuisse cum insidiis, & si insidiæ iam præsumerentur frustra tex. ille expresse de insidiis mentionem fecisset, & illum intellectum sequendo Ioan. de Vitellis in d. tract. de immu. eccles. n. 19. fol. 133 vol. 2. dicit ad hoc vt latro perdat immunitatẽ tria copulatiue requiri primũ quod sit latro publicus. Secũdũ quod per insidias aliquem aggressus fuerit, tertium quod in stratis publicis, & cum certum sit quẽ posse alium aggredi absq; insidiis, ideo clarũ restat, quod ille aggressor absq; insidiis non perderet immunitatem eccl. si c. Aliã tamẽ respõsionẽ. vide per Pano. in d. c. inter alia, & signãter in quantum dicit, quod si opinio Ioan. Andr. esset vera, sequeretur, quod propter delictum, ex proposito commissum perderetur immunitas, quod falsũ esse dicit, & istam partem verissimam arbitror, & quicquid esset de iure in nostro casu Baudilii Corones nihil refert, cum etiamsi per insidias commisisset non propterea perdere deberet immunitatem ex eo, quia deficiunt dicti duo alia requisita ad perdendam immunitatem, primum, quia non est publicus latro, secundum, quia illud non commisit in itinere, seu strata publica.

Ad quintum, quo dicitur dictum Corones commisisset aliud furtũ in domo, seu hospicio vocato dels Martochs, quę est contigua itineri publico, & sic commisisse duplex furtum siue latrocinium &c. respon. illud non esse probatum, nã de illo loquitur dicta vidua dumtaxat, & ipsa non nominat dictum Corones, nec dicit, quod ipsa esset in dicta domo, & facit instantiam. Item dicta compositio non probat contra d. Corones, nec inducit tacitam confessionem dicti Corones de dicto furto, tum quia d. remissio fuit facta absenti, & compositio pro absente, tum quia non est probatum dictam compositionem factam fuisse de consensu, vel scientia, d. Corones, Et deniq; (quod fortius est) dico quod compositiones licet probarent, contra compositum, & remissum, quo ad hoc, vt remissus teneatur satisfacere damna parti lęse, attamen non probant, vt propterea remissus videatur confessus fuisse delictum, vt ut depuniri possit pœna delicti, ita loquitur pragmatica Regis Petri, Dat. Barci. 3. Kal. Augu. 1347. quæ est in vol. consti. fol. 114. alias 117.

Ad sextum & vltimum quo dicitur Baudilium Corones esse depopulatorẽ agrorum, dico respõsionem euidentem posse colligi ex dictis pro ista parte ex quibus constat illum non esse depopulatorem agrorum eum in eo non reperiãtur ea quę Doctores ponunt debere interuenire, vt quis dicatur depopulator agrorum, nec potest fieri extensio de casu exceptuato a regula d. c. inter alia, ad alium casum contra regulam, pręsertim cum regula sit fauorabilis, & casus fallentiales sint odiosi contra fauorem dictę regulę, vt late dixi supra versi. ad secundum, & versi. tertio respondeo regulam.

Denique super dicta immunitate Ecclesię Baudilii Corones die 13. Februarii 1561. per Reuerendum Regium Cancellarium Mathiam Sorribes fuit declaratum per hęc verba. Declarat Baudiliũ Corones immunitate ecclesiastica gaudere debere, sed retinendum esse per dictam curiam secularem pro praetensis damnis & iniuria. Et nota quod verbum iniuria hactenus in aliis declarationibus non erat solitum poni, prout retulerunt dictus Regius Cancellarius, & aliqui antiquiores Doctores Regij

22

concilii

concilio, & in ista declaratione interfue runt omnes doctores Regii cõcili dẽp ris magnificis Regente Cancellariam, & aduocato fiscali.dicti doctores qui in terfuerunt sunt Magnifici Maralles, Ser ra, Riusech, Lobregat, Ros, Iofre, Su- nyer, Torroella, Quintana, & ego Mi- chael Ferrer, Adde quæ dicam statim su per tonsura eiusdem Corones, & in ob seruantia incip. committens tria homi- cidia in fine.

Post prædictam declarationem super immunitate ecclesiastica factam, curia ecclesiastica repetiuit personã dicti Bau dilii Corones, ex eo quia erat tonsura- tus & cum vnica & virgine coniugatus & inde fuit facta contentio iurisdictio- nis inter dictam curiam, & curiam secu larem Illust. Locumt gener. Cathalo. in qua fuit allegatum pro parte Regii fis- ci procuratoris, quod iam fuerat decla- ratum, dictum Baudilium Corones reti nendum esse per dictam curiam secula- rem pro damnis & iniuria prætẽtis. De

23 niq; die 14. Maii. 1561. fuit declaratũ per dictum Reuerendissimum Regium Cã cellarium cum omnibus doctoribus Re gii concilii, vt sequitur. Pronunciat, sen tentiat, & declarat dictum Corones pri uilegio clericali gaudere, & eius perso- nam ad curiam Ecclesiasticam remitten dam. Prouiso quod per præsentem de- clarationem non fiat præiudicium pro- cessui regaliæ pro prætensis damnis & iniuria fisco Regio illatis, & est sciendũ, quod fuit dictum, quod non fiat præiu- dicium fisco Regio, & nihil fuit dictum de parte priuata quæ etiam petierat dã na sibi illata, ideo quia dicta damna per priuatorum petita descendebant ex delic to, & habuimus pro constanti (facta dis cussione in iure) cognitionem dictorũ damnorum quæ descendebant ex delic to pertinere ad curiam ecclesiasticã per tex. in c. vl. de cleri. coniugat, in 6. Quo vero ad iniuriam & damna illata fisco Regio, fuit facta dicta reseruatio, quia nunquam fuerat declaratum per Regiũ Cancellarium, & dubitabatur per anti- quos Doctores dominum Regem con- sueuisse exigere dicta damna, ex bonis clerici coniugati cum vnica & virgine. Persona vero remittebatur ad curiam ecclesiasticam, Adde & vide omnino quæ dico in capit. incipiente commit tens tria homicidia circa fin. & in ob- seruantiis super titulo clericali in cap. 187.

Ad mei memoriam reduco circa ea quę supra in hoc capitulo in materia immunitatis ecclesię, vetsi. Pręterea at- tẽto quod textus, quod dũ anno 1564. in menseMaii essem in villa Calidarum de Monbuy propter pestem, quę tunc vigebat Barcinone vidi in decretalibus reconditis in libraria Ecclesię dictę vil- lę, textũ dicti capituli inter alia, loquen tem aliter quam ego habeo in-as decre tales, & habebant credo dicti Oldradus & Belluga. in quibus decretalibus est scriptum, frequentata, & non frequen- tant. videlicet qui dum itinera frequen- tata, vel publicas stratas obsident. Et sic ille textus non haberet censum traditũ per dictos Oldra. & Belluga. quis textus sit verior, ego ignoro. hoc tamen scio quod textus pro vt est in dictis decreta libus ecclesię dictę villę Calidarum, nõ nouisset dictũ Corones, quia ille non e- rat publicus latro; & per alias tres, vel quatuor rationes & fundamenta hęc tradita.

a. Stradas.) titu. de commercis y seguretat de camins. fol. 319.

b. De iure diuino.) Exod. cap. 3. Moyses tol- lens tabernaculum extra castra retendit vocauitq; nomen eius. tabernaculum fæ- deris. hanc & alias sacræ paginæ auctori tates refert Francisc. Molin in tract. de sa cra homicidio amittẽda immunitate in princi. n. 2. fol. 281.

c. Volum. constitu.) in noua compil. titul. de remissions de crims y compositions fol. 152.

C A P. 238.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis ecclesi. an perdatur per vni*

cum furtum in itinere per vim, non tamen per insidias sed casu fortuito perpetrato.

2 *Et quid per duo similia.*



1 Nicum furtum, seu latrocinium per vim in itinere publico, non tamen per insidias, sed casu fortuito committens non perdit ecclesiæ immunitatem. Ita tenet & declarat Io. de Vischis in tract. de immunitate eccle. n.19. fol. 133. vol.2. dicens, tria requiri co pulatiue vt latro immunitatem ecclesię perdat, primum quod sit publicus latro secundum quod per insidias sit comissum latrocinium, tertium quod in strata publica sit commissum, Si tamen nō insi nose, sed casu fortuito hoc fecerit non priuatur immunitate ecclesiæ, & dicit ita tenere Doctores in c. inter alia de immunit. te ecclesiæ. sic etiam inter ceteros vult Henricus Boic in d.c. inter alia n.2. circa medium col.3. Pet. Bellu. in Speculo princi. rub. de propositione grauaminum §. sed quia n.13. & seq. fol. 51. Idem tenet Remigius Gonni in tract. de immunitate ecclesiæ in fallen. 2. n. 4. & 5 pag. 104. dicens communem cōclusionem esse, capitulum inter alia procedere, quando in strata publica, & insidiose illi casus committuntur & allegat Ioan. Igneum in l.3. §. subuenitur n.102. & 107. in fine fol.222. ff. ad sillenia. dicētem totam cateruam canonistarum vel le latrones priusquam immunitate ecclesiæ indigni fiant, oportere eos in strata publica, & frequentata paratis insidiis obsidisse vt homines offenderent, & non aliter, potest poni exemplum de eo quod sæpe in hac nostra Cathalonia videmus euenire his temporibus inter quosdam quos vulgus appellat bandolers, qui aliquoties casu fortuito se obuiant, siue encontren in itineribus publicis, & pugnant, & aliqui ex vincentibus capiunt nedum ballistas & archabusia sed etiam pecunias victorum, Idem dico de aliis qui non sunt bandoletii, nec consueuerunt itinera publica, vel stratas publicas causa latrocinii, vel aliàs frequentare, vt puta si aliquis armatus per iter publicum, iret ad quandam villam ob aliquod licitum & honestum negotium, & in itinere publico reperiret aliquem mercatorem, siue paquetayre mercantias in paqueto deferentem, & quia vidit dictum mercatorem solum, & sine armis, & cum mercātiis, & in loco habili, seu apto ad furandum, tam ratione loci, quam etiam, quia nullus alius erat ibi qui perhibere posset testimonium, & quia ipse erat pauper, Ideo his motus quasdam ex dictis mercantiis per vim abstulit, certe isti tales non perderent immunitatem tunc quia nō dicuntur publici latrones, tū etiam quia non commiserunt latrocinium per insidias, & in hoc nunquam vidi, nec audiui contradictorem, nec vidi dubitati. nihil tamen vidi hactenus in specie

2 (si rite recordor) declaratum sed quid si quis duo similia furta seu latrocinia cōmitteret non insidiosè, sed casu fortuito. Certe idem dicerem, quia ad hoc vt latro indignus fiat requiritur, quod latrocinium commiserit per insidias, & non aliter, secundum omnes prædictos doctores, qui ita intelligunt dictum textum in c. inter alia, præmaxime, secundum Igneum, vbi supra in illis verbis paratis insidiis, & pro complemento si vis vide quæ dixi in c.238. circa princi. & fere per totum, & præsertim in ver. pro parte affirmatiua fol.126. & versic. Itē alia, & quarta ratione fol.130. & versi. ad quartum fol.14.

CAP. 239.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatē ecclesiæ nō perdūt grassatores si non perfecerunt insultum.*



1 Rassatores, id est illi qui prædecausa grassati fuerunt, seu insultarunt aliquem in itineribus, nō tamen perfecerūt, vt quia insultatus aufugit, vel propter aliud simile, prout declarat Bonifa. de Vita. in ti. de furibus & latro. in prin. fol.88. & in ti. de furtis, n. decimo

decimo fol. 34. sequendo, & declarando Bartolum in l. capitalium §. grassatores & in §. famosos latrones ff. de pœnis gaudent immunitate ecclesię, quoniam c. inter alia de immunitate ecclesię omnibus delinquentibus quantumcunque grauia delicta committentibus concedit immunitatem ecclesiæ, nisi sint publici latrones, & depopulatores agrorũ & grassatores, licet sint proximi latronibus: tamen non sunt latrones, vt est textus in dicto §. grassatores de quo dixi latius supra in facto Baudilii Corones, c. 238. incipien. Mulier quædam circa medium versi. & differunt latrones a grassatoribus, & licet non viderim declaratum super grassatoribus, tamẽ nũquam audiui dicere contra prędicta.

CAP. 240.

SVMMARIVM.

1 *Depopulator agrorum nocturnus, an gaudeat ecclesiastica immunitate.*

2 *De populator agrorum nocturnus quis dicatur.*

1 Nocturnus depopulator agrorum, non gaudet a immunitate ecclesię, tex. in cap. inter alia de immunitate ecclesę & ibi Panormi. & alii; & Iacobus Marquil in vsa. captus versicu. quęro. 11. fol. 49. quis dicatur depopulator agrorum ponunt Panor. ibi. num. 5. Ioan. de Vischis in tracta. de immunitate ecclesię, num. 10. & dicunt quod nocturnus depopulator agrorum dicitur qui obsidit stratam publicam discrobando transeuntes, vt in illo tex. & quod differt a publico latrone, quia iste clandestine furatur & moratur in loco, vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte segetes destruit dum ibi se abscondit & iacet, & quia propter homicidia & rapinas quę faciunt in stratis comburunt et destruunt segetes, non tamen recordor fuisse super simili facto per regium cancellarium declaratum.

a Non gaudet, Paz. in prax. 5. par. to. 1. ca. 3. §. 3. num. 66.

CAP. 241.

SVMMARIVM.

1 *Homicida voluntarius ex proposito absq; insidiis an gaudeat ecclesiastica immunitate.*

1 Homicida voluntarius, et a pensate, et seu ex proposito, absque insidiis tame, nõ perdit immunitatem ecclesię, et ita passim fuit meis temporibus per Reuerendum Regium cancellarium cum Doctoribus Regii concilii declaratum et obseruatum, sine contradictione ab anno 1530. vsque ad annum 1560. intelligendo ita tex. in ca. 1. de homicidio, et ita illum textum intellexit & tenet Panor. ibidem nu. ibi. secus si extra, & in c. inter alia num. 17. & 18. de immunitate ecclesiæ, Io. de Vischis in tracta. de Immunita. eccle. in §. fallen. nu. 41. cum sequen. fol. 135. vol. 2. 2
per quos Doctores reperies, & habebis responsiones ad ea quæ allegant aliqui doctores tenentes contrarium, & dantes certum intellectum ad dictum c. 1. de homicid. cui intellectui etiam satisfaciunt Panor. & Ioan. de Vischis vt supra; & nouissime facta magna discussione in dicta Regia cancellaria in contentione immunitatis. T. Pereta socii don Hieroni Margarit signanter de eo quod doctes mo serniores Regii concilii ignorantes dictam antiquam obseruantiam, & & intellectum receptum ad dictũ tex. in c. 1. de homicid. dicebant: videlicet quod ad perdendam immunitatem ecclesiæ sufficiebat quod homicidium esset factum per industriam, quia in industria erant insidię, & illam copulam, & positam inter verbum industriã, & verbum insidias, exponebant, & pro id est, alii, & pro seu, cũ reuera possit aliquid committi per industriam, sine insidiis, non tamen sunt, nec possunt esse insidię absque

absque industria, fuit determinatum,& dictus rex.in d.cap.i.de homicidio fuit intellectus,vt in principio huius obseruantię dictum est,reiecta opinione , seu obseruantia francigenarum & fuit declaratum dictum Pereta immunitate ecclesię gaudere,vt infra in sequenti obseruantia eius factum referam. Prædicta tamen limita.& intellige vt dicam infra in cap.incipien. committens in ecclesia homicidium.

4 Pro mate.vid.Frãcis.Molin.de immu.homicid.amit.5.immunitas ecclesiæ quali homicidio amittatur per tot. & ibi nu. 198. declarat mot.prop.Gregor.Pap.14. pro cuius etiam intellecta viden.Gutier. lib.3.pract.qq.quęst.1.num.36. Farinac. de carce.& Carcera.q.28.ad fin. nobilis a P.guera in decis.cathal.cap.54.nu. 8.

CAP. 242.

SVMMARIVM.

1 *Homicidia tria committens ex proposito in vno loco & vno tempore sine insidiis gaudet immunitate ecclesiæ.*



1 Ommittens tria homicidia in vno loco, & vno contextu, siue tempore, sine insidiis tamẽ licet ex proposito nõ sit indignus immunitate Ecclesię, duplici fundamento & ratione,prima quia non censetur nisi vnum delictum licet sint plura homicidia, sicut dicitur vnum furtum quod fit vno loco,& vno cõtextu siue tempore,etiam fide pluribus rebus & diuersis rebus fiat Bar. Ange. Areti. & alij quos (vt paucis agam)reffert, & sequitur Cassaneus in ti. dez iustices rub. 1 §. 5. num.10.fol.40.Sali.in auten. sed nouo iure,nu.10.C.de ser.fug. secundo, quia tex in c.inter alia de immu. eccle. in verbis,quantumcunque grauia maleficia,loquitur in plurali de eo qui commisit plura maleficia, & dicit, quod si est liber homo non est ab ecclesia extrahendus,nisi in casibus ibi expressis, de quibus non est iste, & quia postea euenit casus T.Pereta,ideo ad ibi dicta me refero vbi videbis quid fuit obseruatũ, & est vt sequitur.

CAP. 243.

SVMMARIVM.

1 *Ex tractus ab ecclesia in vim soni emissi eo quia vna cum aliis occidit tres homines ex proposito non tamen cum insidiis, an gaudeat ecclesiastica immunitate & num.5.*

2 *Pro Homicidio ex proposito sine insidiis an perdatur Ecclesiæ immunitas.*

3 *Plura homicidia vno contextu loco & tempore perpetrata dicuntur vnicum delictum.*

4 *Intellectus receptus ad cap.1.de homicid.*

6 *Gaudens immunitate ecclesiæ quanto detineatur pro damnis prætensis.*

7 *Restitutus ad ecclesiam potest citari personaliter per iudicem secularem pro pœna pecuniaria,& quomodo citetur.*



1 Vi vna cum aliis hominibus in eodem loco,& eodem tempore,apensate & ex proposito,(non tamen cum insidiis) occidit tres homines,& fuit ab ecclesia extractus in vim soni emissi, an immunitate ecclesię gaudere debeat.

In facto contentionis immunitatis ecclesię super repetitione T. Pereta liberi hominis socij don Hieronymi Margarit,fuit dubitatum vtrum dictus Pereta qui vna cum aliis apensate, & ex proposito (non tamẽ cum insidiis)occidit tres homines,quorum vnus erat Regius officialis,& fuit extractus ab ecclesia vigore soni emissi, deberet immunitate ecclesię a qua fuerat extractus gaudere. Pro parte Regii fisci procuratoris fuit prætensum dictum Pereta non debere dicta immunitate gaudere per cap. 1.de homicidio secundum intellectum receptum in Francia, videlicet,quod pro vnico homicidio ex proposito etiam absq. insidiis perditur immunitas,de quo per Guido,Pa. q.121. Item allegabatur per dictum

dictum procuratorem fiscalem dictum Petera nō solum commisisse vnum homicidium, sed etiam tria, & illa non simplicia, sed qualificata, quia occidit officialem Regium, & familiā illius, & prædicta delicta videntur grauiora delictis specificatis in c. inter alia de immu. ecc cle. & in c. fi. eo. tit. per quem textum c. fi. dicunt Pet. de Anchar. & alii. quos referunt Panor. ibi. & Ioan. de Visc his in tract. de immu. eccle. nu. 31. fol. 134. quod attento quod rationes d. c. fi. sunt generales, propterea videtur militare in omni alio delicto enormi; & per idemptitatem rationis extenduntur ad alios casus, quā exceptuatos per tex. in auten. de manda prin. §. quod si delinquentes & per alia iura, & per multa alia quæ retuli in contētione Baudilii Corones circa prin. versi. prædicta confirmantur fo.
4 fortius ergo si comiserit tria homicidia vt dictus Petera. In contrariū tamen quod dictus Petera immu. eccle. gaudere deberet, allegabatur pro parte curiæ ecclesiasticæ tex. in 1. de homici. secundum intellectum semper hactenus & in coneuisse receptum per Reueren. Regiū cācella. Cathaloniæ, videlicet, quod pro
2 homicidio ex proposito fine insidiis, id est sine dolosa expectatione non perditur immunitas ecclesiæ, vt late dixi in cō contentione Baudilii Corones vbi vide in cap. 238. versi. item alia & quarta ratione, & etiam allegabatur tex. in dicto cap. inter alia in verbis quantumcunq; grauia maleficia perpetrauerit, qui textus loquitur in plurali per verbum grauia maleficia; & sic loquitur in eo qui plura maleficia commisit. Itē loquitur expresse de maleficiis quantumcunque grauibus; & sic de grauissimis maleficiis dummodo non sint illa quæ ibi & in c. fi. eo. tit. & in d. c. 1. de homici. a dicta regula expresse excipiuntur, videlicet si est publicus latro vel nocturnus de populator agrorum qui dum itinera frequentata aliās frequentat, vel publicas stratas aggressionis insidiis obsidet, vel si est homicida voluntarius cum insidiis vel si deliquid in ecclesia secundū Panor. in d. c. inter alia nu. 2. 4. 14. & 15. & Ioan. de Vischis in tracta. de immu. ecclesiæ a nu. 18. vsque ad 43. fol. 134. vo. 2. alium casū ponit dictus Ioan. de Vis. nu. 18. qui non facit ad propositum, videlicet in infidelibus & eorū seruis Considerabatur etiam per nos conciliarios dicti Reuerēdi cancella. quod dicta triā homicidia nō fuerunt perpetrata diuersis temporibus. nec in diuersis locis, sed vno contextu, siue vno tempore & lo-
3 co. & ideo videntur esse, & sunt vnum delictum, & non plura delicta, sicut dicitur de furto, quia de iure vnicum furtū dicitur, quod vno loco, & vno contextu, siue vno tempore fit etiam si de pluribus rebus, & diuersis personis fiat simul Bar. in l. eum qui §. idem respōdit ff. de furt. Calla. in ti. de iusti. rub. 1. §. 5. fol. 40. nu. 10 per quem videbis concor. & inter ceteras allegat Lagtaria ff. de termi. amo. vbi dinumeratio terminorum inducit dinumerationem delictorū. Ad de Sali. in auten. sed nouo iure nu. 10. C. de seruis fugi. Et denique post magnam discussionem fuit visum, quod d.
4 c. 1. de homicidio hactenus fuit intellectum. & receptum per regium cancellarium quando homicidium est perpetratum, non solum per industriam, & sic ex proposito: sed etiā per insidias, idest per dolosam expectationem, quę in Cathalonia dicitur aguayt. vt late de insidiis posui supra in contentio Baudi. Corones c. 238. in diuersis locis & pręcipue fol. 130. versi. item alia, & quarta ratione ita quod per homicidium ex proposito, sine insidiis, idest sens aguayt, non perditur immunitas eccle. & ptopterea, et per alias prędictas rationes fuit declaratum dictum Petera immunitate ecclesię gaudere sed retinendum esse per curiam secularem pro damnis prętensis. Pro practica est sciendum et aduertendum, quod ideo fuit declaratum dictū Petera gaudere immunitate eccle. quia fuerat ab ecclesia extractus vigore soni
5 emissi, et sic legitimo modo cum aliquali causę cognitione, si tamen extractus fuisset, sine sono emisso, vel alio illegitimo mo-

mo modo tali casu non fuisset ita declaratum,sed fuisset declaratum dictũ Pereta restituendum esse ad ecclesiam a qua extractus fuit,et ita inconcusse obseruatum per dictum Regium cancellarium,pro quo ego allego consti. promctem e encara volem in titu.de les santes esglesies &c. ibi Mier. colla,2,fol, 9. & in colla. 3. cap. Item ordinamus & statuimus de cetero per totum & præcipue nu.5.ibi fallit in casu soni emissi fol. 40.iuncto illo tex qui est in ti.de les santes esglesies. & concordia cardinalis Conuenatum quã allegat Mier. vbi supra,& est sub ti.de pauy treua fo 242 Et ista restitutio solet fieri expensis iudicis secularis,& per ipsum iudicem secularem qui dictam extractionem fecerit. & est rõ,quia hoc vltimo casu ecclesia diceretur,& esset spoliata de facto,et ideo de facto anteomnia esset ecclesia restituenda pro quo vide vulgatã q.Bar. incipien.lapus. Et hinc est etiam sciendum et aduertendum in practica,quod ex eo,quia dictus Pereta fuit ab ecclesia extractus vigore soni emissi,et sic sine spolio;ideo non solum (vt dictum est) fuit declaratum d Pereta gaudere immunitate ecclesię sed etiam fuit declaratum eundem Pereta retinendum esse per curiam secularem pro damnis prętensis intelligendo hoc modo dictum c. 6 inter alia,et Panor.ibi,et dicam latius in obseruantia incipien. laicus extractus,sine sono emisso,tali casu forsan nõ potuisset fieri talis reseruatio, cum ante omnia esset ad ecclesiam restituẽdus & dicta restitutio non fieret ante omnia si ante dictam restitutionem posset dictus Pereta retineri pro dictis damnis,et cognitio et executio dictorum damnorum prius faciẽdę essent, et credo quod propterea hactenus nõ reperitur similem reseruationem factam fuisse quando declaratur extractum restituendum esse ad ecclesiam. Aliqui tamen doctores dubitando dicebant quod forsan idem esset de iure prouidendum in hoc vltimo casu, quod in primo, quia differentia inter extractionem cum sono emisso,et extractionem, sine sono emisso in hoc consistit, vt quando extractio fit cum sono emisso extrahens non incidit in sententiam excommunicationis, extrahens vero sine sono emisso incidit in excommunicationem, ego arbitror primam partem veram,& concedo dictam differentiam, nam nihilominus restat firma immo firmior dicta prima opinio,vt dicamus per iudicem secularẽ retineri posse pro damnis extractum cum sono emisso, quia sic faciendo, & procedendo non spoliauit ecclesiam, nec dictum Pareta, & proinde dictus iudex secularis in nihilo deliquid licet in iustitiam fecerit, & si dicamus extractum sine sono emisso, & sic cum spolio non posse retinere per officialem secularem, nam spoliando de facto delinquit & in excommunicationem incidit, & non esset iuri,nec rationi consonum vt ex dicta spoliatione, ex qua deberet puniri,commodum reportaret, reportaret certe commodum, si non obstante dicto spolio posset retinere pro damnis eum,quẽ cum spolio ab ecclesia extraxerat, & sic bene se compatiuntur ista, videlicet,quod spolians inciderit in excommunicationem,& quod non possit retinere pro damnis eum quẽ cum spolio ab ecclesia extraxit, & quod extrahens ab ecclesia sine spolio non incidat in excommunicationem,& possit retinere pro damnis eum quem ab ecclesia sine spolio,& cum sono emisso extraxit est etiam sciendum & aduertendum in practica,quod extracti ab ecclesia, sine sono emisso sunt immunes ab omni pœna corporali iudicis, etiam si post restitutionem factam ad ecclesiam capti fuerint per iudicem secularem, & ita inconcusse obseruatur, & aliqui doctores dicebant idem esse, quando sunt extracti cum sono emisso, & sic sine spolio, vt sint etiam immunes ab omni pœna corporali iudicis secularis, aliqui alii dicebant contrarium. Ego credo primam partem veram, vt etiam extracti cum sono emisso sint immunes a dicta pœna,

na,per

tia, per tex. in d.c. inter alia qui non distinguit, & propterea nec nos distingue re debemus, & in dubio pro ecclesia, & sic pro immunitate est iudicadum, quia immunitas est introducta fauore ecclesiæ, & sic dicitur immunitas ecclesiæ, & non personarum vt late dixi in dicto. c. 238. versi. ad secundum contrarium vbi videas, scias etiam ob seruari; quod restitutus ad ecclesiam potest citari per
7 sonaliter per iudicem secularē pro pœna pecuniaria, & ita fuit conclusum in regio cōcilio die 3. Octobris 1554. in causa Ferdinandi de Vergos. per tradita per Panor. & Anchar. in d. c. inter alia Oldra. consi. 54 Alberi. in rub. de his qui ad eccles. confug. & non patest citari per captionem pignorum vel personæ licet g. liciter fiscus litiget pignoribus captis, & per captionem pignorum citetur Mier. in consti. item quod omnis firma colla 4 fol. 54 vbi refert quandam pragmaticam, & in consti. Item quod in executionibus nu. 2. cum sequen. col. 5. fol. 111. & consti. volumus col. 6. fol. 141. de quibus fuit oppositum tempore dictæ conclusionis, & nihilominus fuit cōclusum, vt supra propter d. doctrinam Panor. & quia iste casus est irregularis, seu specialis, in quo agitur de immunitate & libertate ecclesiæ, & propter fauorē & libertatem ecclesiæ, adde obseruan. incipien. Extractus ab ecclesia.

CAP. 244.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium vel mutilationem membri voluntarie etiam sine insidiis in ecclesia commitens, non gaudet immunitate.*

1 COmmittens in Ecclesia homicidium, vel mutilationem membri voluntarie, etiam sine insidiis non gaudet immunitate ecclesiæ per tex. in c. fi. de immu. eccle. & ibi Panor. num. 8. & ita fuit obseruatum in illis qui extraxerunt ab ecclesia T. de les Lebres, & postea illum occiderunt in cimiterio.

CAP. 245.

SVMMARIVM.

1 *Committens delicta inferiora homicidio & mutilatione membri in ecclesia, an gaudeat ecclesiastica immunitate.*

a 1 DElicta inferiora, homicidio & mutilatione membri in ecclesia committēs, an perdat immunitatem ecclesiæ, Panor. in d. c. fi. de immu. eccle. videtur tenere distinctionem Host. eit. videlicet q̄ non nisi in grauibus delictis. Ego tamē dubito ne sit contra d. c. fi. iuncta regula cap. inter alia eo. titu. per ea quæ teru li supra in c. 238. versi. ad secundum contrarium fol. 131. vbi vide. fuerunt tamen per regium cancellarium Cathaloniç obseruata sequentia.

a Inferiora) Gutierr. pract. qq. lib. 3. q. 7.

CAP. 246.

SVMMARIVM.

1 *Ex ecclesia delinquens non gaudet immunitate saltem in grauibus delictis.*

a DElinquens ex ecclesia non gaudet immunitate Eccle. ita fuit obseruatum in casu Petri de la Roy, & don Iacobi Margarit qui proiiciebat ab ecclesia iactus ballistarum & archabusiorum contra officiales Regios, & sic dictum delictum fuit qualificatum, quia vt dixi erat cōtra officiales Regios, & sic videtur graue delictū iuxta distinc. hostien. quam refert & seq. videtur Panor. in c. fi. de immu. eccle. & non confidebant de ecclesia, & eius immunitate, alias dubitatem ne sit contra regulam c. inter alia, &c. fi. de immunit. 1 eccle. per ea quæ late retuli in obseruantia 238. versi. ad secundum contrarium

fol.

eus est de iure canonico quod ponit regulam generalem & affirmatiuā, quod liber homo quantumcunq; grauia maleficia committat non potest ab ecclesia extrahi nisi in casibus specialibus quos expresse ponit in c. inter alia,& c.fi. de immunita.eccle.& in c.1.de homici.quorum casuum non est iste,nec comprehēditur in d.c.fi. quia nō omnis delinquēs in ecclesia perdit immunitatem ecclesię sed dumtaxat ille qui commisit mortē aut mutilationem membri,aut secundū Panor,si commisit graue delictum , de quo latius dixi supra in c.245.incipien. delicta inferiora.

CAP. 250.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens præsbyterum magna percussione sine læsione corporis,non gaudet immunitate ecclesiastica.*

2 *Insultans clericum & eum tangens licet non inferat ei læsionem an sit excommunicatus.*

3 *Clericum occidens quem ignorat esse clericum an sit excommunicatus.*

1 Propter magnam percussionem in præsbyterum, sine læsione corporis, fuit,obseruatum,quod percutiens perdit immunitatem ecclesiæ.Ita fuit declaratum & obseruatum in persona Raphaelis Moragues villę Riuipulli,qui percusserat quendā presbyterū nomine Guerau feriendo illum in galea, siue ceruellera quam supra caput suum portabat ita quod ex dicta percussione fracta fuit galea,non tamen facta fuit læsio in capite vel alia parte corporis presbyteri,cecidit tamen presbyter in terram ex dicta percussione,& ideo omnes doctores reputarunt dictam p̄cussionem magnam,& per illam rationem fuit declaratum dictum Moragues nō gaudere immunitate ecclesiæ,& postea fuit allegata decisio, seu annotatio de micer Pastor 85.qua dicitur,quod cap.fi.de immunita.ecclesiæ nedum habet locū in mutilatione mēbri, sed etiam percussione. Ego vero dubitabam,& fui contrarij voti seu opinionis,quia dicta prouisio facta fuit de nocte,& non erat probatum, quod dictus Moragues sciret illum esse præsbyterum pręmaxime, quia dictus Guerau presbyter incedebat vt laycus deferendo galeam,& dictus Moragues non erat illius villę,& quia ex dicta percussione non fuit secuta nec solū mors seu mutilatio membri:sed nec aliqua lęsio corporis,vltra quod non habui pro determinato dictum casum fuisse acordatum,seu ex proposito, pro prædictis omnibus allegabam inter cetera Io. de Vilchis in tracta.de immuni. eccle. nu. 38.& 73.vol.2 fol.134.nota.per Stepha. Aufre. in decis. capellæ Tholosa. 422. versi.secus esset,& in tracta.de potesta. super ecclesiasti.personis in 3. regula in 6.limitatione vbi dicit, quod insultans
2 clericum etiam si illum tangat dummodo læsionem illi non inferat non est excommunicatus, allegabam etiā in arg. Ioan.de Vilchis vbi supra nu.77. in 18. conclusione glo.in c.sicut in verbo grauius 17.q.4. Henricum Boic in c. si vero nu.1.in distinctione quam ponit de sentē.excom.vbi intercetera dicit quod si quis clericum occidat ignorans eum
3 esse clericum, forte quia eum in nocte occidit ille non est excommunicatus,et duo esse necessaria,videlicet quod dolus interueniat,& quod intendebat percutere clericum,allegat Inno. Hostien. & Abb. in locis per eum relatis.Et licet aliqui limitent illud dictum tamen Henricus Boic dicit,quod licet illorum opinio sit probabilis quo ad ecclesiam triūphantem,tamen prima opinio videtur sibi verior quo ad ecclesiam militantē, & de his vide etiam Stepha. Aufre. in d.tract.su de potesta.secul. in personas ecclesia.in regula 3.versi.octauo in percutiente clericum,& probabiliter ignorante,eiusdem voti fuit reuerendū Cancellarius,sed sequendo maiorem partem dictorum declarauit vt supra. An percutiens , & occidens presbyterum defendendo

fendendo se, gaudeat immunitate ecclesię. vide infra c. incipien. occidens pręsbyterum.

a Magnā percutionem] Archid. in c. frater 17. q. 4. c. fin. de immu. eccles. dessumpto arg. ab ecclesia ad ecclesiasticas personas licet contrarium teneant Nauarr. in manu. Cap. 25. num. 19. Boer. decis. 1 9. num. 3. Remig. Gonn. fallen. 32. Paz. in prax. c. 3. 3. 5. p. to. 1. nu. 170. & nu. 171.

CAP. 251.

SVMMARIVM.

1 *Captus per iudicem secularem, si violenter se exemerit a manibus iudicis & fugit ad ecclesiam, an gaudeat. & vid. in addit.*



1 Captus, si violenter cum armis eximitur per se, vel per alios a manibus officialis secularis etiam si captus non fuerit traditus ad carceres officialis secularis, & an fugiat ad ecclesiam, non gaudet immunitate ecclesiæ, Ita fuit obseruatum in don Hieronymo Margarit, est verū quod incontinenti officialis regius secutus fuerit dictum Margarit, & semper vidit illum, & ita debet intelligi hęc obseruantia, & ita fuit intellecta.a

a Aliam obseruantiam antiquā in persona Onofrij Muset anno. 1522. die 20. mensis Decembris. vide in exemplaribus de micer Dalman in verbo, captus fugiens ad ecclesiam, notabiliter cum allegationibus iuris & signāter quid fuit obseruatum, & qualiter fuit processum ad extrahendum dictum Muset ab ecclesia per Regios officiales prudente cō tentione super dicta immunitate, & in verbo ecclesiastica immunitas. Dicta obseruantia potuit fundari ex eo, quia ex quo est in manibus iustitię, non potest ab illa fugere, & si au fugiat extrahendus est, vt per Archidia. in ca. sicut antiquitus 17. q. 4. in qua ratione fundatūr attestum curiæ Burgūdiae, quod incarceratus si cum fractura aufugiat a carceribus & confugiat ad ecclesiam, non debet immunitate gaudere vt per Cassa. in consuetu. Burgun. in ti. dez iustiees §. 5. si aulcun comet. nu. 116. circa finem fol. 54. & pro materia vide Iaco. Marquil. in vsu. captus versi. quęto n. fol. 49.

a Intellecta] Hęc difficultas non operis est exigui cum circa illam, doctores variè opinionū dissentione discrepent; non parum igitur interetit si eorū partes ac sententię subnectantur. Prima ergo opinio est eorum qui existimant, posse fugientē ac se recipientem ad ecclesiā ab ea extrahi & euelli per officialem qui semper eū ad oculum (vt aiunt) fuerit prosequutus, quamuis antea non fuisset captus. Huius sententiæ sunt Cyn. in auctentica si quis. C. ad leg. Iul. de adulter. Hippol. de Marsil. in l. vni. num. 111. C. de rap. virg. Idem in pract. §. vlterius. nu. 5. Alexā. in cons. 24. num. 26. lib. 2. Petr. de Ferra. in sua pract. vers. hęc est quędam inquisitio in 7 col. vers. ex his potest Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. temporis. quęst. 29. incip. statuto cauetur. Secunda opinio est eorū qui existimant, quod captus fugiēs de manibus officialis ad ecclesiam, potest ab ea extrahi per dictum officialem qui illius nunquam dimiserit prosequutionē. & hęc opinio consonat huic obseruantię pro qua vltra Chassan. & alios hic alleg. est Oldral. cons. 54. in fin. Tertia opinio supradictis omnino oppugnans atque diuersa est eorum qui asserunt, quod si talis fugiens siue non sit captus, siue captus euadens, recipiensque suam pristinam libertatē, ad ecclesiam se receperit, quāuis semper fuerit per officialē seu eius familiam sequutus, ab ea extractus immunitate gaudet ecclesiastica. Hanc sententiā tenent Couar. variar. lib. 2. cap. 20. nu. 13. Remig. Gonn. in tract. de immu. eccles. fallen. 29. Boer. decis. 110. nu. 8. Iuli. Clar. recep. sentē. lib. 5. §. fina. quæst. 30. nu. 18. Bossi. in practi. tit. de captu. nu. 22. Paz. in pract. cap. 3. 5. par. tom. 1. §. 3 nu. 40. & 41. Nauarr. in manua. cap. 25. nu. 19. Iuuatur hęc opi. ex tex. in cap. si quis contumax. & cap. diffiniuit. 17. q. 4. & Ita inueni in libro aureo manu scripto exemplariorum grauissimi Senatoris Michaelis de Salba & de Vallesicca fuisse declaratū 27. Iul. 1541. in causa contentionis immunitatis

nitatis allegatæ per T. Ferrer Daguetiũ, est in dicto li. decis. in ordi. 884. Quid igitur in tãto doctorũ discrimine? & Quidẽ in his mihi ancipiti occurrit Egregius Senator Regius Hieronymus Senjust valdè dũs meus, qui retulit fuisse declaratũ in tali casu (aderat enim) prout in apostilla pro primanu scripta, in hac obseruãtia, cuius quidẽ mihi liberaliter porrexit manus reno
2 vis sequẽtis. Die 11. Nouemb. 1604. cũ Anthonius Maso fuisset captus per regium officialem extra cimiterium Ecclesiæ parrochialis de Mollet, & dictus Maso volẽs aufugere cecidisset in scala dicti cimiterij simul cum dicto officiali, qui nunquã eũ dimiserat, & postea dictus Maso fuisset per dictum officialem & illius familiã extractus à dicta scala cimiterii, & propterea allegasset immunitatem: fuit per admodum Reuerendũ Cancellariũ (cum in teruentu nouem doctorũ regij concilij) declaratum, dictum Maso non gaudere immunitate ecclesiastica per eum allegata. Et in isto solo casu videtur posse verificari dictam obseruantiam, & non in casu in ea proposito, insequendo doctrinã Gutierr. lib. 3. practi. quæstio. 6. & doctorum per eum allegatorum: & huius sentẽtiæ non diuersè censent Couarr. Gomez. Boer. & alii superius allegati, cum asserãt. quod si fugiens de manibus officialis suã que recipiens pristinam libertatem ad ecclesiam se receperit, non potest ab ea euelli. gaudetq; a contrario igitur innuendo, quod si non liberè peruenerit ad ecclesiã, sed semper captus, ac apprehẽsus (vt quia nerilosus impellendo vimque faciendo simul cum officiali qui nunquam eum dereliquit) talis captus non gaudeat ecclesiastica immunitate. Et sic determinatio huius obseruantiæ non tenet hodiè nec obseruatur. nobilis a Peguera in decis. Cathalo. cap. 61. in fina. nisi tantum in casu proximè dicto.

CAP. 252.

SVMMARIVM.

1 *Gaudens immunitate ecclesiæ, potest retineri pro damnis & iniuria, si fuit extractus cum sono emisso alias secus.*

1 Laicus extractus ab ecclesia cum sono emisse, & sic sine spolio licet gaudeat immunitate ecclesiæ, quo ad personã tamẽ potest detineri in carceribus Regis pro damnis & iniu ria partis instantis, & fisci procuratoris curiæ Regiæ & pro interesse, seu debito fiscali, allegatur Pet. de Ancar. & Panor. in c. inter alia de immu. eccle. Old. cõs. 54. Alberi. in rub. de his qui ad eccle. cõ. fug. & ità fuit seruatũ in quodã T. qui fuerat extractus ab ecclesia monasterii sanctæ Trinitatis Barcinone pro ho- 1 micidio cõmisso intus palatiũ vulgo dictũ de la cõtessa in persona T. Ortolani dicti platii, & in persona T. Pereta de quo dixi supra cap. 241. vbi vide, & est notã. pro limitatione ad Bar. in q. Lupus versi. solutio nu. 5 quid quãdo est extractus sine sono emisso, & sic cum spolio, vide in sequenti obseruantia.

CAP. 253.

SVMMARIVM.

1 *Extractus ab ecclesia, sine sono emisso, est restituendus ad ecclesiam, & postea poterit citari personaliter (& non per captionem pignorum, vel personæ) pro poena pecuniaria, & pro damnis, iniuria, & pro debito fiscali.*

1 Extractus ab ecclesia per iudicẽ secularẽ sine sono emisso, & sic cũ spolio, est restituẽdus 1 ad ecclesiã, & sic obseruatur, & in sententia, Regius cãcellarius declarat, per hæc verba, declarat T. restituẽdũ esse ad ecclesiã, & postea poterit personaliter citari per curiã secularẽ pro poena pecuniaria ad respondẽdũ supplicationi pro parte fisci procuratoris ob. & ita fuit conclusũ in Regia audiẽtia 3. Octob. 1554. in facto Ferdinãdi de Vergos, per tradita per Panor. & Ancha. in c. inter alia de immu. eccle. & per alios doctores in c. 252. allegatos, nõ obstãte, q̃ fuerit allegatũ fiscũ esse priuilegiatũ, quia litigat pignoribus captis, & sic per captionẽ pignorũ debere citationẽ fieri per tradita per Tho. Mier. in cõsti. Iacob. 2. Bar. Itẽ quod omnis firma colla. 4. fo. 54. vbi refert & inseritur quæda pragmatica. & in cõsti. Regis Alfõsi 3. Mõtis albi. c. itẽ quod in executionibus n. 2. cũ sequen. colla. 5. fol. 11. & in curia Pet. 3. c. volumus etiam colla. 6. fol. 141. fuisse. de mẽte doctorum qui in dicta conclusione interfuerunt, quod nec poterat fieri dicta

citatio per captionem personæ. vide relata supra in cap. incipien. in facto contentionis.

CAP. 254.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus ad ecclesiam, & qui gauisus fuit immunitate, an si postea capiatur possit puniri de delictis commissis ante dictam extractionem, & declaratio nem.*

1 RESTITUTUS ad ecclesiam, tanquam male extractus, cum spolio, vt puta, quia sine sono emisso, si postea capiatur per secularem iudicem, non poterit puniri de delictis commissis ante dictam extractionē, & ita in concussē seruatur, sed dubium est in eo qui fuit extractus sine spolio, scilicet cum sono emisso, dixi latè in c.243. incip. in facto contentionis, versi. pro practica fol.138.

CAP. 255.

SVMMARIVM.

1 *Qui semel amisit immunitatem ecclesiæ, & committat aliud delictum, an gaudeat.*

2 *Et quid quando secundum delictum est tale, quod propter eum non amisisset immunitatem.*

1 QVI semel amisit priuilegium immunitatis ecclesiæ pro vno delicto, & postea cōmisit aliud, & fugit ad ecclesiam, non gaudet immu. eccle. ex quo semel indignus fuit dicta immunitate ecclesiæ, & fuit declaratū ipsum nō gaudere immu a nitate ecclesiæ, licet istud secūdū delictū esset tale propter quod solū, nō amisisset priuilegiū immunitatis ecclesiæ a allegabatur decisio Capel. Tholosa. 422. quę al 2 legit tex. in c. si. episcopus. 7. q. 4. sed ego illud nō reperij, sed videtur esse bonus tex. in arg. in c. episco. 11. q. 3. & licet illa decisio loquatur in eo qui cōmiserat prius sacrilegiū, & propter illud amisit immunitatis priuilegium: attamē idem est quādo amisit immunitatis priuilegiū propter aliud delictū, secundū Ioā. de Visc his in tract. de immu. eccle. nu. 64. vol. 2. fo. 135. vbi loquitur in publico latrone qui post dictū latrociniū publicū cōmisit aliud delictū, & aufugit, & pro prædictis faciunt tradita per Cathal. de Bonto pagnis in tracta. de sindica. fo. 226. n. 97. & 98. & ita fuit determinatū in persona don Hieronymi Margarit, qui semel amiserat immunitatē, imo in fortioribus terminis nō gauisus fuit immunitate, vt dicam in c. sequenti.

a Ecclesię) vid. infra in cap. 266.

CAP. 256.

SVMMARIVM.

1 *Qui semel amisit immunitatē, licet postea pro clericatu fuerit remissus ad iudicem ecclesiasticū, si postea delinquit, non gaudet.*

2 *Et an sit amplius de primo delicto curandum per curiam secularem.*

1 QVi semel priuilegiū immunitatis ecclesiæ amisit, licet postea allegauerit clericatū, & pro eo obtinuerit se remitti ad iudicē ecclesiasticū; si tamē post ea cōmittat aliud delictū, et fugiat ad ecclesiā, non gaudet immu. ec cle. ex quo semel prius amisit immu. ec cle. ex primo delicto, licet pro primo de licto fuerit curiæ ecclesiasticæ remissus, & traditus ratione tituli clericalis, *casus* qui euenit, fuit vt sequi. Don Hierony. Margarit amisit immuni. eccle. propter vnū delictū. postea, quia ipse erat clericus, & beneficiatus curia ecclesiastica ipsum repetiuit, & hinc fuit formata contētio iurisdictionis inter dictā curiā ecclesiā, & curiā secularē Regię audien. & fuit declaratū dictū dō Hierony. Margarit priuilegio clericali gaudere, & fuit traditus curię ecclesiasticę, & pro eo cōmissario breuis apostolici. Postea cōmisit aliud delictū, scilicet resistentiā cuidā officiali Regio qui illū accepit, & a manibus dicti officialis cū valida resistētia a se exemit, & ad ecclesiā aufugit, & ab ea extractus fuit, & fuit formata cōtentio inter easdē curias ratione immu. eccle. pro persona dicti Margarit, in qua cōtē tione duę fuerūt motę principales difficultates, vna fuit, an ex quo dictus Mar garit

garit fuerat captus per Regium officialem, & eximendo se per vim a manibus dicti Regii officialis, aufugit ad ecclesiã, gaudere debebat ecclesiæ immunitate, & ille non est noster casus, fuit tamen determinatum non debere gaudere immunitate ecclesię. de quo dixi, & vide in cap. proximo præcedenti incipien. qui semel amisit Altera difficultas fuit, an licet per primum delictum amiserit immunitatem, tamen ex quo postea ratione cuius dem primi delicti fuit remissus
2 curię ecclesiasticæ, vt de dicto delicto cognosceret, fit amplius curandum per curiam secularem de dicto primo delicto de & pro quo fuerat dictus Margatit remissus ad curiam ecclesiasticam, vt de dicto delicto cognosceret, & fuit responsum, quod non curabatur amplius per curiam secularem de dicto primo delicto, sed de priuilegio immunitatis ecclesiæ quo indignus factus fuerat, & cum sententia anulit, & ad illud restitutus non fuerat per remissionem suę personæ ad iudicem ecclesiasticum, nec alias, pro quo est bonus tex. in c. episcopus 11. q. 3. & per istam rationem, & alias fuit declaratum d. don Hieronymum Margarit non gaudere immunitate ecclesię.

CAP. 257.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiæ dolosè, seu pecunia procurata non prodest.*

1 Quando immunitas Ecclesiæ dolosè, seu pecunia data, est procurata, delinquens non gaudet immunitate. Ita fuit obseruatum in Anthonio Salt qui facta collusione cum portario Regio qui dictum Salt pro Regia curia custodiebat aufugit ad ecclesiam sanctæ Eulalię, seu Engratiæ. Dixerat illi dictus portarius, Germa Salt jo not deman res, fes a ton plaher, & contino dictus Salt exiuit ab hospitio in quo tunc erat, & ingressus fuit dictam ecclesiam sanctę Eulalię, seu Engratiæ anno 1558.5. mensis Martii, & in facto dicti Salt arbitror doctores motos fuisse ad ita declarandum inter cetera, ex eo etiam, quia dictus regius portarius, & eius fraus ac collusio, non potuerũt nocere domino Regi, & eius possessioni, & sic dictus portarius Regius in præiudicium Regis non poterat dare libertatem dicto Salt, nec causare immunitatem ecclesiæ eidem Salt, & (vt dixi) priuare dominum Regem dicta sua possessione, & captura arg. l. fi. C. acqui. & reti. pos.

CAP. 258.

SVMMARIVM.

1 *Qui sub spe immunitatis deliquid nõ gaudet.*

1 Qui delictum commisit, alias non commissurus, nisi ab immunitate ecclesiæ defendere
a tur, non gaudet [a] immunitate ecclesiæ Pet. Belluga in Specul. princip. Rub. 11. §. sed quia n. 11. fo. 50 per ca. fi. de immu. ecclesię, nihil tamen vidi in practica.

a. Non gaudet.) vid. Remig. Gon. in fall. 25.

CAP. 259.

SVMMARIVM.

1 *Infideles & eorum serui non gaudent.*

1 Infideles, & eorum serui, nõ gaudent immunitate ecclesiæ Ioan. de Vilchis in tractatu de immunita. ecclesię n. 18. fol. 133. nihil tamen vidi in practica.

CAP. 260.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate Ecclesiæ non gaudet fugiens ad ecclesiam incastellatam.*

1 Ad ecclesiam incastellatam [a] fu-
a giens, non gaudet immunitate ecclesiae. Ita audiui a Reuerẽdo regio Cancel. Mathia Sorribes practicatũ

 fuisse,

fuisse,de quo vide Pet.Belluga in Speculo princip.Rub.2.fol.49.circa prin.cap. quisquis can.quæstio.7 q.4. pro quo vide aliquid per Iacob.Marquil.in vsa.caprus versi.quęro 11.ibi.nisi esset iuxta ecclesiam.

a Incastellatam] fa.cap.sanctorum 10. q. 2. cap.fin.17.disti.Remig.Gonn.fallē.22.

C A P. 261.

SVMMARIVM.

1 *Occidens præsbyterum defendendose, an perdat immunitatem.*

1 Occidens presbyterum, vel alias percutiens defendendose, videtur,quod non debeat perdere, sed debeat gaudere immunitate ecclesiæ,sicut in simili fuit declaratū in priuilegio cleticali, T. Bolch ciuitatis Balagarii,qui vna cum alio defendendo se occidit quendam præsbyterum,& postea captus fuit per iudicem secularem, & repetitus per curiam ecclesiasticam, & facta contentione, Regius Cancellarius declarauit dictum Bolch priuilegio clericali gaudere.

C A P. 262.

SVMMARIVM.

1 *Pendente contentione super immunitate, non conquiescunt processus curiarū, licet sit secus in contentione iurisdictionis.*

1 Pendente contentione super immunitate ecclesiæ vtraque curia consueuitrecipere testes illud enim quod dicitur pendente cōtentione nihil innouandū esse, sed quiuis processus debet conquiescere iuxta concordiam Reginę Eleonoris,et Cardinalis Conuenarum incipien. En
a nom de Deu sobre les præteses c. sobre aço ques complanyen de ocupar a in tit. de pau e treua fol.246. & cap. Destruss & in cap.si iudex laicus de s nten.excō. in 6.fuit semper per Regios cancellarios & curias seculares,& ecclesiasticas intellectum procedere,& esse verum vbi agitur de iurisdictione ipsarum curiarum, secus vbi agitur de immunitate seruāda vt in exemplaris, seu adnotationibus Hieronymi Dalmau,quō. doctoris Regii concilii in verbo captus fugiens ad ecclesiam circa finem,& in verbo ecclesiastica immunitas, vbi attestatus fuit plures Regios cancellarios ita obseruasse,& omnes ecclesias sēper ita vsas fuisse,pariterque ego pluries vidi & à maioribus audiui.

a Occup. a] ritu.de conten.de iurisdic.

C A P. 263.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate an gaudeant existentes capti in carceribus recipiendo corpus Christi.*

1 Die 23. Ianuarii 1562. existentibus doctoribus Regii concilii in Regiis carceribus ciuitatis Barcinone in visita carceratorum,& tempore iubilei,duo fratres monasterii beatæ *Marię de Iesu ordinis sancti Francisci* obtēta licentia intrarunt aulam & locum in quo dicta visita tenebatur,& retulerunt quod triginta carcerati parum plus vel minus propter dictum iubileū confessi fuerunt dictis fratribus peccata sua & desiderabant recipere corpus Christi & ita pro dictis carceratis confessis rogabant dictum concilium,quod hoc cōcederent,fuit propositum pro dubio an si illis communicaretur corpus Christi gauderent immunitate, ex eo quia aufugiens ad corpus Christi gaudet immunitate, a sicut aufugiens ad ecclesiam,
a & licet dictis doctoribus ibi videretur quod non,attamen vt res maturius ageretur eo maxime, quia nunquam factū fuit decreuerūt habere votum Reuerēdi Regii cancellarii Mathię Sorribes, & ad hoe

ad hoc miserunt vnum ex dictis doctoribus qui retulit dictum Regium Cancellarium facta reuolutione librorum esse eiusdem voti, seu opinionis, quod b tales non gauderent [b]immunitate, & al leg. Enrichum Boie. & Abba.in cap. sane de celebra.missa.archidiacono. in cano. quæsitum 13.q.2. Antho. de Butri. in d. cap. sane,

a Immunitate] Maria.Socin.in tract.de citatione arg.17.num.45. Roma.sing.335. Ant.Gom.variar.to.3.cap.10.n.3.Iacob. de Graff.in decis.Cas.conscien.p.2.lib.1. c.2.a n.32.Chas.in consuet.Burg.tit.dez iustices §.5.Saulcu comment.nu.120.

b Non gauderent) secundum Paz.in Prax. 5.parti.tom.1.cap.3.§.3.nu.37.

CAP. 264.

SVMMARIVM.

1 *Si per commissarium Regium non habentē commissionem ad id, sit aliquis extractus ab ecclesia, & illa extractio per regiam Curiam non fuerit approbata ille extractus debet restitui ecclesiæ, sed per talem extractionem non erit immunis a pena delicti, &c.*

1 Die mensis Martii 1561. in causa immunitatis Antonij Masdeu qui ab ecclesia fuerat extractus per T. Regium commissarium, & per Regiam curiam fuit allegatum quod non fuerat cōmissa dicta extractio dicto commissario nec dictā extractionē, ap.pbabat, fuit declaratum per Reuerendū Regiū cancellariū, vt sequitur. Declarat, attēto quod extractio dicti Antonii Masdeu nō fuit T. comissario regio comissa, nec postea fuit per Regiā curiā approbata: dictum Antoniū Masdeu restituendū esse per dictū T. Regiū comissariū ad ecclesiā vnde extractus fuit, quod tene menti. quia 2 fuit determinatum, quod dictus Masdeu per talem extractionem non erit immunis a pœna delictorum per eum ante dictā extractionem commissorum, nec a iurisdictione Regię curiæ nec alterius iudicis secularis.

CAP. 265.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate ecclesiæ an & pro quibus causis gaudere debeat condemnatus ad opus metalli, per commissarium breuis apostolici.*

1 Die mensis Iunii 1563. in causa immunitatis Michaelis Soler extracti ab ecclesia de Hospitaleto, per Regium cancellariū, fuit facta declaratio sequēs. Pronuntiat, sententiat & declarat, quo ad dictū Michaelē Soler cōdemnatū ad opus metalli per Reuerēdū subdelegatū breuis apostolici extractū ab ecclesia de Hospitaletō, quo ad pœnas & penitētias impositas per dictū iudicē ecclesiasticū, dictæ cōtentioni locū nō fuisse, nec esse, sed quoad delicta comissa de quibus nō fuit cōdemnatus per dictū iudicē ecclesiasticū, quoad iudicē secularē extrahentē, immunitate ecclesia gaudere. Iofre. Torrella. Quintana. Claret.

CAP. 266.

SVMMARIVM.

1 *Qui semel amisit priuilegiū immunitatis propter delictum, si postea cōmittat aliud delictum, non gaudet immunitate, licet aliàs propter delictū secūdū nō amitteret immunitatis priuilegium.*

1 QVI semel amisit priuilegium immunitatis propter delictum, si postea committat aliud delictum, nō gaudet immunitate, licet aliàs propter delictum secundum non amitteret immunitatis priuilegium.

Ita fuit declaratum 13. Nouembris 1560. per Reuerendum Cancellarium in persona Don Hieronymi de Margarit, qui propter quoddam delictum amiserat immunitatem, & postea allegauit priuilegiū clericale, & obtinuit. Et post omnia prędicta cōmiserat aliud delictū propter quod non amisisset immunitatis priuilegiū, nisi iā prius amisisset propter delictū. fundata fuit dicta declaratio per decis. Tholosa. 422. vbi refert conclusū fuisse, q̄ si aliquis semel cōmiserit sacrilegiū in eccl. vel cimiterio & postea ob aliud delictū per eum cōmissum fugiat ad ecclesiā: non habet locum

c. inter alia de immunit. eccle. sed non debet gaudere immunitate per cap. si Episcopus.cum cap.seq.17.q.4.quod ego in meo libro non reperij,& forte voluit allegare tex.in c.Episcopus 11. q. 4. vbi est bonus textus in argu. allegat etiam tex.in c. fi. de immuni. ecclesię in contrarium pro parte ecclesię opponebatur,quod illa decisio Tholos.loquitur in sacrilegio in quo videtur speciale, quia ex quo commisit contra ecclesiã non debet gaudere beneficio,& priuilegio ecclesiæ.cap.fi.de immuni. eccles. & dictus Margarit nihil contra ecclesiam commiserat. cui contrario respondebatur,quod non erat speciale in delicto sacrilegii,sed quod idẽ esset in alio delicto prius cõmisso,dummodo esset tale propter quod perditur immunitas,allegabatur Ioannes de Vischis in tracta, de immunitate eccle.nu.64 volu.2.fo.135.vbi loquendo in publico latrone,& in fortioribus terminis, scilicet quando non est declaratum super immunitate , sed delictum est tale, propter quod delinquẽs non debet immunitate gaudere, tenet quod si publicus latro fuit ad ecclesiam pro illo delicto publici latrocinii, poterit pro aliis delictis prius commissis extrahi ab ecclesia ea ratione,quia per publicum latrocinium priuscommissum priuatus fuit immunitate.Itẽ respon.quod non sequitur,aliquis deliquid in ecclesia & sic committit sacrilegium : ergo perdit priuilegium ecclesię,scilicet immunitatis.Nam non omnis qui deliquid in ecclesia priuatur immunitate ecclesiæ,sed dumtaxat ille qui commisit ibi homicidium,vel mutilationem membri, vt in cap.fi.de immuni.eccle.vel adulterium, vel raptus virginum,secundum Hostiẽ. aut alia enormia delicta secundum . Panor.ibidem nu.8.& 9.& non inferiora, seu leuiora delicta , & istum intellectũ recepit d. Reueren. Cancella. Regius vt est videre supra hoc tit.in cap.245.& 249.fol. 129. & c. 250. fol. 140. de quibus omnibus late traditur per Ioan. de Vischis vbi supra num.27.vsque ad 41. & sub nu.77.circa finem.

C A P. 267.

SVMMARIVM.

1 *Contra illum qui immunitate ecclesię gauisus fuit : potest procedi per iudicem secularem quo ad poenam pecuniariam, sed non quo ad corporalem.*

1 Die 3. Octobris 1554. fuit facta conclusio in Regia Audientia,quod attento quod Ferdinandus de Vergos qui captus fuerat in ecclesia parrochiali de Vergos gauisus fuit immunitate ecclesię quoad hoc vt non posit puniri corporaliter,& nõ gaudet immunitate prædicta, ad hoc vt nõ posit contra eũ procedi ad pœnam pecuniariam : quod dictus Vergos citaretur personaliter ad respondendum supplicatis pro parte fisci procuratoris.Dubium faciebat , quia videbatur prima facie quod erat citandus per captionem pignorum , quia fiscus litigat pignoribus captis, & per captionem pignorum citatur. per tradita per Mier.in consti. Iacobi 2. Barcino. cap.21. incipien. Item quod omnis firma col. 4. fol. 64. & ibi refertur quędã pragmatica,& in consti. Alfon. 3.Montis albi cap. 10. incipien. Item quod in executionibus. nu. 2. cum seque. col la, 5.fol.111. & in constitu. Pet. 3. Perpiniani cap. volumus etiam colla. 6. fol. 141.Attamen in hoc casu propter doctrinam Panor. in cap. inter alia de immunitate ecclesię vbi ponit qualiter sit citandus , quando intenditur procedi ad pœnam pecuniariam , & quia erat casus specialis , & in quo agebatur de immunitate & libertate ecclesiæ fuit(vt dixi)conclusum quod citaretur , & quippe personaliter , quia pro debito ciuili quis potest citari personaliter si visum fuerit, non tamen per captionem pignorum , nec perso-

Et ex prędictis vide an fieri possit regula generalis, quod ille qui comiserit aliquod delictum propter quod esset puniendus pœna corporali, & pœna seu emenda pecuniaria si extractus fuerit per iudicem secularem ab ecclesia gaudere debeat immu.quoad pœnam corporalem:non tamen gaudere debet taliter quod liberetur à pœna seu emenda pecuniaria,cogita,& vide melius & signanter dictam doctrinam Panor & aliorum d. c. inter alia de immu.eccle.

CAP. 268.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio pensi & mensuræ in domo cōtigua ecclesiæ,per quem, & quomodo fiat.*

1 Recognitio pensi & mensuræ in domo contigua ecclesiæ fieri debet per ędilem, siue Mustafacium laicum cū assistentia officialis ecclesiastici.

Ita fuit declaratum per Reuerendum cancellarium anno 1534. & anno 1561. vt ponitur late infra in verbo Mustafacius cap.incipien.Mustafacius.

CAP. 270.

SVMMARIVM.

1 *Homicida voluntarius, & per insidias, non gaudet immunitate ecclesiæ.*

1 Homicida voluntarius per insidias absque alia qualitate homicidii, sed solū quod vnicum homicidium cum insidiis cōmiserit, non gaudet immunitate ecclesię. ita vidi obseruati in multis homicidiis & inter ceteros in persona don Francisci Mecha extracti ab ecclesia parrochiali de Sabadell per tex. in cap. 1. de homici. & dicta obseruantia & declarationes factę per reuerendum regium Cancellarium Cathalonię sunt similes declarationi, & conclusioni factę per parlamentum Dalfinatus vt attestatur Guido. Pa. q. 121. fol. 33.per d.tex.in c.1.de homicidio,licet aliqui doctores scribentes quos ipse Guido Pap.late testatur,ponant alios intellectus ad d.c.1.de homicidio,sed quo ad hoc nostrum institutū sufficit. nobis scite quam opinionem tecepit Regius Cancellarius dicto nomine.Idem tenet Calla.in consuetu.Burg in ti.de aulcun. §. 5. sub nu.111.in ad.itio.quae incipit, Ad quid prosit cum pluribus sequentibus fol 54.& Guiller.Benedic. in tracta tu de homicid.posito post repetitio. ca. Raynuntius de testa.de materia, vide Reungium Gonni.in tracta. de immunita.ecclesiae.est verum quod dictus dō Franciscus Meca erat etiam inculpatus de aliis delictis in itinere publico per insidias,sed tantum ratione dicti homicidii per incidias perpetrati amisit immunitatem ecclesiae,& non ratione aliorū delictorum,quia illa probata non erāt. Et quae dicantur insidiae, vide melius forsan quam alibi supra in c.238.in sacro Baudilii Corones versi.Item alia, & quarta ratione fol.130.colu.fi.in fine.

CAP. 271.

SVMMARIVM.

1 *Procedit regia audientia ad occupationem temporalitatum contra ecclesiasticum non parentem sententiæ in causa contētionis,contra eum latæ,& in fauorem curiæ secularis.*

2 *Iura Cathaloniæ loquentia super occupatione temporalitatum tradūtur.*

3 *Declaratio.*

1 Qvando per reuerendum Regium Cancellarium in causa contentionis iurisdictionis inter curias ecclesiasticam & secularem est lata sententia in fauorē curiae secularis, si curia ecclesiastica non paret sententiae,proceditur per curiam secularem Regiae audientiae ad occupationē tēpoalitatū mēsaeEpiscopalis.



Nequam refetã qrod super contentis in proximo summa tio declaratum vidi, præmitendum duxi quæ de ocupatione temporalitatũ loquuntur iura sequẽtia.

2 Primo vulgata concordia Regine Eleonoris, & Cardinalis Convenarum siue deComenge cap. incipiẽ. Sobre aço ques complanyen de ocupar les temporalitas, quę est cita in volu. consti. fol. 246. col. 3.

Pragmatica Regis Martini dat. Barcinone 28 Martii 1409. quę loquitur de forma seruanda in occupatione temporalitatum prælatorum, & personarum ecclesiasticarũ est in volu. consti. fo. 250.

Pragmatica Regis Ferdinandi Dat. Barcinone 20. Iunij 1413. in eodem volu. fol. 251 pag. 1.

Capitula vulgo dicta de sant Cugat, concessa per Regem Alfonsum dat. in monasterio sancti Cucufatis. 11. Decẽb. 1418. cap. incipien. Item senyor com lo senyor Rey en Marti celebrant corts eo volu. fol. 252. pag. 2. & in c. Item senyor suplica lo dit bras V.R.Sã. fol. 253. pag. 1.

Concesio facta per Regem Ferdinãdum secundum stamento ecclesiastico per viam capitulationis dat. Barci. 8. Octob. 1481. in ea. incipiente. Pretetea vestra crementia, quæ est in eodem volumi. consti. fol. 259.

Item alia concetio facta per Reg. Ferdinan. 2. in curia Dertusæ, data vero in villa de Almansa 23. Aprilis 1496. cap. 4. circa finem, quę est scita in dictis cõsti. genera. immediata ante consti. anni. 1503. Declarationes quas vidi inter alias sunt sequentes.

3 Cum anno 1575. Illustris & admodũ Reuerendus Archiepiscopus Tarrachonæ processisset contra tunc consiliarios ciuitatis Barcinone & alios in vim sacrum conciliorum Tarrachonę, censuras fulminãdo, & ꝓmulgãdo, formata fuit cõtentio iurisdictionis inter curiam secularẽ Regie audientię, & curiam ecclesiasticam dicti Archiepiscopi in forma solita: & Reuerendus Regius Cancellarius suam super dicta contentione protulit sententiam in fauorem curię secularis Regię audientię, & post latam dictam sententiam, idem cancellarius litteris patentibus cum insertione totius dictę sententię illam notificauit dictis archiepiscopo, & illius officiali ecclesiastico ac procuratori fiscali, & not. curiæ ecclesiasticę.

In super syndicus dictæ ciuitatis requisiuit dictos Reueren. Archiepiscopũ & illius officialẽ quatenus iuxta dictã sententiam cancellarii procedimentã per eos facta reuocarent, & pro effectuatione dictę reuocationis absoluerent d. consiliarios ciuitatis Barcinone & alios, &c.

Tandem die 20. Augusti eiusdem anni 1575. fuit per Regiam audientiam me referente prouisum quod scriberetur Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconę, & dictis eius officialibus, quatenus intra dies decem parerent dictę sententię & declarationi per dictum Reuerendum Regium Cancellarium latę & factę, & parendo reuocarent omnia procedimenta facta per curiam ecclesiasticam dicti Archiepiscopi Tarraconę, & censuras fulminatas in vim sacrorum conciliorum Tarracone, contra praedictos Conciliarios Barcinone, & alios iuxta seriem, & tenorem dictę sententię, & declarationis, & de reuocatione prędicta Regiam audientiam certionem redderet, alias sequenti proxima die non feriata compareret in Regia audientia ad videndum declarari super occupatione temporalitatum mensae archiepiscopalis, & quod pro his fierent litterae etcetera iuxta stylum.

Est verum quod aliquando fiunt binę litterae in quarum prima Regia audiendientia requirit & monet, quod intra certum diem officialis ecclesiasticus reuocet, alias in renitentiam, seu non paritionem procederetur ad occupationem temporalitatum, & ad alia iuris remedia, & si intra dictum diem non paruerit, solent fieri aliae litterae continentes, quod dictus officialis compareat certa die in Regia Audientia ad vi

ad videndum declarari super dicta occupatione temporalitatum mensę Archiepiscopalis &c. an in hoc casu processum fuerit ad sententiam, & declarationem, non menti teneo, credo tamen quod Archiepiscopus, reuocauit, & ideo contra eius mentem non fuit vlterius processum quia tamen in similibus vidi, & reperii aliqua notandæ, ideo illa; breuius quo potero referam, præmissa clausula sequenti, quæ in literis occupationis tẽporalium solet hodie poni.

a. Fol. 246. in noua vero compil. fol. 61. ti. de contentions de jurisdic. vbi reperientur quæ infra citantur.

C A P. 270.

SVMMARIVM.

1 *Clausula litterarum directarum curiæ ecclesiasticæ ante occupationem temporalitatum.*
2 *Litteræ super apprehentione temporalitatum.*
3 *Præconizatio super dicta apprehentione.*
4 *Litteræ super restitutione dictarum temporalitatum.*



1 Clausula ponenda in litteris Regijs dirigendis curiæ Ecclesiasticæ antequam dominus Rex faciat occupationẽ temporalitatum. & est notãda, quia vsque ad diem præsentem quæ computatur 28. Aprilis 1575. non reperitur fuisse benè obseruatum, & est conformis pragmaticę Regis Martini 28. Martii 1409 a fol. 250. in fine, & capitulis nominatis de S. Cugat. fol. 252. Item senor com lo senor en Marti. pag. 2.

Et propterea pro obseruantia dictarum concordiæ pragmaticarum, capitulorum, sancti Cucuphatis, & aliorum iurium, & pro tuitione & defensione Regiæ iurisdictionis vos requirimus, quatenus intra dies tres dicta grauamina, & alia procedimenta per vos dictum ad modum Illustrem & Reuerẽdissimum Archiepiscopum, & seu per vos dictum Iacobum Reig dicti Archiepiscopi officialem contra dictos consiliarios ciuitatis Barcinone Matheum Ceruero, & Iacobum Gilabert eiusdem ciuitatis habitatores facta, reuocetis, & de reuocatione nos certiores reddatis, aut intra eosdem tres dies, de iure aut iustitia iurisdictionis ecclesiasticę nostram immo Regiam Audientiam informetis, alias sexta die post præsentationem prętentium vobis vel alteri vestrum factam (si feria ta, non fuerit alias die tũc proxima nõ feriata, quam cum præsenti assignamus cum dierum sequentium continuatione) compareatis per vos vel vestrum legitimum procuratorem in Regio concilio ad audiendum, & videndum declarari, an prædicta, & alia procedimenta per vos, vel alterum vestrum facta: Regia iurisdictio fuerit occupata, lesa, impedita, & perturbata, & etiam impeditur, & perturbatur, & an sit locus vel non, occupationi temporalitatem mensę Archiepiscopalis, alias procedemus procedique mandabimus pro vt iuris fuerit, & rationis iuxta stilum Regiæ Audientiæ absentia vestra in aliquo nõ obstante. Dat Barcinone vigesimo octauo mensis Aprilis anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto.

Litteræ factæ super apprehentione temporalitatum.

2 Maria &c. Dilecto conciliario & Thesaurario Regio &c. Pridẽ nostris cũ literis Episcopum Barcino. requisiuimus, & monuimus vt certa procedimenta, & enantamenta processa, & facta per ipsum seu de eius mandato in præiudiciũ turbationem, & vsurpationem iurisdictionis pręheminentię, & regaliarum dicti domini Regis reuocaret, cassaret, & anullaret, vel si quas, habere prętenderet causas, & rationes propter quas prędicta facere non deberet, de illis nos, & nostrum concilium instrueret intra certũ tempus pro vt in dictis nostris literis ad quas

pi seu eius mense Episcopalis ad quam præuia de causa de nostro mandato per vos, seu aliquem vestrum processum extitit, nec non mandata præconitz atio nes dictæ occupationis, mutationes baiulorum, & aliorum officialium villarū & locoru n dicti venerabilis Episcopi, seu eius mensę, & alia quæcunque procedimenta prætextu dictę occupationis temporalitatum per vos, vel aliquem vestrum facta reuocetis, & ad pristinum statum reducatis prout nos harum serię reuocamus, & ad pristinum reducimus statum. Et nihilominus per hanc eandē dicimus, & mandamus baiulis, probis hominibus, & singularibus vniuersitatum quarumcunque, locorum dicti venerabilis Episcopi eiusque mensę Episcopalis quatenus dicto Episcopo, seu eius officialibus pateant, & obediant, ac respondeant de omnibus quibus parere, obedire, atque respondere tenebantur ante occupationem prędictam. Dat &c.

dicen Marti.) in nou.compil.fol.60. de conten.de iurid.

CAP. 271.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo procedebatur olim, & quomodo hodie proceditur, contra curiam ecclesiasticam turbantem Regiam iurisdictionem, contentione pendente.*



1 Vando curia Ecclesiastica pēdente contentione iurisdictionis turbat Regiam iurisdictionem, procedebatur olim per curiam secularem Regiam etiam ad occupationem temporalitatum in forma infrascripta, sed hodie forsan per cō stitutionem finalem curiæ anni 1553. aliter procedendum erit.

Procedimenta quæ olim fieri vidi, seu legi sunt sequentia.

Cum super repetione personæ Guilermi Raymundi Beda clerici, curia ecclesiastica, pendēte cōtētione iurisdictionis fecisset aliqua pcedimēta turbatiua, & impeditiua iurisdictionis Regiæ Audiētię, oblata prius supplicatione per fisci pcuratorem curiæ secularis Regiæ Audientiæ, prouisum fuit hac forma recepta &c. dicto die facto verbo in Regio cō cilio, prouideт quod rescribatur officiali curiæ Ecclesiasticę cum motiuis & comminationibus in supplicatione contentis & aliis opportunis & fiant litterę stylatę.

Sequuntur litterę.

Ioannes Hernandez Manriques &c. & concludit. Tenore pręsentium vobis dicimus, vosque requirimus & monemus attentè, quatenus prędictis attentis, litteras & procedimenta sic vt pręfertur post dictam formatam contentionem nulliter & iniustè, & in casu nō permisso per vos facta intra spatiū duorum dierum a die pręsentationis pręsentium vobis faciendę, in antea continuē numerandorum reuocetis, cassetis, & anulletis, & a regestris curię vestrę poni tus deleatis, seu deleri faciatis & mandetis, & intra dictum terminum de dicta reuocatione vestris cum litteris, aut alias nos certiores reddatis, reseruato iure super damnis & iniuria, & aliis per dictum fisci procuratorem curię Regię pretensis & petitis eidem fisci procuratori. aliàs nisi prędicta operis per effectum adimpleueritis (quod nō credimus) pro conseruatione & manutentione Regię iurisdictionis & alias procedemus, & procedi mandabimus contra vos & bona vestra, & mensam Episcopalem Barcinone, tam per occupationem temporalitatū & alias pœnas, quam aliàs prout iuris fuerit & rationis, taliter quod iurisdictio Regia intacta remaneat penitus, et illesa Dat. Barcinone 6. Iulij. 1550.

Et quia curia ecclesiastica recusabat contenta in dictis litteris adimplere per fisci procuratorem Regiae curiae fuit supplicatio

ſupplicatio oblata in effectu continens accuſationem contumatiæ, & quia curia Eccleſiaſtica non paruit dictis vltimis litteris reuocando dicta procedimẽta, petiit quod procederetur ad occupationem temporalitatum. cui ſupplicationi fuit facta prouiſio ſequens, Fiat, &c. facto verbo in Regio concilio admiſſa cõtumacia, ſi & in quantum intimetur reuerendo Epiſcopo Barci, & Geraldo Vilana eius officiali, & Vicario Generali. quatenus die præſenti hora quarta poſt meridiem cum ſequentium horarũ continuatione compareant in Regio concilio ad videndum, & audiendum declarari an per litteras & procedimenta in ſupplicatione mentionata impediatur, & perturbetur iuriſdictio Regia & ſit locus, vel non occupationi temporalitatum, & fiant cartella opportuna.

Cuius prouiſionis vigore fuit expeditũ cartellum ſequens.

De part del molt Illuſtre Señor &c. E per prouiſio feta p lo magnifi h &c. intimau al Reuere. Biſbe &c. que lo dit magnifich jutge li atorgue copia de vna ſupplicatio præſentada per lo procurador fiſcal de la Regia Cort, ab la qual ha prouehit &c. & concludit vt in prouiſione Mõtaner Regẽs, & fuit intima.

Simile cartellum directum fuit dicto Vilana officiali eccleſiaſtico.

Dicto die dictus officialis Vilana cõparuit in Regio concilio coram Locumtenente generali domini Regis & verbo reuocauit & anullauit dictas eius litteras &c. de qua factum fuit inſtrumentum per Thomam Veciana ſcribã mandati Regij.

Poſt modum dictus Vilana cum eius literis reuocauit attento quod (vt in eius literis dicebatur) reuerendus Inquiſitor per ſuas literas & proceſſum fidẽ ſibi fecit de ſentẽtia & declaratione per ipſum contra dictum Guillermum Raymundum Beda lata, in qua fit mentio, quod dictus Beda non gaudebat priuilegio clericali, &c.

Et eo tunc erat iam ordinata ſententia occupationis temporalitatum per iudicem Regiæ curiæ nomine Franciſci Xammar, & etiam præconium vigore dictæ ſententiæ. Non tamen fuerũt publicata poſtquam curia Eccleſiaſtica reuocauerat (vt dictum eſt) & quia pro exemplo vtile erit, ideo illam hic inſero.

Sententia.

Nos Ioannes Hernandez Manrique Marchio de Aguilar Locumte. generalis &c. viſa ſupplicatione oblata per fiſci procuratorem curiæ Regiæ &c. facta relatione &c. in ſequendo dictam concluſionem pronuntiamus, ſententiamus, & declaramus per prædictas litteras & procedimenta dictæ curiæ eccleſiaſticæ, notoriè, & euidenter Regiam iuriſdictionem impeditam, & perturbatam fuiſſe, & eſſe, & impediri, & perturbari, & occupationi temporalitatum menſe Epiſcopalis dicti Reuerendi Epiſcopi Barcinone locum eſſe, eaſq; occupari, & apprehendi debere. & pro his fieri, & expediri præconizationes, litteras, cõmiſſiones, & prouiſiones neceſſarias, & opportunas, & quod ſit ſaluum ius dicto fiſci procuratori Regię curię ſuper dãnis & iniuria per eum pretenſis.

Prȩconium.

Ara hojats queus notifiquen y fan a ſaber de part del Illuſtre ſeñor &c. (teſſe runtur omnia prȩdicta) y de la ſentẽtia Real &c. diu y notifique y mane a tot hom generalment ſots pena de mil florins &c. q̃ dites temporalitats, ço es dites iuriſdictions, temporals del dit Biſbe hajen y tinguen per occupades y preſes a ma de la Regia cort manãt a tots y ſengles officials y altres ſubdits a les dites temporalitats que de aqui al dauant no exerceſquen dites juriſdictiõs, nilos ſubdits obeheſquen al dit Reuerent Biſbe de Barcelona, ni a ſos officials, ſino als officials que per regir y exercir dites iuriſdictions per ſa Illuſtre ſeñoria los ſerã nomenats, e deputats. E perque algu, de dites coſes ignorantia no pugue &c.

Aduerten-

Aduertendum tamen est, an hodiè per dictam constitutionem curiæ anni 1553. c. 31. sit aliter aliter procedendum quam supra relatum fuit. dicta enim constitutio est tenoris sequentis. Com sie ordenat que penjant la contentio de iurisdic tio entre les cortes ecclesiastiques y secu lars nos degue inoouar cosa alguna, Per ço statuim y ordenam que penjant la di ta contentio nos pugue innouar cosa alguna encara que fos per stretura de presons. E si lo coutrari se fara que lo Canceller ans de declarar en la conten tio haje de reuocar tot lo que sera enan tat. e innouat.

a. Constitutionem.) titu. de conten. de iurisdict. fol. 211.

CAP. 272.

SVMMARIVM.

1 *Curia Ecclesiastica contentionem firmare recusante, dubioque de dubio respondere nolente, quomodo per dominum Regem procedatur.*

1 SI curia Ecclesiastica nō vult contentionem iurisdictionis firmare, nec super dubio de dubio respondere, tunc curia secularis domini Regis monet bis curiam Ecclesiasticam literatoriè cū comminatione occupationis temporalitatū & in vltima assignat certam horam ad videndum declarari super occupatione temporalitatum iuxta dictam concordiam, seu mentem illius, in ca. incip. Sobre aço ques complanyen a versic. Mas la on sobre aço. & iuxta dictas pragmaticas Regis Martini, & Ferdinandi.

a. Complanyen.) titu. de conten. de iurisd. vol. 2.

CAP. 273.

SVMMARIVM.

1 *Concordia Reginæ Eleonoris & Cardinalis conuenarum, non habet locum in iudicibus delegatis.*



1 CVM delegatis iudicibus Ecclesiasticis dominus Rex, & sui officiales nonformant cō tentionem iurisdictionis secundum concordiam Reginæ Eleonoris, & Cardinalis conuenarum, siue de Comenge, quæ cita est, sub titu. de pau a e treua. Illa enim concordia ecclesiasticos iudices ordinarios dumtaxat compræhendit, & non delegatos. Atque ita quo ad delegatos Ecclesiasticos, Rex remansit in eadem potestate, iure, vsu, & exercitio quibus erat ante dictam cōcordiam, videlicet, quod Rex tanquam habens vniuersaliter iurisdictionem in omnibus temporalitatibus sui regni tuendo, & defendendo suam iurisdictionem cognoscit, & declarat, an ipse turbetur in sua iurisdictione, vel eius iurisdictio vsurpetur, citando delegatos turbātes suam iurisdictionem ad Regiam Audientiam banchum Regiū informaturos. &c.

Et quoniam hoc est non solum notorium, & passim practicatur, sed etiam latè deductum fuit supra in verbo contentio cap. 172. incipien. quando contenditur de iurisdictione inter iudicem ecclesiasticum ordinarium, versi. in iudicibus vero delegatis ecclesi. & versicu. & quamquam necessarium non esset fol. 99 ideo in his amplius non insisto præterquam quod pro iuuenibus aliquid in practica referam.

Quando aliquis delegatus iudex Apostolicus, vt potè conseruator studij generalis ciuitatis Illerdę, vel quilibet alius occupat iurisdictionem Regiā tunc fisci procurator Regiæ curiæ, vel alia persona secularis iurisdictionis Regiæ, sentiens se grauatum per illum delegatum offert supplicationem coram rege, vel eius Locumtenente generali firmando ius, & de iure in forma solita in posse illius, seu eius Regiæ Audientię, & tunc Cancellarius Regius, vel Regens Cancellariam committere solet dictam

ctam supplicationem alicui ex doctoribus Regię Audientię, sub hac, vel simili forma, Magnificus T. recognoscat supplicata, & verbum faciat. Et postea ille doctor visa dicta supplicatione, & recognitis actis & scriptutis quę per supplicantem exhibite fuerint, refert & verbum facit in Audientia Regia, & postea secundum occurrentiam facti, prouide re solet in effectu vt sequitur.

Recepta & c. die T. facto verbo in regia Audientia a simili dicta firma iuris, si & in quantum &c. scribatur dicto T. conseruatori, seu iudici delegato Apostolico quatenus intra dies decem attitata, & comminata per eum reuocet, & de reuocatis fidem faciat, aut intra eosdem in Regia Audientia compareat bãchum Regium informaturus, & pro his fiant literę, seu cartella iuxta stylum.

Est verum, quod aliquando in prima prouisione vidi prouisionem fieri absque illa clausula, aut in Regia Audientia compareat banchum Regium informaturus vt sequitur. Scribatur T. delegato cum insertione dictę supplicationis quatenus attitata & comminata per eum intra decem dies reuocet alias pro defentione regaliatum & iurisdictionis Regię procedetur contra eum vt iuris erit. Et arbitror, quod in illo casu propter magnam dignitatem dicti delegati fuit in prima prouisione mitius actum, & fuit de tempore Stephani Puig fisci aduocati, & meis temporibus, videlicet 20. Februarii. 1554. & sic arbitror videti poterint literę in registro Regio.

Et si delegatus non reuocat, nec comparet in Regia Audientia, tunc per Regiam Audientiam (pręcedente alia supplicatione fisci procuratoris Regię curię:) fiunt secundę literę cum comminatione quod alias procederetur ad occupationem temporalitatũ, formam procedẽdi colligere poteris per deducta supra in c. 269. incip. quando per Regium Cancellarium.

Item est admodum aduertenda pro vtraque curia concessio facta per Regẽ Ferdinandum secundum, flamento Ecclesiastico, per viam capitulationis Dat. b Barcino. 9. Octob. 1481. quę est in vol. consti. fol. 259. pa. 2. qua in effectu prouisum & statutum fuit perpetuis temporibus obseruandum, quod si contenditur inter Regiam Audientiam, & ecclesiasticum iudicem super iurisdictione, veniente dicto iudice Ecclesiastico ad banchum Regium, infra quindecim dies postquam ipse officialis *Ecclesiasticus* venerit ad dictum banchum, pręsente dicto officiali ecclesiastico, & suis aduocatis debeat in regia audientia disputari votari, & concludi an ad regem vel ecclesiam cognitio casus occurrentis spectineat. alioquin lapsis dictis quindecim diebus censeatur causa declarata in fauorem dicti ecclesiastici iudicis.

Et in libro constitutionum qui ordinariè erat in aula regię audien. in margine dictę concessionis & capituli *reperii* apostillam sequentem. Die 18. *Ianua*rii 1537. facto verbo in vtraq; aula fuit uisum quod pro huiusmodi decisione non est soluendum salarium.

a. treua.) in nou. vero compil. tit. de conten. vol. 2.

b. 9) est autem 9. & in ordine. 5. co. ti. pro ista obseruan. vid. O lib. in vsat. alium nã- que c. 11. a n. 21.



De incipientibus litera. D.

DE DECIMIS.

CAP. 274.

SVMMARIVM.

1 *Decimandi possessio probata in vna specie fructuum in certis terris: Infertur ad alios fructus in genere in eisdem terris.*
2 *Sententia.*
3 *Forma executionis illius.*

1 Decimandi possessio probata in vna specie fructuum in certis terris: Infertur ad alios fructus in genere in eisdē terris.

Ita lata fuit Regia sententia ad relationem Bernabe Serra. 21. Augusti. 1561.
2 inter Bernardum de Vilarig, vt legitimum administratorem Yolantis de Vilarig filiæ suæ, & Blancæ de Crudillis quondam coniugum ex vna parte, & sindicum ville de Petra cisa ex altera, sequendo conclusionem in ea Audientia factam, est in posse Ioannis Palau Regij mandati, scribę vice, & loco Antonii Viladamor. Quæ quidem sententia, in eius dispositiua est tenoris sequentis.

Attento ex processu constat quod Blanca vxor quondam dicti Bernardi de Vilarig, mater dictæ Yolantis & illius prędecessores, & post dictę Blancę obitum dicta Yolans illius filia & hęres, & nomine dictę Yolantis dictus Bernardus de Vilarig, vt pater atque legitimus administrator percipere consueuerunt, in parroquiis de Petratallada Canapost, & de Petralata, in terris scilicet decimalibus dictę Yolantis, & prędecessorum suorum in dictis parrochiis decimam, in quantum attinet ad vndecimam, de qua in specie agitur, & contenditur ad rationem vndecimę, hoc est ex vndecim Sarcinis seu oneribus vindemiæ vnam, & si plus vel minus in vinea decimali colligitur, ad dictam rationem respectiuè, non facta differentia inter vineas veteres, &
A nouellas. Sed de omnibus indistinctè, *A.* & vniformiter. De porcellis vero, non ex septem vnum, vt prętendebatur per dictum Vilarig, sed ex octo porcellis vnū inter decimam, & primitiam. Et eodem modo ex Capreolis siue edulis, & agnis. Propterea sua Illustris dominatio pronuntiat, & declarat dictum Bernardum de Vilarig vice & nomine filiae suae manutenendum, & conseruandum fore & esse in dicta possessione, &c.

Quo ad decimam de herba, de nucibus, Cepis, et de Gualda de quibus per homines dictarum parrochiarum contenditur, quod non tenentur ad solutionem decimae, et quod in ea possessione libertatis fuerunt per tempus immemoriale: Attento quod probata possessione decimandi, ex vna specie fructuum in certis terris, ex eo infertur ad alios fruc
B tus. *B.* In genere in dictis terris ita q̄ nō est habendus respectus ad speciem fructus de quo recepta fuit decima, Sed ad decimam in genere, non minus quam si de omni specie fructuum in illis, decima percepta fuisset (alio in speciebus aliorū fructuum in possessione non existente) quia vna et eadem res non debet diuer-
C so *C.* iure censeri, sua Illustris Dō. pronūtiat sententiat et declarat dictum Bernardum de Vilarig vice et nomine Yolantis filiae suae percipere debere et ius percipiendi habuisse, in terris tamen decimalibus dictae Yolantis et praedecessorum suorum in dictis parrochiis integrè, sine fraude et diminutione, et non habita ratione, seu stimatione temporis, decimam de herba, de nucibus, de caepis
D et de Gualda, ad *D.* rationē aliorū similium fructuum non obstante praetensa exceptione

exceptione possessionis, seu vsus immemorialis libertatis.

3 Et post dictam regiam sententiam cū altercaretur inter easdem partes, super forma seruāda in executione dictae sententiae, sindico dictae vniuersitatis, quā tū attinebat ad praestationem decimae de Galda, praetendente, quod vniuersitas seu singulares de eadem non tenebātur decimam competentem dictae Yolanti necari, sed satisfaciebant sententiae dimittendo illam pendentem in terris decimalibus, et patiendo quod dicta Yolans partem sic dimissam, pro decima sic caret, et seu euelleret a terra, et eo modo decima colligeret. fuit die 28. Ianuarii prouisum, dictam vniuersitatem et seu singulares illius non satisfacere modo praedicto dictae sententiae, sed teneri in vim dictae sententiae et pro effectuatione illis, siccate suo debito tempore dictam gualdam. Et eo modo decimā debitam praestare, non obstantibus etc. Et dictus sindicus condemnatus fuit in expensis.

Serra.

C A P. 275.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super decima percipienda de amigdalis, oliuis & alijs ibi.*

2 *Decima praedialis solui debet de omnibus terrae fructibus, & de omni eo quod gignit humus.*

3 *Possidens & praescribens decimam frumēti in aliqua parrochia, habet locum dicta possessio & praescriptio in alijs fructibus.*

4 *Diuitiae clericorum, non debent impedire integram decimae solutionem.*

5 *Decima ex diuino iure debetur.*



1 ITem altera sententia regia inter rectorem Ecclesię parrochialis sancti Petri de Praemiano, nomine Antonium Geruasium Rossell ex vna parte, et Antonium Mora nomine proprio, et vt sindicum siue procuratorem vniuersitatis, et singularium eiusdem parrochiae et termini de Praemiano, ad relationē Bartholomei Bottas relatoris, et Antonij Ros conrelatoris doctorum regiae Audientiae, die 13. Nouembris. 1568. lata, praetendentibus, dictis vniuersitate et singularibus se esse in possessione immemoriali, libertatis, nō soluendi decimam de Allis, Amigdalis, et oleo siue oliuis, et produ ta per dictum Rossell praefata sententia ad relationem dicti Serra lata sequendo conclusionem in regia Audiētia factam, in dispositione dictae sententiae fuit declaratum, vt sequitur.

Attento constat praefatum Antoniū Rossell esse rectorem et possessorem Ecclesiae Sancti Petri de Praemiano, et eo nomine ipsum et praedecessores in dicta rectoria fuisse et esse in possessione 1 seu quasi, temporis immemorialis recipiendi integriter, decimas reales et praediales ex fructibus prouenientibus et acquisitis ex terris in dicta parrochia & termino de Praemiano inclusis: videlicet ex bladis, triticis, vindemia, fabbis, cisteribus et guisis, lino et canabi ad rationem vndecimę partis, et ex animalibus et lana, saltem in cota. Et per consequens constat dictum Rossell & praedecessores, possessores, seu quasi dictae parrochialis fuisse et esse respectiuè vniuersales exactores et decimatores dictae decimae praedialis, atque ita constat tam in viam iuris communis, quam municipalis dictam decimam praedialem esse; et fuisse a dicto tempore immemoriali ecclesiasticam. Et attento constat decimam prędialem a Deo institutam ex ipsius praecepto ecclesiae, & aliis parro-

E chiano, & seu rectore diuiti E. vel pauperi decimam ex omni fructu & ex omni specie fructuum integriter esse debitam & soluendam. Et consequenter cōstat dictam ecclesiam, seu dictum Rossell dicto nomine habere vniuersaliter, & indistinctè suam intentionem fundatam. Et sic constat dictam vniuersitatē et homines parrochianos teneri et obligatos esse, ad praestationem et solutio-

nem

nem integralem decimæ de Allis, Amig
dalis, & oliuis de quibus agitur, sicut de
F alijs B. prædictis fructibus ex dictis ter-
ris decimalibus prouenientibus, cum eo
dem, & non diuerso iure censeri debeât.
Attento etiam quod non constat dictã
vniuersitatem, & homines ab onere, &
præstatione decimæ dictarum speciarũ
fructuum exemptos, & immunes esse:
Prædictis itaq; & alijs &c. dictam inse-
quendo conclusionem sua Excellentia
sententiat, & declarat, & dictam vniuer
sitatem, & homines condemnat ad sol-
uendum integriter decimam de Allis;
Amigdalis, & oliuis ex dictis prędijs de
cimalibus a tempore litis mote, & in fu
turum perpetuo dicto rectori &c. neu-
tram partem ex causa in expensis con-
demnando. Fuit lecta per Ioannem Pa-
lau Regij mandati scribam.

Ista sententia fuit confirmata ad rela-
tionem Francisci Sala relatoris, & Petri
Lobregat conrelatoris in causa supplica
tionis die 8. Augu. 1571. pręcedente con
clusione in regia audientia facta. Et lec-
ta per eundem scribam regij mandati.

Dictas Regias sentẽtias fundatas fuis-
se, seu fundari potuisse arbitror, per iu-
ra quę infra (sequendo ordinem litera-
rum, seu characterum supra in margini
bus positarum) continuabuntur.

A Et primo in litera A. ibi non facta dif
ferentia inter vineas veteres, & nouellas
hoc clarè procedit postquam constabat
de possessione generaliter seu indistinc-
tè, & quamquam de vineis veteribus tã
tum constitisset, idem potuisset iudicari
etiam de nouellis arbitror; quoniam se-
cundum Petrum Rebbuf. in tractatu de
Decimis. q. 8. n. 1. 3. & seq. pa. 23. Decima
2 prędialis solui debet de omnibus terra-
rum fructibus, & de omni eo quod gignit hu
mus per iura quę allegat, & per Henric.
Boic. plenè in c. peruenit in eo. tit. Et e-
tiam fundari potuit per ea quę dicuntur
C infra in litera C. Et quia secundum eun-
dem Rebbuff. in eodem tracta. q. 6. n. 34.
& 35. pagi. 20. vinea in agrum, & è con-
tra ager in vineam commutari potest,
& debetur decima, & (vt dixi) de omni-
bus quę gignit humus decima prędialis
debetur. Pet. Rauennatis in compendio
iuris canonici in titu. de Decimis in pri-
mo not. dicit, nota quod de omni reddi-
tu proueniente ex terra debet solui de-
cima per tex. in cap. 1. eo. tit. Et in prag-
matica Regis Ferdinandi. a; Data in vil-
la de Monço, 2. Septembris. 1510. incip.
Nos don Ferrando. fol. mihi. 388. fuit
statutum per hęc verba in effectu. que
tots homens de la terra nostra, hajen
de pagar als prelats, yglesies, e altres
ecclesiastichs, e als magnats, barons,
&c. E altres a quis pertanyen decimes
y primicies integrament de tots los fru-
yts de totes maneres de blats, e sements
que sobre la terra cullen, e cullir acostu-
men.

B In litera; B. ibi attento quod probata
possessione decimandi ex vna specie fru
ctuum in certis terris, ex consequitur ad
alios fructus, probatur ex eo quod Pet.
Rebbuff. in dict. tractatu. quaest. 14. nu-
mero. 14. 18. pag. 58. ponit dicens si quis
3 possiderit, & praescripserit decimam fru
menti in tali parrochia, si seminetur ibi
milium vel crocus. vel herba ad tingen
dum comoda (quam vulgus Pastell vel
laguede vocat) vel aliud; habebit deci-
mas illarum quae de nouo ibi seritur.
Et quod ita probat Host. in ca. tua. 1. in
fi. de decim. Anchara. in c. cum contin-
gat in fin. ibid. alioquin esset in potestà-
te serentis priuare decimis aliquem, con
tra regulam id quod nostrum est sine fa
cto nostro à nobis auelli non potest. ff.
de regu. iur. l. id quod nostrum. Et secun
dum istam sentẽriam fuit etiam pluries
per Regiam Audientiam declarãtum,
quarum declarationum aliquas infra re
feram.

C In litera C. ibi vna, & eadem res non
debet diuerso iure censeri. Pet. Rebbuff.
in eodem tract. q. 14. n. 18. pag. 57. ponit
casum satis huic similem, ponit etiam ra
tionem per tex. in c. cum in tua de Deci
mis & l. cum qui ff. de vsucap.

D In littera. D. ibi ad rationem aliorum

 similium

similium fructuum, probatur per dicta
B supra in litera.B.
E In litera.E.ibi diuiti vel pauperi, fundari potuit per tradita per eundem Reb
4 buf.q.7.n.14 pag.21. dicentem quod diuitię clericorum non debent impedire integram decimę solutionem, quia decimę non dantur intuitu personarum ecclesiis, sed Dei, decimæ, vbi glo. q. 1. & prop. t diuitias non debent alicui sua iura auferri.c.1.14.q.Ioan.Andrę. & alij in rub de Decim. alioqui Regi diuiti non daret quis tributa, nec creditori diuiti, quod est absurdum. Et quod decima di-
5 uina constitutione debeatur, & ex lege diuina, tradit Rebbuff.44.nu.4.pag.11.
b pragmatis Regis Ferdi.dat.Montisoni. 2.Septembr.1510.Adde & vide omnino quę refero infra post sententiam latam referentibus Sala & Sabaret, versic. luca in quibus.
F In litera.F.ibi sicut de aliis prędiis, fundari poterunt hęc per tradita per eundem Rebbuff.in eo tract.q.8.vbi lině & specifi è, tradit post Henricum Boic. in. c. peruenit de Decim, quem ipse Rebbu. allegat, & per dictam pragmaticam Regis Ferdinandi. Dat. 2. Septemb. 1510. &
A alia deducta supra in litera.A.

Adde pro confirmatione prędictarũ regiarum declarationum ad relationem dictorum Serra, Borras, Ros, Sala, & Lobregat factas & alias sententias & declarationes seu (breuitatis causa) clausulas dispositiuas illarum vt sequitur.

a. Ferrando.) in noua vero compil. incipien. volent degudament proueir tit. de delm. primi. y tusc. fol. 110. vol. 2.
b. pragmat.) tit. eod.

CAP. 276.

SVMMARIVM.

1 *Decima soluitur de vuis quæ colliguntur ex vitibus arborũ, nõ obstante immemoriali præscriptione, & an, & quando soluatur de tritico in manipulis, & quid de fructibus minutis.*

1 DE vuis quę colliguntur in vitibus arborum soluitur decima, non obstante pręscriptione immemoriali allegata, & quando solui debeat decima bladorum in manipulis siue garbis, & non in granis, & quid de fructibus minutis.

Attento ex meritis processus signanter ex confessione partium constat ius decimandi in dicta parrochia competere dictis Miraula Priori Sancti Petri de Sircata, Federico de Fernes, & Ioanne Garrosa agentibus, videlicet dicto priori pro duabus partibus, & dictis Federico de Fernes, & Ioannis Garrosa pro reliquis duabus partibus inter ipsos diuidendis, & in possessione decimandi, & decimam colligendi in dicta parrochia dictos agentes, vt dominos dictę Decimae respectiuè fuisse, & esse. Et attento constat aliàs latam fuisse sententiam Regiam. die 18. Decembris. 1509. in fauorem tunc prioris sancti Petri de Circata in & cum qua fuit declaratum cõtra sindicum vniuersitatis hominum dictæ villæ & parrochiæ sanctæ Columbę de Fernes, illum & homines dictæ vniuersitatis condemnando ad soluendũ dicto priori decimam de vuis quæ colliguntur in vitibus arborum dictæ villæ sanctę Columbę, sicut & eo modo quo soluunt decimam dicto priori de alijs fructibus prędiorum, non obstante prętensa allegatione quod nunquam soluerunt decimam de dictis vuis quę colliguntur in vitibus arborum termini dictę villę & alijs in contrarium allegatis pro vt in dicta sententia (ad quam fit relatio) continetur. Et constat pro dictae Regię sententię executione literas executoriales fuisse expeditas sub die vigesima nona Augusti, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, ad relationem magnifici Adriani Vilana tunc doctoris Regij concilij, nunc vero Regentis Cancellariam, quo referente constat prouisum fuisse die vigesima sexta mensis Augusti, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, quod fieret executio

executio dictę Regiae sententiae contra Michaelem Finestres,& Petrum Rotre habitatores & tertas tenentes dicti termini sanctę Columbę renitentes dictae sententię Regię,& executorialibus obedire pro decimis vuarum, & racemorū per eos collectorum,tam in dictis arboribus vitibus associatis, quā aliàs in dicto termino sub illis modo & forma qui bus soluitur decima de frumento, & aliis fructibus.videlicet ad rationem vnius ponderis siue mesurę seu modii pro quibuslibet terdecim ponderibus mensuris, siue modiis pro vt in dicta prouisione (ad quam relatio fit) continetur quę in rem transiuit iudicatam.Attento etiam cum fuisset comptomissum firma tum inter tunc vnum ex dominis dictę decimę ex vna, & sindicum dictorum hominum sanctęColumbę partibus ex altera fuisse latam sententiam arbitralem die. 2. Nouembris.1537. in & cum qua declaratum fuit dictos homines, & sindicum teneri ad soluendum decimam vuarum arborum non obstante allegata per eos pręscriptione temporis immemorialis, pro vt in dicta sententia arbitrali latius continetur, ad quam fit relatio. Et cōstat ex depositionibus testium pro parte dictorum agentium productorum dictos dominos fuisse, & esse in possessione,seu quasi recipiendi dictam decimam de dictis vuis arborū.Et quia vna & eadem res non debet diuerso iure censeri, videlicet quod vni ex dictis agentibus dicta decima pręstaretur, vno modo & aliis alio modo,cùm vna & eadem sit decima per dictos agentes pe tita inter eas diuidenda modo suptadicto, Aliis etiam meritis processus attentis, & aliàs sua excellentia pronuntiat, sententiat,& declarat dictum sindicum & seu dictos homines fore, & esse condemnandos, vt cum præsenti condemnat ad soluendum dictis agentibus dictam decimam de vuis qui colliguntur ex vitibus in arboribus ad tinuentis ad rationem de tretze,vna,sicut de aliis fructibus solui consueuit,& ad residuum il

lius quod à dicta prouisione citra per dictum magnificum Hadrianum Vilana facta, videlicet à die vigesima septima mensis Augusti, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo ipsis soluere cessarunt.Liquidatione reseruata.In qua ratio habeatur qualis de iure habēda erat de scrutiniis ad instantiam dictorum agentium factis in cellis vinariis quam plurimorum hominum sanctæ Columbæ. Quo vero ad modum,decimam soluendi de omnibus granis de arcsta de quibus solui consueuit decima,videlicet an solui debeat in manipulis siue garbis an verò in granis ad mensuram. Attento ex meritis processus constat dictam decimam aliquoties fuisse fraudatā soluendo in granis ad mensuram, & quia
A est tollenda occasio A.fraudis quæ tollitur si in manipulis siue garbis soluatur decima, pro vt Regia Audientia ita decreuisse compertum est in sententia lata in causa hominum de Mogoda ex vna, & monasterium montis Alacris ex altera sub die vigesimo secundo Maii MD. lxxii. Idcirco & alias sua excellentia pronuntiat,sentētiat, & declarat dictam decimam de granis, & de arelia fore & esse soluendam in manipulis siue garbis & non in granis ad mensuram. Deniq; quo ad petitionem decime de nonnullis fructibus,& ipletis in petitione, & articulis expresis,quę in dicta parrochia colligi consueuerunt, & de illis decima solui non consueuit. Attento iuris commu
A.A nis AA & municipalis B.dispositione sancitum est ex omni fructu decimam de
B beri. non obstante quacunque imme
C moriali C.possessione in contrarium, & consequenter ex fructibus in dicta petitione, & articulis contentis decima debetur,maximè quia dictis agentibus dicta decima competit iure ecclesiae, &
D eam pro ecclesia tenent, & alius non D. extat qui dictam decimam recipiat, nec recipere praetendar. Attento etiam constat dictos fructus in dicta petitione, & articulis contentos ex quibus decima petitur pro maiori parte

colligi,& colligi consueuisse in dicta par rochia in notabili summa & copia ex quibus nulla ratione,nec iuris fundamẽto excusari potest quin dicta decima sol uatur ad eandem rationem de la tretzena, sicut de alis fructibus solui consueuit. Sunt tamen ex dictis fructibus in dictis petitione,& articulis contentis,nõnulli de quibus decima petitur qui minuti censendi sunt quia ex illis parum, & pro vsu proprio singulares dictę parrochię colligunt,& vix aut parum in,& cum illis prędia occupant aut alias. Et quia in viam iuris decima non debetur ex minutis & alis minutis fructibus de quibus maximè decima non consueuit a tempore immemoriali solui, idcirco prę dictis & alis attendendis attentis & aliàs,sua excel entia pronuntiat, sententiat, & declarat de dictis fructibus in petitione & articulis contentis qui colligi consueuerunt in dicta parrochia in notabili summa & copia, decimam dictis agentibus fore & esse soluendam ad dictam rationem de la tretzena sicut de aliis fructibus solui consueuit, & consequenter dictos homines & sindicum fore & esse condemnandos, vt cum praesenti cundemnat ad soluẽdum de his decimam dictis agentibus modo prędicto.

E De aliis vero E.minutis fructibus supra dictis de quibus parum colligitur seu prędia vix occupant, & aliàs minuti cẽcendi sunt,minimè soluendam esse decimam,sed super his dictis agentibus silentium fore & esse imponendum, vt cum pręsenti imponit & dictos conuentos absoluendos, vt cum pręsenti absoluit. Liquidatione fructuum supradictorum de quibus soluenda sit decima,& de quibus non sit soluenda tanquam de minutis reseruata neutram partem in expensis condemnando,sed pro bistractis executionem fieri mandat.

Vidit Xammar Relator.

Vidit Sala Conrelator.

A Pro isto articulo vide speculato. in titu.1.de Decimis n.12.circa fi. qui titulus est in libro quarto part, 3.fol.293. in noua impressione.

A.A Petrus Rebbufi in tracta. de decimis quęstio.8.num.1.3. & sequentibus. dixi etiam supra super sententia Regia lata referente Serra c. Incipiente ita lata fuit Regia sententia sub litera A.

B Pragmatica Regis Ferdinandi 2. dat. in villa de Monço,2.Septembris 1510. incipien. Nos don Ferrãdo fol.mihi. 388. de qua latius dixi supra in dicta Regia sententia referente dicto Serra lata sub litera .A.

C Dicta pragmatica Regis Ferdinandi secundi,Dat. secundo Septembris 1510. fol.mihi 388.colum.3. vbi disponit quod consuetudo immemorialis, et sic praescriptio immemorialis habet locum tantummodo in rebus, & quota decimae. & quamquam ibi fuerit verbum coses. Attamen postea per Regem, & Impetatorem Charolum Montisoni die b decima septembris. 1542. fuit declaratum, b hoc verbum, coses, fuisse & esse impertinenter & nulliter positum per hęr verba. Declaram aquella parauls, coses, posada eu dita pragmatica (Data secundo Septembris. 1510. Montissoni Regis Catholici) no esser conforme a dret quant als costums encara que sien immemurials. Y per consequent no esser estada be posada ne deurer en res sortir effecte. Ans deures rruocar y anullar, o mes propriament declarar nulla com de fet la reuocam, anullam,y declaram nulla. En tot lo restant empero approbam la dita pragmatica,y aqurlla manam esser approbada eusemps ab les demunt dites pragmatiques, &c. Dat. Montissoni a x.de Setembre. M Dxxxx ii. Yo el Rey. Vidit Cerrouotus. Vidit generalis conseruator. Vidit Viues pro conseruatore generali. Vidit Cancellarius in curia quarto, folio centesimo. Haec reperii in processu vertente inter capitulum minoritse,& vici ex vna, & ciuitatem, seu sindicum ciuitatis minoritse. scriba Rouira pro eo fanleyr

leyt. Cuius processus fui ego relator in locum Marti Tu adde & vide omnino pragmaticā Regis Charoli Dat. Barcinone. 18. Ianuarii. 1520. fol. mihi. 435. & aliam factam in loco de Cātillana. 25. Iunii. 1511. Registrata in diuersorio Regis Ferdinandi decimo quarto. fol. 324.

D Rebbuffi *D.* in dicto tract. de Decimis. quæstio. 7. num. 3. 4. & sequentibus, vbi dicit per multa iura quæ allegat quod curatus in sua parrochia habet intentionem fundatam de iure communi in decimis, vt non teneatur probare eas ad se spectare & numero. 10. Ponit quid si consuetudo esset in contrarium, videlicet, vt decima daretur Episcopo, & numero. 12. ponit quid quando non est alius qui agat. ex quo summi potest argu. pro eo quod vult & sentit sententia ista.

Ita tenet Ioan. de Turrecrema. in ca. reuertimini numero. 11. versicu. Ad sextum 16. quæstio. 1. fol. 46. arguendo pro vtraque parte, & sequendo declaratio. nem sancti Thomæ in effectu (si bene illum intelligo) dicit decimam de minutis non esse de præcepto, sed de consilio seu decentia. Nisi de consuetudine, vel ex necessitate ecclesiæ. Petr. Rebuffi. in tracta. de Decimi. quæstio. 13. numero. 51. refert Ioannem de Turre Crem. & allegat aliqua pro & cōtra. Tu tamen pro hoc nostro instituto, quod est scire quam ex variis & contrariis Doctorum opinionibus récepit hæc Regia Audientia, nota quod in istis decimis de fructibus minutis Regia Audientia secuta fuit dictam declarationem sancti Thomæ, vide tamen melius illum. Er pro materia, Ad. de quæ dico infra post vltimam sententiam incipientem Excellentissimus in versi. Denique; Adde quod Pet. Rebuffi.

CAP. 277.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ & primitiæ soluuntur ex immunditiis omnium granorū de Arista (vulgo balleig & reb: lleig) & de omnibus fructibus terræ.*

2 *Quota decima an præscribatur.*



Vod soluatur decima & pri-
1 mitia de balleix & reballeix, siue de immunditiis omniū granorum de Arista & de Lupinis, siue Lubins, & de omnibus fructibus & expletis quos domino Deo largiente terra dedit & produxit; fructibus minutis exceptis) & quod quota decimæ præscribi possit, fuit declaratum in facto sequenti.

In facto causæ vertentis inter Ioannem Ginesta procuratorem & economum capituli ecclesiæ. Sedis Gerundæ, & Monserrato Pastell Rectoris ecclesiæ parrochialis de Fornells diocesis Gerundæ ex vna & singulares dicti loci & termini de Fornells partibus ex altera, lata fuit regia sententia præcedente conclusione ad relationem Guillermi Sunyer doctoris Regiæ Audientiæ, cuius effectus est vt sequitur.

Attento ex meritis processus & signanter ex deductis in articulis per partes respectiuè oblatis & aliàs, constat capitulum sedis Gerundæ & seu administratores Ferialerii dictæ sedis pro se & suos arrendatores percipere, & percipere consueuisse decimam fructuum qui colliguntur in termino dicti loci de Fornells, & Monserratum Pastell rectorem ecclesiæ parrochialis dicti loci nomine dictæ ecclesiæ similiter percipere & percipere consueuisse decimam fructuum qui colliguntur in dicto termino. Et ex deductis pro parte singularium dicti loci de Fornells in articulis per Pollonium Ferrer procuratorem dictorum singularium oblatis 18. Februarii. 1579. signanter in articulo. 23. & 25. & aliis, constat prædictos administratores Ferialerii nomine dicti capituli percepisse, & percipere consueuisse decimam de Grano Aristę, siue de Arista, scilicet frumenti, mestalli, Sigolis siue Segol, ordei, aue-

ne,spelte,fabbarum,pesolorum,siue pesols,cayrerarum,siue de cayrestas,ac etiam vuarum quae in vineis colliguntur & eadem ratione dictum Monserratum Pastell rectorem siue parrochum dictae ecclesiae parrochialis percipere & consueuisse percipere ex dictis fructibus aristę primitiam, & de hoc non contenditur,nec fuit controuersum inter partes, sed tantum conquestas fuisse prędictos administratores dicti Fenalerii & Monserratum Pastell, quod singulares dicti termini recusabant soluere decimam & primitiam de immunditiis tritici siue balleix & reballeix,de lupinis,ciceribus siue ciurons, milio, siue mill, panisio, melcha, canapo, caulis, allis, vuis, vitium arboribus a'fosciarum, de lana, & de agnis, Item etiam quod non soluebant decimam ad rationem decimę mensurę siue de la dezena, contendentibus dictis singularibus termini de Fornells se non teneri ad solutionem decimę nisi ad rationem vndecime, siue de la onzena, & primitiae ad rationem triginta quatuor, ita quod tres mensurę restent decimę, seu recipienti illam, & vna primitię, seu rectori dictę ecclesię nomine primitię, & residuę triginta doño fructuum. Item etiam prętendentibus dictis singularibus non teneri ad praestationem decimę & primitię dictorum balleix & reballeix & aliorum fructuum supra proximè expressorum ob longinquam & immemorialem consuetudinem, siue pręscriptionem non soluendi decimam nec primitiam ex dictis fructibus, & etiam ex eo quod fructus praedicti sunt tenues & modice quantitatis, & nullum fit praeiudicium in decimis & primitiis aliorum fructuum de quibus constat capitulum dictę sedis & Monserratum Pastell respectiue decimam & primitiam pacificè percipere, & percipere consueuisse. Cęterum attento ex dispositionibus testium pro parte dictorum capituli sedis Getundę, & Mõserrati Pastell rectoris dictae Ecclesiae administratorum, & alias constat in dicto termino colligi Lupinos, siue Lubins in notabili quantitate in prędiis de quorum fructibus soluuntur decimae, & ne vna & eadem res diuerso iure censeatur, possessio recipiendi decimam & primitiam in vna specie fructuum conseruat possessionẽ in aliis rebus siue fructibus quantumcunque diuerse speciei & naturę quando in eisdem prędiis in notabili summa colliguntur, quo fit vt ius percipiendi decimam & primitiam ex dictis fructibus allegata pręscriptione tolli non potuit, nec acquiri licentias non soluendi decimam & primitiam ex illis. Et attento ex deductis & probatis pro parte dictorum capituli Gerundę & Monserrati Pastell & alias constat dictos singulares termini de Fornells sub nomine immunditiarum siue de Balleix, & Reballeix pluries decimam & primitiam fraudasse non soluendo illas integre ex fructibus ex quibus soluere sunt consueti. Attento etiam quod decima & primitia ex omnibus fructibus quos Deus omnipotens dat & largitur, & terra producit in termino de Fornells solui debent, omni dolo & fraude cessantibus, prędictis & aliis attentis Geraldus Starach de la costa Iacobus Cardoneda, Michael Ribes, Geraldus Sebils Bartholomeus Starach dela Alzina, Antichus, Raphal, Rafet de Trullas, Iacobus Negre, Raphael Pou, Ioannes Busquets, Ioannes Antich, Iacobus Vilalonga alias Comes, Rochus Maçot, Baudilius Starach del hostal, Micheal Amalrich, Iacobus Sebills alias Vidal, Geraldus Simon alias Arrufat, Monserratus Moner, alias Gori, Franciscus Thomas, & Benedicta Carriona vidua relicta Ioãnis Carrio omnes habitantes & terras tenentes in dicto termino de Fornells, qui in dicto iuditio comparuerunt, condemnati fuerunt ad soluẽdum decimam et primitiam de immunditiis triticorũ, et aliorum granorum de Arista & etiam de Lupinis siue de Lubins, nec non de omnibus fructibus & expletis quos Deo Optimo Maximo largiente terra dedit

dedit & produxit in dicto termino (fructibus minutis exceptis) à die litis motę & in futurum dabit pariter & producet dictorum fructuum liquidatione reseruata in qua habeatur ratio, qui fructus dicantur minuti & qui notabilis quantitatis & valoris.

Denique attentis meritis processus, & signanter ex depositionibus testium per partes respectiuè ministratorum, & aliàs, constat singulares prædictos soluisse, & soluere consueuisse, à tempore immemoriali decimam fructuum, qui in dicto termino colliguntur, ad rationem vndecime mensuræ, siue a la onzena, & primitiam ad rationem tricesime quartæ mensuræ, & etiam constat singulares dicti termini per dictum tempus immemoriale soluere consueuisse ex pluribus velletibus siue vellons lane quotquot sint, vnum tantum vellus, & similiter vnum agnum ex pluribus agnis quotquot sint. Et attento in solutione decimæ quo ad quotam plurimum valet consuetudo. prædictis & aliis attentis dicti homines condemnati fuerunt ad soluendum decimam ad rationem vndecime siue a la onzena, & primitiam ad rationem tricesime quartæ mensuræ ita quod ex triginta quatuor mensuris, habito respectu ad fructus qui mensurari solent, & ex triginta quatuor farcinis siue carregas, habito respectu ad vindemiam tres mensuræ, & tres sarcinæ respectiuè dentur, & soluantur receptori dictæ decimæ, & vna mensura, & suo casu vna sarcina detur & præstetur rectori dictę ecclesię parrochialis nomine primitię.

Nec non ad soluendum decimam ex lana, & agnis modo quo hactenus soluere consueuerunt. scilicet ex pluribus velleribus lane, & ex pluribus agnis quotquot sint vnũ vellus & vnum agnum. & neutra pars in expensis condemnata fuit.

a Probatur per pragmaticam a Regis Ferdinandi. 2. Dat. in Villa de Monço. 2. Septembris. 1510. pagin. 2. circa medium vbi quod fortius est indistinctè disponit que tots los homens de nostra terra hajen de pagar decimes y primities integrament sens frau, e deductio de lauor o sement, de Balleix de treballs o altra manera de tententio &c. Et aduerte quod super ista eadem sententia in illis verbis immunditiarum siue balleix, intelligitur idem esse immunditia, & balleix.

2 Quota enim decimæ præscribi potest secundum pragmaticam Regis Ferdinandi secundi. Dat. in Villa de Monço die 2. Septembris anni. 1510. quę quidem pragmatica; quo ad dictum verbum quota confirmata fuit per aliam pragmaticam factam per Charolum b Regem & Imperatorem. 10. Septembris. 1542. Sed quo ad verbum, coses, in prædicta pragmatica Regis Ferdinandi positum fuit declaratum illud verbum, coses, impertinenter, & nulliter positum, cuius verba posuit supra super sententia referentibus Xammar & Sala, lata in apostilla sub litera C. ibi. declaram aquella paraula posada en dita pragmatica. Data secunda Septembris, millesimo quingentesimo decimo.

a. Pragmaticam.) tit. de conten. de iurisdict. vol 2.
b. Charolum.) ibi.

CAP. 278.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio super decima soluenda de oliuis, cepis, lubinis, &c. ibi.*
2 *Priuilegia super decimis, concessa per summos Pontifices, Regibus Hispaniarum vid. ibi.*
3 *Et quod talia priuilegia valida fuerint traditur. ibi.*
4 *Comites Barchinonæ & Reges Aragonũ ac Hispaniæ acquirẽdo iure belli quasdam terras de manibus Sarracenorũ, partem decimarum ecclesiæ remiserũt seu concesserunt.*
5 *Raymundi Berengarij comitis Barchinonæ,*

ne, & quod Reges Hispaniæ non reco gnoscunt superiorem. traditur ibi.

6 *Laicus spoliando clericum, efficitur de foro ecclesiæ, propter sacrilegium commissum.*



1 Lia sententia qua in effectu declaratum fuit Decimam debere solui, de Oliuis, Cepis, Lupinis, &c. Et de omnibus fructibus. Et etiam declaratum fuit, decimã ex causa dandam & soluendam esse in manipulis quæ sententia est tenoris sequentis.

Excellentissimus locumtenens generalis &c. Visa supplicatione oblata per economum monasterii montis Alacris ordinis Cartusiensis continente, quia agricolę & terrarum possessores termino rum sanctæ Perpetuæ de Mogoda & Marrotelles, & de sanct Fost, & de Cabanyes recusant soluere decimã, de omni fructu terræ, de Lubins, de Veces, de Semitre, Canabi, de Oliuis, de allis & cepis, & aliis rebus absq; causa & iusta ratione: Ideo supplicat causam ipsam ad Regiam Audientiam euocari quam ducere intendit contra Michaelem Masca ro. T. Donyo. T. Febrer &c. dictæ parrochiæ de Martorelles, Ioannem Lõbart, Ioannem Ledo. T. Ribalta & curatores hæredum den Taya, omnes dictæ parrochiæ de S. Fost, Petrum Fontaner, Ioannem Angli, Paulum Prat, Ioannem Oller, Iacobum Bellsola, Amatorem Riba & Petrum Murtra, omnes parrochiae sanctæ Perpetuæ de Mogoda, quia causa est maior centum librarum &c. Attento quod tam per testium depositiones quam per capibreuia & partium cõfessiones & aliàs constat priorem & conuentum monasterii montis Alacris per se & suos ministros fuisse & esse inquieta, & pacifica possessione percipiendi decimas de parrochiis de Moguda Mattorelles, sanct Fost, & Cabanyes de frumẽ ro, tritico, ordeo auena, & de aliis fructibus, & collegisse & recepisse decimam fructuum qui ibi colliguntur & collecti fuerunt in dictis parrochiis sanctæ Perpetuæ de Mogoda, sancti Fausti, Martorelles, & de Cabanyes ab antiquissimo tempore, & constat de suspitione fraudis in solutione dictarum decimarum quæ præstanda, & soluenda venit dictæ ecclesiæ & monasterio. Prædictis iis & aliis meritis processus attentis & aliàs sua excellentia dictam insequendo conclusionem in Regia Audientia factam pronuntiat, sententiat, & declarat dictum priorem & conuentum & ecclesiã monasterii mõntis Alacris ordinis Cartusiensis, manutenendum & conseruandum fore & esse in dicta sua possessione decimandi, & in dicta sua possessione non esse molestandum nec perturbandum, nec molestari, nec perturbari debere, pro vt eum præsenti manuteneri, & nõ perturbari, sententiat & declarat, per homines dictarum parrochiarum, nec per dictos Petrum Ferrer, & Michaelẽ Vinyals, Illorum procuratores modo infrascripto quo ad decimam de nucibus, cepis, pinels, de oliuis, de semine canabis, de lubinis, de allis, de caulibus, de amigdalis, de glande, de quibus per homines dictarum parrochiarum contenditur, quod nõ tenentur ad solutionem decimæ & quod in ea possessione libertatis fuerunt per tempus immemoriale. Attẽto ꝙ pbata prossessione decimã di, ex vna fructuum specie in certis terris, ex eo infertur ad alios fructus in genere & ad quamcunque speciem fructuum in dictis terris: ita quod non est habendus respectus ad speciem fructus de quo percepta fuit decima. Sed ad decimam in genere non minus quam si de omni specie fructuum decima in illis percepta fuisset. Eisdemque meritis processus attentis & aliàs sua excellentia eandem insequendo conclusionem, pronuntiat, sententiat, & declarat, dictum priorem conuentum & monasterium praedictum montis Alacris ordinis Cartusiensis, decimam percipere debere, & ius percipiendi habuisse & habere, pro vt eum praesenti declarat in dictis quatuor parrochiis integrè sine fraude & diminutione, &

nurione, & etiam eandem insequendo conclusionem, in regia Audientia factā pronuntiat, sententiat, & declarat decimam prædictam dandam & soluendam esse in manipulis, siue garbis, pro vt cū presenti solui mandat. Et etiam esse soluendam decimam de oliuis, cepis, lupinis, allis, caulibus, amigdalis, nucibus, glande, & de nuce pinea, non obstante pretensa exceptione possessionis, seu vsus immemorialis prætensę libertatis. De qua non constat saltem vt constare deberet, nec aliis in contrarium pretensis. & neutram partem ex causa, sua excellentia in expēsis condemnat, sed pro biltractis sua excellentia executionem fieri mandat.

V. Sala relator.

V. Sabater.

Lata fuit huiusmodi sentētia per magnificum Regentem cancellariam Franciscum Montaner. Lecta vero & publicata per Bernardum Macip regij mandati & huiusmodi processus scribam in quadam aula domorum prędicti magnifici Regentis: die vicesima secūda Maij mil lesimi quingentesimi septuagesimi secū di, Barcinone, &c. Iura quibus fundari potuerunt motiua huius declarationis, videri poterunt in allegationibus supra in proximis tribus sententiis tradita.

3 Pro materia decimarum in Cathalonia, si quis studiosus, voluerit scire aliquid de priuilegiis concessis per B. Romanos Pontifices regibus Hispanię, & an in illis comprehendantur, vel saltem de facto comprehensi fuerint Comites Barcinone, sicut in regno Valentię: videat Per. Belluga in specu. principum. in rub. xiij. §. tractemus in tit. de decim. fo. 70. nu. 24. & 29. cum sequen. dicentem inter alia: Summum Pontificem dedisse Hispaniarum regi & Aragonum retētionem decimarum omnium terrarum quę a manibus Sarracenorum & paganorum euelleret, siue eriperet, videlicet per B. Papam Gregorium Sanctio Hispaniarum Regi: & Papam Vrbanum, Petro Hispaniarū regi. Et quod tales concessiones fuerint validę tradit, idem Belluga in d. §. restat. a nu. 29. fol. 71. vsque ad nu. 39. inclusiue. fol. 72. & disputat per tres paginas. Et quamquā dictus Belluga thenorem dictarum concessionū aliter quam dixi non referat: Attamen ego illas in quodam memoriali per regiam audientiam domino Regi nostro, & Comiti Barcinone, die. 11. Martij. 1566 misso, vidi, & si opus esset (pro veritate eruenda) poterit, in archiuo regio facili ter reperiri, & in meo adnotationum, siue exemplarium libro continuaui vt sequitur.

Dictum priuilegium per B. Papā Gregorium regi Sancio, in perpetuum concessum dat. fuit Laterani. 13. chalendis Martij anni dominicę incarnationis 1073 & in eo est clausula sequens. Concedimus sequentes predecessorem nostrum Alex. secundum vt ecclesiasticas villarū tam earum quas in Sarracenorum terris capere poteritis: quam earum quas ipsi in regno vestro ædificare feceritis, vel per capellas vestras vel quę volueritis monasteria) sedibus dumtaxat Episcopalibus exceptis) distribuere liceat vobis.

Priuilegium concessum per Papam Vrbanum regi Petro, & successoribus suis in perpetuum dat. fuit Romę 6. kalen. Maij 1095. In quo confirmando concessionem factam per Papam Gregoriū & post in surrectionem contra ecclesiasticos cōtrauenientes dictis cōcessionibus & gratię: sunt verba sequentia, sancimus, vt ecclesias quas in Sarracenorum terris iure belli acquisierint, cum primitiis & decimis (dummodo necessariorum administratione diuina in eius ministratione ritè a conuenientibus personis celebrari faciant) eis liceat retinere.

Et quod tales concessiones fuerint & sint validę, tradit idem Belluga in dicto §. restat a num. 29. fol. 71. vsque ad nu. 39. inclusiue fol. 72. & disputat per tres paginas tradendo pro parte negatiua quatuor, vel quinque fundamenta seu rationes.

4 Quod Comites Barcinone, & postea reges Aragonię & Hispanię facti, acquisierint

fierint iure belli quam plures Sarraceno rum terras, & aliquas partes decimarũ remiserint seu dederint ecclesiis traditur vltra alios per Iacob. Marquil. in vsati. eo cum dominus Raymundus Berengarii, per totum, & signanter a notabili li. vsque ad finem, & dictus vsati. est in vol. constit. in tit. de leis. vsatges y constitution . & incipit . In lingua materna. Com lo senyor en Ramon de Berenguer vell Compte de Barcelona, vbi nominatur subiugator Hispaniæ, & dictus Marquil. ibi in notab. 5 . dicit illum etiam fuisse Christianæ fidei murum, pro vt nunc anno 1585. Catholicus Philippus Hispaniarũ Rex & Comes Barcinone: & pro tali illum beatissimus Papa Gregorius 10. felicis recordationis, et Papa Sixtus quintus nunc in sancta se. de Apostolica præsidens elegerunt.

Dicit in super Marquilles in d. vsati. quod per triumphum victoriam dicti Comitis Raymundi Berengarii cũ Christi auxilio, Duodecim Reges Sarra
5 cenorum facti fuerunt tributarii, & postea cum Comites Barcinone fuerunt Reges Aragonum multa alia similia cõtra Sarracenos & infideles fecerunt, vt in nota. 56. & 57. cum sequentibus cerni potest. Et hinc videlicet quia Reges Hispaniæ a faucibus infidelium habuerunt
b regnum, Non recognoscunt imperatorem in superiorem,[b] vt inquit glo. in canon. Hadrianus in verbo. per singulas in fi. disti. 64. Petrus Belluga in specu. prin. in titu. de forma, et ordine standi, vel sedendi in curia numero. 3. fol. 8. pro cuius glo. intelligentia, videatur omnino per dictum Belluga in rub. de Amorrita. vbi latissimè pro et contra deducit et respondet Marquil. in vsatico omnes causæ, fol. 383. col. 8. ver. quæro secundo an reges subsint, Imperatori, vbi dicit. Idem esse de Comite Barcinone. In super dictus Raymũdus Berengarius Comes Barcinone donationem fecit templariis de Decimis et redditibus multorum castrorum, et locorum Cathaloniç, et Aragoniç, vt dicti templarii defenderent occidentalem ecclesiam Hispaniç, &c. Et etiam aliàs donationes fecit de quibus sit expressa mentio in præfato memoriali, ad quod breuitatis causa me refero.

In super pro materia videri poterit dictus Belluga, in dicto .§. restat. num, 13. fol. 76. Petrus Rebuf. in tractatu de Decimis, quęst. 10. numero 3 3. pagina 33. referendo expressè dictum Belluga, et Thomam Meres, in constit. 4. quę incipit, volents les cousttitutions a numero 24. columna 4. fol. 3. Et quo ad eorum dicta ego animaduertendum puto, quod si et vbi vera sint, quę ip
6 si doctores referunt, tamen non procederent, quando clericus per laicum spoliatur sua possessione, quam isto casu laicus spoliando clericum deliquit et sacrilegium committit, et proprerea efficitur de foro ecclesiæ, vt per Stephanum Aufre. post. multa per eum allegata, in additionibus ad suam repetitionem factam super Clemen. 1. de offic. ordi. in titulo de possess. eccle. super laicos et rebus eorum in 29. casu fol. mihi 122. de quo dixi supra cap. 229. incipi. Econọmus præsbyterorum fol. 122, Veritatem tamen omnium prędictorum, et quid obseruandum sit relinquo determinationi sanctę matris ecclesię, qui me, et per me dicta et relata submito vt verus catholicus.

a Priuilegiis) Oliba. in vsat. Alium namq; cap. 12. num. 10.

b Superiorem) Abb. in cap. nouit. ext. de iudi. not. 3. num. 116. & cap. per venerabilem. ex. qui filii. sint leg. Auiles. in cap. prætorum in proemio glo. 1. num. 13 Olib. in vsat. Alium namque cap. 3. Mier. parte 1. in cur. Iacob. 3. cap. 30. num. 8. coll. 5. Cali. in vsat. cum dominus Raymundus.

CAP.

CAP. 279.

SVMMARIVM.

1 *Concessiones & pragmaticæ super decimis ibi exprimuntur.*



Loca in quibus reperii dictas & aliquas aliàs concessiones & pragmaticas, super Deci-
1 mis, in fauorem ecclesię & aliorum loquentes, hic per viam summę, repilogare decreui, vt facilius reperiri possent, & consequenter vt laboribus parcatur.

Concessio per Regem Ferdinandū 2. dat. in ecclesia Beatę Marię villę Montisoni facta ad supplicationem brachii ecclesiastici, incipit. In nomine Domini, est in volum. consti. post constitutiones eiusdem anni 1510 fol. mihi. 382. & in illius principio confirmando quendam actum ibi relatum dicitur, que les decimes y primicies possehides per los ecclesiastichs se pertanyen a clls, tam de iure diuino, quam humano, y que dit acte fie hagut per expressar.

Item in actu immediate post præcedēte pragmaticam, posito & in præcedenti confirmato qui incipit. Per lo molt alt e exellentissimo Señor col. 5. vers. Itē laudamus confirmamus fol. mihi. 383. & 387. dictus Rex inter alia laudauit, & approbauit quascunque alienationes, & transportationes in dictas ecclesias, & ecclesiasticas personas, &c. Et in vers. sequenti recognouit iterum quod decimę & primitię possessæ, & detētæ per dictas ecclesias & ecclesiasticas personas, ac religionem, & militiam montese pertinuerant, & pertinent de iure diuino pariter & humano & voluit quod dicta recognitio, & alia ibi relata corroborentur bulla 8. domini Nicolai Papę quinti, vt in illo tertio capitulo continetur.

Item Rex Ferdinandus in pragmatica eadem die. 2. Septemb. 1510. facta incipiente, Nos don Ferrando per la gracia de Deu, fol. mihi 388. volens prouidere fraudi qui in soluendis decimis, cum debeantur iure diuino, committebatur, sanciit quod omnes teneantur soluere decimas, sine fraude, ne dum ecclesiis sed etiam Magnatibus, Varonibus, militibus hominibus deparatico, & aliis quibus pertineant, exceptats pactes. Fuit postea declarata, & reuocata quo ad verbum (coses) tātum ibi positum per Carolum bone memorie Regem, die 10. Septembris 1542. Montissoni, vt retuli supra super regia sententia ad relationem Xammar & Sala lata in apostilla sub litera. C. ibi declaram aquella paraula &c.

Alia pragmatica Regis Caroli Dat. Barcinone 18. Ianuarii, 1520. incipiē. Nos Carolus posita immediate post constitutiones curiarum anni 1520. fol. mihi. 435. disponit quod constitutio facta per Papam Leonem, in decima cessione Sacri concilii sancti Ioannis de Letra. anno 1518. nonas Maii Pontificatus sui anno 3. seruetur.

In alia pragmatica eodem die 2. Septem. 1510. per eundem Regem Ferdinandum facta in villa Montissoni, incipien. Nos don Ferrando. fol. mihi, 388. qua inter alia dispositum fuit, vt supra in alio loco dixi. Que decimes y primicies se hajen de pagar de tots los fruyts que sobre la terra se cullen, y de la forma que se han de pagar, y del loch, y quant tēps se ha de esperar al qui ha de rebrer, &c. Est notanda signanter dum in versi. Ab tenor de aquesta, vbi etiā disponit quod solui debeant, etiam Magnantibus, baronibus, militibus, hominibus de paratico & aliis dominis ad quos pertineant decimę.

Adde pro materia decimarum in capitulis curię anni 1542. cap. 42. & in constitutionibus eiusdem curię anni. 1542. cap. 53. fol. mihi. 493. etiam sunt alie constitutiones de decimis loquentes quas breuitatis causa, & quia faciliter reperiri poterint, non hic refero.

Denique Pet. Rebuf. in d. tracta. de decimis q. vltima. nu. 1. Cum sequentibus signanter num. 9. tradit late, penas quibus puniuntur non soluentes decimas, & quibus præmiis donentur, siue doten-

tentur soluentes Decimas. Et aliquid Petrus Rauennatis in Cōpendio iuris Canonici in tit. de Decimis, circa principi. fol. mihi. 57. quæ non sunt obliuioni tradenda.

Adde quo ad ciues Barcinone, quid de Decimis de oliuis & defructibus aliorum arborum, & de primitiis fructuū vinearum, a Colle de Cōdiuis vsque ad Kiariani de orta & podio de aquilario. & a Colle Cerola vsq. ad mare. Et quid de fabbis, & citeribus & aliis leguminibus quæ seminantur in vineis Barcinone, traditur in priuilegio vulgariter dicto Recognouerunt pro ceres cito in volu. constitutionum Cathaloniæ, sub titul. Decimis, & prēmitiis arborum, & in titulo, de leguminibus. & de dicto priuilegio fit expressa mentio in regia sententia die 9. Ianuarii, 1587. ad relationem magnifici Guillermi Sunyer, non tamē lata fuit præcedente conclusione in regia Audientia facta, nec in causa dicitur quod facta fuerit relatio in regia Audiētia, erat scriba processus. Font notarius pro collegio. & per ab sententiam locūtenenti generalis domini regis fuit euocata ad audientiam generalis vices gerentis Gubernatoris Cathaloniç, & causa vertebatur inter Paulum Malet Rectorem ecclesię parrochialis de Pinu dictę ciuitatis Barcinone ex vna parte, & Bernardum Peleia, & alios.

CAP. 279. & alias 280.

SVMMARIVM.

1 *Decretationes & commissiones quis faciat Cancellario Regio & Regente Cācellariam absentibus, seu infirmis.*



1 Decertationes, commissiones & euocationes causarū, quando Regens Cancellariam est absens a ciuitate, seu villa in qua Regia Audientia residet, & Cancellarius Regius est infirmus, quis consueuit facere? super hoc die 7. Decembris 1564. facta fuit conclusio sequens.

Die septimo mensis Decembris anno 1564. in Regia audientia Barcinone ibidem celebrata praesidente in ea magninifico Barnaba Serra antiquiore: inter fuerunt sequentes.

Mag. Petrus Llobregat, Michael Ferret Michael Terça, Ioannes Iofre, Hieronymus Sunyer, Antonius Ros, Michael Quintana, Iacobus Clarer, Antonius, Nagreil.

In facto propositionis factę per magnificum Michaelem Terça aduocatum fiscalem Regiae curiae, ac doctorem Regii cōcilii super relatione per regios scribas mandati, nec non per alterū ex virgariis Regiae audientiae facta de infirmitate reuerendi Mathiae Sorribes regij cancellarii, & sic de impedimento super decretationibus faciendis & aliis ad officium Regii cancellarii spectantibus habita super his (coniunctis duabus aulis regiae audiētiae) matura discussione. Attento quod per nouam constitutionē curiae generalis praesentis anni. 1564. In qua fit specialis prouisio quod deficiente magnifico Regente cancellariam in tribunali regiae audiētiae, in quo pręsidet in locum vicecancellarii, quod in illo tribunali seu aula regiae audientiae praesideat antiquior regiae audientiae cum eadē potestate quam habet dictus vice cancellarius, & suo casu Regens cācellariam non prouidetur in specie quid agendum sit in aula dicti cancellarii eo infirmo, aut absente, & attēto quod per constitutionē curiae anni millesimi quingentesimi duodecimi, quando fuit regia audientia in duas aulas diuisa disponitur quod in aula dictae regiae audientiae absente domino Rege vel locumtenente Generali, praesideat cancellarius semper quod in ea esse voluerit, & in eius absentia Antiquior doctor dictae aulae, & in alia aula, absente domino Rege vel eius locumtenente generali praesideat vice cancellarius & suo casu regens cancellariam, et in eorū absentia Antiquior doctor dictae aulae, et quod dicti cancellarius vicecancellarius, et suo casu regens cancellariam et dicti Antiquiores docto res

res qui suo casu præsiderent: habeant tantum vnum votum. & attento quod Excellentissimus dominus locûtenens generalis est absens residens cum consilio criminali & regente cancellariã per eũ creato propter impedimentũ magnifici Francisci Montaner regentis cancellariam in villa Perpiniani, & attēto quod probabiliter dubitatur an dicta infirmitas cancellarii sit duratura: præsertim quia proximis diebus incedebat & vido batur cum signis malę valetudinis: aliis etiam iustè attentis & consideratis fuit deliberatum quod in aula dicti reueten di cancellarii durante illius infirmitate, vel donec aliter fuerit propter dicta infirmitatem per dominum nostrum Regem vel eius Excellentissimum locum tenen generalem in locum cancellarii prouisum, in dicta aula præsideat Antiquior qui etiam faciat decretationes, & firmas causarum, commissiones, & euocationes & quod per dictum magnificũ aduocatum fiscalem scribatur dicto domino locumtenenti generali de prædictis, & quod requiritur prompta prouisio in locum dicti cancellarii pro contē tionibus iurisdictionis in similibus, & pro causis grauaminum, signanter pro iudicibus & relatoribus subrogandis Quia per actum curiæ tantum committitur cancellario & regenti cancellariam subrogatio. Et est casus omissus inquo prædicta de Antiquioribus oon possunt accommodari, super quibus non est per prædicta prouisum, & pro nunc fuit visum quod per Antiquiores prædictos fiant decretationes euocationes & commissiones causarum in regia audientia, & si casus euenerit extra regiam audiē tiam, decretentur, prouidenda in audientia.

CAP. 280.

1 DEcretationes, supplicationũ oblatarum super dubiis contrafactionis vsaticorum, constitutionum, vel aliorum iurium allegatę per quem & qualiter fieri soleant.

Vide infra in verbo. Dubia super prętensa & allegata contrafactione vsaticorum.

CAP. 281.

SVMMARIVM.

1 *Defendere an possit vniuersitas hominē singularem, & dominus vassallum, pro suo interesse.*

1 DEfendere an possit vniuersitas hominem singularem dictæ vniuersitatis, & etiam dominus vassallum pro suo interesse vidi casum sequentem.

In causa quæ vertebatur in Audientia gerentis vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ ad relationem Ioannis Sunyer, & postea in regia Audientia inter Iulitam Artigona vt dominã castri & termini de Vilalba agentem ex vna parte, & Bartholomeum Clauells baiulum de Cardadeu siue de Carotitulo & Vilamaior ex altera, prætendebat dicta Iulita quod eius baiulus inquietebatur in exercitio suæ iurisdictionis dicti castri & termini de Vilalba per dictum Clauells, vt baiulum de Cardadeu & Vilamaior, & petiit aduersantem prædictũ condemnari & compelli ad non molestandum dictam Iulitam in sua possessione vel quasi, quę quidem petitio oblatã fuit. 4. Augusti. 1547. Et per dictum baiulum de Cardadeu fuit oppositũ quod non poterat ipse conueniri durante officio. Et postea syndicus de Cardadeu se opposuit pro defensione dicti baiuli de Cardadeu cum supplicatione. 17. Septembris eiusdē anni prætendendo quod agebatur de interesse cõmuni dictæ cõmunicatis & rei publicæ, &c. Et dicta causa euocata fuit ad regiam audientiã in villa Montisoni ad supplicationem syndici & baiuli de Cardadeu 22. dicti mensis Septembris. & commissa Stephano Puig. & postea Francisco Gginta, per quem die. 9. Februarii. 1548. prouisum fuit vt sequitur.

9. Fe-

9. Februarii 1548. visis partium altercatis, viso processu & visis videndis, meritisque dicti processus attentis & aliàs, prouidet ad vlteriora causę esse procedendum non obstantibus in contrariũ prętensis & allegatis per Antoniũ Bas nominibus quibus in processu quo ad effectum impediendi litis ingressum & progressum, de quibus tamen in posterum possit haberi ratio qualis de iure habenda erit. Impensarum etiam articulo in posterum reseruato. Sed pro bilitractis fiat executio. con. co. int. Giginta.

Est tamen aduertendum (quo ad nostrum assumptum) quod in dicta prouisione non dicitur quod de contentis in dicta prouisione factum fuerit verbum in Regia audientia per dictum Giginta, nec quod ita fuit obseruatum in regia audientia in aliis similibus causis Potuit tamẽ fundari dicta prouisio seu comprobari per sequentia.

Ioannes Petrus Ferrarien, in sua practica in forma libelli in actione negatoria. In verbo. Dictamque domum num. 2. fol. 18. inquit. Hic quęro de vno. An dominus alicuius ciuitatis vel villę seu aliqua communitas terræ vel castri, si per alium alterius ciuitatis dominum, vel aliam vniuersitatẽ aliqua inferatur molestia sibi subdito, imponendo ei collectas & alia onera: possit sibi subditum defendere, & in libertate auxiliari agendo & excipiẽdo? Dic breuiter quod sic, pro suo interesse, vt dicit Inno. in c. auditis de prescriptio. & in c. Inquirente de offi. ordina. & in c. Romana de sentẽ excom. in 6. per Archidia. de re iuridica. in c. ad apostolicæ. lib. 6. per Ioan. And. in c. Auctoritates in fi. extra de priuile. lib. 6. ad quod facit tex. in cap. licet causam in fi. de appellat. & in l. 1. §. per hanc ff de rei vendi. & in margine dictæ practicæ reperitur quod idem dicit Oldra. consi. 66. quod est in tit. de iniuriis. tenet & probat quod vniuersitas siue collegium potest agere pro iniuria facta vni de vniuersitate, siue collegio. & faciunt tradita per Guido. Pap. quęst. 203. num. 2. & 3. fol. mihi. 61. colum. 2. & 3.

CAP. 282.

Delegatus [a] a locumtenente generali domini Regis in Cathalonia: pro recipiendis testibus, non potest subdelegare seu cõmittere, receptionem testium alicui alteri notario.

Ita seruatur, vt dicetur latius infra in in verbo testium commissio.

a Delegatus) vtrum delegatus qui delegantis vice fungitur l. & si prætor de offi. eius cui mand. est iurisd. ff. debeat in ritu, & concernentibus processum seruare statuta & consuetudines loci in quo iudicium agitur Por. decis. 127. lib. 1. Borg. decis. 21. de iudi. Rol. cons. 48. volum. 3. Marlia. decis. 17. per tot.

CAP. 283.

Elegati et conseruatoris studentium in studio generali ciuitatis Illerdę potestas, per B. Papam Calixtum [a] concessa, data Romæ anno incarnationis dominicę 1458. An sit maior quam illa de qua loquitur tex. in cap. 1. & fina. de offi. et potesta. iudi. delega. in 6.

Fuit semel conclusum et declaratum in Regia Audientia sequendo maiorem partem votorum, videlicet quod dictus conseruator potest cognoscere etiam de non manifestis oppressionibus et iniuriis, ex eo quia potest cognoscere de his quę iudicialem indaginem requirunt, de quo dictum est latius supra in verbo conseruator.

a Calixtum) hęc potestas continetur in vol. const. loco vbi supra in additione ver. conseruator.

CAP.

CAP. 284.

DElegatus siue cōmissarius Apostolicus an possit compellere notarium regium sibi dicto cōmissario processum originalem penes eum tanquam notarium regium existentem tradere, vide quid fuit serua tum infra in verbo processum originalem, cap. incipien. decima Septembris. 1539.

De denuntiatione processus.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiari debent omnes causæ siue primæ instantiæ siue secundæ,*
2 *Causæ, quæ denuntiantur inter causas maiores & quæ inter minores.*
3 *Causæ appellationum, quæ denuntientur.*
4 *Causæ appellationum seu supplicationum ab interlocutoriis non denuntiantur.*
5 *Sententia lata super desertione appellationis an sit interlocutoria.*

1 DEnuntiari debēt regulariter omnes causę siue sint primæ instantiæ siue secūdæ, etiā causę supplicationū, modo & forma contentis supra in secunda parte, cap. omnes causę, cum sequentibus vsque ad capitulum, supplicari potest & consueuit. Et ibi ponuntur fallentię duę scilicet; exceptis causis appellationum 20. librarū aut minoribus, & causis supplicationum a sententiis latis in causis appellationum 20. librarum aut minoribus 20. librarum per constit. curię anni 1510. c. 7. quę ita fuit intellecta & practicata per regiam Audientiam, vt dictum fuit in dicta secunda parte obseruan. capit. quamuis tamen regulariter omnes causę supplicationis. fol. 5. colū 1.

Adde quia post prędicta superuenerunt constitutiones curiarum generaliū anni. 1585. & in cap. 62. dispōitur generaliter quod causę vsq. ad 400. libras
2 denuntientur vt minores & aliæ vt maiores. Et dicta constitutio sit duratura vsque ad conclusionem primarum curiarum, & in capi. 64. quod loquitur de causis appellationum a sententiis diffinitiuis disponitur quod in causis appellationum vsque ad tercentū libras curant certa tempora & in causis maioribus 300. librarū assignantur alia tempora, siue termini vt processus denuntietur & nihil in specie dicit de causis appellationum viginti librarum vel minorum. Vnde die octaua Ianuarii 1588. in aula magnifici Regentis cancellariam propositū & quęsitum fuit an dicta constitutio curiæ anni 1510. cap. 7. & practica & intelligentia illius, sit vel censeatur correcta per dictam constitutionem anni 1585. quæ generaliter & indistinctè loquuntur. Et perpensatis perpensandis visum fuit omnibus doctoribus dictæ aulę q̄ dicta constitutio anni 1585. capit. 64. non corrigit constitutionem anni 1510. cap. 7 in fatalibus, nec in denuntiatione, hac potissima ratione quia mens huius constitutio. anni. 1585. fuit & est abreuiare & tollere maius tempus quod ante habebant causę appellationum,

Et in super in dicta constitutione anni. 1585. capit. 62. dispositum fuit quod in prouisionibus denuntiationis processus non concedatur aliquod tēpus. & quod causæ vsque ad 400. libras denuntientur vt minores, & alię vt maiores.

Adde pro intelligentia prędictorum & pro tertia fallentia respectiuè, quod
3 dum pro regula dictum fuit quod omnes causę secūdę instantiae, & sic omnes causę appellationum & supplicationum debent denuntiari dummodo nō sint viginti librarū, aut minores viginti librarum, debet intelligi de appellationibus & supplicationibus interpositis a sententiis diffinitiuis nam causę appellationum & supplicationum interpositarum a sententiis intetlocutoriis etiam in causis maioribus viginti librarū, non denuntiantur & ita in concursè practi-
4 catur & seruatur in hac regia Audientia.

Vnde infero & aliâs est dicendū quod si appellatur a sententia lata super deser- tione

tione sententię interlocutorię: talis causa
seu processus illius non debet denuntiari
quia sententia lata super desertione sen-
tentiae interlocutoriae; censetur interlo
cutoria per tradita per Guido Papa.
quęst. 11. vbi quamuis Bal. Sali. Enricus
Boic, Ioannes Andre. docto. Tholosani,
& Petr. Iaco. in locis per eum allegatis te
neant simpliciter, quod sententia lata su-
5 per desertione appellationis, sit interlocu
toria. Attamen quidam doctor illius par
lamenti distinguebat, quod si pronuntia
tur super desertione appellationis inter-
positę a sententia interlocutoria, tunc
pronuntiatio super desertione dicitur e-
tiam interlocutoria. quia non imponit fi
nem negocio principali. Aut pronuntia-
tur super desertione appellationis inter-
positę a sententia diffinitiua, tūc talis pro
nuntiatio, super desertione appellationis
censeri debet sententia diffinitiua cum
ex tali desertione imponatur finis causę
principali. Et quod dicta distinctio placu
it dominis illius parlamenti Dalfinalis
ibi tunc existentibus. Et quod secundum
dictam distinctionem fuit conclusum in
causa ibi relata, & quod ex post fuit ita
seruatum in iudicando. & concordare vi
detur Rota. decis 427. in nouis fol. 92.
quod nota quia forsan alibi non reperies
ita tactum. & ego dictam distinctionem
secutus fui in causa appellationis interpo
sitę per Iacobum Pertinet mercatorem
ciuitatis Barcinone a sentētia lata per iu
dicem appellationum Logię Maris, in cau
sa quae vertebatur inter dictum Pertinet
& Margaretam Llauaneres viduam, die
Februarii 1568. non tamen verbum
feceram in Regia audientia, sed quia ab
antiquioribus doctoribus illius audiui di
ctam distinctionem seruari, vt dicetur in
fra, in verbo sententia desertionis.

Quid autem si sententia interlocuto-
ria lata super desertione appellationis ha
bet vim diffinitiuę. dic vt per eundē Gui-
do Pap. quęstio. 12. num. 4. vbi dicit ser
uandam esse dictā distinctionem & per
Rotam. in d. decisio. 427. notabiliter. &
quando interlocutoria habet vim diffini
tiuae, vt per eundem Guido Pap. post a-
lios per eum relatos, in eadem quęst. 12.
a num. 1. vsque ad finem, vbi etiam ponit
alias quaestiones circa eandem materiā,
& de desertione cap. 294. etiam Rotam
Roma. vbi supra.

Et pro materia denuntiationis proces
sus. Adde quod in dict. cap. cum dilectus
num. 27. vsque ad 32. inclusiuè, ponit mo
dos quibus fit seu fieri potest conclusio,
& dicatur conclusum esse in causa, etiam
absque consensu iudicis, & quod nume.
33. tractat. quando conclusio sit de subs-
tantia & necessaria, & quando non, & an
c eius omissio reddat sententiam nullā. c

a Cap. 7. titr. de appellat fol. 409.
b Cap. 62.] in ordine 7. tit. de denuntiat. de proces. fol. 243.
c Sententiam nullam] Panor. & Fel. in cap. cum lit. a de re iud. Cord in clement. sępe 5. & quia in. 19. q. de verb. signific. Marar. in praxi. 6. part. versi. conclusio. num. 9. fol. mihi. 393. Ioan. Michael Troy. in ap pend. ad ritum magnę curię. 40. nu. 2. fo. mihi 183. Et quid de mente Parlam. Delphi. tradit. Guid. Pap. q. 587. Et quid de mente camerae Imper. Gail. obser. 107. lib. 1. Et quid obseruet noster Senatus no bilis a Peguera in ordi. iudi. ciuili. rub. 21 de denuntia. proces. num. 6. per iura huius patrię per eum allegata. et de hac materia vide late supra in tracta circa formam decidendi causas in Regia Audientia.

De denuntiationibus causarum, & de ordine seruando in declarationibus causarum.

CAP. 285.

1 DEnuntiati non debet processus
causa appellationis viginti li-
brarum vel minoris. Non ob-
stante constitutione anni 1585.
capit. 64. vt latius traditur supra cap.
proximo versic. Et quia post prędicta.

CAP. 286.

SVMMARIVM.

Denun-

CAP. 286.

SUMMARIUM.

1 *Denuntiatur processus in caussa supplicationis interposite a sententia lata per locumtenentem generalem domini regis vel per Cancellarium seu Regentē Cancellariam.*

2 *Sententia locumtenentis Cancellarij, seu Regentis Cancellariam est maioris authoritatis aliorum sententiarum inferiorum iudicum.*

3 *Causa minores 100. libra. exequuntur per ordinarios non obstante appellatione.*

1 Denuntiatur processus causæ supplicationis viginti librarum interpositæ a sententia lata per locumtenentem generalē domini Regis, vel per cancellarium, vel per Regentem cancellariā. Quiquidem cancellarius, & regens possunt vsque ad viginti libras tantum in causis verbalibus cognoscere.

Ita fuit determinatum 20. Februa. 1585. facto verbo in vtraque aula per Petrum Balle doctorem Regii concilii. Et vt refert Hieronymus Dalmau in suis recollectis in verbo denuntiari an debe at folio. mihi. 57. colum. 2. fuit idem determinatum 7. Februarii 1527. referente Martino Ioanne Sunyr. Licet secus fit in causa appellationis per capit 7. *a* curiæ secundę Regis Ferdinandi: est de anno 1510. de qua dixi latius supra capit. 285. incipiente, denuntiari debent. Ratio differentiæ forsan (ni fallor) esse potuit, quia sententiæ locumtenentis generalis & cancellarii, ac Regentis cancellariam sunt maioris authoritatis, quam senten-
2 tia lata per inferiorem iudicem & propterea fit quod si appellatur a sententia iudicis inferioris, illa non habet executionem pendente causa appellationis. At tamen sententiæ per dictos locumtenētem generalē, cancellariū & regentem cancellariam latæ habent executionem præstita cautione, propter præsumptio-nem ex illis resultantem & consequenter dolose, & causa differendi supplicante condemnati per dictos locumtenentes generalem, cancellarium & regentem cancellariam.

b Aduertendum tamen est hodie, & ad memoriam reduco quod Post prædicta superuenit constitutio curiarum an-
3 ni 1585. capit. 13. *b* qua statutum fuit quod sententiæ Iudicum ordinariorum, & sic inferiorum, cum qualitatibus ibi expressis, vsque ad centum libras mandantur executioni præstita cautione, & dicta constitutio est duratura vsque ad finem primarum curiarum. Quid ergo nunc tenendum? Dico quod non est meum decidere, nec determinare, licet forsā dici posset, quod quo ad denuntiationem processus nihil est immutatum per dictam constitutionem curiæ anni 1585. & quod non mutatur state non prohibetur l. præcipimus C. de appella. Cum simil.

a Cap. 7. contentum sub titu. de appel. fo. 409.
b Cap. 13. in ordine 12. tit. de execut. de sent. fol. 419.

CAP. 287.

1 Si conuentio sit minor, quamuis reconuentio sit maior, processus denuntiari debet inter causas minores. Quia reconuentio non mutat qualitatem petitionis.

De his dictum fuit late supra in prima parte quæ est de euocatio. causarum capitulo. 3. incipien. quamuis antiquitus. Vbi vide.

Nobilis a Peguera in practi. ciuil. rub. 12. de denunt. procef. nu. 3.

CAP. 288.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiato processu, quid faciant ex officio relatores super verificatione chirographi.*

2 *Stylus, practica regiæ Audientiæ & pro lege obseruanda.*

3 *Iudices parum curare debent de nullitatibus perniciosis processus, sed de illius meritis vide ibi & in vddiri.*

1 DEnuntiato processu relatores causę ex officio, & non ad instantiam partis, consueuerũt ad eruendum veritatẽ, & tollendum dubium interrogare partẽ super deductis ante processus denuntiationem. Vt pote, quod pars respondeat & dicat an chirographum per alteram partem productũ, sit manu sua scriptũ.

In causa vertẽte inter T. Andreu agẽtem & Antichum Sirerenc fuit pro parte dicti Andreu productum chirographum siue albaranum quod (vt in eo dicebatur) erat subscriptum manu dicti Sirerenc, & fuit productũ ante processus denuntiationem, & petitum & prouisum quod dictus Sirerenc verificaret siue responderet, an dictum albaranuũ manu sua esset scriptum, & antequam dictus Sirerenc responderet, fuit denuntiatus processus. Postea autem scilicet post processus denuntiationem, magnificus Petrus Balle doctor regię audientiæ cui causa illa erat commissa, quamuis vt ipse vero aperuit, videretur sibi aliqualiter constare de iustitia dicti Andreu aduersus dictum Sirerenc, voluit, ad clarius informandum animum suũ, habere, ex officio suo, dictam responsionem dicti Sirarenc, & ideo ex officio suo, & nõ ad instantiã partis interrogauit dictum Sirerenc, & iussit quod diceret, an dictum albaranum esset manu sua scriptum, & dictus Sirerenc postea respondit quod sic, videlicet quod erat manu sua scriptũ. Et a dictis procedimentis per dictum Balle factis supplicauit, & causa dictę supplicationis fuit mihi Michaeli Ferrer commissa. Pro parte dicti Sirerenc deducebatur quod dicta verificatio albarani recipi non potuit, & quod sic, nulliter recepta fuit dicta verificatio, & seu responsio dicti Sirerenc, quia post denuntiationem processus, & sic post conclusum in causa, instrui amplius processus non potest, nec scedule admiti debent per cõstitu. Item que segons lo apuntament, iuncta constitutione ibi relati incipien. Itẽ que publicats los dits testimonis. in tit. de dilatio. fol. 79. & idem erat de iure com
2 muni. cap. cum dilectus de fide instrumen. Ita & in tantum quod Roma. in l. ad monendi in 6. colum. ff. de iureiurã quem referr Felin. in dicto. capit. cum dilectus nume. 11. dicit id procedere etiã si producatur instrumentũ non ad probandum sed ad declarandum. Et propterea in nostro casu videtur, quod ad declarandum dictum albaranum non potuit recipi dicta verificatio dicti albarani post dictam processus denuntiationem quę importat cõclusionẽ in causa.

Pro parte contraria, quę est affirmatiua, videlicet quod dicta verificatio recipi ex officio potuit. facit quia conclusio in causa, & sic denuntiatio processus intelligitur facta quo ad partes *sed non* quoad iudicem. Non enim ligat *iudicẽ* secundum Felin. in dict. c. cum dilectus num. 13. de fide instrumen. & in c. cum Ioannes. nume. 11. eo. ti. Mier. in constitu. iudices tabulæ num. 79. colla. 6. vol. 2. fo. 27. Et hæc iuris cõmunis dispositio non mutatur per aliquam constitutionem Cathaloniæ, & ideo illi standũ est, quia quod non mutatur stare non prohibetur l. pręcipimus in fi. C. de appellatio. l. sancimus. C. de testa. cum concor. Quinimo non solum constitutio. Cathalonię non est contraria, sed est cõformis saltem mens illius vt in prædicta consti. incipien. Item que publicats los dits testimonis, ibi, a alguna de les parts. & in præfata alia constitutio. Incipien. Item que segons lo apuntament ibi, no hagen facultat de fer pus amplament

ment instituit lo proces, attes que per lo dit capitol es ja planament cerca dita. Item que publicats los dits testimonis, ibi, a alguna de les pars. & in præfata alia constitutio. Incipien. Item que segons lo apunctament, ibidem, no li agen facultat de fer pus ampla instructio prouehit. Quod capitulum loquitur quo ad partes & ad instantiã partis, & nihil dicit de iudice volente procedere ex suo officio proprio sine instantia partis, & solum ad eruẽdam veritatem ad quod ipse iudex tenetur, & illud est eius proprium officium 30. q. 5. can. Iudicantem oportet cuncta rimari ponderando illud verbum oportet quod necessitatem importat. Bar. in l. 1. in principio in prima opposi. ff. de iusti. & iur. per illum text. cum simil. Enrichus Boic in capit. 2. de offic. iudic. extra. quod maxime procedit in dicta causa dicti Sitereno, cum illa sit summaria vt per Felin. in dict. cap. cum dilectus num. 13. & in dict. capitum Ioãnes nu. 11. circa finem. Et fortius procedit attẽto quod dicta verificatio facta fuit ad clarificandum dubia circa merita causæ deducta, & quodam modo probata ante processus denuntiationem vt per Felin. in dict. cap. cũ Ioannes num. 11. vbi per illum text. de fide instrumen. & per multa alia iura & doctores, dicit esse accurate notandum secundum omnes, q̃ iudex potest vsque ad sententiam, & sic post conclusionem in causa partes interrogare ad clarificanda dubia circa merita causæ. Dummodo interroget circa dubia eorum quę dicta sunt ante conclusionem etiam in causis plenariis, quoniã in sumariis posset etiam ad instantiam partis interrogare.

Nec his obstare videtur quod etiam pro parte negatiua secundo principaliter opponitur, videlicet quod in regia audientia non proceditur, per interrogatoria sed per articulos, & quia dictus Sitereuc fuit interrogatus per iudicem sine articulis. Ideo videtur processisse cõtra solitam formam, seu stilum regię audientiæ. & sic nullus er, Styli enim, practice & obseruantiæ regię audientię pro legibus habentur Mier. in cap. la tigor in fin. colla. 10. fol. 42. per illum textum. &c.

Quoniam multifariẽ responderi potest. Primo quod dicta practica & forma fuit recepta quando pars vult aliquid probare per testes, nam debet ponere illud factum per articulos ne calũniose videatur interrogare, sed quando pars vult quod eius aduersarius verificet aliquam scripturam priuatam quæ dicitur sua manu scripta, consueuit regia audientia in concussẽ prouidere, etiam cum pœnis pecuniariis quod pars aduersa verificet dictam scripturam priuatam. Et notarius causę (quod fortius est) ostendit illi scripturam illam priuatam & interrogat illum an dicta scriptura sit manu sua scripta. Et si id procedit & seruatur in notario, fortius in iudice vt in nostro casu de quo agitur, differentia enim est inter interrogatoria partis & iudicis, vt notabiliter tradit gloss. in dict. can. iudicantem oportet. 30. quæst. 5. In verbo interrogandi circa finem cuius verba sunt hæc. Sed in hoc differt interrogatio iudicis ab interrogatione partis, quia si partes ad inuicem interrogant, oportet quod pars interrogans prius ponat aliquid ne calumniose videatur interrogare. Sed aliud est cum iudex interrogat. Hęc ipsa gloss. quę est notabilis & forsan singularis, & per illam vltra alia iura potuit fundari dicta obseruãtia Regię audientię quod quando iudex procedit ex officio suo sine partis instantia, non requiritur quod pręcedant articuli partis, quod maxime & sine dubio procedit (& est secunda responsio) quando procedit ex officio ad clarius eruendam veritatem & clarificandum id quod ipse ex processu sentiebat esse verum, feli. in dict. capit. cum Ioannes, nume. 11. vt contigit in dicto nostro casu, nam interrogatus dictus Sitereuch si dic

si dictum albaranum erat scriptũ manu sua, dixit, Qui li apar es lletra sua. Quanto magis quia in nostro casu iudex, id est magnificus Petrus Balle mãdauit tantum quod dictus sirerench diceret & declararet si scriptura dicti albarani erat littera sua,& ista est tertia responsio.

Et ex dicta confessione resultat aliã conclusio per quam dicta receptio verificationis facta per dictum magnificum Petrum Balle debet confirmari,(quamuis aliqua nullitas processus in dicta receptione verificationis scripturę dicti albarani considerari posset, quod nullatenus credo)pro quo allego tradita notabiliter per Thomam Mier. in constitutione quia sepe contingit numero 9. & 11. coll. t. 6, volum. 1. fol. 1 8. per illum tex qui est in volum. constitutio. sub. tit. De donar libell o demanda, fol. 70. vbi Mier. num. 11. notat quod iudices debent iudicare secundum veritatẽ & merita processuum, patum curando denullitatibus b perniciosis, & n. 9. super expositione verbi, processum, dicit quod si quis inepte egit, sed reus cõfitetur intẽtionem, tunc danda est sententia vt in dicta constitutione, vel saltem debet fieri preceptum, quia in cõfessis nullę sunt partes iudicis. Sed nostro in casu dict. a Sirerenc confessus fuit, ergo, &c.

Denique facta magna discutione prędictorum & aliorum, per doctores regii concilii deductorum, fuit conclusum sequendo doctrinam Feli. in dicto capit. dilectus num, 13. & aliorum per eum relatorum, confirmandam esse dictam prouisionem. Et iuxta dictam conclusionem lata fuit sententia die trigesima Mai. 158 . in posse Philippi Soler, alias collegii scribarum mandati, & pro eo Petri Iacobi Bas notarii. Post praedicta superuenit capitulum curiae anni. 1585. capit. 12. folio, mihi. 43. & nunc in noua impressione, fol. 40. vide illud, quod arbitror non obstaret quin in futurum in similibus terminis fieret similis conclusio supra relata.

a Dilatio) in noua vero compil. tit. de relat. de procesf. in ordi. 1. fol. 248.

b Nullitatibus) maxime in senatoribus supremis Gaill. obser. 42. lib. 1. Minsin. Cent. 1. obser. 27. et cent. 4. obser. 62. et ibi Reig. Panor. in cap. cum olim de re iud. Barnab. Cornaz. decis. 156. num. 1. Guido Pap. decis. 369. Francis. Monal. cons. 87. et cons. 143. num. 25. lib. 1. Parlador. lib. 2. rer. quotidia. ca. fin. §. 1. nu. 10. part. 1. et singulariter in presenti principatu vt not. O ib. de actio. parte. 1. lib. 3. §. actionum. num. 4. tex. in cap. 1. tit. de donar lib. o. deman.

C A P. 289.

SVMMARIVM.

1 *Nõ denunciatur processus in causis appellationis, interposita a sententia lata super desertione et in causis supplicationum a sententiis interlocutoriis.*

1 Non Denunciatur processus in causa appellationis interpositae a sententia lata super desertione prouisionis, quãquã sit maior viginti librarum. Et idem in causis supplicationũ a sententiis interlocutoriis vt dictũ est supra capit. denuntiari debent regulariter. Et reliqua de desertione vide supra in secunda parte obseruantiarum.

C A P. 290.

SVMMARIVM.

1 *Quamuis desertio allegata fuerit ante processus denuntiationem, denuntiatur processus cum reseruatione de qua ibi.*

1 Quamuis desertio allegata fuerit ante processus denuntiationem: fuit deliberatum: quod denũtiaretur processus cum reseruatione de qua ibi.

Die Lunae quae computabatur 20. Augusti 1582. existentibus omnibus doctoribus regiae audientiae ciuilis, excepto Reuerendo Cancellario, congregatis in vna aula, & lecto in ea aula capitulo incipiente, si ante denuntiationem processus allegatur desertio, quod capitulũ est supra in 2. pat fuit per omnes doctores, nemine discrepãte deliberatũ experientia longa docente, vtile esse pro breuiore iustitiae expeditione, quod processus denuntietur, quamuis desertio allegetur ante processus denuntiationem Dummodo dicta denun

tiatio-

tiatio processus fiat cum hac vel simili reseruatione, videlicet absque præiudicio iurium & prætentionum partium super prætensa desertione, de qua desertione in definitiua ferenda haberi possit ratio qualis de iure habenda erit: non obstante dicta processus denuntiatione Vtilitates inde resultantes sunt plures, quorum potissima est a breuiare lites ita vt lites ex littibus non oriantur, & obuietur calumnijs partium: per relata supra in eadem secunda parte obseruantiarum, cap. omnes causæ siue primæ instantię siue secunde per totum, & signantur in versic. Et quamuis primũ fundamentum. fol 6. Pro materia desertionis vide quæ dicta sunt supra ca. 294 recipiente denuntiari debe: regulariter versic. vnde infero. Adde & declara, vt infra in titulo de Desertione.

CAP. 291.

1 QVamuis lapsa sint tempora ad probandum per constitutionem statuta. Si quis nouiter citatur ante processus denuntiationem, datur illi nouiter citato, dilatio ad instruendum processum.

Dic vt infra in verbo dilatio.

CAP. 292.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiationis ordo, statutus per constitutiones Cathaloniæ vt ibi, seruatur.*

1 DEnuntiationum ordo in expeditionibus & declarationibus causarum per Constitutioens statutus seruandus est regulariter, id est reseruato arbitrio domino Regi vt in constitutione vnica, circa finem ibi. Reseruat arbitre a la Real persona sola. & in constitutio. 9. circa finem, ibi. Reuocant tots los abusos. Quæquidem constitutiones editę fuerunt in curiis generalibus anni 158 5. a Adde vt infra immediate.

Decima tertia Septembris 1586. pręsente excellente domino Manrico de Lara Comite Valentiæ, & locumtenente generali Regiæ Magestatis in præsenti Principatu Cathaloniæ super quadã epistola suę Magestatis, qua motu pro-
7 prio declarabat se velle quod causæ patrimoniales declarentur non seruato ordine denuntiationum, fuit per regiam audientiam facta resolutio iuxta tenorem dictae declarationis. Sic enim sua Magestas in dictis constitutionibus, ca. 8. & 9. reseruauerat sibi (vt dictum est) dictam facultatem. Et cum dicta epistola illam voluntatem explicauit.

a Anni 1585.) in noua compil. tit. de denuntiatio. de proces.

CAP. 293.

1 DEscriptio a fructuum rei litigiosae vel alterius, qualiter & quando concedi soleat.

Dic vt supra in verbo cautio capit. 122. incipien. Antonius Castellui. fol. 78.

a Descriptio) vide Bart. in l. sicuti. §. elegi ff. de ven. impos. mit. Bursat. cons. 118. num. 7. & 8. quos allegat Hippol. Montaner ad Olibam. de actio. cap. 6. nu. 10. lib. 1. part. 2. vbi per totam additionem late de fructibus ex proposito & remissiue. Descriptio autem non conceditur, nisi aliquatenus fuerit facta fides de iure petentis vt dixi supra ad c. 122. & fuit decisum. 1. Iunii 1606. in causa dominę Elisabetis Llauaneres, vxoris magnifici Michaelis Llauaneres I. V. D. Assessoris baiulię generalis Cathaloniæ & litis consortium ex vna, et Michaelis Palau militis nomine quo in processu: et fuit cõcessa descriptio suppellectilium domus admodum reuerendi Honofrii Cellers quondam I. V. D. Decani primariæ ecclesię Barcinone, quia docuerunt de certis instrumentis exhibitis in supplicatione, et in procesu insertis. referente Illustri senatore Iosepho Ferrer viro omnibus modis maximo. est actuarius Benedictus Saccares.

De desertione.

CAP. 294.

1 SI desertio causę allegatur ante processus denuntiationē, qualiter procedi consueuit vide supra in verbo, denuntiatio cap. incipien. Denuntiari debet versi. vnde infe ro. & in ca. incipien. Die Lunæ quæ computabatur 20. Augusti 1582.

CAP. 295.

SVMMARIVM.

1 *De desertione post processus denuntiationem, & diligentiis quæ fieri debent per appellantem, vel supplicantem, traditur ibi.*

1 DEserta fieri potest causa, post ɔ o eius denuntiationem & solet de latari super desertione tantum. Et aliquando, nedum super desertione, sed etiam super meritis causæ principalis in eadem sententia, & quia est notorium non referū tur causæ in specie quibus fuit ita declaratum. Et ita est de iure vt notabiliter tradit Philippus Francus, arguendo ab vtraque parte in c. ex ratione eo lum, ca. versi. secundo quęritur pone quod appellans fol. 13. Attamen opere pretium est ad memoriam reducere quod appellans debet summa ope diligens esse vt causā expediatur. l. fin. §. illud. C. de tempo. & repara. appella. Ita & in tantum quod dictus Phil. Frācus post alios per eum allegatos in dic to versic. secundo quęritur, dicit quod post conclusum in causa, incumbit ipsi appellanti etiam tunc adire iudicem & requirere de expeditione causæ, & pro testari quod per eum non stat & alias si hoc non facit, currunt sibi fatalia, cum iudex ipse non debeat procedere ad sententiam, nisi ad petitionem partis allegat. ff. de iudi. l. ad peremptoriū & in c. 1. de iudi. Bal. in authen. si appellatione secuta. C. de tempora. & repara. appella. Et ego allego Sali. in d. §. illud. sub num. 4. versi. quęro textus, dicentem istam esse communem. Et nota illum textum dicentem istam diligē tiam probari debere euidentissimis probationibus Multa alia notanda ad propositum tradit dictus Philippus Francus in eodem versi. secundo quæritur, quē videre poteris quia breuitatis causa aliter non refero, & non obliuiscaris videre Sali. in d. § illud sub numero. 4. versic. Quęro textus dicit. Vbi in aliquibus limitat seu declarat dicta per Philip. Fran. & quod dictus § illud in eo quod dicit de summæ opis probatio ne sit hodie correctū, vt sic stricta probatio nō sit necessaria, &c. Et quia post prędicta superuenerunt constitutiones curię anni. 535 vide illas præsertim cō a stit. 14. fol. 21. & cap. Curię. 13. fo. 44. a

a Fol 44) in noua vers. compil. fol. 231

CAP. 295.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis, cognoscit de causa desertionis.*

1 DE desertione causæ appellationis potest & consueuit cognoscere relator dictę causę appellationis quamuis cognitio dictę desertionis nō fuerit illi com missa. Fundari potuit dictā obseruātia per decisionem Rotę a 424. fol. 92. in nouis a Quę est notanda. Et per decisio. Egidii de Bellamera conclusio. 207. in titul. de appellatione. fo. 53. quæ etiam est notanda. Adde Bar. consil. 220. fo. 56.

a Rotę) est in tit. de appell. in ord. 59. & de cis. 24. alias 153. cod. tit. Marant. tit. et quandoque appellatur num. 200. versi. Quarta differētia, limit. 19. Reb. in cōst. reg. tractat. de appel. in præfatio. nu. 75. et art. 5. ibid. tomo 3. Prosper. Carauitta. tittu. 264. Mansin. obser. 94. cent. 4.

DE

De dilationibus.

CAP. 297.

1 QVando maior pars dilationis est feriata, non comprehenduntur in ea dies feriati, alias fecus.

De hoc dixi latissime supra in secunda parte obseruantiarum cap. causę supplicationum a definitiuis sententiis, vbi ponuntur quę in contrarium deduci poterant. Fallentię ponuntur infra cap. incipiente. Die. 10. Maii 1573.

Vide in additio. ad tracta. circa formam deci dendi causas in reg. aud. super verb. feriata.

CAP. 298.

SVMMARIVM.

1 *Dies ad reclamandum concessi, sunt continui, si duo primi ex illis sunt iuridici.*

1 TRes dies qui pro dilatione ad reclamandū dantur, sunt continui si duo primi ex illis sunt iuridici quamuis tertius sit feriatus.

Ita fuit conclusum me refetēte die 10. Aprilis 1554. in causa quæ vertebatur inter Vincentium Oloms presbyterum ex vna parte, & Elisabetem de Costa bella, & Mariam Annam de Montornes ex altera parte in posse Pontii Bas scribe gubernationis. Cuius gubernationis audien tiam tunc sequebantur propter obseruā tia m constitutionis. In cuius audientia seruantur hoc casu & habent locum constitutiones loquentes de supplicationibus a prouisionibus regiis interpositis, vt in curia Regis Philippi anni 1547. ca. a 7. incipien. Item Com. in fine illius. Et de supplicatione loquitur consti. anni. b 1510. ca. 2. licet pluries aliter fuisset practicatum. Verba dictę conclusionis sunt hæc. Attento constat non fuisse a dicta prouisione reclamatum intra terminum per constitutionem ad reclamandum prę fixum. fuit conclusum quod declaretur nulliter a dicta prouisione reclamatum Et consequenter prouisionem prædictā in rem transiuisse iudicatā, & quod pars quæ reclamauit, in expensis condemnetur. Pro quo, & pro obseruantia post istam prouisionem & conclusionem, & pro responsione ad multa contraria quæ fieri possent, vide omnino ea quæ post istam prouisionem dixi in secunda parte obseruantiarum regiæ Audientiæ c. causę supplicationum a sententiis difinitiuis, fol. 3. pag. 1.

a Cap. 7. in noua vero compil. est § incipien. Et, si de la prouisio. 2. illius nominis tit. de supplicat. de senten. in ordine. 12. fo. 405.
b cap. 2. eod. tit. in ordine. 4.

CAP. 299.

SVMMARIVM.

1 *In dilatione decem dierum datorū ad supplicandum non computantur dies prorogationis regiæ audientiæ, licet maior pars dilationis esset iuridica.*

2 *Quando maior pars dilationis est feriata, dies feriati non computantur.*

1 IN dilatione decem dierū ad supplicandum a Regia sententia datorum, non cōputantur dies prorogationis Regię audientiæ quamquam maior pars dilationis sit iuridica. Est fallentia ad regulam, de qua infra, & quid in feriis repentinis.

Die 10. Maii 1583. cum sententia regia ad relationem magnifici Hieronymi Planes in mensę Martii 1583. lata in causa quæ vertebantur inter T. Mosachs, & Ceruera, in qua se opposuerat quidam nomine Barrufet, ville Ceruariæ, & dicta sententia intimata fuisset 17. eiusdem mēsis Martii, & supplicatum fuisset a dicta sententia pro parte dicti Barrufet 28. eiusdem mensis, & sic post decē dies computando a dicta die 17. Martii exclusiue, & dicta die 28. Martii magnificus Regens cancellariam dubitando an dicta supplicatio esset interposita intra tem-

pus constitutionis,& sic intra decē dies, decretauit dictam supplicationem modo sequenti,Prouidenda in regia audientia, postea die pręsenti videlicet dicta die 10. Maii.1583. dictus regens fecit verbum in vtraque aula.Dubium faciebat quia maior pars dictorum decem dietum intra quos poterat supplicari fuit iuridica, & regulariter fuit receptum in regia audiē
2 tia quod quando maior pars dilationis est feriata,non currunt dies feriati.Secus tamen est,quando maior pars dilationis est iuridica quia tunc dies feriati computantur in dilatione,vt fuit dictum in secunda parte obseruantiarum regiæ audiētiæ cap.incipien.Causæ supplicationum a sententiis diffinitiuis.Sequendo opinionem hostien.in c.licet causam de probatio.Relatam per Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam in verbo.dilationes nu.14 & 15.de proba.Attamen quod regia Audientia fuit prorogata die 26. dicti mensis Martii propter iubeleū per B.Romanum Pontificē concessum.Quā prorogationem dictus Barrufet supplicans non poterat præuenire, nec scire sicut potuisset & debuisset si dies illa esset ex lege feriata Et dies postea immediatè sequens erat dominica. Ideo tamquam æquum fuit determinatum per omnes, quod dies dictæ prorogationis non erat computandus in dictis decem diebus intra quos erat supplicandum per constitutionem Cathaloniæ vt traditum fuit in proximè dicta obseruantia.cap causæ supplicationum a sententiis definitiuis. Et ex his restat fallentia ad dictam regulam quæ est quod quando maior pars dilationis est iuridica,dies feriati currunt & cōputantur in dilatione:fallit dicta regula si regia Audientia per aliquem vel aliquos dies prorogata fuit, quia tunc dies comprehensi in prorogatione non computantur in dilatione. Et etiam inclinabant doctores (sed non fuit determinatum) quod ferię repentinę non computarentur in dilatione, vt pote si currerent dilatione per constitutionem statuta, Reuerendissimus Episcopus Barcinone propter necessitatem pluuiæ mandaret certam diem ex illa dilatione festiuari seu festum celebrari & fieri, vt præces domino nostro Iesu Christo fierent.

C A P. 300.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio datur nouiter citato ad instruendū processum,licet tempora constitutionum sint elapsa,non denuntiato processu.*

1 Dilatio ad instruendum processum datur nouiter citato, licet tempora constitutionum sint lapsa,non denuntiato processu.

In processu ventilato inter Margaretam Andreua, & Franciscam & Iacobum Cors ad relationem Petri Charoli Albalat in posse Gondisalbi de la Cambra, & pro eo Sancleyr reperii, & extraxi prouisionem tenoris sequentis 25. Nouembris 1522. viso processu & noua citatione ad petitionem Francisci Villella nomine quo in processu facta, propter obitum Margaretę Andreua, & tutorum pupillae Copons & aliorum, & aliis meritis processus concedit 30.dies ad instruendum processum, &c.

Albalat.

C A P. 301.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio fit cum illis doctoribus tantum, qui fuerunt in lectura processus.*

1 Doctores omnes alicuius Aulæ Regię Audientię si non interfuerunt in lectura processus ex eo quia erant absentes, vel infirmi, regia Audientia recepit quod conclusio fit cum illis doctoribus tantū qui interfuerunt in lectura.

ITA fuit declaratum in causa vertente inter spectabilem don Petrum de Pi-

de Pinos, & de Fonollet vicecomitem Caneti, & spectab. Don Philippum de Castro, & de So, vicecomitem de Euolo ad relationem magnifici Francisci Montaner doctoris Regiae Audientiae die 18. Septemb. 1560. fol. 5956. & 5966. in processu executionis in posse Regij mandati scribę, & pro eo Matcia notari. per hęc verba; facto verbo in Regia Audientia prouidet, & declarat sententiam in fauorem nobilis Petri de Pinos &c. latam, executioni mandari &c. nō obstantibus exceptionibus nullitatis, & retentionis &c. um in conclusione (secundum quam fuit ordinata sententia prędicta, cuius instatur executio) in Audientia Regia facta per Franciscum Montaner relatorem; Franciscum de Vallesica concelatorem, Michaelem Miralles, & Michaelem Ferrer Regii concilii doctores, & etiam in alijs quae ad expeditionem dictę causę, & ad dictam conclusionem fieri, & seruari debuerunt iuxta constitutionem, facta & secuta fuerunt. Et doctores Regię Audientię qui in lectura processus interfuerunt, & interuenire poterant, & debebant iuxta constitutionem, practicā, & stylum Regię Audientię in conclusione prędicta interfuerunt, & votarūt. Et quod practica obseruantia, & stylus Regiae audientiae seruari debeant, probatur per tradita supra in prohemio column. 2. versi. & quia styli, practicae siue obseruantiae.

CAP. 302.

SVMMARIVM.

1 Senatores Regij, sunt à foro ordinariorū exēpti: & quis de illis cognoscat. vid. ibi. & num. 4.

2 De causis criminalibus habentium dignitatem illustrem, solus Princeps cognoscit.

3 Quę non procedunt in constitutis in minori dignitate; quia tales puniuntur per praefectum praetorio.

5 Cancellarius Regius; Regens Cancellariam, & Doctores Regiae Audientiae comprehenduntur sub verbo; domesticus, cōstitutionis officiales nostri &c. de qua ibi.

6 Intellectus dictae constitutionis.

7 Cancellarius Regius, sępè, est Praelatus; seu in dignitate constitutus.

1 Doctores Regii concilii sunt exempti à foro ordinariorum tā ciuiliter quam criminaliter, & de illis potest, & consueuit cognoscere solus dominus Rex, & eius Locumtenens generalis, tam ciuiliter quam criminaliter in Cathalonia, nisi domino Rege, Regina; & eius Locumtenente generali, ac primo genito domini Regis absentibus, & si citati fuerint per inferiores iudices, consueuit Regia Audientia inhibitionem prouidere.

Ita fuit obseruatum die praesenti quae computatur 15. Februarii. 1533. in persona magnifici Antonii Ros doctoris Regiae Audientiae. Nam cum ad instantiam nobilis Don Dalmacii de Rupebertino per vicarium ciuitatis Barcinone mandatum factum fuisset dicto Ros quod euacuaret domum dicti Dalmatii de Rupebertino. quam dictus Ros conduxerat à Don Iacobo de Rupebertino quondam patre dicti Dalmacii: Dictus Ros cum supplicatione in regia Audientia oblata conquestus fuit de dicto mandato. Et congregatis omnibus doctoribus vtriusque aulae ciuilis, determinatum fuit quod nullus doctor Regiae Audientiae poterat conueniri coram iudicibus inferioribus, & sic nec coram dicto vicario Barcino. & dicta supplicatio per magnificum Regentem Cancella. commissa fuit Michaeli Ioan. Quintana qui facto verbo in regia audientia inhibitionem prouidit.

Dicta determinatio fundata fuit, inter alia, ex sequentibus, nam quamquā de iure communi, sit differentia. Inter causas criminales, & ciuiles, quia in criminales, & ciuiles, quia in criminalibus solus Princeps de habentibus dignita-
2 tem Illustrem ex administratione cognoscit

noscit, & in ciuilibus cognoscunt ordi-
narii, vt de primo scilicet de criminali-
bus est text. & ibi Bart. Bald. Paul. Sali.
& alii in l. quotiens quæ est tertia in or
dine, C. vbi senat. vel clarissim. ciuiliter
vel criminaliter conueniantur Calic. in
Margari. fisci 8. dubio prærogatiua 113.
qui allegat etiam tex. in l. si grauius, C.
de dignita. libro duodecimo, qui text.
limitat prædicta non procedere in mi-
3 nori dignitate quia illi puniuntur per
præfectum prætorio, & sic per inferio-
rem principis, & de secundo scilicet de
causis pecuniariis, & sic ciuilibus est
text. in l. 2. eod. titu. vbi est textus (pro
vt illum summat Paulus de Castro, per
hæc verba) senatores vel constituti in
dignitate illustri in causis ciuilibus pos
sunt conueniri coram ordinariis tam
Rome coram suis magistratibus quam
in prouinciis vbi sortiuntur domiciliū,
vel assiduè conuersantur. non habent
ergo priuilegium fori de iure commu-
ni in causis ciuilibus, tu dic, nisi sint ad
seruitium Principis, vt familiares, vt cu
biculatii, & similes, vt in titulo proxi-
mo. Hęc ipse Paulus de Castro, & idem
aperit. Bald. in summario in illis verbis.
In vrbe vero coram suis iudicibus, &
glos. ibi in verbo senatores, dicit illud
seruari etiam si sint clarissimi in ciuili-
bus, licet in criminalibus esset distinguē
dum, vt in dicta l. 3. Atque ita sumēn-
do doctores Regię Audientię (qui sunt
consiliarii domini Regis) pro constitu-
tis in dignitate illustri, posset dici distin
guendo inter causas criminales, & ciui-
les, quod in criminalibus solus domi-
nus Rex posset de dictis doctoribus co
gnoscere, iuxta. dict. text. in dicta. l. 3. &
in l. si grauius, & non ordinarii. & in ci
uilibus possent cognoscere ordinarii.
Attamen de iure nostro Cathaloniae
Cancellarius Vicecancellarius Regens
Cancellariam, consiliarii domini regis,
Aduocati & procuratores fiscales, ac
portarii domini Regis sunt exempti a
foro ordinariorum nedum in criminali-
bus, sed etiam in ciuilibus, nisi domino
Rege, Regina, & primogenito absenti-
bus, quia tunc ordinarii officiales pos-
sunt iustitiam querelantibus exhibere
secundum Thomam Mier. in constitu.
officiales nostri ordinarii. num. 3. 4. 14.
15. collati. 6. vol. 2. fol. 42. per illum tex.
a contrario sensu qui est in titu. de for
de homens de paratge fo. 85. dicit enim
ille text. quod officiales ordinarii domi
ni regis cuiuscunque villę, aut loci pos-
sunt de domesticis existentibus in cu-
ria regis & reginę, aut primogeniti re-
gis ius, & iustitiam clamantibus redde-
re teneantur, domino rege, & regina, ac
primogenito absentibus: ergo secus est
pręsente domino rege, aut regina, aut
eius primogenito. idem tenet in consti.
La superfluitad in fine colla. 10. fol. 16.

Et quamuis dicta constitutio officia
les nostri ordinarii, non loquatur spe-
cialiter, & expressè per verbum conci-
liarii, nec per verbum doctores nostri
5 concilii, sed per verbum domestics: At-
tamen dicti Cancellarius, Vicecancella
rius, regens Cancellariam, & conciliarij
domini regis comprehenduntur sub il-
4 lo verbo domestics secundum Tho-
mā Mier. in dict. constitutio. officiales
ordinarii n. 9. versi. Item domestici di-
cuntur, cuius verba sunt hęc. Item do-
mestici dicuntur cancellarii, iudices, &
alii officiales. C. de assessoribus l. consi-
liarios iudicum; & Cancellarios, *& sic*
videtur quod vicecancellarius sit dome
sticus domini regis, & in constit. La su-
perfluitat in fine collatio. 10. fol. 16. alle
gat pragmaticam primogeniti Ioannis
Ducis Calabrię, & Locumtenentem do
mini regis.

6 Ego tam pro intellectu dictę consti-
tu. Los officials nostres ordinaris, quam
pro corroboratione traditorum per d.
Mier. vbi supra, allego ordinationes do
mus, & curię domini regis factas per re
gem Petrum Bar. 15. Kalend. Nouem-
bris. 1444. in prohemio, & in tertia par
te dictarum ordinationum cap. 1. in ti-
tu. dels Concellers nostres, & incipit.
Lo regiment. in dicto enim prohemio
dicitur quod ipse Rex ordinauit offi-
cia suę domus, & curię, inter quę est
officium

officium Cancellarii, & in tertia parte dictarum ordinationum in ti. de canceller. cap. 1. verti. declarant a ell esser fost mesos, ordinauit doctores conciliarios domini Regis, & alios ibi nominatos esse submissos dicto cancellario, & per cãcellarium corrigi scilicet ciuiliter; & in titu. de vicecanceller. cap. incipien. com humana fragilitat, ordinauit in eius cãcellaria esse vicecancellarium, vt super criminalibus in quibus cãcellarius prouidere non poteit, ipse vicecancellarius prouideat, & etiam prouideat in alijs absente cancellario; & alias. vt latius exarantur. que omnia intelligi debent pro domino Rege; & numine domini Regis, per cõstitutio item leuyur quel canceller. in tit. de offi de canceller. fol.
b 42 in qua, & etiam in constitu. seq. fit mentio de ordinationibus domus Regiæ, & secundum illam disponit de officiis cancellarii, & vicecancellarii. Ex quibus omnibus testis verificatus intellectus quem dictus Mier. dedit ad dictam constitutionem Los offi ials nostres arguendo a contrario censu quod ordinarii iudices nõ possunt cognoscere de vice an ella. & consiliarius domini Regis nisi domino Regi, & Regina ac primogenito absentibus, & quod doctores consiliarii domini Regis dicuntur domestici Regis.

Ita fuit determinatum per doctores vtriusque Aulæ die 15. Febr. 1583. in persona magnifici Anthonii Ros doctoris Regiæ Audientiæ, & de Aula magnifici Regẽtis Cancellariam. nam cum die tunc præcedente ad instantiam Don Dalmatii de Rupebertino fuisset per curiam Regentis vicariam Barchinonę iniunctum dicto Antonio Rus quatenus intra decem dies euacuaret domum in qua dictus Ros habitabat in præsenti ciuitate Barchinonæ, quam sibi dicto Ros locauerat Don Iacob. de Rupebertino patri quondam dicti Dalmacij dictus Ros cum supplicatione per eum in regia audientia oblata conquestus fuit de dictis procedimentis per dictum regentem vicariam Barchinonæ factis, & dicta supplicatio commissa fuit magni. Michaeli Ioanni Quintana doctori regii concilii aulæ Reuerendissimi Cãcellarii regii, per quem fuit prouisum, vt fuerat determinatum.

De reuerendo Cancellario non est dubitandum cum ipse sit, & esse debeat
7 clericus, quinimo (pro vt sæpè) est prælatus seu constitutus in dignitate, vt in dictis ordinationibus regiis in tit. de canceller. & in titu. de vicecance. clarius in const. Primerament a suplicatio in tit. de offi. de cancell. nisi in quibusdam casibus specialibus, & fallentialibus quos tradit Stepha. Aufre. in repetitione c. 1. de offi. ordi. in Clem. in 2. Regula. de potestate super ecclesi. & per lo. &c.

a. Domestics.) Adde quod senatores sunt pars corporis Principis: & ipse Princeps est de ordine concilii ius senatorum de dignit. Osas. in prohem. suarum decis. Ioan. Montan. de aucto. mag. concil. & Parlam. Gall. n. 130.

b. Fol. 42.) in noua vero compillatio. fol. 61.

De donationibus.

CAP. 303.

DOctores regii concilii Cathaloniæ qualiter & ex quibus doctoribus eligi debent.

Vide infra in verbo electio doctorũ regii concilii.

CAP. 304.

SVMMARIVM.

In donatione omnium bonorum, mobilium, & immobilium; reseruata certa quantitate, & vsufructu: an comprehendantur fructus percepti tempore mortis donatoris.

1 IN donatione omnium bonorũ mobilium, & immobilium (reseruata certa quantitate, & reser.

seruato vsufructu retum donatorum) non comprehendi fructus repertos tépore mortis donatoris, reperio declaratum die, 28. Septemb. 1538.

Ita fuit sententiatum ad relationem Petri Clariana de Seua doctoris Regię Audientiæ in posse T. Rouira regii mãdati scribæ in causa quæ vertebatur inter Illusttem Ferdinandum Raymundum Folc Ducem Cardonę, & suos fratres in processu legitimatum in prima sententia, videlicet quod in donatione facta per Ducem Ioannem dicto Duci Ferdinando de bonis mobilibus, & immobilibus reseruatis viginti mille ducatis, & reseruato vsufructu retum donatarum, non comprahendebantur fructus reperti tempore mortis dicti Ducis Ioanuis donatoris, immo dicti fructus sunt patrimonium dicti donatoris, & non dicuntur res seu bona donata.

CAP. 305.

SVMMARIVM.

1 Donatio, si tempore quo fuit facta non erat immensa: vt quia reseruatio per patrem sufficiebat ad legitimam filiorum, non reuocatur; licet pater postea consumpserit reseruatum.

2 Donatio filio facta, non reuocatur per superuenientiam liberorum: nisi vsq. ad legitimam.

1 DOnatio si tempore quo facta fuit non erat immensa, vt quia reseruatum in ea per patrem donatorem ad legitimam filiorum tũc sufficiebat, licet pater postea consumpserit reseruatum, non reuocatur.

Ita fuit declaratum in Regia audientia die prima Septembris. 1535. ad relationem magnifici Francisci Montaner de Regio concilio in posse Ioannis Bartholomei Coll Regii mandati scribę, & pro eo Agosti. notarii in causa verrebatur inter Narcisum de Palol pupillum, & Margaretam de Palol viduam illius matrem ex vna parte, & Alexium de lafer, & Dionisiam coniugẽs ex altera parte, & inde fuit lata sententia cum attendentiis sequentibus.

Et quia per merita præsentis processus constat donatione facta per dictos Narcisum de Palol, & Raphaelam illius primam coniugem dictæ Dionysię de Iafer filiæ suæ contemplatione matrimonii facti inter dictos Alexium de lafer, & Dionysiam cum dictis clausulis constituti, præcarii, retentionis, vsufructus, & facultatis, & licentiæ accipiẽdi propria authoritate possessionem bonorum donatorum: cum retẽtione mille florennorum de quibus quilibet ipsorum posset testari, & suas facere voluntates de quingentis florennis. Et etiam constat dictos Narcisum de Palol, & Raphaelam coniuges mortem obiisse superstite dicta Dionysia de Iafer donataria. Et quia iure de donatio per patrẽ vni ex filiis facta, non reuocatur per superuenientiam filiorum etiam si sit immensa, nisi vsque ad legitimam filiis postea vel antea natis pertinentem. Et si tempore donationis fuerit per patrem donantem tantum reseruatum quod tunc ad legitimam aliorum filiorũ sufficeret, non reuocatur donatio licet pater donator postea consumpserit reseruatum, cum talis consumptio damno filio, & non donatario cedat, &c.

2 Dicta conclusio fundata fuit, seu fundari potuit, quia per superuenientiam liberorum non reuocatur donatio filio facta, nisi vsque ad legitimam, & probatur per text. in constitutio. Item si algu dona tor quant ha. in titu. de reuoc. dona. fol. 147. & per tex. in l. si totas C. de in offi. donat. & si pater retineat pro legitima quod sufficiens sit pro legitima, aliis filiis natis, & nacituris, nullatenus reuocatur etiam si bona retenta postea consumantur, vel perirent gl. Bar. Bal. Angel. Pau. & Sali. in l. r. C. de inoffi. dona. & signanter Pau. de Castr. nu. 7. vbi arguendo pro vtraque parte, an inspici debeat tempus mortis, distinguit. Et in terminis huius facti scilicet quando donatio à principio non fuit

fuit inofficiosa, tenet quod non reuocatur quia tunc assumit statum irreuocabilem statim, nō autem pendet, & hoc fauore donationis, postquam assumpsit ex post facto non mutatur, & sic casus fortuitus nocebit filio, non autem donatio &c. Et de materia an immensa donatio reuocetur ipso iure vel requiratur quod proponatur querela vel aliud remedium, & quo ordine, & de multis aliis, vide ibi per glo. magnam quę est finalis, & ibi per Paulum, & alios supra allegatos.

Adde quod de ista conclusione seu declaratione meminit Hieronymus Dalmau in suo libro memoriarum seu exēplarium in verbo donatio dicens ita fuisse iudicatum nullo discrepante, & allegat dictam gloss. & docto. in l. 1. C. de inoffi. dona. & vltra dicit ita tenere docto. in l. titia §. Imperator. ff. delega. 2. & quod non reuocatur ipso iure, sed per querelam in offi. donationis secun. d. gl. & docto. est verum quod dicit sententiam latam fuisse. 31. Aug 1553. dubito an sit error scribę in kalendario aut in verbo sententia, arbitror enim quod conclusio facta fuit. 31. Augu. & postea die 1. Septem. fuit latá sententia, hoc tá men parui est momenti.

CAP. 306.

SVMMARIVM.

1 *Donatio iurata, omnium bonorum, præsentium; & futurorum, absque reseruatione, non valet etiam quoad bona præsentia.*

1 DOnatio, omnium bonorum
a pręsentium, & futurorum iurata, aliquo non reseruato, fuit iudicata non valere, etiá quoad bona pręsentia.

Ita fuit declaratum in causa fisci procuratoris Regii contra don Guillermū de Iosa in mense Iunii seu Iulii 1555. sequendo communem opinionem doctorum in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verbo. obliga. & inter cęteros Ias. ibi numer. 11. & 12. & in l. pactum quod dotale numero. 2. C. de pac. Panor. consil. quadragesimo sexto, in secunda parte, Iacob. Marquil. in via. authoritate, & rogatulo. t. col. 18 versic. an valeat donatio omnium bonorum pręsentium, & futurorum cum iuramento. fol. 223.

a. Donatio.] Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 3. de verb. oblig. cuius opinionem dicit communem. Deci. in l. pactum quod dotali num. 1. cum seq. C. de pact. Ripp. lib. 3. responso. cap. 14. num. 2. Iul. Clar. li. 4. sent. §. donatio q. 20. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 10 n. 4. Sed an valeat respectu bonorum pręsentium Guid. Pap. sing 844. Ioseph. Ludouic. Decis. Perus. 117. Natt. cons. 456. numero decimo sexto. Hippol. singu. 517. In Regia Audientia fuit decisum, Hereditamentum in capitulis matrimonialibus iuratis (quod in Cathalonia est donatio secundum Socarr. in cap. si vassallus nom. 5. et 6. et cap. habito. num. 33.) factum, illis verbis, sien hereus vniuersals, absque aliqua retentione ad testandum, non valere, referente illo quondam grauissimo Senatore Gulielmo Sunyer: Cuius incomparabilem eruditionem, pari coniunctam prudentia, posteri, et admirabuntur, et pędicabūt; In facto Ioannis Poch agentis, et Ieronimi, Moragues rei conuenti. 8. Iunii. 1588. Actuario. Iaco. Bas. secus est si sit dictū (simpliciter et absque adiectione vniuersalitatis) jura, e promet que heretara fill o filla que del present matrimoni procei ran etc. hoc enim hereditamentum non prohibetur cum solummodo bona præsentia compręhendat, et non futura. Et ita fuit declaratum in Regia Audientia, in causa vertente inter Iolantem Gatillepa viduam relictam Petri Gatillepa Agricolæ parrochiæ vici. Et Margaretam Puig de Sans. 18. Ianua. 1591. referente doctissimo Senatore Anthonio Olibano. Actuario. Gabri. Guardia. Et 6. Octobr. 1597. in causa inter Ioannem Masgrau agricolam parroquiæ Sancti Vincentii de Torello, et Ioannem Ferrer referente Illustri Senatore Michaele d'Alba et d'Vallseca. Actuario. Biosca. ita tenent doctores infrascripti. Roma. in d.

in d.l.stipulatio hoc modo concepta de verb.oblig.num.45.Antho.de Gamm. Decis.139.num.2.Iul. Clar.lib.4.sent. §.Donatio.q.19.num.3.qui refert Bello. consi.5. in prin. affirmare hanc opinionem adeo veram esse, vt audax videatur qui velit contrarium tenere. De lege vero Taur.prohibetur donatio omniũ bonorum pręsentium.vt in l.69.quę in noua collect.est.8.titu.10.lib.5. et ibi Gom. fol.mihi.753.Molin.de Hispan.primog. cap.10.num.12.lib.2.

CAP. 307.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem in secũdo matrimonio, excedens illud, quod datum fuit vni ex filijs primi matrimonij, cui minus fuit relictum declarata fuit in fraudem l.hac edictali,C.de secund.nupt.*

Donatio reciproca inter binubos 1 id est, inter virum & vxorem in secundo matrimonio, etiam si sit propter nuptias, excedẽs illud quod datum fuerit vel relictum vni ex filiis primi matrimonii cui minus fuit datũ, vel relictum, declarata fuit per Regiam Audientiam esse in fraudem.l. hac edictali.C.de secun.nup. & sic quod maritus vel vxor qui, seu quę super vixit habere non potest plusquam vnus ex filiis primi matrimonii illius binubi qui dedit super viuenti, quamquam aliqui scribentes senserint contrarium.

Ita per Regiam audientiam fuit conclusum & declaratum in casibus infra relatis contra id quod tenet Stephanus Bertran.in consil.175.in secunda parte in prima responsione, quem refert Ioannes Nicolai Arelatan.in suis responsis in materia binuborum. Responso. fol.63. quia eorum opinio est contra tex.in dict.l.hac edictali quae loquitur in donatione propter nuptias, et etiam loquitur per verba vel alio quocunque modo, Et licet respectu dictorum binuborum forsan posset dici quod non est mera donatio nec praeiudicialis talis donatio reciproca, Attamen est vel poterat esse praeiudicialis filiis, et in fraudem filiorum et d.l.hac edictali, et contra mentem illius. Et maritus diues habens filios ex primo matrimonio quibus modicum dedit, posset facere similem donationem reciprocam vxori pauperi, et sic filii mariti restarent fraudati beneficio dictae legis, et esset facta fraus dispositioni, et menti illius legis, et con clusionem inferam infra statim. In qua etiam fuit declaratum quod supplemen tum legitime nõ computatur filio, Ita quod si pater filio ex primo matrimonio dederit 5.sol.et vxori in testamento reliquierit centum libras, vel illam haeredem instituerit, nõ poterit talis vxor habere vltra 5.sol.quantumcumq; filius potuisset petere supplementum legitimae suae, sed hoc non fuit declaratum indistinctè nisi in casu occurrenti quando supplementum legitimè nõ fuit petitum, et constabat de mente testatoris, quod nolebat quòd eius filii haberent ex suis bonis vltra dictos 5.sol. vt potestis videre in dicta conclusione quae est seriei sequentis. In facto causae vertentis inter Laurentiam Matheu vxorem relictam hernandi Matheu quondam cirurgici, & Sperantiam pagesa sorores ex vna & Ioannem Coll apothecarium ciuitatis Gerundae, partibus ex altera, facta relatione per Michaelẽ Ferrer doctorem Regii concilii relatoremq; dictae causae. Attẽto quod ex meritis processus cõstat Annã quae fuit filia Michaelis nato notarii matrimoniũ cõtraxisse in primis nuptiis cũ Frãcisco Peferrer, & ex illo matrimonio habuisse, & reliquisse filias duas, Franciscam videlicet, & dictam Laurentiam. Constatq; post mortem dicti Francisci Peferrer Annã pręfatã nupsisse Petro Andreu apothecario eiusdem ciuitatis. Et post mortẽ dicti Andreu, ad tertia migrasse vota, & matrimonium cum dicto IoãneColl conuenito contraxisse, & in dotem ei constituisse tercentum triginta quinq; libras Barcinonen.cum pacto (inter cętera)

cera) quod si ipsa prior dicto Coll eius tunc futuro sponso obiret, haberet, & lucraretur dictus Coll in & super bonis dictę Annę centum libras de augmento nuptiali de quibus posset ad suas facere voluntates. Prout hęc, & alia in capitulis matrimonialibus dictorum Coll & Annę (ad quæ fit relatio) latius continentur quę facta fuerunt die septima Februarii. 1518. Constat etiam cum alio publico instrumento die. 11. Augusti. 1525. acto, dictum Ioannem Coll prędictas. 335. libras. in dotem sibi constitutas habuisse & recepisse. Constat insuper dictam Annã Coll in suo testamento die. 31. Ianuarii. anni. 1530. facto, legasse dictę Laurentię eius filię, ex dicto primo matrimonio. 5. sol. pro omni parte hęreditate, & legitima sua materna, & alio quocunque iure sibi debito, & pertinenti in bonis dictę Annę. Nec non legasse dictę Franciscę eius filię ex eodem primo matrimonio pro omni parte hęreditate, & legitima sua materna, & alio quocunque iure sibi debito, & pertinentia, 5. sol. voluisseque eius sepulturam fieri ad notitiam suorum manumissorum, & tria trentenaria sancti Amatoris celebrari. In omnibus vero aliis bonis hęredem instituisse prefatum Ioannem Coll maritum suum ad omnimodas suas, & suorum voluntates. & postea ab humanis decessisse relictis dictis duabus filiabus: & attento quod non licuit dictę Annę relinquere vel donare, etiam donatione ante nuptias vel alio quocunque modo dicto suo marito secundo plusquam dederit vni ex dictis filiabus suis, cui minorem portionem dederit. Et ex tenore dicti testamenti, & alias constat dictam Annam cuilibet ex dictis filiabus suis prioris matrimonii reliquisse quinque solidos dumtaxat, & voluisse quod dictæ eius filiae (pręmaximè dicta Laurentia) non haberet ex bonis suis maternis, nisi quinque solidos, ex quibus clare infertur quod supplementum legitimę contra voluntatem dictę testatricis peteretur. Propterea prędictis, & aliis meritis processus attentis & alias, fuit conclusum quod declaretur quod dictus Ioannes Coll ex dictis. 335. libris. dotalibus, & aliis bonis dictę Annę non potest, nec debet habere, nec ratione supplementi legitimarum, nec ratione pretensę donationis propter nuptias, nisi tantum, & dumtaxat dictos quinque solidos pro legitima & supplemento illius, & alio quocunque iure (vt dictum est) dictę Laurentię legatis. & quod condemnetur ad restituendum, & soluendum dictę Laurentię nomine eius proprio, & vt procuratrici dictę Sperantię pagesa, reliqua ex dictis. 335. libris, deducto siue retento per dictum Ioannem Coll eo quod probauerit expendisse seu soluisse pro dictis sepultura, et trentenariis. liquidatione, et taxatione prędictorum liquidandorum, et taxádorum reseruata. In qua liquidatione et executione sententię, attento consensu dictę Laurentię, et alias, habeatur ratio qualis de iure habenda erit de alimentis quae dictus Ioannes Coll praetēdit praestitisse praefate Laurentiae in eius domo: et quod neutra pars in expensis condemnetur.

Nos Franciscus de Borgia Marchio de Lombay ac Locumtenens Generalis in principatu Cathaloniae, etc. Petrus Arnaldus Gorr Regens Cancellariam, Franciscus de Vallesica doctores de Regio concilio tertii nominati et electi in compromisso firmato per et inter nobilem Anthonium de Vlmis, et Annam de Vlmis quondam vxorem nobilis Berengarii de Vlmis, viso compromisso, inter dictas partes firmato, et potestate nobis in eodem attributa, Visis actis etc. pronunciamus, laudamus, sententiamus, arbitramur, et declaramus, viam iuris in sequendo, donationem in summa duorum mille ducatorum factam per nobilem dominum Berengarium de Vlmis quondam nobili Annae de Vlmis vltimae vxori tanquam excedentem quantitatem relictam 8. ex filiis priorum matrimoniorũ per dictum nobilem Berengarium de Vlmis contractorum fore, et esse reuocandam

candam,& pro reuocata, & pro nō scripta habendam, & seu reducendam ad summam relictam vni ex filiis priorum matrimoniorum cui minus apparet relictum, nullatenus habita ratione ad supplementum legitimè quod supplementum recipi videtur potius ex permissione legis quam ex iudicio testatoris, & aliàs ad finem vt seruetur æqualitas iuxta.l.hac edictali.C. de secundis nuptiis, & deducto eo quod ad dictam nobilem viduam pertinebit. residuum diuidatur inter filios priorum matrimoniorum,&c.

El Marques tertio.

Ex processu vertente in Regia Audientia ad relationem magnifici Michaelis Miralles inter excellentes Ducem, & Ducissam Cardonæ, & Sugurbi ex vna,& Illustrem dominam Ysabellam Ducissam Cardonę relictam illustri Ducis Ferdinandi. Scriba Ioannes Viladamor,& pro eo.Ferrer notari.

Item attento quod Illustris Dux Ferdinandus in capitulis matrimonialibus inter se, & Illustrem Ysabellam initis eidem illust. Ysabellæ donauit decem, & octo mille solidos, annuales censuales toto tempore vitæ suæ super fructibus,& redditibus baroniæ dentença,& in eisdem capitulis donauit ei Iocalia, & vestes, quam donationem in vltimo suo testamento confirmauit.Et insuper addidit bismille libras ex dictis decem, & octo mille solidis de quibus posset libere suas facere voluntates, præterea legauit eidem quinque mille libras ad suas omnimodas voluntates cum protestatione quod si dicta legata, & donationes excederent mensuram legis hac edictali.C.de secund. nup. totum illud plus deueniret ad filiam secundi matrimonii ab eodem in suo testamento hæredem institutam vniuersalem.Et quia huiusmodi legata, & donationes excedunt mensuram d. l. hac edictali. cum constet dictam illustrem Ducissam Cardonæ filiam primi matrimonii nullum commodum ex donatione sibi facta. aut aliàs ex bonis dicti patris sui habuisse præter vnum florennuum aut quem sibi in testamento relinquit, nec legitimam sibi debitam in prædictis bonis paternis petiit dicta illustris Ducissa,aut habere voluit,vnde sequitur dictas donationes,& legata pro non scriptis habenda esse.Ideo meritis actorum, attentis,& aliàs pronunciamus,arbitramur, & declaramus, dictam illustrem Ysabellam Ducissam,nihil ex prędictis donationibus, & legatis capere posse præter dictum florennuum. Nec eius aliquod sibi petenti competere. quinimo eidem super prædictis silentium imponimus sub pœnis, & iuramento in compromisso contentis,die.22.Nouembr.1545.

CAP. 308.


Donatio vxori secundæ facta in materia l. hac edictali. C. de secund.nup.

Vide supra c.proximo vers.Nos Franciscus de Borgia.

CAP. 309.


Si pater pro filia dotem promiserint genero,& generan tequam dictam dotē vel partem illius exegerit à socero mortem obiit:Consueuit Regia Audiētia absoluere hæredem mariti à dote non soluta,nec exacta, sentiit tamen se eus esse si dos per extraneum promissa fuerit,& maritus fuerit in mora non exigendi.

Hæc obseruantia verificatur per ea quæ supra dixi in verbo augmentum dotis in cap.48.incipien. materia augmenti folio vigesimo septimo.& in ca. incipien.Ita reperio in libro exemplarium folio vigesimo octauo.colum.secunda circa finem.

CAP.

CAP. 30.

SVMMARIVM.

1 *Dos graduatur priusquam augmentum in casu ibi posito.*

1 DOS graduatur priusquam augmentum dotis quando dos pertinet ad hæredes vxoris, & augmentum ad hęredes filii seu filiorum, si tamen dos, & augmẽtum pertinerent ad vxorem, codẽ gradu collocarentor.

Ita Hieronymus Dalmau in suis adnotationibus in verbo graduatio in ca. incipie. ite. in materia agraduationis refert fuisse declaratum ad relationem B. Albaneil 8. Martii 1532. in facto causæ quæ vertebatur inter Saluiam Dorcha, & hæredes pro ne vxoris Ioannis Thomæ Ferrer quondam dicẽs etiam quod quamuis prima facie videbatur in pari gradu collocari debere, & quod exigeretur, esset diuidendum. Inter eos pro solido, & libra, attamen dicit quod obstat ratio, quia filii certant de lucro captando, mulier vero de damno vitando. Et quod id quod videbatur prima facie, procederet vbi bona mariti sufficerent vtriq; tunc enim in pari gradu collocarentur, alias vero secus existimarunt.

Adde & vide pro quodam priuilegio dotis in caso speciali constitutionem. Item statuim e ordenam vers. en aquest cas. sub titu. de iurisdict. de tots jutges. fol. 82.

CAP. 31.

SVMMARIVM.

1 *Dubia super prætensa, & allegata contra factione fatticorum, constitutionum Cathaloniæ, & aliorum iurium per quem, & qualiter declarentur. & quomodo.*

1 DVbium quando per aliquem ex doctoribus Regię Audiẽtię proponitur in ea Audientia cum suplicatione, ex eo quia aliqua pars extra iudicialiter, & inscriptis requirit dictum doctorem quod reuocet per eum facta seu prouisa tãquã facta cõtra constitutionẽ Cathalonię, vel alias dicit facta per illum doctorem esse contra constitutionem vel alia iura patrię, decretari solet dicta supplicatio per Locumtenentem generalem si est præsens vt sequitur.

Committatur Reuerendo Regio Cãcellario qui super suplicatis debitę prouideat iuxta formam constitutionum de obseruantia.

Prouisa per Illustrem Locum tenentem Generalem die. r. Fogassor.

Ita fuit decretata supplicatio dubij facta per Bernardum Vilana, & Franciscum Xammar tunc doctores Audiẽtię Regię die 6. Iulii. 1559. super requisitione, & protestatione. Illis pręsentata per Paulum Mates, vt procuratorem Francine Vallessa, & fuit commissa Reuerendo Mathię Sorribes tunc Regio Cancellrio.

In posse Fogassot tunc Regii mandati scribę, & hodie quę computatur. 20. Aprilis. 1584. est in posse Michaelis Amat Regii mandati scribę, & Locumtenentis prothonotarii.

Et dictus Mathias Sorribes Regius Cancellarius in calce dictę supplicationis post dictam decretationem prouidit vt sequisitur.

Recepta dicto die conce. co. intimetur parti alteri ad dicendum quicquid &c. & inserantur producta, & continuantur exhibita, & portentur acta, & diem martis ad relationem, & ad debitã prouisionem faciendam cum vel sine aduocatis, & dierum continuatione assignat intimetur.

Sorribes Cancellarius.

Pro intelligentia & confirmatione prędictorum, videantur constitutiones sequentes. sitę in ti. de obseruar constit. *a* fol. 28. c. Item señor con la potissima part. & c. poc valdria, & in tit. de la audi. e consell real. cap. si alguna part fol. *b* 12. & signanter dicta constitu. poc valdria col. 5. versi. entes empero que si a instantia de part, o del mateix official vbi inter cætera disponitur, quod si dubitatur an reuocatio fieri debeat, Cancellarius, Vicecancellarius, & suo casu Regens videlicet magis præheminens illorum (dummodo non sit ille contra quem dicta instantia facta fuerit) & si cõtra omnes sit, antiquior qui præsens in Audientia Regia erit, intra sex dies post dictam requisitionem immediatè sequentes teneatur, & sit obligatus sub pœnis ibi contentis, ponere aut facere relationem in Regia Audientia &c. Et audita verbo parte aut aduocato illius, & dicto officiali, si esse voluerit, facere, & votare cum iuramento concludere, & declarare, & vota, & declaratio, aut prouisio ponantur in scriptis, & quod in conclusione non sint præsentes ille seu illi qui impetiti erunt &c.

Et dicta constitutio hodie intelligitur, & practicatur ita quod dictus præsidens declaret cum toto consilio aut maiori parte illius; & in paritate quid fiendum, vide dictam constitu. si alguna part in titu. de audien. y consell real fol. 12. illam tamen constitutionem in principio, intellexit regia audientia procedere quando petitur iudicialiter.

Et dictus Cancellarius Regius seu alter cui dubium commissum fuit debet facere relationem intra sex dies in Regio concilio, vt facta fuit per dictum Sortibes Cancellarium in dicto dubio dictorum Vilana & Xammar. 11. eiusdem mensis Iulii. Et decretatio facta fuit vt sequitur, die Martis. 11. Iulii. 1559. per Reuerēdum Mathiam Sortibes Regium Cancellarium fuit facta relatio in Regio concilio præsente Illustrissimo Domino Locumtenen. Generali.

Veciana.

Et si per partes vel aliquā illarū dantur supplicationes, ille remittuntur relatori per dictum Locumtenentem generalem vel Regentem Cancella. vt fuit factum in eadem causa per Francisc um Montaner Regentem Cancella. vt sequitur.

Remitatur relatori causæ qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per magnificum Regentem Cancella. ex deliberatione Regiæ Audientiæ 11. Octobr. 1559.

Recepta &c. con. co. facto verbo in Regia Audientia ad respondendum ad tertiam intim. Sorribes Cancella. fuit Intim.

Potest etiam prouidere portetur processus.

Et est notandum quod in processu dicti dubii per dictos Vilana, & Xammar facti concessi fuerunt vtrique parti 20. dies ad dicendum, & allegandum vt sequitur. 20. Decembr. 1559. viso processu eiusque meritis debite consideratis, facto verbo in Regia Audientia prouidet, & concedit vtrique parti 20. dies ad dicendum & allegandum quicquid dicere, & allegare voluerint quibus elapsis prouidebitur super prouidendis intim.

Sorribes Cancella.

Fuit petita sententia cum scedula per dictos Vilana & Xammar, & fuit prouisum, portetur processus & prouidebitur intim.

Sortibes.

Declaratio super dubio fit in modū prouisionis vt fuit facta in dicto dubio vt sequitur.

6. Aprilis 1560. visa supplicatione dubii propositi oblata per Bernardum Vilanoa quondā, & Franciscū Xammar doctores Regiæ Audientiæ 6. Iulii. 1559.

In &

In & cum qua &c. viso, & lecto toto processu, & iuramento ad cautelã præstito iuxta formam constitutionis per omnes doctores Regiæ Audientiæ, visis videndis facta conclusione in Regia Audientia, & illam insequendo, attenta natura, & qualitate causę super qua fuit pronũtiatum prouidet & declarat dictos Vilana, & Xammar non contra fecisse viaticis, & constitutionibus, & alus iuribus patriæ. scilentiumque impo nendum fore, & esse sicuti cum præsenti imponit dictæ Francinæ Vallessa, eãque in expensis condemnat taxatione reseruata intum.

Sotribes.

Simili forma facta fuit alia declaratio per eundem Cancellarium 12. Iulij, 1555. In causa dubii propositi per Stefanum Puig tunc doctorem Regii concilii super requisitione illi præsentata per Petrum Rossello, 29. Maii illius anni.

In aliquibus aliis conclusionibus, vt in conclusione facta 31. Ianuarii. 1551. super dubio facto per Ferdinandum Maymo, non fuit positum illud verbum, ad cauthelam idem in alia conclusione 9. Iulii, & 29. Octob. eiusdem anni, eidem in alia prouisione facta super dubiorũ Francisci Sala. 17. August. 1568. per Guil. Episcopum Barcinone, & Cancel. idem in prouisione super dubio Ioan. Palau scribæ mandati Regii facta per Pet. Sabater. 7. Martii, 1569. in concilio crimi. nali. idem super dubio facto per Franciscum Montaner Regentem Cancel. in quo facta fuit prouisio. 16. Oct. 1566 per Michaelem Ferrer cui vt antiquiori commissa fuit causa dubij.

Aduertendum tamen est prædicta procedere quando facta per officiales Regios sunt talis naturæ, & conditionis quod contrario Imperio & mandato sine supplicatione aut reclamatione reuocari possũt. Si vero dicta prætentio allegabitur esse ratione sententiarũ; difinitiuarũm; aut aliarum quę contrario imperio, aut mandato, aut absque remedio supplicationis, appellationis, aut reclamationis reuocari nequeũt, tali casu dictę sententię reuocari non possunt, nisi per remedia ordinaria, vt hęc, & alia latius in dicta consthi. poc valria fer lleys (ad quam breuitatis causa fit relatio) continentur.

CAP. 312.

SI dubitat vna aula Regię audientię ciuilis de aliquo stylo, seu in intelligentia constitutionis, vel de obseruantia Regię audientię, seu for ma procedendi, consueuit alteram Aulam consulere, seu verius congregantur doctores vtriusque Aulę in vna, & ibi proponitur dubium, non nominando partes seu causam aliquam in qua dubium ortum fuit seu incidit, vel emersit, & ibi discusso dubio proposito, per omnes fit determinatio. Et si videtur (secundum arduitatem negotii, vel alias) fit conclusio illius determinationis sequendo maiorem partem votorum.

Dic vt latius ponitur infra in verbo stylus.

a. fol. 28.) in noua vero collectione iste tit. est pag. 44.
b. fol. 12.) in noua collectione. 53.

De incipientibus a littera. E.

CAP. 313.



EDilis siue Mustafacius pro executione suae declarationis contra clericum simpliciter tonsuratum potest intrare domum dicti clerici cum assistentia officialis Ecclesiastici.

Ita fuit declaratum per Reuerendũ Regium Cancellarium. 14. Maii. 1534. vt dicitur latius supra in verbo contentio. cap. 234. incipien. die decimo quarto Maii. 1534. fol. 125. & in verbo Mustafacius.

CAP. 314.

Edilis siue mustafacius qualiter intrare potest domum contiguam Ecclesiæ, & recognoscere pensum, & mensuram, etiam si sacerdos vendat, vel pro eo vendatur vinum vel panis.

Dic vt supra in verbo contentio cap. 233. incipien. Mustafacius siue edilis Barci. accesserat fol. 135. & infra in verbo Mustafacius.

CAP. 315.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum de quo quis mentionem fecit edere tenetur.*

1 DIE Mercurii, 2. Martii. 1446. in gubernatione cum doctoribus Regii concilii procedēdo, sequendo maiorem partem doctorum fuit cōclusum, vt sequitur. In facto den Fōr Cuberta, & Antonii Co, facta relatione per Bernardum Michaelis, fuit conclusum quod dictus Antonius Co. iuxta vsaticum Barcinone a edat titulos de quibus fecit mentionē in sua articulata petitione antequā ipse Font Cuberta respondeat dictę petitioni, & articulis oblatis per Antoniū Co, ad effectum vt ipse Font Cuberta valeat deliberare an cedere, vel contendere velit, expensarum articulo in diffinitiua reseruata. Postea de mense Nouem. 1558. etiam in gubernatione cū doctoribus Regii concilii fuit declaratum vt supra me præsente, & postea idem vidi in Regia Audientia declarari in re pidè. De materia editionis instrumentorum videri poterit Tho. Mic. in consti. als scandols n. 17. colla: 9. fol. 110. & in consti. Item quę nos. n. 9. colla. 2. fol. 15.

a. Vsaticum Barchinonæ.] & incipit autem item prouida, continetur que in noua collectione in ordine. 5. sub ti. de testimonis, fol. 238. & vid. ibi Marquill. Sed de iure communi reus non tenetur edere instrumenta actori ad fundandam suam intentionem. c. 1. ext. de proba. l. nimis graue. C. de testib. Nisi subsit iusta causa quę relinquitur iudicis arbitrio Mennoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 499.

CAP. 316.

Effractis carceribus fugiens q̄ habeatur pro cōfesso non recepit Regia Audientia quamuis Angel. & alii infra relati tenuerint contrarium, bene tamen recepit quod talis fuga facit iudicium ad torturam pro illo delicto pro quo fuerat incarceratus.

De hoc articulo dicitur latius infra in verbo, fuga.

CAP. 317.

SVMMARIVM.

1 *Electio Doctoris Regij Concilij, qualiter facienda est, ex quibus doctoribus.*

1 ELectio doctorum Regii concilii qualiter, & ex quibus doctoribus fieri debet.

Die 6. Martii. 1571. Maiestas Regis Philippi nunc fœliciter regnantis scripsit spectabili don Pedro de Cardona gerenti vices generalis gubernatoris Cathaloniæ, & Cancellario Regio, Regenti Cancellariam, & aliis doctoribus Regii Concilii Cathaloniæ, mādando illis sub tenore sequenti.

Encargamos y mandamos, que junteys a entrambos consejos en la forma que antiguamente se acostumbraua quando se hazia terna. Y oydo que hayan todos la missa de Espiritu Santo, y luego sentēcia de excomuniō. Y hecho despues iuramentō sobre el missal que en la tal nominacion, pospuesto todo amor, odio, e interesse, y qualquier otra affiction, y passion particular: nombraran de los doctores desse dicho nuestro Principado

Principado y Condados, aquellos que segun la conciencia de cada vno juzga re que es de mas letras, habilidad y sufficiencia, y de major bõdad, y otras bue nas partes, y qualidades que para semejantes officios son necessarios, se proceda a la nomination dellos, y delos assi nombrados nos embiareys para cada lugar nomina distinctamente de tres o quatro doctores de los que fueron hallados en mas votos, poniendo en ella primero el mas approbado. Y consecutiuamente los otros por su grado, para que vista la dicha nominacion podamos dellos o del mesmo Principado y Conda los fuera de los nombrados, hazer electiõ de los que mas paresceran conuenir al descargo de nuestra consciencia, y buena administracion dela justicia. Dando orden que las dichas nominaciones se hagan, y se nos embien con toda breuedad, paraque la dilacion no cause mas daño a la breue expedicion de los negocios. Y por la misma razon queremos que guardeys esta misma orden quando se offrecieren otras vaccaciones de los officios dellos conseios hasta tanto que por nos es sera mãdado otra cosa en contrario que tal es, nuestra voluntad.

Adde verum esse quod tempore Marchionis de Aguilar qui erat Locumtenens generalis ante annum. 1550. & decessit ab humanis Barcinone 14. Octobris. 1553. & sic antiquo tempore: etiam quodammodo ratio habebatur de genere seu stirpe eius qui eligendus erat.

C A P. 318.

De electione tertii in locum Cancellarii Regii pro dirimendis contentionibus iurisdictionis quando Audientia Regia est prorogata, & Cancellarius est absens à curia, dictum fuit supra in verbo Cancellarius cap. 91. incipiente. de his dict. fol. 57. & cap. 89. incipiente. Ita. 18. Februarii fol. 58.

C A P. 319.

SVMMARIVM.

1 *Eligere videtur instituendo hæredem Donatarius, qui per donatorem fuit grauatus donare alicui ex filiis dicti donatarii.*

1 Eligere videtur instituendo hæredem donatarius qui per donatorem iussus vel grauatus fuit dimittere seu donare alicui ex filiis dicti donatarii.

Ita fuit conclusum 21. Martii. 1553. & sententiatum me referente die 13. eiusdem mensis in causa quæ vertebatur inter Raphaelem Plantalamor ex vna, & Vincentium, Gasparem, Bartholo. & Sigismundo Plantalamor partibus ex altera per doctrinam Bart. in l. vnum ex familia. §. si duos. numero. 3 ff. de lega. 2. fol. 41. Et factum erat in effectu vt sequitur.

Gabriel Plantalamor, & Michael eius filius in capitolis matrimonialibus Gabriele filiæ dicti Michaelis cum Sigismundo Sauleda dederunt dictę Gabriele, & eius filiis, & cui ipsi voluerint Mãsum Plantalamor, & omnia alia bona sua, quibusdam exceptis, & postea dicta Gabriela plures habuit filios, scilicet Ioannem, Michaelem, Bartho. Sagismũdum, & Vincentium Plantalamor, & testamentũ condidit anno. 1508. in quo hæredem instituit Ioannem Plantalamor, & illi si decederet (pro vt decessit) sine liberis substituit Michaelem, &c. Post factum dictum testamentum dicta Gabriela procreauit amplius Gasparem, & Benedictam aliàs Bernardinam & decessit, & Ioannes post eã sine filiis, & Michael habuit vnum filium nomine Franciscum Vincentiũ Plantalamor & Raphaelẽ quæ nupsit Petro Moreta. Et decessit dictus Michael relictis dictis filiis suis, & postea dictus Frãciscus Vincentius decessit relicta, & superstite dicta Raphaela Plantalamor. Euenit quod cum dicti Vincentius, Gaspar, Bartholo

meus, & Sigismundus Plantalamor filii dictorum Gabriele & Sigismundi Sauleda alias Plantalamor essent in possessione dicti Mansi Plantalamor, dicta Raphaela petiit dictum Mansum a dictis Plantalamor possessoribus: dicti vero fratres Plantalamor opposuerunt quod dictus Mansus, & alia bona donata eorum matri fuerant sibi vinculata, fuit conclusum quod dicta Gabriela instituendo dictum Ioannem & substituendo Michaelem, vt predicitur, visa fuit elegisse dictos Ioannem, & Michaelem modo predicto. Insuper (vt nihil reliquam ex & de contentis in dicta sententia) in quantum fuit allegata nullitas testamenti dictę Gabriele, quia pretendebatur preteritos fuisse dictos Gasparem & Benedictam Plantalamor, fuit declaratum, vt premittitur cum hac aditione, non obstante pretensa allegata preteritione Gasparis & Benedictę Plantalamor, quia dicta Gabriela testatrix legauit per hęc vel similia verba, Dimitto cuicunque filiorum, & filiarum mearũ iure institutionis, & pro cũctis iuribus illis pertinentibus in bonis meis, quod collocentur, & dotentur secundum facultates hęreditatis meę, & adiecit clausulam Codicillarem latam, quod si non valet aut valebit iure testamenti, volo quod valeat, & valere possit iure codicillorum, & cuiuscunque alterius vltime voluntatis. Et ponderauimus quod tempore dicti testamenti testatrix nullam habebat filiam, aut saltem vnicam tantum, & tamen loquuta fuit in plurali de filiabus. Item dicti Gaspar, & Benedicta aliàs Bernardina non erant proprie posthumi, hoc est quod fuerint nati post mortẽ testratricis, sed in vita, post testamentum tamen, pro quibus omnibus vide Alexan, & latius Ias. post Bar. & Pau. in l. qui filiabus ff. de lega. 1. & de materia vide rolandũ. in tract. de codicil. vol. 7. & 8. fol. 76. Ias. in addi. ad porchum insti. de codicil. in addi. 3. Bar. in l. 1. ff. de testa. mili. decius con. 239. fo. 60. in prima parte.

CAP. 320.

SVMMARIVM.

1 *Emancipare cogitur pater filium, quem male tractat: & an propter hoc dictus pater perdat vsumfructum in bonis filij aduentitijs sibi alias spectantẽ & num. 5.*

2 *Filij viuente patre, domini, quodammodo existimantur bonorum patris.*

3 *Filij liberantur a patria potestate ipso iure, ex maxima culpa patris.*

4 *Pater filium non alens punitur poena amissionis patriæ potestatis.*

1 EMancipare cogitur pater filiũ quem male tractat, & contra pietatem afficit. An tamen dictus pater tali casu perdat vsufructum, quem aliàs in bonis aduentitiis dicti eius filii habiturus fuisset, latę sunt duę contrarię sententię speratur: tertia in causa supplicationis secundę sententiae ferendę.

De primo capite, scilicet quod pater dicto casu cogatur emancipare filium lata sententia de die 3 Iunii. 1586. per lo cumtenentem generalem Regiæ Maiestatis de concilio Reuerendi Cancellarii Regii facto verbo in Regia Audientia per d. Cancellarium in causa vertente inter Franciscum Balle, et eius filios agricolas termini de sancto Martino de prouincialibus, et dicta sententia confirmata fuit precedente conclusione in Regia Audientia facta die . . Iulii. 1587. ad relationem Magnifici Monserrati Guardiola in causa supplicationis interpositę a praefata sententia lata per d. locumtenentem generalem. est in posseSe bastiani Costa mandati Regii scribae, et pro eo Antonii Riambau notarij.

Dicta conclusio (vt a dicto relatore habui) quia ergo (ex eo quia in lectura totius processus non interfui) non votaui fundata fuit inter alia ex sequentibus. Nam et si in potestate nostra sint liberi nostri quos ex iustis nuptiis procreauimus institutio. de pa. po. in prin.

prin. ne cogatur pater inuitus filius de potestate dimittere, inst. qui.mo.ius pa. po.fol.§.fi.tamen ex causa potest pater cogi. filios emancipare per tex. in d.§. fi. & ibi glo.fi. ponderando ibi dictionē pœnè, innuens quod in aliquibus casibus fallit hęc regula quę dicto, pœnè. Idem sonat quod quasi.3.q.7.can.qui si ne,& ibi notatur l.pen.ff.vnde liberi in fi.causa autem inter alias est si pater filium male tractauerit, & contra pietatē affecerit gl.fi in d.§.fi.allegat tex.in l.fi. ff.si a parente quis manu.fue.qui tex.id ad litteram probat Arius Pinelus in l. 1.in 1.p.n.57.C.de bonis mat.fol.mihi 47.col.2. facit l.lenones quę est finalis de spectaculis,& scenicis,& lenonibus li b.11.C.l.si lenon es.C.de Epis. audien. facit etiam per optim: text.in l.2.ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.ubi in seruos sæuiat, & ibi auxilium contra sęuitiam vel famen, & ibi. durius habitos quam ęquum est,& in vltimis verbis legis qui tex.licet tractet de seruis,tamen in mul tis filii,& serui eodem modo metiuntur l.2.ff.de offi.proconsu. ponderando dic tionem manu mitti. quę dictio ibi pari formiter a.d liberos,& ad seruos refferatur, & in l.15. potestatis. ff. de peculio his verbis,potestatis verbum communi ter accipiendum est tam in filio quam in seruo. Immo esset absurdum filium non esse multo melioris cōditionis quā sit seruus,cum filii etiam viuente patre quodammodo domini existimentur.l.

2 in suis.ff.de libe.& poste. Item facit glo. vni.in l.non potest.ff.de adoptio. ibi si malè se pater contra filium habuit Thom.Mier.in 1.p.in titu.de emancipatione,& foris caslatione numer.10.col. lat.6.fol.134.vbi tribus carminibus refert casus in quibus pater cogitur filiū emancipare.

3 Item ex maxima patris culpa etiam ipso iure filii liberantur à patria potesta te l.2.C.de infan.ex po.Pinel in loco su pr.allegato.n.57.

4 Item quod pater si filiū non alat pu niatur pœna amissionis patrię potestatis,tenet glo.in l.nec filium in ver.pœna vers.vel dic secundo.C.de pat.potes. in cap.fi.num. 5. de conuer. infide. nec mirum quia necare est filiis alimēta de negare Pati.ibi per l.necare ff. de libe. agnosc.Facit etiam tex.in l. vnica § sed scimus versicu.quem enim.C.de lati.li be.toll. quem enim inquit, à sua domo repulit;maneat ab eo pœnitus segregatus.

Facit etiam in argumentum text. in l.si conuenerit versicu.fin.ff. pro socio. Ibi,aut quid si tam iniuriosus, & damnosus socius sit, vt non expediat eum pati.

5 Quo autem ad dictum secundum caput,(scilicet quod dicto casu pater perdat vsumfructum quem aliàs habiturus esset in bonis aduentitiis filii,) fuit declaratum referente dicto Guardiola in causa dictę supplicationis à prefata sententia interpositę. Et fundata fuit dicta declaratio per tex.in dict.l.fi.ff.si ap patente quis mant.fue. iuncta gloss.in verbo denegata.per quem ita tenuit cepola cautel.115.& allegat bonum consilium Raphaelis Fulgosii.Facit singulare Ludouici Roma. 309. vbi sunt duae optimę additiones in noua impresione quę est de anno.1570.videndus est Bal. in l.quamuis.C.de fidei. numero.4. & 7.& bene facit ratio.l.fi §.fi.versicu. Si enim sui iuris efficiatur.C.de inoffi.testa.Hoc tamen forsan intelligi, & limitari debet constante de magna sęuitia patris,& ita tunc audiui ab vno ex doctoribus qui interfuerunt in dicta conclusione,dicente,quod quo ad caput amissionis dicti vsufructus, ideo motus fuit, quia constabat de magna sęuitia patris. Ab ista sententia fuit supplicatū, & pendet causa supplicationis indecisa ad relationem Ioannis Amell in posse nunc Ludouici Colell notarii pro collegio scribarum Mandati Regii. Si tempore quo in causa dictae supplicationis declarabitur,vita mihi Comes erit, refferam(deo dictae) quod declarabitur.

CAP. 321.

SVMMARIVM.

1 *Emptor secundus, cui res tradita fuit nō præfertur secundo cui res non fuit tradita, quando secundus fuit in mala fide, vel sciens rem prius alteri venditā fuisse.*

1 Emptor secundus cui res tradita fuit, non præfertur primo cui tradita non fuit quādo secundus fuit in mala fide vel sciens rem primo alteri vēditam fuisse.

In lite, & causa vertente in Regia Audientia ad relationem Ioannis Sabater inter Iacobum Cubero ex vna, & tutores Raphaelis Vinyes, & Petrum Serra ex altera partibus de & super eo videlicet, quæ ex tribus donationibus factis per Catherinam Cuberona de domibus & horto sitis in vico del Carme prastantior esset, an prima facta Iacobo Cubero tempore quo donatrix non possidebat bona, vel secunda Raphaeli Vinyes, cum clausula constituti facta, cū donatrix iam possidebat bona donata: An vero tertia facta Petro Serra cum clausula constituti, & reali rerum donatarum traditione, multis perpensis, & consideratis, fuit tandem lata sententia die 13. Augusti anni 1580. secuta conclusione in Regia Audientia qua fuit declaratum primam donationem factam dicto Cubero potiorem fuisse cæteris aliis factis dictis Vinyes, & Serra, & moti fuerunt Regii Consiliarii, eo præcipuè fundamento quod constitit secundum, & tertium donatarios tempore factarum in eis donationum, notitiam, & scientiam plenam habuisse primæ donationis dicto Cubero factæ, & proinde fuerunt in dolo, & mala fide, & propterea dictæ donationes posteriores, nulle fuerunt, & ex eis ius aliquod quæsitum non fuit dictis posterioribus donatariis & hæc est vna ex limitationibus. l. quoties de rei vend. C. communiter recepta per tradita per Bal. in rub. C. de reuocādis iis quę in fraudem creditorum alienata sunt. Soc. in regu. 18. in 4. Fallen. Ias. in l. fi. C. de sacrosanctis ecclesiis. Paris. consil. 11. vol. 1. Idem consil. 69. vo. 3.

Pro veritate huius obser. viden. gl. in l. quoties. C. de rei vendi. cum Bald. & Iaz. ibi Couarr. lib. 2. varia. cap. 19. Hieronymus Marilianus in repeti. d. l. quoties. limi. 12 num. 293 Crauet. consi. 77. Rol. consi. 9. num. 27.

CAP. 322.

Estimatio fructuum rei litigiosę fieri consueuit lite pendente, vt de his & aliis similibus dictum fuit supra in verbo cautio. c. 122. incip. Antonius Castelli. fol. 78.

CAP. 323.

SVMMARIVM.

1 *Estimatio si post processus denuntiationem fieri petitur, implorato iudicis officio, an iudex poterit id prouidere ex officio nobili.*

2 *Deliberatio in sententia definitiua reseruata, terminatur intra terminum præfixum per cap. 14. cur. ann. 1547. vt ibi.*

3 *Terminus præfixus parti, an censeatur in dies præfixus & n. 6.*

4 *Iudex potest supplere de iure, sed non de facto.*

5 *Iudex suplet estimando rem petitam, quā uis de estimatione non sit facta probatio.*

7 *Iudicem oportet cuncta rimari.*

8 *Determinatio.*

1 Estimatio si post processus denuntiationem seu conclusionem in causa fieri petitur implorato officio iudicis, an iudex ex officio suo nobili poterit prouidere quod fiat.

Istum

Istum articulum habuimus de facto in causa quę vertebatur inter coniuges Munyosos & Petrum Corco Illerde. prętendentibus dictis Munyosos partē negatiuam. Et quia scribentes in iure communi sunt inter se in hoc contrarii vidi & etiam in hac regia audientia, aliquam differentiam seu contrarietatem decreui quod vidi referre.

2 Principale imo totum fundamentū prætentionis coniugum Munyosos, vt estimatio rerum pro parte Petri Corco petita, fieri non posset: sumebatur ex cō

4 stitutione anni 1547. cap. 14. disponente maiorem deliberationem in sententia diffinitiua reseruatam, terminari debere intra terminum per dictam constitutionem præfixum, ita quod prorogatari non possit quacunque causa, saluo impedimento iustæ absentiæ aut morbi. Et quia ille terminus erat elapsus quod propterea non solum pars dicti Corco non poterat implorare officium iudicis vt dicta æstimatio fieret, sed nec iudex poterat æstimare dictas res ex suo officio, ne dum parte supplicante, sed nec ex suo mero seu nobili officio. Et ad id probandum deducebantur duo fundamenta, Primum est quia terminus præfixus parti, videtur etiam prefixus iudici, vt per Ludouicum Roma. cons. 214. vbi dicit quod præclusa via parti videtur præclusa & iudici per l. non solum §. quamqua ff de iniu. Et per alia duo iura & doctores quos & quæ allegat Alex. in l. 4. §. hoc autem iudiciū. nu. 18. ff de dam. infe. Dicunt enim quod si pars non potest post conclusum in causa aliquid producere seu probare, nec iudex debet aut potest vltra illud tempus supplere. Secundum fundamentum sumebatur de glo. Cum suo textu in l. 1. C. vt quę de sunt aduocatis. par. iudex suple. intelligendo quod iudex potest supplere de iure, sed non de facto. Et sic idem etiam quod de primo fundamento.

In contrarium & sic pro parte affirmatiua deducebatur quod quamuis terminus ad probandū pręfixus esset elapsus, siue esset per conclusionē in causa seu per denuntiationem processus siue alias, nihilominus iudex ex suo officio, saltem mero siue nobili potest & debet dictam æstimationem facere & poterit probationes alias admittere, vt per dictum Alex. in l. 4. §. Hoc autem iudicium nu. 18. & 19. ff. de dam. in fecto, vbi dicit quod iudex ne dum ad declarationem retroactorum potest interrogare etiam post conclusum in causa, sed etiam ad fundandam de nouo intentionem partis, & sic in viam nouę probationis, & in nu. 22. dicit quod supplet iu

5 dex estimando rem petitam quamuis de ęstimatione non sit facta probatio. Et iste est casus noster. Allegat inter alia l si quis ex Pamphila § fi. & quod ibi nota ff de lega. 2. & ad prędicta fundamenta in contrarium deducta de conclusione in causa respondet inter cætera quod iura quę dicunt non posse fieri probationes & alia postquam est conclusum in causa, loquuntur in parte & non in iudi. Et quod istam opinionem sequuntur Comuniter doctores in lo

6 cis per eum allegatis. & ex ista responsione poterit colligi respōsio ad id quod dicitur quod pręclusa via parti censetur & iudici, quia non est verum, saltem in nostris terminis, vt probatur per dictā doctrinam communem relatam per Alex. quę etiam, vt latius inferius deducetur, probatur per tex. notab. in c. cum Ioannes, ibi non obstante. &c. de fide instru. Ego vltra dictam responsionem respondebam ad dicta per Roma. in d. consil. 214. quod iura per eum allegata nō probant eius dictum, sed potius contrarium. Nam ibi, exclusa via libertę contra patronum non est exclusa marito libertae nomine cum patrono, minus ergo erit exclusa iudici. Item respon. distinguendo vt notabiliter distinguit Bal. in l. cum mulier cul. pe. vers. ad vltimū veniamus ff solu. matri. & dictae opinioni adhaeret expresse Alex. in l. quę situm num. 2. ff de in ius vocan. & magis clare & verius loquitur apostillator ad Bar. in d. l. non solum. §. quamquam

circa

circa medium,ff. de iniur. quæ doctrina Romani procedit quando statutum faceret delictum impunibile, secus si solum remoueret bannitum, & apostillator fa it mentionem de dicto concilio Romani,& sic etiam patet quod tā romanus quam Bal.& Alex.loquuntur in aliis terminis quā nostris, inter quos est magna differentia,& non procedunt absque magna contradictione vt per eosdem vid ri potest. Et quidquid sit de illorum dictis,ad memoriam reduco quod vnus ex doctoribus aulæ regentis cancellariā de qua ego eram & nūc sumi deducebat inter alia, non esse bonam consequentiam nec de iure procedere nec probari,videlicet,pars non potest probare ergo iudex non poterit ex suo officio procedere nec veritatem indagare. Nam contrarium probatur per iura & doctores supra allegata & allegatos,& vltra eos allego Bar.in l.plane per illū tex.& per alia iura nu 4.& seq. ff.de petitio.hæredi,vbi tenet quod si statuto dicatur quod non possit opponi aliqua exceptio, tamen poterit implorari officium iudicis. & licet Bar. ibidē ponat fallentiā. Si statuto dicatur quod non possit opponi aliqua exceptio, vt etiam iudicis officium comprehendat tamen contra ipsam fallentiā vide omnino apostillatorem ad eundem Bar. in d.l.plane vbi inter alia refert Inno. Bal. & Angel.post Ricar.malum tenere quod stante statuto quod quis non debeat audiri per viam actionis vel exceptionis, poterit iudicis officium implorare & idem procedere,& in aliquibus casibus etiam si diceret nulla defensio quia succurreretur officio iudicis etiā non implorato,id est per officium nobile iudicis. Adde quod Bal.in l.fi.ff. de petitio.hęredi vbi est etiam bona glos. dicit quod licet publicatis attestationibus testes non possint reprobari directæ,tamen iudex ex mero officio poterit recipere,& hoc probat bene ille textus in similibus verbis ibi.Respon. & si non exciperetur satis per officium iudicis consuli.& glo.ibi in fine (vt euitentur contraria)exponit illud verbum, & si non exciperetur id est si non habet exceptionem.Et tex. in c. cum clamor versi,verū in decretali. inquid per hęc verba.Verum quia apertis attestationibus L.& G. super simonia ita deposuere confuse quia ex dictis eorum nō potest veritas declarari:Mandamus quatenus examinetis eos iterū diligenter.

7 Et est ratio fundamentalis omniū præ dictorum notanda quia oportet iudicē cuncta rimari, vt actio ambarum partium illuminata sit pleniter, vt ait tex. in can. iudicantem 30. q. 5. per quem tex.etiam dicit glo.in d.cap. cū clamor in verbo confuse,de restib. quod qualitercunque potest iudex inquirere veritatem, inquirere debet. Et loquitur per verbum debet quod importat necessitatem.& hęc determinatio sola profecto sufficeret ad saturandum quemlibet appetitum.& propterea Felin.in c. cum dilectus nu.13.& in d.c.cum Ioannes, nu. 11.& 12. per illum textū de fide instru. dicit quod iudici. numquam concluditur,nec conclusio in causa non ligat iudicem,verba illius tex.in d.c.cum Ioannes sunt hæc.non obstante quod ipsa interrogatio facta fuerit postquam a partibus extitit in causa conclusum, cum iudex(qui vsque ad prolationem sententię debet vniuersa,rimare) possit interrogare de facto quoties dubitationis aliquid occurrerit.concor.tex.in l.vbicunque ff.de interroga, actio, ponderando verbum,vbicunque. Et sic etiam post conclusum in causa, prout illum tex. intelligit Ioan.de Turrecrema.in d. cā. iudicantem. 30, q. 5. & ponderantur etiam verba illa vbicumque iudicem mouerit æquitas. Et sic sufficit quod æquitas,licet non pars,mouerit iudicem. & verbum oportere quod necessitatē importat pręcisam,aut saltem per decentiam seu conuenientiam Bar. in l. 1. & ibi.tex.ff.de iusti.& iure.in l. cum oportet.C.de bonis quę liber.& concor.tex. in c. pastoralis de causa possess. & proprie,Rota.in decis. 5. & 6.in nouis. fol. mihi,2. Lanfran.de oria, in c. quoniam contra

contra falsam in gl. super verbo. interrogare nu. 36. per d. c. cum Ioannes & ibi Felin. nu. 17. dicit, nota accurate tex. quod iudex potest vsque ad sententiam, & si post conclusum in causa partes interrogare ad clarificanda dubia circa merita causæ, etiam si procedat ad veritatem prout tam, & hoc etiam in terminis nostris de æstimatione facienda est multum notabile, quia constat quanti valoris seu æstimatio nis erant res de quibus agitur tempore mortis vxoris, Petri Muniyos, scilicet anno 1544. quo tempore valebant certam pecuniæ quantitatem, sed non constat de valore tempore venditionis illorum, scilicet anno 1534. & tum aliquatenus constet de valore licet non certum tamen aliter omnino, de facili poterit moueri iudex ad recipiendum informationem de valore dictorum rerum anno 1534 vel æstimationem illarum facere pro clarifican la illa dubitatione ratione modici intervalli ab anno 1534. vsque ad annum 1544. argumento eius quod determinat. Bar. in l. 1. in fine, C. de senten. quæ pro eo quod interest profe. Vbi dicit scire debes quod & si de interesse, nihil esset probatum in recto, sed tamen ex aliquibus coniecturis ex officio suo iudex perpenderet illud interesse, posset in illo interesse facere condemnationem, facilius ergo poterit recipere informationem de valore & sufficit quod reperiatur determinatio clara quod post conclusum in causa potest iudex te æstimare, vt dixi in principio secundum Alex. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, post alios quos ipse allegat, & in hoc non reperio contradictionem, & si hoc procedit in quocunque iudice, fortius & indubitanter procedit in domino Rege & eius regia audientia, pro vt Alexan. in d. §. hoc autem iudicium num. 23. vbi tenet quod Papa, & Imperator individuè supplerent. & licet loquatur. In Imperatore tamen idem est in nostro Rege qui non recognoscit superiorem, eo quia imperium habuit a faneibus inimicorū glo. in ea. Hadrianus lo a. in verbo per singulas in fine. distinctio 63. Et nolo omittere ad memoriam reducere quam in humanum esset, si non deficiente iure ius non daretur habenti illud propter defectum probationis, quæ tam faciliter & absque suspitione potest æqualiter haberi, vt pote si fiat æstimatio per iu licem vna cum expertis per eum & ad arbitrium suum in suis partibus eligendis.

8 Maior pars, videlicet quatuor ex septem nostræ aulæ tegentis cancel. nō admisit æstimationem fieri, & non minor, quia in ista di ta sententia in qua fuit reseruata dicta maior deliberatio aliqui dictorum quatuor fuerant contrarii voti, & hoc eodem anno fuerat pro parte affirmatiua factum contrarium in simili casu. Nam in causa de Latzer Ortells & Mijula facto verbo in regia audientia me referente, & neminé discrepante fuit ex officio prouisū quod recognosceretur quedam apotheca publicationis testamenti, & ea visa fuit prouisum quod insereretur, in processu. Nec data fuerat copia, nec scientia alicui partium nisi post sententiam.

Idem fuit seruatum in ca. ista vertente inter Franciscum Dauolos & Ma. ill ex vna parte & Iacobum de Copons ex altera.

Cap. 14.] in ordine, 2. titu. le liquidaciōs de senten. fol. 4 .

CAP. 3·4.

1 De euocationibus causarum, fuit late traditū supra in prima parte quæ est, de euocationibus causarum & declarando cap. 26. quod incipit. Causæ magnatum. Adde quod causæ euocari solent eo prætextu quia ordinarii non sunt potentes. vt in discursu dicti capituli. 26 versi. Et arbitror, rationem esse quia ordinarii inter magnates non sunt potentes per iura & doctrinas ibi relatas. Et Et adde quod refertur infra in littera. C. capit. 15. in titulo capitaneus generalis, versi. Casibus in quibus capitaneus generalis

generalis guerre. Ibi. 24. Maii 1505. fo 76 colu. fi. circa finem vbi refertur conclusio dicto die facta, qua, quia ordinarii nō erant potentes fuit euocata causa ad regium concilium. est in libro conclusionum gubernationis cum doctoribus regii concilii.

a Causarum] de hac materia vid. de iur. cōmuni Rebuf. in trac. de euo. q. 2. super ll. regi. tom. 1. Couar. practi. qq. cap. 9. de causar. Aduoca. & earum retentione.

CAP. 325.

1 EVocari non possunt hodie causae quae per ordinarios fuerūt denuntiatae.

Ita fuit nouissime in curiis anni. 1585. in capitulo 7. a fol. 31. constitutum & haec addenda erant supra in prima parte, de euocationibus causarum.

a Cap. 7.] Quod est cap. curiae contentum in titu. de euoca. de cau. fol 211.

CAP. 326.

1 CAusę Computorum examinandorum per magistrum rationalem vel eius locumtenentem euocari non possunt per aliquem officialem etiam si sit locūtenens generalis domini regis prętextu cuiuscunque euocationis, vt in pragmatica Regis Ferdinandi dat. Montissoni 2. Septem. 1510. de qua dicam infra in verbo Magister rationalis seu de magistro rationali.

CAP. 327.

1 DE exemptione ad impediendum litis ingressum opposita etiam per syndicum collegii Alcaldorum vel alterius collegii habentis iurisdictionem priuatiue.

Ex libro constitutionum quę anno 1551. erant ordinarię in audientia regia extraxi apostillam infrascriptam quam reperii continuatam in margine constitutionis incipien. Item statuim e ordenam. in titu. de dilacions a versi. Al tramen fien agudes per repellides fol. 67.

Die 20. Iulii 1 5 4 0. in vtraque aula regię audientiae fuit determinatum quod terminus hic praefixus ad probandas & terminandas exceptiones litis ingressum impedientes, vendicat sibi locum etiam si exceptio fori declinatoria proponatur per syndicum alicuius collegii pro interesse totius collegii, etiam si collegium habeat iurisdictionē in collegiatos priuatiue, prout collegium alcaldorum.

a Hanc refert & sequitur obseruantiam nobis a Peguer. in ordi. iud. ciuili. rub. 9. de excep. impe. litt. ingre. nu. 7. amplia. 1.

CAP. 328.

1 DE exceptione litis pendentiae.

Dicitur aliquid infra in verbo litis pendentię exceptio.

CAP. 329.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem praescriptionis, an possit opponere creditor non possidens, contra alium creditorem non possid: utem rē debitoris obligat ambobus tacēte ve. contradicente dicto debitore.*

1 EXceptionem praescriptionis an opponere possit creditor nō possidens contra alium creditorem non possidentem rem debitoris obligati ambobus, tacente vel contra dicēte dicto debitore.

23. Decemb. 1552. fuit determinatū creditorem non possidentē posse opponere exceptionē pręscriptionis cōtra creditorem nō possidentē tacente debitore in causa vertente in regia audiētia inter Hieronymum Gilabert I. D. Onofrium Puix militē de Cortiano & alios creditores Mansi Mir de Cortiano, & hoc ratione interesse dicti creditoris. allegabatur Bertachinus in verbo exceptio praescriptionis numero. 7. qui allegat Alexan.

Alex. in cõs. & etiã quod traditur per Angel. Areti. in §. idem iuris est nu. 13. de exceptio. fol. 281. & textus optimus in argu. in l. tam mandatori. & in l. sicuti. C. de non numera. pecu. qui quidem textus licet loquantur in exceptione non numerante pecuniç, attamen eadem est ratio in exceptione pręscriptionis, quia ratione interesse dicti creditoris admittitur eius exceptio. Et ideo Paulus de Cas. in d. l. sicuti dicit dispositionem illius legis procedere in quacunque alia exceptione. Et sic fuit resolutũ, quod omnibus illis quorũ inter est competit dicta exceptio pręscriptionis siue debitor voluerit, siue recusauerit, siue creditores conueniantur vt possessores bonorum rei, siue contra alios possidentes actionem moueant, per d. tex. in l. sicuti. C. de non numera. pecu.

CAP. 330.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem de iure tertii non potest opponere condemnatus sententiaque trãsiuit in rem iudicatam.*

1 Exceptionem de iure tertii opponere non potest condemnatus cum regia sententia in rem iudicatam transacta.

Ita fuit declaratum in causa luitionis quę vertebatur inter syndicum vniuersitatum locorum de verges, Bellcayre & Latallada & fisci procuratorem regium ex vna parte & nob. Iacobum de Cardona ex altera parte ad relationem Antonii Ros quondam doctoris regiæ audientiæ & Michaelis Ferrer eiusdem audientię etiam doctoris. Nam cũ 24. Ianuarii. 1449. inter fisci procuratorem regię curiae, & homines seu syndicum dictorum locorum ex vna & nobilem Dalmacium de Rupebertino vicecomitem de Rupebertino praedecessorem in his dicti don Iacobi de Cardona ex altera partibus fuisset lata sententia per reginã Mariam qua in effectu fuit declaratum dicta loca posse lui & redimi soluendo septem mille libras, & dicta sententia in rem transmisset iudicatam, nõ tamen executioni reali deducta & postea de ann. 1550. prefati fisci procurator & syndicus tam vigore dictę sententiae reginę Mariae quam vigore cuiusdam priuilegii vnionis, & incorporationis dictorum locorum regiae corone egissent ad luendum eadem loca, & processus esset denuntiatus, dictus don Iacobus opposuit exceptionem iuris tertii, scilicet quod ius luendi pertinebat duci Sugurbi vt comiti Impuriarum per donationem infanti Enrico per regem Alfonsum illius fratrem factã 13. Ianua. 1436. & per Regem Iacobum 22. Decemb. 1459. & per Regem Ferdinandum. 19. Februarii 1475. confirmatam de dicto comitatu Impuriaruum & iuris luendi loca illius. & dictus dux Sugurbi vt comes praedictus se opposuit dictae liti assistendo dicto de Cardona, & non agendo seu luendo dictam iurisdictionem, & illis fuit respõsum in effectu quod dictus de Cardona non poterat opponere dictam exceptionem, nec oppositio dicti comitis admittenda erat ex pluribus causis & rationibus. & denique fuit declaratum quod dictó de Cardona ius opponendi dictam exceptionẽ de iure tertii minime competebat, Obstante sibi dicta re iudicata. nec oppositio per illustrem quondã Alfonsum de Aragonia ducem Sugurbi, vt comitem Impuriarum facta & nunc per illustrem Ioannã eius sororem & haeredem Marchionissam de Comares continuata assistendo dicto dõ Iacobo de Cardona iuuare potest, quia assistentia praesuponit existẽtiam rei cui assistat, & sic praesuponit ius opponendi de iure tertii competere dicto don Iacobo de Cardona; & cum tale ius dicto de Cardona non competat (vt est dictum) ideo sequitur dictam assistentiam locum non habere tanquã defficiente re cui assistere possit, & tanquã defficiente fundamento super quo dicta assistentia aedificari posset, eo praesertim quia tam dicta exceptio quam dicta as-

cta asistentia post processus denunciationem oppositæ fuerunt, & quia, &c. Et recordor quod pro eo quod dictum est condemnatum cum regia sententia in rem iudicatam transacta nõ posse opponere de iure tertii allegababatur Ludoui. Roma. conf. 410. in fine vbi vide tue tenere quod non.

CAP. 331.

1 EXceptionem declinatoriam fori si clericus non opponit corã iudice seculari vbi fuit iudicium præuentum, & postea firmat ius coram iudice ecclesiastico, ipse clericus debet condemnari in expensis per iudicem sęcularem vbi iudicium fuit pręuentum. & sunt taxandę per eundem. executio vero in bonis mobilibus fieri debet per iudicem ecclesiasticum ad requisitionem curię sęcularis In immobilibus vero per curiam sęcularem asistente curia ecclesiastica executio fieri debet.

Sententia per Reuerendum regium cancellarium Matthiã Sorribes posita fuit supra sub tit. de priuilegio clericali in obseruantiis regii cãcellarii can. 205. incipiente Reuerendus Matthias Sorribes. fol. 114.

CAP. 332.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ iudicis inferioris super possessorio latæ, quod impediatur per appellationem an admittat regia audientia.*

1 EXecutio sententiæ iudicis inferioris super possessorio latæ, quod impediatur per appellationem an admittat regia audienti

In ista materia contrarię opiniones multorum famosorum doctorum reperiuntur, (vt breuitatis causa) videre poterunt appostillatorem decis. Capellę Tholosanę. q. 500. quę est vltima in ordine versi. sed quęritur fol. 192. dicentẽ Innocen. in c. significantibus col. 2. versi. a sententia autẽ pos. non licet appellare, extra de noui oper. nuntia. Et alios canonistas per. d. apostillatorem relatos, nec non Bar. in l. 2. ff. de appell. recipien. & sequaces tenere quod nonlicet appellare, & pro inde quod appellatio non impedit executionem sententię, & ego allego Bar. ita tenentem in l. vnica per illum textũ. C. si de momenta pos. ses. fuerit appell. Matthęum de offic. in decis. Neapolita. 269. contrariam autẽ opinionem tenuerunt (pro vt dictus appostillator refert) lapus, Ioan. Andre. & speculator in locis per dictum appostilla. allegatis. Regia tamen audientia huius Principatus Cathalonię amplexa fuit vltimam ex dictis opinionibus, nempe quod appellatio *interposita* a sententia super possessorio lata impedit executionem dictę sententię. Et quod ita fuerit per regiam audientiam intellectum reperio per me iam. anno 1552. continuatum in meo libro in causa quę vertebatur inter Iacobum Ferrer loci de Vilamala, & Petrum Pou Gerũdę, fuerat enim lata sententia per iudicẽ inferiorem videlicet baiulum de Citrana. 10. Iunii. 1552. super possessione cuiusdam campi, & eodem die dictus *iudex* primitiuus posuit in possessionem dicti campi dictum Iacobum Ferrer, & postea intra tempus appellãdi, dictus Pou condemnatus appellauit a dicta declaratione & sententia, & dati fuerunt apostoli refutatorii. Et coram iudice appellationum qui erat Hieronymus Rocha: I. D. Gerundæ dictus Pou petiit dictã possessionis traditionem, tanquam attẽtatam reuocari. Et dictus iudex appellationum 5. No. eiusdem anni 1552. fo. 56. sententiauit, vt sequitur quia dicta asserta declaratio fuit lata. 10. Iun. 1552. & dicta die fuit exequutioni demandata, non spectato tempore concesso ad appellandum, & sic fuit attentatum, ideo & alias pronuntiauit & declarauit ritę & recte fuisse appellatum, & male pro-

le prouisum & declaratum, dicta attentata reuocando, &c. Ab ista sententia fuit per d. Iacobum Ferrer ad regiam audientiam appellatum. Et causa dictæ appellationis mihi ad decidendum commissa, & tandem 26. Iulii 1553 me referente, fuit dicta sententia per iudicem appellationum lata confirmata, & a dicta regia sententia fuit supplicatum pro parte dicti Iacobi Ferrer, & causa commissa Bernardo Vilana, non tamen fuit in causa dictæ supplicationis declaratum.

Est tamen aduertendum (vt nihil omittatur) quod iudex appellationis Gerundæ reuocauit dictam traditionẽ possessionis vt attentatum, quia pendente tempore ad appellandum mandauit suã sententiam executioni. Sed appellans non ex eo appellauit nec de tali fit mẽtio in appellatione & iudex primitiuus tradidit apostolos refutatorios. Erat in posse Michaelis Gort regii scribe mandati & nunc Ioannis Soler, & pro illis Andreæ Sezilla notarii.

Pro materia videatur textus in consti. Dins deu dies. in tit. de appella. fol. a 138. a ponderando verbum, apres & Ib. Mier. colla. 6. vol. 2. & in discursu. fol. 19. & in const la part appellada eo. tit. & ibi Mier. eadem colla. fol. 20.

Adde q; post prædicta superuenerũt b curiæ anni 1585. in quibus in constitutione 8. b fol. 6. fuit statutum quod sententiæ iudicum ordinariorum latæ per aliquem doctorem graduatum in iure ciuili vel canonico, aut voto in scriptis illius, executioni mandentur vsq. ad quãtitatem centum librarum non obstante quacunque appellacione in regia audiẽtia introducta, præstita tamen cautione per appellantem forma & modo quibus præstari solet in obtinendis executionibus regiarum, sententiarũ & in c. 14. c eiusdem curiæ disponitur causas c appellationum sententiarum ordinariorum minores decem librarum non posse ad regiam audientiam euocari.

a Fol. 138.) in noua vero collectio. fol. 407.

b Constitutione 13.) & in ordine 12 titu. de execu. de senten. fol. 419.

c Constitu. tio 14.) titu. de euo. de causes fol. 219.

CAP. 333.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio super attentatis partim habet vim diffinitiuæ partim interloquutoriæ.*

Executio prouisionis attentatorum pendente causa supplicationis a dicta prouisione 1 interpositæ quod non fiat, recepit hæc regia audientia.

Hic tractatur propria materia huius instituti cum multa pro & contra (si nõ apparet de opinione per regiam audientiam recepta) deduci possent, vt cerni potest per decis. Rote in nouis decis. 13. in rub. de sententia & de reuoca. attentato. in impressione veteri, 6. & decis. 99 in rub. de sententia & re iudi. folio. 25. Felinus. rub. extra de re iudi. in quibus locis & aliis pluribus habetur quod sententia siue pronuntiatio super attentatis quoad quædam habet vim interlocutoriæ & quo ad quædam vim diffinitiuæ, & ideo vltra quod pluries meis rẽporibus vidi. Ita per regiam audientiam obseruari reperio in adnotationibus siue exemplaribus Hieronymi Dalmau in verbo attentata. &c. quia causa pendebat, arguit pro & contra, & concludit executionem fieri non posse. Et postea in versic. immediate sequenti, & deceps latius in verbo attentatorum in sententia, refferet ita fuisse conclusum referente Ioanne Pasqual Regem. cancell. in causa verrente inter spectabiles vicecomites de Euolo & de insula die Ianuarii 1530. per constitutio. regis Ferdinã. 2. in 2 curia Barcinone ca. a 26. a incipien. Mes statuim e ordenam que si, &c. Ponderando illa verba. Enlo progres de la causa se donaran algunes interlocutories, o declaracions, lunctis verbis finalibus suis precehesca. & per multa

multa alia fundamenta & rationes quæ & quas breuitatis causa refere omitto. prætertim quia si opus esset, vt non est, ibi videri posset. Refert etiam idem fuisse postea conclusum siue decisum ad relationem Fråcisci de Vallesica die 3. Decemb. 1532. in facto viduarũ Vedrenya, & Bellerola contra Ducem Cardonę facto verbo in regia audientia.

Item cum 20. Februarii 1552. esset facta prouisio quod attentata per Petrum Sala lite pendente reuocarentur instantę Petro Mensa, & dictus mensa prẹstitisset cautionem, vt dicta prouisio mandaretur exequutioni: tandem me referẽte facto verbo in regia audientia die 17. Iunii eiusdem anni 1552. fuit prouisum quod durante causa supplicationis exequutio fieri non potest. Erat scriba Veciana & pro eo Riambau.

Et nouissime in causa vertente inter Bernardum Restell paratorem pellium siue assahonatorem Gerundæ ex vna parte, & sperantiam Texeres eiusdem ciuitatis ex altera die. 29. April. 1577 in in posse Amat regii mandati scribe & pro eo Sans notarii fol. 479. fuit per me prouisum vt sequitur, non tamen facto verbo in regia audientia, visis partium altercatis super instata exequutione prouisionis attentatorum. 29. Martii proxime lapsi factæ, visa supplicatione a dicta prouisione per Per. Texeres pro curatorem Sperantiæ Texeres eius vxoris interposita, visis cautionibus propacte Bernardi Restell præstitis, &c. Attento quod a dicta prouisione fuit supplicatum & causa dictæ supplicationis pendet indecisa, & Attento styllo regię audientiæ (vt videlicet pendente causa supplicationis a prouisione attentatorũ Interposita non fiat exequutio prouisionis) dictum stylum sequendo, & alias, prouidet pro nunuc non esse faciendã exequutionem dictę prouisionis 19. Martii, super expensis vero hac de causa factis postea prouidebitur sed probistractis fiat exequutio.

Fetter.

Et quia de stylo regiæ audientiae in dicta prouisione per me facta mentionẽ feci, ideo vltra ea quae supra. in ca. 12. versi. Ad dictam retuli. Adde Thomã Mier. in consti. La rigor. num. 29. colla. 10. fol. 42. allegantem. Bart. in l. 4. alias 3. §. intra ff. de testib. dicentẽ per illũ rex. & alia multa iura quod vsus & practica sunt vetus intellectus legis & constitutionis, & quod factum contra consuetum stylum & ordinem iudiciorũ non tenet per iura quae allegat. inquit etiam Bar. in d. l. 4 ff. de testib. quod iudex ex officio supplet informando se de stylo & est tex. in l. 3. §. fi. ff. eo. ti.

Adde quod nouissime 19. mensis Septemb. 1587. fuit idem determinatũ per omnes doctores aularum Reuerendi cãcellarii & magnifici Regentis cancell. non obstante const. 77. nouissime curiae, scilicet anni 1585. quam Michael Ciurana allegabat in causa quae verrebatur inter ipsum & syndicum villae Hostalrici in qua causa fuit me refferente prouisum die. 4. Iulii. 1587. in posse Pellicer & pro eo Thomas Boera quod vniuersitas dictae villae attentauerat, & quia a dicta prouisione dictus syndicus supplicauerat, dictus Ciurana petiit executionem dictae prouisionis fieri debere praestita cautione. Et quia agebatur de dicta nouissima constitutione fuit visum quod praedicta intelligentia, *d. constit.* communicaretur doctoribus *aulae* cancellarii & ita factum fuit & per omnes doctores vtriusque aulae fuit (vt dictum est) determinatum & mihi iniunctum, vt verbo renus dicerẽ dicto Ciurana non posse dictam executionẽ pro tunc fieri, sed erat expectanda sententia in causa dictae supplicationis ferenda Et ideo dictus Ciurana amplius in prętensa executione non institit, & pro materia attentatorum scilicet qua liter hodie super attentatis procedendum sit, vide & nota dictam. constitu. 77.

a Cap. 26.) ritu. de supplications dẽ sententia fol 402.

CAP.

CAP. 334.

SVMMARIVM.

1 *Executio prouisionis super euacuatione domus, decreta fuit præstita cautione licet a dicta prouisione fuisset in forma supplicatum.*

2 *Pragmatica de domibus euacuandis, ad mittit reclamationem.*

3 *Prouisio de domibus euacuandis an habeat vim definitiuæ.*

1 EXecutio prouisionis factę in regia audientia super euacuatione domus decreta fuit, præstita prius cautione non obstante, quod a dicta prouisione fuisset in forma supplicatum & causa supplicationis commissa doctori alterius aulę regiæ audientiæ.

Die 1. Februa. 1576. ad relationem Ioan. Iofre tunc doctoris regii cõcilii in posse Michaelis Amat regii mãdati scribe & pro eo. T. Sans notarii ad supplicationem nobilis Francisci de Marimõ ciuitatis Gerundę prouisũ fuit quod fieret præceptum spectabili don Petro de Cardona gerenti vices generalis gubernatoris Cathalonię quatenus intra decem dies euacuaret domum de qua agebatur, citam in ciuitate Gerundę vna cum sua familia dicto Francisco de Marimon, aut iustas poneret rationes, & factum fuit cartellum dicti pręcepti. postea vero fuerunt positę rationes pro parte dicti don Petri de Cardona & in ea causa se opposuerunt Hieronymus Torrent clericus iure dominii directi, et Ludouicus de Lupia, & tandem legitimo pręeunte processu & facta conclusione in regia audientia ad relationem Michaelis Cordelles doctoris regii concilii, cui dicta causa in locum dicti Iofre commissa fuerat, fuit cum prouisione. 7. Septem. 1576. facta, prouisum & declaratum dicto pręcepto decem dierum locum fuisse & dictum don Petrum de Cardona a dictis domibus expellendũ esse, assignando illi tres dies non obstantibus rationibus deductis & expositionibus factis. &c.

Ab ista prouisione supplicatum fuit contrario imperio per dictum Lupia, & in forma per dictum don Petrum de Cardona, & causa supplicationis in forma interpositę commissa fuit Michaeli Ferrero etiam doctori eiusdem regij consilii.

Die 5. Octobris eiusdem anni. 1576. per eundem Cordelles facto verbo in regia Audientia dicta prouisio confirmata fuit. Et postea dictus don Franciscus de Marimon pro exequenda dicta prouisione. 7. Septẽbris 1576. facta, præstit cautionem. Et die. 26. Nouembris eiusdem anni per eundem Cordelles, facta fuit prouisio tenoris sequentis. Viso processu & signanter visa prouisione facta. 7. Septembris proxime lapsi, visa cõmissione alteri ex Virgatiis regię audiẽtiae facta pro execxtione dictę prouisionis. Visa cautione per nobil. Franciscum de Marimon pręstita pro executione eiusdem prouisionis quę impugnata non fuit, visis videndis. Prouidet quod fiat executio dictae prouisionis iuxta illius seriem & tenorem & pro his fiant litterae executoriales sillatae, & con. co. intimi, quae quidem litterae factae fuerunt & firmatae.

Demense Iunij 1583. in simili causa fuit dubitatum & propositum dubium in aula in qua doctores vtriusque erãt coadunati, & relatis per me supradictis prouisionibus non fuit facta determinatio quid deinceps obseruandum esset, sed multi inclinabant obseruari debere vt fuit prouisum per dictũ Cordelles.

Dubium faciebat quia pragmatica de domibus euacuandis quae facta fuit per Regem Ioan dat. Barcinone. xv. Octobris 1387. & est in vol. consti. 4 fol. 305 aliàs. 399. admittit reclamationem a senten-
2 tia, seu consilio superdicta euacuatione domus, & non dicit quod possit fieri executio dicte sententiae, seu consilii, & si voluisset, & sententia etiam diffinitiua lata per Vica-

EXecutionem sententię de re immobili qui obtinuit pręstita cautione, non potest pendente causa supplicationis facere opera per quę forma antiqua alteretur, pręsertim quando in sententia fuit dictum, saluo iure super proprietate, & sic sententia lata fuit super possessione.

In missus in possessionem rei immobilis pro executione regię sententię a qua sententia fuerat supplicatum, possit in dicta re immobili aliqua opera facere, vel alia per quę forma antiqua illius rei mutetur, minuatur vel aliter alteretur, praesertim quando saluo iure in proprietate, fuit declaratum alium esse manutenendū in possessione super hoc fuit facta conclusio sequens in regia audientia me referente die 14. Maii. 1557. in posse ... regii scribae mandati pro co. Puig. In facto altercationis vertētis inter Hieronymum dez Valls, & administratores hospitalis sanctę Crucis Barcinone ex vna, Michaelem de Sanstmenat Gasparem & Carolum Sagarriga, partibus ex altera in causa supplicationis interpositae per dictum dez Valls à sententia regia inter dictas partes ad relationem magnificorū Francisci Xarmar, & Petri Lobregat die 26. Martii 1555. praetendendo dicti duci Valls & administratores dicti hospitalis quod dicti Sagarrigues diruunt, minuunt, alienant & deformant domum de qua agitur, & terminos & confines illius operando & alias in damnum ipsorum & praeiudicium huius causę, & propterea petendo in effectu mandari dictis Sagarrigues & magistris domorū, & ligni fabris quatenus in dictis operibus & procedimentis supersedeant, & aliqua alia non faciant, parte vero dictorum Sagarrigues contradicēre facta relatione per Michaelem Ferrer relatorem dictę causę. Attento quod pendente causa supplicationis a sententia regia quae executioni mandata fuit ex preheminentia sententiae regiae praestita cautione formam rei in qua fuit facta executio mutari nō debet, vt sit omni casu parti suplicanti iure ipso consultum, & attēto maxime quod iuxta formam & tenorem dictae sententiae executio facta fuit dumtaxat respectu possessionis, salua quaestione proprietatis, & attento quod ex visitis & relationibus expertorum constat ex operibus & demolitionibus factis formam dictaė domus mutari & amplius mutaretur ex operibus praeparatis. Aliis etiam meritis processus attentis & alias, fuit conclusum quod declaretur q; à praedictis & aliis operibus & demolitionibus cessetur, & alia opera, & demolitiones non fiant. & pro his fiant cartel la mādata & alia solita & opportuna sit per expensis deliberatione in posterum reseruatā. Vide tex. & glo. in c. suscitata. de in integ. resti. auctem, quae suplicatio C. de precib imperat. offi. §. aliud in auctem, vt sponsali, larg colla. 9. l. verbum reddendi. ff. de verbo. signi. Maria in tracta. de ordine iudicio. nu. 18 fo. 2 4. Azo in summa C. de praecibus impe. offerē: vide aliud exemplar in exemplaris Hieronymi Dalmau quondam doctoris regii concilii.

C A P. 337.

SVMMARIVM.

1 *Executio regia prouisionis de exequendo sententiam iudicis inferioris, in rem iudicatam transacta; fieri debet non obstante supplicatione, interposita.*

1 EXecutio Regiae prouisionis de exequendo sententiam iudicis inferioris, transacta in rem iudicatam fieri debet; non obstante supplicatione a dicta prouisione, interposita.

In causa quae vertebatur in curia vicarii Barcinone inter Margaretā Canals & Antonium Ribalta, fuit lata sententia 14. Octobris 1555. & decreta executio. die 24. Martii. 1556. & intus tēpus ad appellandū non fuit appellatū, sed extra

tempus, & causa appellationis fuit euocata ad regiam Audientiam & comissa Michaeli Ferrer, & fuit opposita exceptio rei iudicatæ, pro parte dictæ Canals petendo inhibitionem factam tolli & causam iudici primitiuo restitui. Et denique die 3. Iulii. 1557. facto verbo in regia Audientia per dictum Ferrer: attento quod per dictum Ribalta vel eius procuratorem non fuit intra legitimum tempus appellatum & consequenter dicta sententia & prouisio in rem transiuerunt iudicatã, & alias fuit prouisum nulliter fuisse appellatum & causam esse restituendam regenti curiam vicarii Barcinone, & inhibitionem esse tollendam, & pro his fieri cartella solita & opportuna. Ab ista prouisione vltima, fuit supplicatum pro parte dicti ribalta, & commissa alteri doctori dicti consilii, & per dictam Canals fuit petitum executionem dictæ prouisionis fieri, præstita cautione non obstante dicta supplicationis causa. Et die. 13. Septembris eiusdem anni 1557. facto verbo in vtraque aula, prouisum fuit quod fieret executio, moti fuerunt, quia cum in regia Audientia ageretur de executione dictarum sententiç & prouisionis, dicta causa erat executiua & comprehende-
a batur in cõstitu. regis Caroli. anni 1520. c. 29. a incipien. Item statuim, in posse Thomæ Veciana regii scribe mandati & pro eo maldonado.

a Cap. 29.) titu. de execu. de sent.

CAP. 338.

SVMMARIVM.

1 *Executionem sententiæ bannimenti a Cathalonia, an recommendatio pro securitate iudicii facta, possit impedire.*

1 EXecutionem sententiæ bannimenti a Cathalonia, an recomendatio facta pro securitate iudicii possit impedire.

Die 27. Octobris. 1557. Cum Velascus de Torres condemnatus fuisset crimine falsi, videlicet bannitus [illegible] a tota Cathalonia & commitatu Rosilionis & Ceritaniç, fuit repertus recomendatus in carceribus ante dictam cõdemnationem pro securitate iudicii ex causis mercantilibus ad instantiam quorundam mercatorum Barcinone: fuit dubitatum an dictç recomendationes possent impedire executionẽ dictç sententiæ criminalis. & magnificus Iofre relator iudex curiç fuit intẽtionis quod dictç recomendationes non poterant impedire, nec detinere dictam executionem nisi per aliquod breue tempus iuxta notabilem doctrinam Bar. in l. 2. §. qui exhibendi. num. 4. de custodia reorum. vbi dicit, quod si habita modica dilatione executionis pęnę criminalis posset esse consultum ei qui petit executionem eius pecuniariam, concedetur ista dilatio alias secus per tex. in l. 1. C. de bonis præscripto. & da. nna & dixit facere. l. si. circa. prin. ff. de publi. Idem tenet Salic. in d. l. 1. C. de bon prescrip. Eiusdẽ intentionis & voti fuerunt magnificus Iacobus Claret alter ex iudicibus curię Hadri. Vilana doctor de regio concilio & Franciscus Montaner regens cancellariam regiam. Tamen magnificus Michael Terça qui pro fisci aduocato interfuerat, fuit intentionis contrariæ videlicet, quod dictç recomendationes poterant suspendere dictam executionem quousque quæ dictus Velascus de Torres condemnatus satisfecisset dictis creditoribus, vel illis præstiterit securitatem iudicii: attento quod dicta pena non erat corporis afflictiua, & dicta executio non instabatur per fiscum nec per partem priuatam, & dicta executio nõ esset pæna dicto Velasco, sed solatium, & illi cederet incommodum quodammodo, & creditoribus in damnum, & quippe quasi irreparabile. Nam cum per executionem dictç sententiæ dictus Velasfus de Torres exiret Cathaloniam, & dictos comitatus, sic effectualiter remaneret libertatus a suis creditoribus Cathalanis, & dicti creditores Cathalani priuati in effectu eorum

rum creditis, & essent impossibilitati habendi sua credita, saltem essent constituti in difficiliori conuentione, seu potestate conueniendi illum, ita quod talis difficultas potest dici impossibilitas, & equiparari impossibilitati cum per exequutionem dictę pœnae reiiceretur dictus Torres a Cathalonia, & postea existens extra Cathaloniam posset latitare & se occultare, & ita est prę sumendū: attenta causa dictę condemnationis falsitatis cuiusdā donationis factę in fraudem creditorum, & semel malus &c. Ad praedicta mouebatur vltra alia fundamenta per tex. in d. l. 1. in fine in sui ratione & arg. illius tex. C. de bonis prę scripto. Nam d l. 1. & omnia alia iura disponentia quod post condemnat onem criminalem non debet executio differri, & quod creditoribus detur limitatum seu modicum tempus, sunt introducta in odium condemnati, vt luat pœnam & ideo non debent sumi, nec interpretari in eius fauorem & commodū, praę maxime in tam magnum damnum credorum in quorum fraudem falso fabricari fecerat dictam donationem & dictum tempus non modificatur, seu abreuiatur creditoribus in odium creditorū sed in odium dicti debitoris condemnati, vt pœnę subiciatur. probatur per tex. in d. l. 1. ibi. vt pœnae suae reddi posit: nam ratio textualis ptopter quam dominus serui condemnati debet velocius instare quod seruus reddat sibi rationes & ad dictas rationes reddendas datur tempus breue: est vt seruus condemnatus, pœnae suae reddi posit, ergo cum in nostro casu ista velocitas temporis cederet in solatium & non in pœnam dicti condemnati: non debet dictum tempus abreuiari, sed prolongari, & dictus condemnatus detineri quousque soluerit, vel cautionem de soluendo praestiterit, seu verius securitatē iudicii. & quod dicta executio cederet in solatium & vtilitatem dicti Velasci, a notorio constat & ostenditur ex hoc, quoniam ipse Velascus condemnatus instat executionem suę condemnationis & pœnae quod profecto non faceret, nec instaret nisi sibi in solatium vel vtilitatem cederet.: non enim est verisimile, nec credendum, nec vnquam visum fuit quod condemnatus criminaliter instaret executionem suae pœnae. Et pro complemento nota quod dictus Velascus non est Cathalanus, sed est Nauarrus, & naturaliter quis desiderat ad propriam patriam redire etiam in senectute, prout de facili res redit ad sui naturam, est verum quod habet vxorem in praesenti ciuitate, sed in ea nulla immobilia possidet, nec creditur quod habeat alia bona in Cathalonia saltem deducto ere alieno, eiusdem intentionis cum Terça fuerunt magnifici Michael Miralles, Guinart Ros, & ego Michael Ferrer, & cum voto dicti Terça & aliorum illi adherentium cum esset maior pars conclusit [a] dictus regens pro [a] obseruantia consti. Est verum quod si dicta executio pœnae esset instata per fiscum, seu et partem priuatam quae dictum Velasco acusauerat de crimine falsi, credo quod omnes fuissent intentionis dicti Iosre quod dicta excequutio nō impediretur, sed nō fuit instata per dictā partem priuatā quia intererat sua quod dictus Velascus remaneret in Cathalonia, imo & in carceribus: quia dictus Velasco erat sibi obligatus in mille libris soluendis post obitum dicti Velasci. Etsi dictus Velascus moraretur extra Cathaloniam non posset vel difficilius posset habere dicta pars priuata dictas mille libras. & hoc est verisimile ex praecedētibus cōmissis per dictū Velascū quia vt faceret fraudem dictae donationi dictarum mille librarum fecit falso fabricare aliā donationē Reuerendo Abbati Cassador absenti & ignoranti, ponendo in ea diem & annū in d. donatione dictarum mille librarū dicta pars priuata nominatur Sebastianus Araxapi alias Torres priuignus dicti Velasci ex prima vxore.

a Concludit] hanc decis. trad. & tract. de his laté. Nobilis a Peguer. in decis. Catha. cap. 22. per tot. & cap. 69. num. 2.

CAP. 339.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiae criminalis, latae ab vno Rege, an possit per alium Regem fieri.*

1 Executio Sententiae criminalis latae Tholosae, & sic per alium iudicem & regem, an possit vel debeat fieri in Cathalonia & sic per alium regem. a

Quidam vascones seu francigenę nomine Raymūdus siue Ramonet la marca aliàs Pay, & Petrus, & Manaut la marca, occiderunt dolose & apensate Ioannem T. Mansi Sauall aliàs Dauall, parrochiæ, in Vicaria Barcinone intus dictum Mansum Sauall, & etiam vnum filium & filiam dicti Sauall intus dictum Mansum, & alium filium extra dictum Mansum, in quodam nemore, & dicti homicide, secum exportarunt plures pecunias argentum et alia, valoris, mille librarum parum plus vel minus, & fugerunt: & ad Vasconiā se contulerunt, & ibi fuerunt capti & ad ciuitatem Tholosae traditi & ibi fuerunt per parlamentum Tholosae condemnati, vt ipsis viuis eis amputarentur brachia, & tibiae, & postea decapitarentur, & ad emendandum haeredibus dictorum occisorum. 2. mille librarum ratione damnorum, & librarum pro anima illorum & fuerunt confiscata bona dictorum homicidarum, & cū attendentia, quod receperunt literas ab illustri don Garcia Capitaneo Rossilionis (& si verum sit quod etiam erat locumtenens generalis, seu vice rex, in Cathalonia) & quia primam informationem habuerunt à vicario Barcinone declararunt & promiserunt quod dictae homicidae traderentur, dicto vicario Barcinone cui comiserunt executionē dictae sententiae, & traditio dictorum tum homicidarum fuit commissa T. in vtroque iure licentiato & aduocato Tholosae qui praestitit cautionem quod intra mensem traderet certificatoriam de executione illorum, seu procedimentis quae fierent. qui quidem licentiatus posuit illus intos regios carceres Barcinone, & litteras executoriales praedictae sententiae & arresti dedit dicto illustri locumtenenti generali Cathalonię, qui cum regio concilio attento quod non fuerat tradita sibi inquisitio facta Tholosae, sed dumtaxat dicta sententia, recepit informationem super praedictis. videlicet dictā inquisitionem factam in curia vicarii Barcinone & quod eius copia fuerat tradita Tholosae & eius testes fuerant recensiti Tholose, & alij testes recepti, & de aliis procedimentis Tholose factis, & fuit facta conclusio 8. Augusti. 1559. quod attento constabat dictam sententiam seu attestum parlamenti Tholose esse iustam seu iustum dicta sententia mandaretur executioni quo ad personas dictorum homicidarum, & quoad emendā damnorum partis & aliarum rerum. Qunvero ad confiscationem bonorum attento quod in Cathalonia non habet locum confiscatio, nisi in certis casibus, vt in const. Statuim e ordenā que nos. in ti. dels bens dels condemnats. fo. b 169. b col. 1 quod fieret executio ratione bonorum in Francia existentium tā tum. Pro praedictis vide omnino *Alex.* post. Bar. & à lios in l. adiuo pio §. sententiam, ff. de re iudi. qui reffert diuersas & contrarias opiniones & concludit cum hac parte, & de remissione quae solet fieri inter commitatum Rossilionis, & partem linguae Lusitaniae & Narbonen. & an valeat talis consuetudo vide Mier. in colla, 10. cap. volentes num. 32. versiculo quinto & vltimo, folio. 4.

Et de materia confiscationis vide etiam Mier. in colla. 5. cap. Item ad tollendum, num. 18. fol. 117. & in colla. 8. cap. item per Tolte. nu. 22. 23. & sequentibus. fol. 70.

a Regemi hanc q. examinant. Rebuf. in tra cta. de litte. requisito. Couar. practi. qq. quæst.

quęst. 10. Cępol. in cō s. crimina. 59. Bossi. in prax. titu. de execu. senten. nu. 13. Roderic. Suar. in l. post. rem iudicatam q. 5. Paul. Alexan. & Iaz. in l. a diuo. Pio. §. senten. Romę. ff. de re iudi. Bernar. Diez. de Luco. in regu. 368. Paz. in prax. to. 1. 4. temp. nu. 5. cum seqq. Bellu. in spec. princ. Rub. 115. visum est. & §. ex quo prę diximus. quos alleg. August. Morla. in empor. iur. par. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. vltra quos viden. Auil. in capit. prætor. glo. verb. vsurpan.
b Fol. 169. in noua vero compil. est. cap. fin. illius titu. fol. 576.

CAP. 340.

1 EXecutio sententiæ Regię latę contra clericum qui dederat fideiussores laicos de iudicato soluendo, an fieri possit contra dictos fideiussores.

De his vide infra in verbo fideiussores laici.

CAP. 341.

SVMMARIVM.

1 *Executio regiæ prouisionis alimentorum fit, lite pendente præstita cautione, licet fuerit supplicatum.*
Necare videtur, qui alimonia denegat.

1 EXecutionem prouisionis regię super alimentis filio pręstandis, lite pendente fieri, pręstita cautione, (nō obstāte quod a a dicta prouisione supplicatum, fuerit admittit regia audientia.

Ita fuit prouisum me referente inter nobiles Ludouicum de Senesterra, & & Elisabetham eius vxorē filiam nob. Annæ de Ianuça ex vna, & dictam Annam partibus ex altera, super prouisione alimentorum taxatorum dictę Elisabethe, 7. Iulii 1554. & fuit prouisa executio die 21. eiusdem mensis, erat scriba Veciana pro eo Sist Marques. dubium faciebant constitutiones dicentes quod durante causa supplicationis ab interlocutoria interpositę, executio fieri non potest. Tamen fauore alimentorum fuit contrarium determinatum, vt dictum est, videlicet quod fieret exe-
1 cutio præstita cautione, & fuerat iam antea ita obseruatum, pro quibus fa. tex. in l. si quando & ibi glos. in verbo litis sumptus, & Bal. & Sali. C. de ordi. cogni. melius fa. tex. in l. fi. instituta. §. de in officioso. ff. de inof. testa. vide omnino Thomam Mier. in constitu. pars appellata, numero. 20. colla. 6. volumine. 2. folio. 27. post iura. & docto. quę & quos allegat quia notabiliter refert pro & contra. & breuitatis causa, illius dicta non refero, & quamuis loquatur de appellatione an videlicet à sententia alimentorum possit appellari. Attamen in casu quem refert non posse appellari, fortius & clarius procedit in supplicatione vt non possit à sententia seu prouisione regia super alimentis supplicari, & si supplicatur, quod fiat executio præstita cautione, vt in pręfatis regiis prouisionibus factum & declaratum fuit. Et etiam faciunt constitutio. disponentes quod prouisiones executiuę mandentur executioni pręstita cautione.

Idem fuisse prius declaratum refert Hieronymus Dalmau in suis notationibus, siue exemplis in verbo alimenta, die decimo octauo Iulii. 1527. in causa quæ vertebatur ad sui relationem inter Guillermum Cirerols villae Tarregae, & Petrum Cirerols eius Patrem, quia talis prouisio habet vim diffinitiuæ quo ad effectum executionis, & consequenter non obstante quod ab illa prouisione esse supplicatum, debebat fieri executio illius prouisionis præstita cautione. Et quod idem fuerat obser-

obseruatum in causa nobilis Alfonsi de Cardona contra illustrem ducem de Cardona eius fratrem ad relationem Martini Sunyer & in capit. ibi sequen. incipien. die 5. Janua. 1535. refert idē fuisse obseruatum ad relationem Stephani Salauardenya facto verbo in regia audientia in causa quæ vertebatur inter quādam mulierem vocatam balle & illius priuignum vocatum balle, fauore alimentorum & ne alias forte fame periret expectata declaratione in causa supplicationis. Et subdit & pro his vide decisionem Neapoli. 11. & vide tex. & doc to. ad materiam facientes in l. si quando C. de ordi. cognitio. forte voluit allegare decis. 24. Antonij Capicii regii concilii Neapol. pagina. 103. Cum sequen. vbi tractatur late de alimentis. Et pro ratione quam ponit ibi, & ne alias forte famæ periret, est textus vulgatus in l. si neget. ff. de libet. agnos. vbi dicitur quod necare videtur qui alimoniā denegat.

2 Supplicatum] Aret. consi. 97. nu. 3. Surd. in tracta. de aliment. tit. 8. priuilegio 60. nu. 19. fol. 319. pro his vide distinctionē quam ponit Mier. part. 2. cap. 8. incipien. pars appellata a nu. 16. coll. 6. quam tradit etiam Couar. practi. qq. cap. 6. nu. 6. Afflict. decis. 152. nu. 6. Rebuff. in suis coment. tracta. de senten. prouis. art. 1. glos. 2. nu. 34.

CAP. 342.

1 Executio in expensis contra clericum ratione retardatę exceptionis quia fuerat conuentus prius coram iudice seculari, per quem fieri debeat, dixi supra sub titulo de priuilegio clericali in obseruantiis regii cancellarii ca. 205. incipien. Reuerendus Matthias Sorribes fol. 114. & in verbo exceptionem declinatoriam.

CAP. 343.

SVMMARIVM.

1 Executio Regiæ sententiæ an retardari possit propter meliorationes factas in re si sunt illiquidæ.

1 Executio regiae sententiæ an retardari possit per meliorationes factas in re per possessorem si sunt illiquidae.

Istum articulum habuimus in regia audientia in causa vertente inter sindicum vniuersitatum de Verges Bellcayre, & de la Tallada & fisci procuratorē domini regis ex vna, & nob. Iacobum de Cardona possessorem dictarum villarum, & secuti fuimus decisionem Petri de Beninstendis totæ Bononiē. decis. 77. fol. 124. qui latissime loquitur & tractat istam materiam referendo varias seu contrarias opiniones & distinctiones, tandem concludit quod quando meliorationes non sunt liquidę, & requirunt altiorem indaginem, talia melioramenta non impediunt executionem regiae sententię, nisi in sententia dictum fuerit solutis prius melioramentis, &c. vide per eum. Et idem tenet Franciscus Nolarii Vicentini in suo tract. de fideicommissis in 66. quaesito. fol. 75. Postea vero a dicta prouisione fuit *supplicatum*, & non potui reperire processum causas supplicationis vt referre possim quid in causa dictae supplicationis fuit declaratum. Si tamen in posterum reperiam processum, referam quid fuerit declaratum.

Hanc refert & sequitur obseruantiam Cancer. part. 3. varia. cap. 17. de senten. et earum execut. nu. 50. fol. 264.

CAP. 344.

SVMMARIVM.

1 Executio sententiæ arbitralis a qua fuit supplicatum an & quomodo fieri possit.

Execu-

1 EXecutionem sententię arbitralis a qua fuit interpositus recursus fieri non posse, nō pręstita prius cautione, nec ante pręstitam cautionem fuit conclusum in casu sequenti.

Die 8. Ianua. 155?. in causa executionis arbitralis sententię latę contra coniuges santius villę Tarregę in fauorē communitatis presbyterorum dictę villę, & instāte per dictam communitatem, in qua fuerat processus denuntiatus: Fuit conclusum nō esse locum pro nunc dictę instātię executioni attento; quod à dicta arbitrali sententia fuerat interpositus recursus, & dicta communitas non pręstiterat cautionem iuxtá constitutionem, scilicet Regis Ferdinandi, cá. incipien. Primetament ordenam, a in titu. de executio de cosa jutjada.a fo. 128 processus erat in posse Veciana pro eo Riambau notarii. Dubium faciebat, quia dicta constitutio vel alia non dicit quod debeat offerri cautio per partem instantem ante declarationem, seu decretum executionis, & alias videtur fieri posse postquā ante realem executionem pręstaretur cautio, quę ęquitas in isto casu videtur considerari, & recipi posse per tradita per Petrum Belluga in speculo principum. §. compendiose. fol. ?8. num. 2. & sequen. attento signāter quod dicta causa erat in Regia Audientia vbi videtur exuberare magis ęquitas quam in alio inferiori tribunali. In oppositum faciebat, quia dicta constitutio est contra ius commune; & debet stricte, & ad litteram intelligi. cap. quę a iure communi exorbitant de reg. iur. in 6. Tho. Mier. notanter in colla. 4. fol. 99. cap. 10. num. 4. Et quia dicta constitutio dicit, quod petens executionem habeat pręstare cautionem, ergo si petens, id est dum petit non pręstat cautionem quam pręstare, & realiter dare potuisset tempore petitionis, quia potuisset illam in posse alicuius nōtari pręstare. & date: ergo non erit faciē da, nec prouidenda executio, quę pręmaxime procedunt, quia petens executionem potuisset saltem offerre cautionē, & petere quod prouideretur illam recipi.

a. Cosa jutjada.) in noua vero compil. ti. de arb. y arbitra. fol. 189.

CAP. 345.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiae arbitralis inter duos laicos lata per arbitros quorum vnus est clericus per quē & quomodo fiat.*

1 EXecutio sententiae arbitralis inter duos laicos latę per arbitros (etiam si vnus illorum sit clericus, & fuerit recursus interpositus à dicta sententia) fieri solet per iudicem laicum.

Fundata fuit ista obseruantia per tradita supra in prima parte de euocationibus causarum. cap. 34. alias. 35. incip. ita fuit declaratum, & prouisum. fo. 18. circa fi. sequendo opinio. Panor. in cap. dilectus. nu. 20. de arbi. per tex. in l. cum antea. C. de recep. arbitris. Et aduerte quod in curiis generalis anni. 1585. cap. a 47.a fuit aliquid circa prędicta dispositum.

a. cap. 47.) titu. de inuocatio de bras secul. fol. 438.

CAP. 346.

SVMMARIVM.

1 *Executio Regiæ sententiæ an & quomodo impediatur per restitutionem in integrum.*

1 EXecutio Regię sententię non impeditur per petitionem restitutionis in integrum si malia tiose a animo differendi executionem petitur restitutio in integrum, alias secus. & ita concordantur sententię Regię quae contrarie videbantur inter se. Et

Et an malicioſè animo differendi iudicium ſeu executionem petatur reſtitutio in integrũ eſt in arbitrio iudicis, de quibus & de aliis ad iſtum effectum dicitur latè, infra. in verbo reſtitutio in integ. cap. incipien. reſti. in integ. ſi petatur.

c. malicioſe] viden. not. in cap. ſuſcitata ex: de in integ. reſtit. Cin. et Bal. in l. vn. C. in integ. reſti. poſtul. nihil noui fiat Min ſyn. obſe. 8. Cent. 6. n. 3. Corneus conſ. 111. col. 1. et 2. li. 1. Afflict. deciſ. 359. Vincen. de Franch. deciſ. 86. et de materia an ſcilicet, et quando executio ſententię per in integrum reſtit. impediatur. Alex. conſi. 62. et cõſi. 224. li. 6. dd. in d. l. vni. Capel. Tol. q. 54. Teſau. deciſ. 18. Mohed. deci. 177. Frãc. Marcus. d. q. 53. et 54. p. 2. Gui. Pap. q. 215. n. 7. Pur. deci. 456. li. 2. Magõ. deci. 104. Rot. florẽt. c. 5. ex. d in int. reſt.

CAP. 347.

SVMMARIVM.

De executione pro debito fiſci ex cauſa fractionis treugarum.

Quando conſtat quod treugę ſunt fractę, prouideri ſolet quod fiat executio in perſonis, & bonis principalium, & fideiuſſorum pro pœna ſtipulata in inſtrumento treugarum. & hoc in ſolidum ſi dicitur in inſtrumento treugarum. Sin autem ſit pro rata, hoc eſt quod ſi vnus frangit treugam poteſt fieri executio contra alios obligatos pro rata, licet ipſi non fregerint treugam. & ita fuit concluſum die 29. Iulii 1558. cõtra Damianum Guilla, & alios, dictus enim Guilla fregerat treugas datas cũ aliis & Cadells de Arceguel. pro quo vide Ioan. Nouel. in ſua practica criminali fol. An vero principalis qui fregerat treugam teneatur ſoluere totam pœnam, non fuit deciſum.

CAP. 348.



Executio pœne treugarum firmatarum, & ruptarum per clericum cum vnica, & virgine coniugatum, poteſt fieri per laicum iudicem, & ab ea executione appellari ad Regem.

Dictum fuit ſupra in verbo appellatio. c. 33. q. incipit. Ita fuit determinatũ per vtramq. aulam.

CAP. 349.



Executio ſententiae per cancellarium Regium in cauſa contẽtionis iuriſdictionis inter curias eccleſiaſticam & ſecularem latae, in fauorem curiae ſecularis. Si curia Eccleſiaſtica non paret, ſententiae, qualiter, & per quem fiat, poſitum fuit ſupra in verbo contentio cap. 271.

CAP. 350.

SVMMARIVM.

1 *Executionem ſententiae ſuper poſſeſſorio per iudicem inferiorem latae, an decernat Regia Audientia.*

2 *Iudicandum quomodo ſit in Cathalonia.*

1 Executionem ſententiae ſuper poſſeſſorio per iudicem inferiorem latae, Regia Audientia non prouidet, non obſtante l. 1. C. ſi de momenta. poſſeſſ. fuerit appellatum.

Iudex inferior protulit ſententiam ſuper poſſeſſorio, condemnatus ad Regiam Audientiam appellauit, & pendẽte tempore ad appellandum dictus iudex inferior dictam ſuam ſententiã executioni mandauit cogitans illud facere poſſe quia appellatio non ſuſpendit executionem ſententiae latae ſuper poſſeſſorio, licet deuoluat cauſam ad ſuperiorem per textum, & ibi nota. in l. 1. C. ſi de momentanea poſſeſ. fuerit appellatum, & deciſ. neapol. 269. Matthei de Affli. tamen regia audientia Cathalonię non recepit dictam opinionem, ſed contrariam videlicet quod appellatio a ſententiis lata ſuper poſſeſſorio per iudicem

inferiorem

inferiorem suspendit executionem dic tæ sententiæ. Et seruat. Ita fuit sententia tum, & declaratum, me refferente in cau sa quæ vertebatur inter Iacobū Fetter, & Petrum Pou confirmando sententiā per iudicem appellationum Gerundæ latam in fauorem dicti Pou reuocando sententiam primi iudicis. Processus erat in posse Michaelis Gott Regii mandati scribæ, & anno 1530. erat scriba manda ti Ioannes Soler, & pro eo Andre. Sezi lla notarii. Et istam partē tenuit Lapus in clemen. vnica de sequestra. possess. & fructuum per illum textum in princi. iuncto fin. eiusdem, pro vt illum, & alios doctores refert & apostillatur ad decis. Thol. decis. 500. versi. sed quæritur vtrū per huiusmodi appellationem sus. pendatur sententia, & eius effectus. vbi etiam allegat alios doct. pro, & contra. Sed vt dixi istam partem tenet, & seruat hęc Regia Audientia. & dixi supra in verbo appellatio ca. 29. incipien. quo ad dictam appellationem vbi vide pro differentia inter ius ciuile, & canonicū: & quod in Cathalonia deficientibus cō
2 stitutionibus vsaticis, & aliis iuribus Cathaloniç, primo iudicandum est secundum ius canonicum, & postea secundū ius ciuile, & quod cōmunis opinio est, quod de iure canonico appellatur a sententia super possessorio lata: & regula est quod ab omni sententia, etiam interlocutoria appellari potest de iure canonico, & appellatio suspendit sententiā, & effectum illius: & nō reperitur quod dicta regula fallat de iure canonico in sententia lata super possessorio, vt non suspendatur executio dictæ sententiæ, donec in causa appellationis fuerit declaratum.

De expensis.

CAP. 33.

SVMMARIVM.

1 *Fundus alienus an dicatur factus praecio sior, propter expensas factas per bonę fidei possessorem.*



PRopter expensas per bonę fidei possessorem fundi alieni, ponendo fimum in illo, an dicatur fundus factus praecio sior, vt de fructibus illius retineri possint, aut repeti dictæ expensę.

Ista materia est propria. l. in fundo. ff. de rei vendi. & quod ibi Bar. numero. 8. versicu. item si in fundo possessor tra dit: determinando in specie de expensis factis, fimum in fundo ponendo. Et vt facilius intelligatur declaratio infrascripta, & in hac Regia Audientia facta, & veritas illius: pręsuponendum est, quod ille textus literaliter dicit, videlicet, quod bonus iudex variè ex personis causisq; constituet.

In mense Ianuarii. 1552. in causa quæ vertebatur inter T. Sigalet praesentis ciuitatis, & T. Monialem ad relatio nem Michaelis Miralles tunc doctoris Regii concilii, & nūc defuncti (qui mul tis annis vt cathedraticus ordinariè in studio generali ciuitatis Illerdę legerat hora prima,) fuit determinatū: quod ex quo fundus, quem restituere condemnatus fuit dictus Sigalet factus fuit pręcio sior (vt agricolę experti deposuerant,) dicta Monialis solueret dicto dicto Sigalet dictas expensas, vsque eo dumtaxat quo pręciosior factus est fundus. Dicta determinatio facta fuit inter alia per textum in d. l. in fundo, tenoris sequentis. In fundo alieno quem imprudens emeras edificasti, aut conseruisti, deinde euincitur, bonus iudex varie ex personis causisque constituet. Finge enim dominū eadem facturum fuisse, & reddat impensam, vt fundum recipiat vsq; eo dumtaxat quo pręciosior factus est. Et si plus praetio fundi accessit solum quod impensum est.

Dubitatio contra dictam determinationem formari posset de doctrina Bar. in d. l. in fundo. num. 8. in secundo exemplo huiusmodi sub tenore, quando que per tales impensas adiicitur rei aliquid

aliquid per ferruminationem, hoc est per materiam, exemplū, pone quod tu plantasti arborem in terra, quæ cum ra dices egerit vnitur terræ, per eandē ma teriam, scilicet per humorem terrę.

Item si in fundo possessor posuit fimum, vel similia, ex quibus impingua tur terra, in quibus casibus non habet lo cum distinctio istius. l. quia nullo casu permittitur deductio, vt l. si fundi pos- sessorem infra eo. & ibi no. Sed est adhi benda distinctio quam posuit in seruo quem quis docuit artificium quod sepa rari non potest supra eo. l. fin autem §. si puerum. sicut autem per attifi iū no. bilitatur intellectus, ita hic ea quę veni unt in ferruminatione nobilitātur. Ideo tales impensas possessor non deducit, nisi ipse esset rem distracturus vel si pe- titor esset diues, vt l. fin autem §. fi. cū l. seq. Vbi autem dixi expensas non de- duci, intelligas nisi possessor perceperit fructus ad quos restituendos tenetur, tunc enim expensas compensat cū fruc tibus vt l. cęterum. sup. eo. huic Bartoli doctrinæ pro dubitatione allegatæ res- ponderi posse arbitror. Primo quod cō- trarium tenet gl. in ea. l. in fundo in ver bo, conseruisti, ibi alias cōseuisti, id est seminasti, quo casu dicit, quod possessor indistinctè repetit expensas, cum prop- ter fructus fiant expensæ, & in nostro casu propter fructus positus fuit fimus. & idem tenet gl. magna quæ est fin. in prin. idem tenet Albericus vidēdus ibi in versi. Item oppono quod indistinctè vbi declarādo illum textum dicit. Item oppono quod indistinctè sumptus re- petantur cum fiant circa fructus, vt in- fra. sol. mat. l. fructus & fa. hercis. l. fun- dus qui. sol. vt gl. quæ exponit conserui sti id est plantasti. non autem loquitur quando seminauit, & ideo in sequenti- bus iurisconsultus nunquam prosequi- tur de impensis circa fructus, sed solum circa rem principalem ædificando vel plantando, quasi relinquat pro indubi- tabili quod expensæ factę circa fructus indistinctè deducantur, vt etiam no. in glo. magna. haec ipse Alberi.

Insuper quamuis dicta responsio suf ficientissima sit, considerate oportet q̄ dicti experti (quorum dicto in his stan dum est) attestati fuerūt quod propter dictum fimū fundus pręciosior factus fuit, & ideo iuxta dictum textum in l. in fundo circa prin. expensę factę ponē do fimū ratione dicti fimi in dicto fun- do, reddi debent. & etiam hac ratione quia si dicto possessori non redderen- tur dictę expensę, sequeretur quod do- minus locupletaretur cum iactura dicti possessoris qui bona fide fecit dictas ex- pensas meliorando dictum fundū quod non est dicendum, nec admittendū tan quam iuri & rationi contrarium quod quamquam de se satis pateat, clarius sic demonstro. Pone quod dictus possessor fimum posuit in dicto fundo, & illum arauit, & antequam seminasset, vel tem pus seminandi venisset, euictus fuit fun dus, & dominus illius seminauit illum, & pinguiores fructus percepit quā per cepisset si dictus possessor in eo fundo fimum non posuisset, vel illum non ara sset, certè si diceremus, vt Bar. quod pos sessor nihil ex dictis expensis habere de beret, nec pro illis fundum retinere pos set, sequeretur quod dominus expensis dicti possessoris pinguiores fructus ha beret quam habuisset si fundus fimatus vel aratus non fuisset per d. possessorē. & sic dominus locupletaretur cum iac- tura dicti possessoris qui bona fide dic tas expensas fecit & soluit.

CAP. 352.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ cautionis præstitæ, in causa exe cutionis sententiæ Regiæ, qua fuit sup plicatum, non taxantur pendente cau- sa supplicationis.*

1 Expensę cautionis pręstitae in causa executionis senten tię Regię à qua fuit suppli- catum non taxantur pendē te causa dictę supplicationis.

Die 16. Augusti. 1553. ad relationem magnifici Bernabe Serra doctoris Regiæ Audientiæ in causa executionis instatæ per nobilem Annam de Gayetano contra coniuges Colls, sententiæ ad relationem dicti Serra latæ qua per dictos Colls fuerat supplicatum, fuit determinatum quod expensæ cautionis præstitae per dictam Annam de Gayetano, vt executio fieri posset, pendéte causa dictæ supplicationis, non poterat taxari pendente causa dictæ supplicationis, quia iustificatio expensarum dictæ cautionis dependebat a futuro euentu, scilicet sententiæ ferendæ in causa supplicationis.

De incipientibus littera. F.

CAP. 353.

SVMMARIVM.

1 *Vxor vidua non facit fructus suos ratione dotis, & augmenti, quando potuit satisfieri ex pecunia quantitatibus, auroq; & argento viri, & an idem procedat in alijs mobilibus.*

2 *Intellectus consti. nostra, titu. dessols lo matri.*

1 FRuctus vxor vidua non facit suos ratione dotis suæ, & spõsalicii siue augmenti dotis, q vulgari nostro sermone vocatur screix, quando vidua potuit sibi soluere ex pecuniæ quantitatibus, auro & argento quæ erant in hæreditate mariti quondam sui, per eam possessa. Non tamen est idem receptum per Regiam Audientiam in aliis rebus mobilibus, puta vestibus, & aliis similibus. Nec in immobilibus, casus seu factum fuit vt sequitur.

Iaumeta Olomar, inter alia, petiit, Catharinam Bancells condemnari ad restituendum sibi hæreditatem Bartholomaei Bancells, mariti quondam dictae Catharinae, cum fructibus virtute testamenti dicti Baucells in quo fuerút institutae Elisabet, & T. filiae dicti testatoris, & illis fuit substituta dicta Iaumeta, & fuit locus substitutioni per mortem dictarum filiarum. ipsa opposuit quod erat creditrix in dote sponsalitio & aliis iuribus suis, fuit sibi replicatum quod non poterat facere fructus suos ex eo quia in inuentario per eam confecto erant pecuniae quas penes se retinuit, & aurum & argẽtum. Et fuit pronunciatum quod non fecit fructus suos per verba sequentia. & constat in super quod dicta Catharina Bancells conuenta constituit dotem dicto quondam viro suo Bartholomaeo Bancells, 80. libratum, & eius vir dictae conuentae vxori suae fecit augmentum de quadraginta libris, & etiam constat, quod dicta conuenta erat tutrix dictae filiae suae Elisabethae, cui Elisabet Catharina Pla tã quam haeres Antonii Pla viri sui dicti, & sibi fecit in tabula depositorum ciuitatis Barcinone illas centum quindecim libras tres solidos, & sex denarios in qua quantitate fuit condemnata dicta Pla in Regia Audientia ad relationem Vincentii Orrit doctoris Regij concilii: & etiam constat per inuentarium dictae haereditatis Bartholomaei Bancells quod in dicta haereditate erát aliquae pecuniae quantitates, & aurum & argentum in quibus omnibus poterat sibi soluere. & si dicta Catharina Bãcells, non est satisfacta in dicta dote, & augméto, fuit in culpa. Id circo. Sua D. pronunciat & declarat dictam conuentam ab illa die in antea qua poterat sibi soluere, non fecisse fructus suos dictae haereditatis mariti sui, sed in dicta haereditate, & bonis dicti sui mariti ius sibi referuat in dicta dote & augmento prout in capitulis matrimonialibus inhitis factis, & firmatis inter dictos cõiuges continetur, & pro ista parte vide glo. & Bar. in l. diuortio. §. alias versicu.

illum

illum autem in glo.in verbo.possit circa, si ibi item quid si non soluit sibi, & latius Pau.de Cast.ibi.num.in fi.ff. de
2 nego.gest.nota hanc decis. pro intellectu conit.hac nostra,est verum quod dicta declaratio, seu intelligentia fuit recepta dumtaxat in Regia Audientia quando reperiuntur in hæreditate mariti pecuniæ,aurum, & argentum ex quibus tantum vxor potuit sibi satisfacere,sed non est receptum in aliis rebus putavestibus, & similibus. Nec in immobilibus,ita fuit determinatum me refferente in causa vertente inter viduam Sauciua seu eius filium, & hæredem, & Anticham Domenega, & eius hæredē in mense Augusti.1552.

Fuit etiam dicta die determinatum quod attento quod aliqua res inuentarii mariti dictæ Domenega fuerunt deteriorate quod restituat æstimationem illarum, & non res ipsas cum earū deterioratione,nec alternatiuè res aut æstimationem, pro quo vide Angel. in.§. constituitur in glo. æstimare,insti.de vsufruct.alleg.tex.quem omnino vide in l.si tibi.ff.de vsufruct.ea.re.quę vsu.cō. In contra.allegabatur.glo.cum suo tex. in l. r. C. de vsufruct.& tex. in l.5.ff.de vsufruct.ea.re.quæ.vsu.consu.

CAP.354.

FRuctus legitimę filiorū ex rebus quæ patiunt fructus, debentur à die mortis patris, sed ex rebus quæ non patiunt fructus debetur interesse à die litis Motę, seu more, vt dicitur infra in verbo legitima ca. incipiente,legitima debetur filus.

CAP. 355.

FRuctuum rei litigiosę vel alterius rei descriptio, qualiter, & quando concedi soleat, & etiā estimatio,vel cautio, dictum fuit supra in verbo cautio ca.122.incip.Antonius Castellui.fol.78.

CAP. 356.

SI pater donauit omnia bona sua cum quibusdam retentionibus,& inter cętera. Cū retentione fructuum de vita sua omnium donatorum, & tempore mortis fructuum patris donantis reperti fuerint aliqui fructus, de illis tam quam patrimonialibus legitimam deberi aliis filiis fuit declaratum, vt dictū est supra in titulo de donatio.c.304.& infra in verbo legitima,c.incip.vidi sententiam Regiam.

CAP. 357.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti ex operibus & meliorationibus factis per bonæ fidei possessorem in re subiecta restitutioni, an compēsentur cum expensis factis in dictis operibus,& meliorationibus,vide ibi & num.3.*

2 *Bonæ fidei possessor, licet non teneatur restituere fructus perceptos ante moram tamen debet illos compensare cum operibus & alijs expensis.*

1 FRuctus percepti a die purificati fideicommissi vsque ad diem petitionis,licet regulariter compensantur cum expēsis, & operibus factis in re subiecta restitutioni,attamen fructus percepti ex operibus,& meliorationibus factis in re subiecta restitutioni per bonę fidei possessorem non compensantur seu computantur in expensis factis in dictis operibus,& meliorationibus.

Ita in causa supplicationis contratio. imperio pro parte nobilis Georgii Ioannis Aymeric interposite a prouisione. tertia Augusti. 1560. ad relationem mei Michaelis Ferrer facta inter dictum de Hymerich, & Guiomarem de Gualba conclusum fuit die prima Februarii.1561.in posse T. Regii mandati scribę cuius conclusionis tenor quo ad caput

caput compensationis, inferitur infra.

Pro faciliori intelligentia dictæ conclusionis præsuponitur in facto: quod pdecessores dicti dñ Georgii Ioannis Aymeric reedificauerūt totum molendinū vulgo dictum den Vallet excepta cupa, siue locup. dicti molēdini, quod quidem molendinum est, citum in termino de Monleo, & etiam construxit quādam domum in dicto molendino, seu iun ctam dicto molendino, & prędecessores dicti de Aymeric perceperunt fructus dicti molendini & aliarum rerum subiectarum fideicommisso a die purificati fideicom. nissi vsque ad petitionem contra eum factam per T. Gualba de medietate dicti molendini, & aliarum rerum fideicommisso subiectarum pro dimidia parte. Et cum dictus Aymeric prętenderet quod sibi erat satisfacienda dimidia pars expensarum in reedificatione dicti molendini, & constructione dictę domus, dicta Gualba opposuit quod fructus quos dictus de Aymeric, & seu sui prędecessores receperunt ex dictis rebus subiectis restitutioni erant compensandi, aut verius computandi cum dictis expensis, allegabat inter alia tex. in l. sumptus, & ibi gl. & docto.

2 ff. de rei vendica. vbi habetur quod bonę fidei possessor licet non teneatur restituere fructus perceptos ante moram, tamen debet illos compensare cum operibus & aliis expensis. pars vero dicti Aymeric replicabat quod dicta. l. sumptus cum concordantibus patitur fallentias, quę seu aliqua illarum procedebant in dicto suo casu, pro quibus allegabatur Iason. in l. domos. num. 2. & aliis. ff. de lega. 1. fol. 98. Coroeus consil. 86. incipien. circa primum dubium column. 2. num. 8. versi. Nec obstat. l. sumptus, in volumine quatto Boherius late decis. quarta quibus pars dictae Gualba multifarie respondebat, quę breuitatis causa pro nunc referre omitto, & si forsan aliqua infra de illis attingā. Insuper pro parte dicti Aymeric allegabatur inter alia pro notabili Antoni. Negusa. in tractatu de pignori. in quar to membro. 5. partis. num. 20. fol. 50. vo. 9. vbi dicit, quod si ille qui fecit meliotamenta in re, sit bonefidei possessor, in distincte lucrabitur fructus respicientes tatam dictorum melioramētorum: puta prędium quod prius sine melioramentis fructuaret decem, & ex causa

3 melioramentorum fructuat quindecim quod tali casu ille qui bona fide fecit dicta melioramenta, lucrabitur indistincte quinque. Et quod ita tenet Pau. de Castr. in consil. 386. visis & ponderatis in 1. colum. allegat. textum in l. cęterū in fine ff. de rei vend. qui satis bene probat a contrario censu, quia ille textus iuncta glosa loquitur in possessore malefidei qui tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos vt ibi vult glo. ergo a contrario sensu bonefidei possessor &c. pro quo videatur Mathe. de Afflit. decis. 37. num. 6. & 7. & Boher. decis. 44. num. 19. Et secundum istam doctrinam fuit conclusum in hac causa, & in facto antequam referam tenorem dictę conclusionis, vt nihil omittam. Est sciendum: & fuit consideratum quod expensę factę in dicta domo magna, cōtigua dicto molendino non erant necessarię, nec vtiles ad molendinum, nec propter dictam domum procedebant ampliores fructus, seu redditus ex dicto molendino, & in illo fideicommisso erant alię res in quibus nullę factę fuerant meliorationes, nec expensę, tenor dictę conclusionis est, vt sequitur.

Quo vero ad caput dictę prouisionis in quo in effectu fuit declaratum, dimidiam partem fructuū per dictū dō Georgium, Ioanem Aymeric, & seu per eius patrem a tempore purificati fideicommissi vsque ad diem litis motę perceptorum computandos, esse cum sexcentis duabus libris decem, & octo solidis, & sex denariis liquidatis pro dimidia parte operū factorum in dicto molendino vulgo dicto den Vallet, & in domo constructa in dicto molendino, seu iuncta eidem molendino, Liquidatione & æstimatione dictorum fructuum reseruata, & quod in ea haberetur ratio qualis

qualis de iure habenda esset de pensionibus per dictos Georgium Michaelē, & Georgium Ioannem Aymerich (vt praetenditur)solutis,ex censuali Elisabethis Sacosta pretii decem mille solidorum,Meritis processus attentis,& alias fuit conclusum quod declaretur fructus perceptos ex dictis molendino & domo a die purificati fideicommissi vsque ad diem litis motae,non debere cōputari cum dictis sexcentis duabus libris decem octo solidis, & sex denariis dictorū operū,nisi pro rata Cubę siue lo Cup dicti molendini quae ibi erat tempore quo dicta opera facta fuerunt, liquidatione,& aestimatione dictorum liquidandorum,& aestimandorum reseruata:caeterosvero fructus & prouentus ex aliis rebus dictorum Castrorum, & locorum per dictos Aymerics dicto tēpore perceptos debere computari cum dictis.1500.libris.18.sol.6. de,dictorum operum. Et si facta dicta compensatione aliquid forsan superetit soluendum per dictum Gualba , totū illud reliquū dicto Georgio Ioanni Aymeric vna cū interesse a die litis motae vsque ad realem solutionem dicti reliqui,liquidatione omnium praedictorum , & aliorum liquidandorum reseruata,in qua habeatur ratio qualis de iure habenda erit de dictis pensionibus dicti censualis Elisabethis Sacosta.

CAP.357.

SVMMARIVM.

1 *Circa fructus rei fideicommissi,qui debētur a tempore morae & bis mora committatur:an & quando sit standum vltima mora.*

2 *Intellectus ad tex.in l. in fideicommissariam.ff.ad trebell.*



1 FRuctus Rei fideicommissi qui debentur a tempore morae,& sic a tempore litis motę,si bis mora commissa fuerit , an & quando standum sit vltimae morae,fuit declaratū in aula Reuerendi Regii Cancellarii , & confirmatum in aula Magnifici Regentis Cancellariam quod in casu infrascripto erat standum vltimae morae, propter rationes ibi allegatas.Casus erat sequens.

Gaspar Ros in suo testamento instituit hęredem suum vniuersalem Saluatorem Ros nepotem suum siue nebot: Et si ille decederet sine filiis substituit Ioannem Ros. Euenit quod dictus Saluator Ros heres post obitum dicti testatoris adiuit hęreditatem, quę consistebat in quadam domo in ciuitate Barcinone cita,& in mobilibus ibi existentibus.& dictam domum pro quibusdam pecuniarum quantitatibus expresse hipothecauit,& intra manus misit Michaeli Aragones cui successit eius filia An na Granet. Postea absque filiis ab humanis decessit superuiuente dicto Ioāne Ros absente, & dictus Ioannes Ros constituit procuratorem suum Petrum Ros ad petendum res dictę hęreditatis, & ad compromittendum,& dictus procurator dicto procuratorio nomine in curia vicarii Barcinone conuenit dictū Aragones,& ab eo petiit dictam domū & mobilia, & causa fuit euocata ad Regiam Audientiam,& postea fuit firmatum compromissum per dictum Petrū Ros,vigore dictę suę potestatis, & dictum Aragones, & arbitri suum protulerunt laudum siue sententiam arbitralem,cum qua in effectu computatis datis & receptis,inter dictos Saluatorem Ros,& Aragones respectiuè,& ęstimata dicta domo ad 300.libras.declararūt in effectu,& dictam domum adiudicarunt dicto Michaeli Aragones,& condemnarunt dictum Aragones quod solueret certam quantitatem pecunię procuratori dicti Ioanni Ros,& ab ista sententia nullus illorum interposuit recursum. Postea vero dictus Ioannes Ros existens in ciuitate Barcinone incepit aliam litem contra eundem Michaelem Aragones petendo ab eo dictam domū Et excipiendo dictus Aragones de dicta sententia arbitrali , & deductis hinc inde

inde creditis, & allegata enormissima læsione per dictum Ioannem Ros, & co missa dicta causa magnifi. T. Sunyer doctori Regii concilii, fuit ad eius relationem declaratum, & dictus Ioannes Aragones, seu eius filia vxor. t. Grau post mortem dicti Grau fuit condemnata ad restituendum dictam domum vna cum fructibus liquidatione dictorum fructuum, & aliorum pro vtraq; parte prætensorū, & a quo tempore debeantur di cti fructus reseruata, & per magnifi. ū Franciscum Sala, etiam doctorem Regii cōcilii cui per mortem dicti Sunyer dicta causa commissa extitit, fuit declaratum dictos fructus deberi a die litis motæ. & ab hac prouisione supplicauit dictus Ioannes Ros, & causa dictæ supplicationis fuit mihi commissa, & in ea præsensum fuit per dictum Ros quod dicti fructus debebantur à die quo locum habuit fideicomissum: videlicet a die obitus dicti Saluatoris primi hæredis, & sic etiam ante litem motam, fuit determinatum quod dicti fructus nō debentur a die obitus dicti hæredis, sed a
2 die moræ per tex. in l. in fideicomissariā ff ad trebel. pro cuius tex. intelligentia videatur. Alex. & Io. de Imo. ibi. tex. in l. 1. §. veteres iuncta gl ff. de acqui. posse. Sed dubium magnum fuit motum inter nos: an dicti fructus deberentur etiā a die quo procurator dicti Ros petiit dictam domum: & pro parte affirmatiua quod debeantur, allegabatur ratio, quia tunc iam fuit in mora constitutus dictus Aragones possessor dictæ domus. pro parte negatiua quod non debeantur, nisi a die petitionis inceptæ per dictū Ros allegabatur quia prima lis fuit extincta, & per inde est ac si incepta non fuisset postquam dictus Ros illam improbauit arg gl. 1. in l. 2. C. de fructibus, & litium expensis quam glo. Sal. ibi dicit notandam & singularem, & fortam non reperiri alibi, & eam approbat Sal. ibi n 6. in qua habetur quod si prima instantia est perempta, seu finita, & postea de nouo mouetur alia instantia fructus debētur a tempore litis vltimo loco contestatę, & eandem opinionem videtur tenere Bal. ibi, licet Bar. teneat contrariū, fortius ergo erat dicendum in nostro casu in quo dictus Aragones obtinuerat sententiam arbitralem a qua nō fuerat interpositus recursus. & propter illam fuit in bona fide. pręcipuè attento quod dicto Saluatori Ros a quo dictus Aragones causam habebat competierat quarta trebellianica, & per istas rationes, & per alias fuit cōclusum quod declaretur bene fuisse declaratum per dictum Sala cum dicta prouisione.

Pro materia. Vid. Capic. decis. 11. Tezau. decis. 29.

C A P. 358.

SVMMARIVM.

1 *Fructus fideicommissariarum rerum; an teneatur restituere hæres qui verbalem fecit restitutionem.*

1 Fructus fideicommissariatū rerum an teneatur restituere hæres, qui verbalem restitutionem fecit, & fuit declaratum quod sic, per doctrinam Bar. in l. in fideicomissariā. n. 4. ff. ad trebel. & quid si sit in bona fide. fuit vt sequitur.

Elisabeth Sauall vxor Raymundi Sauall habebat dotem in pecunia, & instituit duas filias hęredes, & illas ad inuicem substituit, & si decederent prout decesserunt sine liberis, substituit quosdam Sapiles. mortua dicta testatrice pater illarum illas matrimonio collocauit, & pro bonis maternis quędam censualia dedit, & etiam aliquam (licet modicam) pecunię quantitatem, postea decessit Magdalena Satorra vna ex dictis filiabus absq; filiis, & ideo habuit locū dicta substitutio in personam Elisabethis Marqueta alterius ex dictis duabus filiabus quę vltimo decessit absq. filiis, & instituit hęredem Franciscum Sapila fideicommissarii praedicti arbitrantes res haereditarias dictae Elisabetis Sauall quę consistebant in dicta dote sua

quam tradiderat dicto Raymundo Sauall remansisse pœnès dictum Raymũdum Sauall, & pœnes illius hęredem nomine Camporells, incoharunt iudicium contra dictum Camporells hæredem dicti Raymundi Sauall pro dicta dote, & lite incohata, quia per hæredem d. Marqueta non erat facta illis restitutio, die 18. Februarii, 1503. requisierunt dictum Franciscum Sapila, quod sibi restitueret dictam hæreditatem, & d. Sapila fecit restitutionem verbalem, & dicti fideicommissarii prosecuti fuerunt dictam litem; & obtinuerunt sententiam contra dictum Camporells qui a dicta sententia supplicauit, & in causa supplicationis obtinuit, quia reuera constitit quod dicta dos fuit restituta, & soluta dictis Magdalenę Satorta, & Elisabethi Marqueta. Et propterea postea dicti fideicomissarii incoharunt aliam litem contra dictũ Franciscum Sapila, & me referente fuit lata sententia Regia die. 30. Ianua. 1563. qua Franciscus Raymũdus Fualler hæres Francisci Fualler hæredis dicti Francisci Sapila hæredis dictæ Marqueta fuit condemnatus restituere res dicti fideicomissi vna cum fructibus, seu interesse deductis de iure deducendis, liquidatione reseruata, postea fuit liquidatum interesse adie quo hęc vltima lis fuit mota ad relationem vnius solidi pro libra: non obstante quod dicta censualia non parlebant tot fructus quia nõ erant ad rationem solidi pro libra, & fuit ratio, quia dictę hęredes Elisabethis Sauall nõ potuerunt præiudicare fideicomissariis in rebus fideicomissi quæ consistebant in dote, quæ dos consistebat in pecunia numerata, tamen fuit dubitatum an idem esset dicendum a die dictæ requisitionis, & restitutionis verbalis vsq; ad diem quo dicta vltima lis mota fuit, & fuit determinatum & prouisum atten to quod per restitutionem verbalem fideicomissi factam per possidentem res fideicomissi, non liberatur ipse a fructibus per eum perceptis, iuxta doctri. Bar. in l. in fideicomissariam nu. 4. ff. ad trebel. Attamen quia dictus Franciscus Sapila hæres dictæ Marqueta a die dictę requisitionis vsqueqno dicta secũda sententia fuit illi intimata, probabiliter ignorarunt an resdicti fideicomissi, essent pœnes hæredem Raymundi Sauall vel pœnes ipsum, & sic non fuerunt in mala fide, sed in bona: Ideo propter dictam bonam fidem, & quia nemo debet locupletari cum aliena iactura, fuit obligatus & condemnatus ad soluendum, & refficiẽdum dumtaxat fructus quos ipse, & eius hęres perceperunt &c. Fuit facta prouisio. 14. Aug. 1566. in posse Palau regii scribę mãdati, & pro eo Sacares.

De fuga.

CAP. 359.

SVMMARIVM.

1 *Captus effugiens, carceribus effractis, an habeatur pro confesso.*
2 *Confitens delictum cõmisisse, si p facta sit probatum contrarium, non punitur.*

1 Arceratus fugiens a carceribus effractis carceribus, q habeatur pro confesso non recepit Regia Audientia Cathaloniæ. quamuis Bar. Angel. *Areti.* & alii contrarium tenuerint. bene tamen recepit quod talis fuga facit indicium ad torturam.

Quamquam Angel. Areti. in tractatum de maleficiis in verbo, quod fama publica præcedente. n. 82. & 83. fol. 102. post gl. & Bar. in l. in eos. ff. de custo. & exhibi. reorum, teneat quod positus in carcere pro aliquo crimine, etiã si dictũ crimen non comiserit, si effracto carcere aufugerit habetur pro confesso dicti crimen; & contra eũ, tanquam si dictũ crimen cõmisisset, & tãquam confessũ dictũ crimẽ, procedi potest per illũ textũ tenoris sequẽtis. In eos qui cũ recepti essent in carcere conspirauerint, vt ruptis vinculis, & effracto carcere euadant, amplius quam causa ex qua recepti sunt

ei sunt reposcit, constituendum est. Et quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur propter quod in pacti.gl.ex ponit id est immissi vel impulsi sunt, in carcerem tamen puniendi sunt, & idem vt Ang.tenet, & intelligit illum tex.lo an.Barbe.in suo Viatorio iuris in ti. de effracto.carce. His tamen & aliis nō obstantibus regia audientia tales effractores carcerū fugientes a carceribus non habuit pro confessis. Et nimirum propter vsaticum Cathaloniç incipien.hom pres per Cort in ti. de custodia de presos. fol. 150. Cuius tenor est vt sequitur. Hom pres per Cort e'mes en castell per fer iusticia,no isque d'aqui,e sia fa, (si doncs peruentura no temia mortir)hauta dan de inuasio.30.sous q dara a la Cort,e tornat en lo Castel,esmē lo dā,e la culpa q fet hauta,aixi cō laCort jutjara. Est verū quod dictus vsati.non aperit an dictus homo captus exierit a Castro fractis carceribus vel ne,& propterea Guill.de Vallesica ibi dicit se credere,quod si aufugit aut exiuit carceribus ruptis,& vinculis, seu compedibus dissolutis,esse extra terminos dicti vsat, & haberi pro confesso, & esse puniendum iuxta d.l. in eos cum ibi nota per doct.& l.1.§.1.ff.de effract. Cum statuta sint stricti iuris, & sic non extendenda, & hoc idem refert de verbo adverbum Iaco.Marquil.in eodem vsa.vers.1.queſ.ro.8.& sic videtur cum dicto de Vallesi.transire:Sed pariter est verū quod(vt dicit gl in d.l.in eos in verbo puniendi) nec d. tex. in l. in eos aperit qua pœna capti fractis carceribus fugientes puniē di sint, doctores super hoc articulo diuersos intellectus ad.d.l.in eos dederūt, inter quos reperio Fel in c.nullus ď preſump. facientem regulam cum sex fallen.& in 2.fallen.n.3. hæsitat multum, quia posse sequi quod plus operaretur ficta confessio quam vera. Nam si quis
2 confitetur se cōmisisse delictum, & probatur quod illud non commisit, nō punitetur.vt l.inde neratius insi ff.ad leg. Aquil. & tamen si propter effractionē carceris haberetur pro confesso etiam si delictum nō commisisset, plus operaretur dicta ficta confessio quam vera, quod erat incōueniens. Vnde ipse inclinat quod fictus confessus punietur pœne effractionis, & non pœna delicti de quo accusatur, licet dicat quod quia nō reperit hoc motiuum ab alio factum, transit cum Bar.in d.l.eos & in 4.fallē. n.6.dicit quod fuga facit indiciū ad torturam, sed videtur loqui quando fuga est sine fractione carceris. Ioa. Barbe.in viatorio iuris in ti.de effract.car. facit magnam discutionem, & in versi.verumtamen dicit, quia ista pęna imponitur ex præsumtione probationis, iudex procedere debet temperatè, & quantum potest tardare ad pęnam vel multum mitigare per iura quę allegat.dicens etiam quod iudex considerare debet quid mouerit fugientem vel frangentem carcerem, & ponit casus seu exempla in quibus fugiens non esset puniendus dicta pœna. Et quicquid sit sufficit nobis scire quod hæc Regia Audientia in tanta doctorum, & opinionum diuersitate recepetit(vt dictum est) quod fuga carceratis fractis carceribus facit indicium ad torturam tantum. Adde pro materia Tho.Mier.in consti. la superfluitat per tot.signanter.n.16.

CAP. 360.

SVMMARIVM.

1 *Extrahens a tabula cambij ciuitatis Barchinonæ falso procurationis instrumento, aliquam quantitatem etiam modicam: qua pœna puniatur.*

2 *Et an istud sit crimen peculatus.*

3 *Furtum quamuis modicum, in stratis publicis committens punitur per regiam audientiam poena mortis: propter pacem & treugam violatam.*


VR rei ciuitatis Barcinone, scilicet extrahendo (falso in-
1 strumento procurationis) a tabula cambii siue deposito rum Barcinone aliquam pecuniç quantitatem etiā modicā punitus fuit pœna

 morus

mortis naturalis in casu infrascripto.

Vigesima prima Augusti.1563.in facto causæ contra Volta qui fuit conuictus quod cum falso instrumento procurationis Benedictę Incle extraxit a tabula cambii, siue depositorum ciuitatis Barcinonæ.26.libras. vna die, & 38.libras alia die, hoc videlicet modo quod induxit quandam mulierem nomine Catharinam Sans quod tanquam si ipsa nominaretur Benedicta Incla firmaret procurationē dicto Volta, & sic dicta mulier nominādo se Benedictam Incla tam nomine proprio quam vt tutricem, & curatricem Sebastiani Incla filii sui firmauit potestatem dicto Volta ad recipiendum quascunq; pecunias, & virtute huius potestatis fuerunt sibi giratę, in dicta tabula dictę.26.librę pro pensionibus Violarii quod faciebat patri dicti Incla. T.Montornes. & dictus Volta vt procurator prædictus accepit dictas. 26. libras a dicta tabula, alia die eadem mulier eodem modo firmauit aliam potestatem eidem Volta ad firmandum Luytionem Violarii, & cum dicta potestate firmauit Luytionē dicti Violarii, & postea.t.Camps pro dicto Montornes girauit prædictas, 38. librarum pro proprietate dicti Violarii Benedictę Incla, & sic ciuitatis Barcinone remāsit, & fuit facta debitrix Benedictę Incla de dictis 38.libris. & quia prędictę potestates non sufficiebant ad leuandū pecunias ex dicta tabula, dicta Mulier Catherina Sans nominādo se Benedictam Incla firmauit aliam potestatem eidem Volta, ad leuandum pecunias ex tabula, & cum illa procuratione dictus Volta recepit dictas 38.libras, & sic cū falso instrumento surripuit pecuniam ciuitatis, quia ciuitas soluendo falso procuratori non fuit liberata.l.si procuratori ff.de condi.causa data & causa nō secu. Cū similibus. fuit conclusum voto maioris partis doctorum n.6.quod dictus Volta erat reus mortis, & quod furca suspenderetur, & aliqui ex doctoribus qui fuerunt huius voti allegabant tex. in l.2.C.de crimine peculatus. & sic sentiebant, & expresse dicebant quod dic-
2 tum crimen erat peculatus, ego dubitabam an esset verum pro quo breuitatis causa vide Barbe. In suo viatorio iuris in tit.de lege Iul.pecula. & de residuis, & l.ob pecuniam.ff.de fur, cuius verba sunt hæc, ob pecuniam ciuitati sobstractam actio est furti, non crimine peculatus tenetur, allegabant etiam pro cōfirmatione. Ang. Aret.in § item leg. Iulia peculatus in Inst.de publ.iudi.in prin. vbi sentit quod pœna criminis peculatus est pœna mortis per d.l.1.C. de crimine peculatus, sed certè in fine ab illa opinione videtur recedere, & contra tenet gl. & Salt.in d.l.1.C. de crimine pecula. Barbe.in d.ti.de lege Iulia pecula. alia etiam & fortiori causa fuerunt dicti voti videlicet propter guidaticum di
3 ctæ tabulæ, pro quo allegabatur quod Regia Audientia consueuit pro furto facto in itinere publico, quod est sub pace, & treuga, licet furtum sit modicū infligere pœnam mortis per tex. in §. si quis 5. foli.de pace tenenda, & eius viola.in vsi.feudorū.Item, & fortius propter furtum rei ciuitatis dictum crimen falsi considerantes quod illa falsitas fuit circa rem magnæ importantiæ, & qualitatis ex quo erat ad surripiēdum a tabula per l.vlt.ff.ad l.Cornel.de fal. fortius per consti.Montissoni anni.1542.c.13.incipiē.per esser lo crim, in finalibus verbis ibi, lo qui falsificara actes, & q̄ iste falsificarum acta, alii tres doctores fuerunt voti quod condemnaretur ad pœnam seruiendi in Regiis tirremibus perpetuo, & omnes quod dicta Catharina Sans fustigaretur, & bānitetur perpetuo a Cathalonia.

De latronibus vide infra in verbo.latro.

CAP. 361.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione in fideicommissis, etiam cum clausula, quod substituti, nomen & arma alterius quam testatoris*

toris deferre teneantur, an veniant nepotes masculi ex foemina: si tempore quo fideicommissum habuit locum, superuerat filia.

2 *Filiorum appellatione, an veniant nepotes, & num. 6.*

3 *Verbum, alius, est repetitiuum similium.*

4 *Nomen familiae, magis conseruatur per masculos quam per foeminas.*

5 *Conclusio Regis Concilij.*

6 *Filij fratrum regulariter succedunt vna cũ patruo, in his quae iure directo deferũtur: sec' vero in his quae iure indirecto.*

7 *Nomen & arma sint inuenta ad cognoscendam familiam.*

8 *Nomen & arma propria dimitti, & aliena recipi possunt, ibi. remissiuè.*

1 Filiorum appellatione in fideicommissis, etiam cum clausula, quod substituti nomen, & arma alterius quam testatoris, & substituti deferre teneãtur non veniant nepotes masculi ex foemina, si tempore quo fideicommissum locum habuit superat filia.

Ita fuit conclusum & declaratum in casu infra relato, qui est notandus, quo niam (vt vtar quasi verbis Imperatoris in l. cum quidam verti. Et si quis eorũ. C. de verbo. signifi.) si sigillatim materiam istam exponere maluerim, non leuè libri volumen extenderetur. Cũ nõ solum doctores super ea scribentes, sed etiam leges quas ipsi doctores referunt inter se variasse prima facie videntur, & est propriè huius tertię partis institutę de opinionibus per Regiam Audientiam receptis ex varijs, & contrarijs doctorum opinionibus.

Casus fuit vt sequitur.

Ioanna Terrę domina Castri seu loci de Barenys campi Tarraconę habens tres filios, & tres filias, & ex vna filia nomine Yolant, vxore Francisci Vallbona habuit Matthiã. & instituit Galcerandum filiũ si vixerit, & si nõ vixerit, vel vixerit & decesserit quandocunq; sine filiis, de legitimo matrimonio procreatis substituit alium filiũ, & illi alium filiũ, & postea aliam filiam, & illi aliam filiam nomine Elisabethem. Postea dixit, & si dicta Elisabeth decesserit modo prędicto substituo Mathiam Vallbona si vixerit, sin autem substituo alium filium dictorum Yolantis, & Francisci Vallbona quicunq; fuerit ad suas voluntates. Ita tamen quod si contigerit pręfatam hęreditatem peruenire ad dictum Vallbona, vel alium quemcunq; filium dictorum Yolantis & Francisci Vallbona, ille talis heres teneat nomen & arma de Sacirera a quibus ego descendo ex parte patris. Et sub hac cõditione quod heres meus quicũq; fuerit nõ possit vendere, nec aliquo modo alienare vlio vnquam tempore locũ de Bareys, quod si fecerit careat hęreditate. Euenit quod omnes instituti & substituti decesserũt sine liberis. Et Antichus Vallbona decesserat antequam dicta Elizabeth. Terreque nupserat cuidã Costabella. Et ipsa habuit dictã hęreditatẽ vltimo loco, & postea illã vẽdidit Archiepiscopo Tarraconę, & tempore quo ipsa Elisabeth decessit supererant tantũ Elisabeth Sperantia Vallbona, filia dictorum Yolantis, & Fran. Vallbona, & Ioannes Vallbona nepos dictorum Yolau. & Fran. Et ista Elizabeth Sperantia Vallbona petiit dictum Castrum a dicto Archiepiscopo, ratione fideicommissi, & d. Ioãnes Vallbona se opposuit liti, dicens q sibi & non dictę Elisabethi Sperantiae pertinebat, quia appellatione filiorũ veniunt nepotes, & per illa verba, seu onus delationis nominis, & armorum efficitur quod non vocantur foeminae.

Ad quorum fundationem fuit in iure memoriale oblatum. Et quia illud, propter lapsum tanti temporis reperire nequiui, ideo referre veridice iura quę in illo allegabãtur non valeo. Pro posse tamẽ referã quę mihi pro nũc pro parte d. Ioãnis Vallbona nepotis dictorum Yolãtis, & Francisci Vallbona facere videtur. Et primo deducebatur seu dedu-

ci poterat, quod Ioāna Terre testatrix
in substitutione quam fecit Elisabet hæ
filię suę, casu quo dictus Antichus Vall
bona eius nepos non viueret, vocauit
alium filium dictorū Yolantis, & Fran
cisci Vallbona quicūq; esset. Et cūm ap
pellatione filii veniat etiam nepos, &
ipse Ioannes esset nepos; ideo ipse voca
tus fuit, quod maximè procedere vide-
batur, quia in eo testamento voluit te-
statrix, quod ille talis heres teneret no-
men & arma de Sacirera a quibus ipsa
ex parte patris descendebat, propter quod
onus videbatur quod non vocabantur
2 fœminæ. Pro primo videlicet quod ap
pellatione filii veniat nepos, allegari po
terat. l. filii. ff. de verbo. signi. inquit enim
ille textus quod filii appellatione om-
nes liberos intelligimus, & textus in l.
liberorum in prin. eo. tit. dicit. liberorū
appellatione nepotes, & pronepotes
cæteriq; qui ex his descendunt continē
tur. Item idem tex. in d. l. liberorū, vers.
præter hæc, dicit quód natura nos quo-
que docet filiorū appellatione omnes
qui ex nobis descendunt contineri. Ne
que enim dulciore nomine possumus
nepotes nostros quam filii appellare: e-
tenim idcirco filios filiasue cōcipimus
atq; edimus, vt ex prole eorum, earum-
ue, diuturnitatis nobis memoriam in
eum relinquamus. l. iusta interpretatio-
ne eo. ti. vbi dicitur quod iusta interpre
tatione, appellatione filii nepos conti-
netur Bar. in d. l. liberorum n. 5. vers. sed
materia nostra post relatas diuersas opi
niones docto. tenet, quod quando quis
instituit filium, illa institutio extendi-
tur ad nepotem, & idem in substitutio-
ne, & Alcia. ibi col. 1. vers. in prima spe-
cie dicit, esse communem opinionem.
& istam opinionem etiam tenent Chas
sa. in consuetu. Burgun. in tit. de succes-
sions §. en toutes successions. nu. 22. 23.
24. 25. 26. & seq. & plures alii doct. tam
in consiliis quam in lecturis. quamuis
Soci. in consi. 104. in prin. versic. Primū
probatur dicat, quod Bal. & Imo. & ma
gis communiter moderni etiam multi
Antiqui tenuerunt contrarium vol.

3. quamquam filius in successione pa-
tris sui nepotes excludat ex se descendē
tes, non tamen excludit nepotes ex a-
lio filio præmortuo fratre suo supersti-
tes, imo concurrunt cum filio defuncti
eorum patruo secundum Guiller. Bene
di. in ca. Raynuntius in verbo, & vxo-
rem nomine Adelasiam n. 615. fol. 106.
per tex. insti. de hæredi. ab intesta. §. cū
filius.

Insuper deductum fuit quod ex mē-
te dictę Ioannę Terre testatricis erat ad
mittendus dictus Ioannes, quia mascu-
lus, quamquam nepos, ex eo quia post
obitum præfatæ Elisabethis filiæ dictæ
testatricis, & post obitum Antichi Vall
bona nepotis eiusdem testatricis, substi-
tuit & vocauit alium filium dictorum
Yolantis, & Francisci quicunq; fuerit.
Et quanquam appellatione filii veniat
filia. l. iusta interpretatione. ff. de verb.
signifi. & ibi Alcia. Bar. in l. liberorum
eodem. ti. Chassa. in consuet. Burgu.
Rub. 7. in verbo. Entoues successions
num. 21. fol. 258 glo. in rubrica qui testa.
tuto. da. pos. in fi. in verbo; quia filii cū
similibus. Attamen ex eo quod in illa voca
tione fuit adiectum verbum alium, quod
3 est repetitiuum similium, scilicet mas-
culorum, quia præcedēs erat masculus
videlicet Antichus. gl. in l. si fugitiui &
ibi Bal. Ang. Pau. & Sal. C. de seruis fugi.
Ideo sequitur quod dicta testatrix intel
lexit vocare dumtaxat filium masculū
& excludere fœminam. Prę maximè ad
iecta illa clausula oneris deferendi no-
4 men & arma de Sacirera ex quo descē-
derat ipsa Ioanna Terre testatrix. quia
nomen familiæ magis conseruatur per
masculos quā per fęminas. nomē enim
& arma, id est insignia sunt inuenta ad
cognoscēdū familiam, & per Chassa. in
consuetu. Burgun. in verbo le bastard.
§. 3. num. 2. fol. 285. qui allegat Bart. in
tracta. de armis, & seipsum in Cathalo-
go gloriæ mundi in prima parte in.
24. consideratione, & nomen familiæ
magis (vt prædicitur,) conseruatur per
agnatos siue per lineā masculinā, quam
per cognatos siue per lineam fœmini-
nam

nam, quia qui nascuntur, patris, & non matris sequuntur familiam, id est agnationem insti. de legiti. agna. tute. §. sunt autem agnati, cum gl. fi. & in specie per Angel. Areti. ibi. n. 2. versi. Nota in vers. sunt autem agnati.

5 His tamen, & aliis quæ per aduocatum dicti Ioannis Vallbona deducta fuerunt, & allegata, non obstantibus, fuit conclusum me refferente in regia audientia, dicta verba non inducere sufficientem præsumptionem mentis testatricis ad exclusionem fœminarum. Et quod in dicto casu appellatione filii nõ venit nepos, ex eo quod tempore quo locum habuit fideicomissum superer at dicta Elisabeth Speratia filia dictorum Yolantis, & Francisci Vallbona in qua poterat verificari dicta substitutio.

6 Hæc conclusio fundari potuit, & verificatur per regulã quæ habetur quod appellatio filiorum regulariter non cõprehendit nepotes, vt tenet glo. in Clemen. vnica in verbo liberi de baptismo, & eius effectu per textum institutio. qui. testam. tuto. da. pos. in fine cuius textus verba sic se habent. Si quis filiabus suis vel filiis tutores dederit, etiam posthumæ vel posthumo dedisse videtur. quia filii vel filiæ appellatione, & posthumus, & posthuma continetur. quod si nepotes sint, an appellatione filiorum, & ipsis tutores dati sint, dicendum est, vt & ipsis quoq; dati videantur si modo liberos dixerit. Cæterum si filios, non continebuntur: aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Idem vt glo. dicit & tenet Ioan. de Imo. in dicta clemen. vnica. nu. 10. & cum eadem glo. transit Zabarel. ibidem. Casualiter tamen seu in casibus specialibus appellatione filii cõtinẽtur nepotes. & ita expresse dicit dicta glo. circa principium ibi, casualiter contra. ff. de verbo. signi. l. filii, & ibi docto. Idẽ tenet Io. de Imo. super eadem gl. n. 10. dicens quod fallit dicta regula in d. l. filii. quia fallit vbi agitur de dura separatione vitanda, allegat l. possessionum. C. comu. vtriusq; iu di. doct. in d. l. filii vbi habetur quod in diuisione familiæ, seu seruorum nõ debet fieri separatio liberorum a parentibus, nec sororum a fratribus, nec a viris coniugum: & ideo glo. 1. in d. l. filii quę eandẽ opinionẽ tenet, dicit, quod in casu illius legis est ratio, quia non debent nepotes separari a patribus: & videatur dicta glosa quia declarando hanc regulam ponit tres casus speciales, & dicit, quod regulariter est cõtra. Cum igitur iste casus de quo agitur non sit de dictis vel aliis casibus specialibus, seu fallentialibus standum est dictæ regulę, quod appellatione filii non venit nepos. Idem vt præfati docto. & glo. tenet Alcia. in d. l. filii appellatione versi. An in dispositione hominis pag. 155. dicens quod in dispositione hominis, qui de filio loquitur, de nepote non intelligetur, allega. §. fi. insti. qui testa, dã. tut. pos. nec enim in eiusmodi materia fit extentio, nisi aliundè de mente coniitiamus, vt cum alioquin dura separatio induceretur, vel extranei suis præponerentur, vel ysus testatoris hoc suaderet &c. Item ipse Alcia. in l. liberorum pa. 1. cum seq. altius tractando istam materiam, quamuis distinguat quadrupliciter, tamen quo ad hanc speciem tenet idem in col. 2. circa princi. ibi. quod tamen varie acceptum est, & declarabitur latius infra in versi. Præterea.

7 Præterea falcem ad radicẽ ponendo dicitur quod quanquã filii fratrũ, & sic nepotes succedant regulariter vna cũ filio, & sic cum patruo in his quę iure directo deferuntur. Attamen secus est in his quę non iure directo, sed iure fideicõmissi deferuntur secundum Guil. Bene. in c. raynuntius in verbo, & vxorem nomine adelã. n. 622. fol. 7. iunctis illis quæ dixerat n. 615. vsque ad 622. vbi loquendo in iure representationis, quando videlicet nepos representat personã patris sui, dicit, quod si filius hæreditas restituenda sit, tale fideicommissum solis filiis superstitibus, & non nepotibus ex altero filio præmortuo deberetur, quia hoc casu nepotes suum non representant genitorem vt cum patruis ad

ad tale fideicomissum admittantur, & ratio differentiæ est, secundum Bal. in l.cum ita.§.in fideicomisso.ff.delega.2. quia succedendo titulo hereditario, directo consideratur iuris dispositio secũdum quam filius succedit in locum patris, & sic nepos succedit loco filii cuius personam repræsentat. Sed succedendo iure, & titulo fideicomissi, non consideratur iuris dispositio, sed sola affectio quã natura docet plus habere ad filios vt pote proximiores, quam ad filios filiorum secundum Bal. & Raphael. limitando gl ibi in l.cum ita.§ fi.ff. delega. 2.& in l.lucius la.2.ff.de hered.inst.quã habundæ ibi dotauit Alex.in fi. Angel. in d.§.cum filius, vide tex. in l.heredes mei.§ peto quem ibi ad hoc notat Rapha.ff.ad trebell.post Angel ibi, hęc ip se Guiller. Bene. Cum ergo in nostro casu non agatur de his quę deferuntur iure directo hereditario, sed de his quę deferuntur iure fideicomissi post mortem Elisabetis Costabella vltimę possessoris sine filiis, & tempore obitus illius superuiuebat Elisabeth Sperantia Vallbona filia præfatorum Yolantis & Francisci Vallbona, & etiam Ioannes Vallbona nepos dictorum Yolantis, & Francisci Vallbona ex filia, ideo secũdum dictam doctrinam, sequitur quod dicta Elisabeth Sperantia Vallbona erat admittenda ad fideicomissum excluso dicto Ioanne Vallbona nepote eorũdem coniugum Yolantis & Francisci Vallbona. & sic iustificantur illa verba in dicta conclusione Regiæ Audientiæ post ta scilicet attento quod in dicto casu appellatione filiorum non veniunt nepotes, ex eo quod tempore quo locum habuit fideicomissum superstat dicta Elizabeth Vallbona in qua poterat verificari dicta substitutio. Et ita etiã vt Guil. Bene. vult Alcia in l.insta.pag.226.col. 1.circa prin. versi. Hincq; dicens, quod si testator filiis titii, & eius descendẽtibus fundum per fideicomissum relinquat, si aliqui filii super sint, prius admittuntur tanquam sub illo nomine, filiis, censeantur nominatim vocati, nec cum eis vna nepotes titii, ex aliis filiis præmortuis, succedent. Illi enim sub nomine descendentium potius quam filiorum cõprehenderunt, quippe appellatio filiorum, non nisi per extentionem, descendentium vero etiam propriè ad eos refertur. Donec ergo super sunt filii qui prius nominati sunt. non erit locus cæteris descendẽtibus posteriori loco scriptis, & quod quidam ita sentiunt, & allegant decium consi.1.in fi. qui n.5. dicit idem vt Guill. Bene. in d.verbo, & vxorem no. adela. fere de verbo ad verbum & per eadem iura rationes, & doctores quæ & quos allegat dictus Guill. Bene. & iterum resolutiuè dicit idem sub n 8. versic. 2. quia agitur de fideicomisso in quo etiam filius ex persona patris non admittitur. Et quamquam gl. in l. cum ita.§.in fideicomisso in verbo proximo ff.delega.2.& ibi Imo.& Angel. de periglis, & aliqui alii doctores quos referẽ latè Anto. Gabriel. in tracta. de comunibus opinionibus in tit. de fideicomissis conclu.3.in prima. parnu.9. teneant quod etiã in fideicomissis, nepotes succedant, & admittantur vna cum patruis, & filius fratris vna cum fratre, & aliqui doctores dicant istam esse communem opinionem: Attamen idem Anto. Gabriel. ibidem versicu. contrarium Bal. refert etiam baldum, & alios doctores numero plures contrariam opinionem (quæ est huic conclusioni conformis) tenentes & dicentes istam secundam opinionem esse communem, & contrariam comuniter reprobari, quinimo, & ipse Anto. Gabri. tradit nouem limitationes ad dictam primam opinionem in quorum secũda limitat dictam primam opinionem, quando nepotes, qui cum filio testatoris admitti volũt, essent concepti post mortem testatoris. Et in septima limitatione dicit dictam primam opinionem limittari quando testator habebat filios superstites, & filios filii præmortui, & in institutione praedilexit filios superstites, illos instituendo filiis filii præmortui qui non fuerunt honorati in institutione.

titione: quia pariter creditur in substitutione testatorē voluisse filios preferri, nec filios filii pre defuncti debere cū eis concurrere, vt in hoc casu de quo agitur factum fuit. Ipsa enim Ioanna Terrę testatrix habens filios & filias, & ex vna filia nepotem nomen Antichum, instituit filias & non dictum Antichum nepotem ex filia, & sic ex his etiam restat abundans responsio ad deducta & allegata pro parte dicti Ioannis Vallbona, supra versi. ad quorum fundationem & ver. Item quamquam filius.

Sciendum tamen est quod cum alia regia sententia ante præfatam sententiam, ad relationem Romeu doctoris tunc regiæ Audientię in causa quæ vertebatur inter Gaspar. de Castelui vna parte, & Franciscum Mediona & Catharinā illius vxorem ex altera parte die quarta Martii. 1544. fuerat declaratum, etiam in fideicommissis nepotes succedere vna cum eorum patruo, & intrare in locum parentum suorum, per hęc verba quā in viam iuris quādo agitur de successione ascendentis, videlicet proaui pro nepotes vna cum nepotibus alterius filiæ vocantur ad dictam proaui hereditatem, cum in locum & portionem parentum pronepotis prędicta succedāt, & in eorum intrēt locum, etiam vbi agitur ex substitutione vel fideicommisso. Et dicta sententia confirmata fuit ad relationē Francisci de Vallesica in posse Thome Veciana regii mādati scribe & pro eo Mallol notarii & clausula testamenti super quā dicta sententia lata fuit, est tenoris sequētis. Omnia bona mea, & c. dimitto tunc lego Vgoni Onofrio de Mediauilla, & Mathię de Mediauilla, filiis meis & ipsos heredes instituo & ad inuicem pupillariter substituo, & si dicti filii & heredes mei morerentur, quod Deus auertat, quādocunque sine filiis legitimis & de legitimo matrimonio procreatis, volo quod ea quæ eis dimitto reuertantur filiabus meis equis partibus, & si dictę filię meæ aut aliqua earum moreretur reuertatur filiis & filiabus suis equis partibus. Sed respondere forsan posset, quod cum vltima derogent prioribus, ideo standum videtur esse dictę vltimae intelligentię receptę per regiam audientiam ad d. l. cum ita §. in fideicommisso & ibi glo. in verbo proximo. ff. delega. 2. præmaxime quia doctores relati per d. Anto. Gabriel. pro secunda opinione, cui est conformis d. vltima sententia regia, sūt numero plures, & dicunt contrariam communiter reprobari, vt dictum est. Quod est notandum pro principali assumpto huius instituti in hac 3. parte, de opinionibus per Regiam audientiam receptis ex variis & contrariis doctorū opinionibus. Item respondeti potest q̄ ista sententia in causa dictorum Vallbones lata, sustineri posset per prædicta alia fundamenta, quamuis esset verum quod in fideicommissis habeat locum ius representationis, vt nepotes succedant in locum parentum suorum, & sic succedant vna cum eorum patruis, & ex his etiam restat respon. ad deducta et allegata pro parte Ioan. Vallbona supra versi. ad quorum fundationē & in vers. quamquam filius. Item in quantum in ea conclusione dicitur verba dicti testamenti (scilicet substituo alium filiū quicunque fuerit) non inducere sufficientē praesumptionem mentis testatricis ad exclusionem fœminarum, fundata fuit seu fundari potuit dicta conclusio, quia appellatione filii etiam continetur filia per tex. in d. l. iusta interpretatione. ff. de verb. sign. & ibi Alcia. gl. insti. qui testa. tuto. da. pos. in. §. si quis filiabus suis vel filiis in verbo, quia filii. & c. Angel. Arec. ibi. sub nu. 2. versi. 3. casu, dicit quod quando masculinum profertur a testatore, tunc si tractatur de fauore cōprehendit fœmininū, secus si de odio. Et cum in hoc casu de quo agitur, tractetur de fauore fœmine scilicet Elizabethis Sperantiae filiae dictorum coniugum Yolantis & Francisci Vallbona, ideo appellatione filii continetur etiam dicta filia. Nec obstare videtur dicere, quod illa dictio alium, est repetitiua similium, quoniam illud procedit quando illa

do illa dictio est posita de per se & absolute, secus tamen est quando dictionem generalem secum annexam, quae de sui natura importare videtur vt aliquid plus significaret quam oratio absoluta; vt est illa dictio, quicunque fuerit, quia tunc non facit relationem similiũ quod in secundum. l. quicunque num. 2. C. qui admitti ad bon. poss. pos. per illum textum. Cum igitur in facto de quo nunc agitur dicta Ioanna Terrae testatrix, casu quo Antichus Vallbona substitutus dictę Elisabethi, non viueret tempore mortis dictę Elisabethis, substituerit alium filium non absolute, sed cum hac adiectione quicunque fuerit ad suas voluntates. Ideo dicta dictio quicunque cum sit generalis & geminatiua videtur importare declarationem illius verbi filium, vt intelligatur etiam & filia, quasi dicat, siue sit masculus siue foemina. Et haec intelligentia cum sit conformis dispositioni iuris, quod appellatione filii contineatur & intelligatur filia, vt in d. l. iusta interpretatione, & aliis supra adi dallega. videtur recipienda.

Nam in dubio voluntas testatoris censetur cõformis dispositioni iuris, vt per glo. & Bal. in l. si duo. ff. de acqui. heredita. & per Bal. in l. praecibus. C. de impube. & ali. substi. praemaxime quia est fauorabilis filiae. Et quia si nepos admitteretur excludendo filiam esset ne dum odiosa filiae, sed etiam esset contra praefatam regulam: quod appellatione filiorum regulariter non comprehendũtur nepotes. Et quia testatrix in dicta substitutione ibi, quicunque fuerit, disposuit de futuris, & in tali dispositione non includitur nepos quando reperitur filius in quo dispositio verificatur, secundum Soci. in consi. 104. circa prin. fo. 103. vol. 3. Item esset contra praefatam aliam iuris dispositionem qua habetur: quod in fideicommissis appellatione filiorũ nõ veniunt nepotes, & contra aliam quod parentes, existentibus filiis, magis diligere viderentur nepotes quã filios & magis pronepotes quam nepotes, & existẽtibus filiis nepotes succederent exclusis filiis seu filiabus, & existentibus nepotibus succederẽt pronepotes exclusis nepotibus. Et etiam esset contra voluntatem dictae testatricis ex eodem testamẽto resultantem, a solitis arguendo ex eo quia ipsa testatrix prius vocauit expresse omnes tres filias dictorum coniugum Vallbones quam Antichũ Vallona nepotem dictorum coniugum. Et sic elicitur & indubitanter apparet quod dicta testatrix plus dilexit filias dictorũ coniugum Vallbones nepotes suas, quam nepotes masculos eorundem coniugũ & pronepotes suos scilicet dictę testatricis, & hoc est conforme praefatae sepri me limitationi traditę per dictum Anto. Gabriel supra relatę, quod est notandum.

Nec obstat dicere quod nomen & ar-
7 ma, id est insignia sunt inuenta ad cognoscendum familiam, & quod nomen familię magis conseruatur per agnatos siue per lineam masculinam quam per cognatos siue per lineam foemininam per iura supra allegata. Nam respon. illud procedere in masculis descendentibus per lineam masculinam eius cuius sunt nomen & arma. At in nostro casu de quo agitur, dictus Ioannes Vallbona non descendit ex linea masculina de Sacitera. Sed nunc nouiter & de nouo descendentes ex dictis coniugibus *Vallbones* assumere & tenere debent nomen & arma aliena de Sacitera, & dimittere nomen & arma propria de Vallbona, & sic est diuersa ratio in isto casu, & sic nõ eodem iure, sed diuerso censeri debet argu. tex. in l. sicut. ff. de operis liberto.

8 Et quod possint nomen & arma patẽtum & propria dimiti, & materna poenitus aliena, seu alterius familiae suscipi
a de voluntate illius familiae cuius nomẽ & arma a suscipiuntur, tradit latissime Guiller. Benedi. in c. Raynũtius in prin. nu. 3. & 44. cum multis seq. & in verb. & vxorem nomine adela. n. 997. fo. 141.

a Nomen & arma) de ista materia vid. inf. cap. fina.

CAP.

CAP. 362.

IN fideicommissis quibus vocantur seu substituuntur filii an receptum sit & declaratum per regiam audientiam quod nepotes succedant vnà cum eorū patr. & sic quod nepotes in fideicom missis intrent in locum parentum suorum, & habeat locum ius repreſentatio nis, vide late supra in cap. proximo in vers. Praeterea falsem ad radicem. Et quid si in substitutione vocantur liberi non dico filii vide infra in verbo liberorum appellatione c. incipiente ita fuit conclusum me referente.

CAP. 363.

DE firma iuris facta per regiū officialem, mandatis, seu procedimentis per commissariū sanctę Cruciatae factis & qualiter procedatur contra talem commissarium.

De hoc vide supra in verbo contentio iurisdictionis quę incipit, die 11. Augusti.

CAP. 364.

DE firma iuris facta in regia Audientia per clericos vocatos socii siue dela companyia de Iesus, & per sorores vocatas de sancta Elisabeth ordinis fratrum minorum siue de Iesus conuentos, seu conuentas coram conseruatore fratrum monasteri del Carme Barcinone.

Vide supra in verbo contentio.

a Firma iuris (& not. quod pluribus modis in nostro Cathaloniæ principatū firmatur de iure. Primo modo firmatur, iuris firma ordinaria quæ tempore vsaticorū fiebat cum pignoribus, modo vero est sublata talis firma (nisi in casibus infra express is) per Iaco. 2. in c. incipit tota ferma titu. de juys y fermas de dret. Ordinarie itaque firmatur de iure pro decem solidis cum augmento, &c. formam que hāc tradunt practici Cathalonię vt Socca. in cap. si dominus num. 45. fol. 19. quę quidem iuris firma succedit loco cautionis iudicio sisti & iudicatum solui ita post Iudai. num. 5. tenet Cali. in vsat. omnes homines num. 19. & latius a num. 32. qui tenent posse fieri dictam iuris firmam in pro minori quantitate quam decem solidorū propter decisionem cum augmento, quæ supplet omnem quantitatem condemnandam nobilis a Peguera in repeti. cap. item he super laudimio versi. 8. entenem empero que si aquell num. 35. fo. 101. Secundo modo firmatur ius, et de iure in hoc principatu cum pignoribus in casibus sequentibus. Primus casus, quando firmatur pro pace et treuga, vt in dicto cap. tota ferma, et ibi Mier. num. 1. coll. 4. fol. 64. Secundus casus, quando firmatur pro batallia. d. c. tota ferma. vsat. baraya cum glosato. et Marquilles princi. ibi titu. de deseximents vbi latè de duello prohibito pertractant Socca. vbi sup. Olib. in vsat. alium namque capitu. num. 14. Tertius casus est quando litigatur pro iuribus fiscalibus in casu tradito per Mie. in d. c. Item quod omnis firma num. 6. vbi num. 5. ait. quod in causis appellationum Gerundæ expensæ assecurantur cum pignoribus qui est Tertius casus si ita obseruatur ibi. Qui tenet etiam nu. 17. aliam esse Gerū de consuetudinem litigandi cum pignoribus tenentibus in casu speciali ibi exarato quem vide ibi, et collige Quartum casum huius secundi modi. Tertius modus firmandi de iure in Cathalonia est cum fideiussoribus cuius modi Primus casus contingit in Logia maris vbi sic de iure firmari tenet Oli. in d. vsat. loco superius alleg. num. 18. Qui tenet ibi, teneri etiam commendatarium sic vt prędicitur de iure firmare qui est Secundus casus. Tertius casus est pro assecuratione tabulę quę est quędam iuris firma, vt tenet, Mier. in ca. quod omnis vicarius fol. 54. et in d. cap. itē quod omnis firma co. 2. fo. 64. coll. 4.

Quartus modus est quando vassallus firmat de iure domino feudi in qua iuris firma de consuetudine ac aliàs de iure obligat vassallus feudū ipsū ac omnia bona sua. Sed dubitatur an pro forma ac substātia dictę firmę iuris sufficiat specialis obligatio rei feudalis, et videtur quod sic, nā dominus non potest plus per sententiam obtinere quam rem feudatariam seu emphiteuti-

phiteuticariam, quam rationem tradit Iacob. de Monte Iuda. in d. Vsat. omnes homines, num. 5. sed idem postea contrariū & verius tenet propter rationem contrariam: falsa est enim propositio quod vasallus non possit condēnari nisi ad amittendum rem feudatariam: potest enim cōdemnari in fructibus saltim post litem contestatam & etiam in expensis & sic secundum eum in tali iuris firma obligare debet vassallus vt prędicitur non solum rem feudalem, sed etiam omnia bona sua: cuius sententiam tenet Cali. in d. vsat nume. fin. Socarr. in d. cap. 1. nu. 44. & de hac. iuris firma, et remissiue de aliis viden. Oli. lib. de actio. par. 1. lib. 3. ad §. curate num. 5. fol. 272.

De florins.

CAP. 365.

SVMMARIVM.

1 *Florenni aurei cuius valoris erant annis 1440. & 1448. & quid fuit iudicatū annis 1495. & 1552. vide ibi.*

1 Florenni auri 1440. & 1448. & quid fuit iudicatum in annis 1495. & 1552. ponitur. infra.

In libro conclusionis gubernationis Cathaloniae vice regia procedentis, in 2. parte dicti libri reperitur conclusio sequens. In facto fisci procuratoris, & hominum de Montmolo ex vna parte, & Abbatisse & conuentus monialium sancti Petri Puellarum Barcinone, facta relatione per Rossell in concilio regio, fuit conclusum quod facto deposito 60. lib. per dictos procuratorem fiscalem & homines ad complementum 300. florenorum auri ad rationē decem septem solidorum pro floreno, dominus Rex recuperet possessionem rerum alienatarum pro vt in sententia regia inter easdem partes lata continentur. Reseruato iure fisci procuratori et dictis hominibus, repetēdi id quod plus debito fuisset solutum si in futurum declarabitur dictos florenos non debere computari ad rationem decem septem solidorum, sed minori aestimatione. Die. 21. Februa. 1495. fuit facta alia cōclusio, quod fieret executio dictę prouisionis attento quod iam fuerat factum depositum de dictis. 60. libris. ad complementum 300. florenorum, &c. 19. Febru. 1552. facta fuit certificatoria per Laufridium siue Iofre Treginet locūtenentem magistri rationalis domini regis. & est in processu qui vertebatur inter Petrum siue Perotum Salla & Catharinam Salbana viduam *in posse Thome* Veciana regii mandati scribę & pro eo mallol natarii qua relatum fuit certificato, que los florins de or valien onze sous Barcelonesos en los anys 1440 fins lany. 1448. com apar en lo Rational en los comptes del Tesorer del Rey nomenat en Pere Roig. Et ita sequendo dictum computum fuit declaratum ad relationem Stephani Riusec & Barnabae Serra. 8. Iunii. 1554. Et in eadem certificatoria dicitur etiam quod dicto tempore, valebat ad rationem de deu sous, y deu dines jaquesos per onze sous Barcelonesos, y la moneda de Perpinya valien a raho de tretze sous per onze sous Barcelonesos, y los reals de Valencia valien a raho de tretze sous Barcelonesos.

CAP. 366.

1 Ratio carceratorum.

Dic vt infra in verbo fuga, & aliquid supra in verbo, captus incarceratus.

CAP. 367. alias 361.

SVMMARIVM.

1 *Graduatio quando contra vnam & eandem personam prouidetur per diuersos relatores distributio prætiorum rerum venditarum fit per vnum solum relatorem.*

1 Raduatio et distractio bonorum quando per diuersos relatores prouidenrur contra vnam & eandẽ persona m:realis distractio & graduatio creditorum, & distributio prætiorum rerũ venditarum fieri solet & debet per vnũ solum relatorem.

Ita die 29. Aprilis 1568. prouisum fuit in causa vertente inter Ludouicum Testa & don Ioachimum de Centelles vt hæredẽ don Seraphini Cartos Olim de Centelles patris sui in qua se opposuerunt alii creditores, & fuerat prouisum quod omnia bona distraherentur in encantu publico, & prętia illornm deponerentur in tabula cambii ciuitatis Barcinonẽ, &c. Et ad relationem aliorũ doctorum in aliis processibus erat etiã prouisa executio & venditio bonorum don Seraphini de Sentelles. Et quia fuit deductum per dictum don Ioachimum de Sentelles quod si vna quęque res hæreditatis dicti don Seraphini haberet vẽderentur pluries & fierent plures expẽsę, & esset impossibile, illud fieri. & ꝙ propterea supplicauit quod reuocarentur omnes commissiones, & committeretur vni doctori tantum & fuit supplicatio remissa Michaeli Ferter, vt illam recognosceret & verbum faceret. tandem facto verbo in vtraque aula regiæ audientię fuit prouisum, vt sequirũt. Meritis dictorum processum attentis, & sinnanter propter perplexitatem quæ inde resultaret, & alias, prouidet quod quilibet ex dictis relatoribus prouideat super executio-pratensis quam distractione dictorum bonorum & rerum, distractio autem realis dictorum bonorum, & rerum & graduatio creditorũ, & distributio prætiorum quæ procedent ex distractione dictorum bonorum & rerum, fiat & fieri habeat ad relationem dicti Michaelis Ferrer tantum, & dumtaxat in pręsenti processu ad eius relationem vertente super aliis vero per partes prętensis postea prouidebitur.

CAP. 368 alias, 362.

1 Eneralitatis iura in comitatibus Rossilionis & Ceritaniae, qua moneta denuntiari, & quia solui debent, vide infra in verbo. Moneta.

CAP. 359. alias, 363.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator non cognoscit de oppressione existente locumtenente generali in Cathaloniæ.*

1 E serenissimo Gubernatore generali Cathaloniæ & gerente vices illius, dictum fuit in recollectione casuum in quibus gubernator, & gerens vices gubernatoris consueuerũt & possunt iurisdictionẽ exercere, &c.

Et adde quod in causa recursus interpositi per Iacobum Soler a captura de eius persona facta, & de tentatione illius per baiulum sancti Vincentii dels Orts pro nobili Hieronymo de Luna: fuit me referente declaratum in effectu quod gubernarot non poterat cognoscere de oppressione facta per baronem; existente locumtenente generali domini regis in Cathalonia. erat scriba mandati regii. T. Rouira, & pro eo Camara sa.

De guidaticis victualium.

CAP. 370. alias. 374.

SVMMARIVM.

1 *Guidaticum victualium acceptum post inceptam executionem vigore scripturæ tertii non prodest.*

1 SI post executionem inceptam virtute retroclami expositi contra obligatũ sub scriptura tertii in curia vicarii Barcinone, continuata, dictus obligatus acceperit & miserit guidaticum victualium: non prodest tanquam acceptũ in fraudem dictæ executionis.

Ita fuit declaratum per me facto verbo in vtraque aula regiæ audientiae in mense Iulii. 1550. instante Francisco Setanti domicello contra T. Codina in posse Ioannis Plomas nota. pro scribis mandati regii. vide ampliationẽ in causa Clementis Figueres, & spectab. don Petri de Cardona gerentis vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ. infra cap. incipien. Ad supplicationem spectabilis.

CAP. 371. alias 365.

SVMMARIVM.

1 *Guidaticum victualium impetratum post expeditum & traditum cartellum de prenets y penyorats virgario regio, qui fecit quod potuit sed non cæpit debitorem latitantem, non prodest.*

1 ADde quod idem est quando fuit traditum cartellum de prenets y penyorats virgario regio & virgarius fecit quod potuit, vt debitorem caperet, sed non potuit illum capere, quia debitor latitabat, & postea debitor accepit & misit guidaticum victualium.

Ita fuit die 16. Septembris 1555. declaratum ad mei relationem, facto verbo in vtraque aula in causa retroclami expositi per Franciscum Palau, contra Paulum Ros in posse. Ferran Regii mãdati scribe, & pro eo Lorens notarii. Et pro intelligentia huius determinationis, & verbi latitare, vide omnino tex. in l. fulcinius §. cum hoc edictum. ff. quibus ex causis in posses. ea. vbi in princi. dicitur non sufficere latitare: nisi fraudationis causa id fieret, & in vers. quid sit autem latitare, inquit, quod latitare est turpis occultatio, & quod aliquando quis potest latitare non turpi de causa &c. Et concludit quod requiritur quod debitor latitet causa fraudandi creditorem quod nota bene, & vide ibi Bar. & alios si quid in simili materia occurrat.

CAP. 372. alias 366.

SVMMARIVM.

1 *Guidaticum victualium traditus manulecte ad requisitionem dierum si intra tempus requisitus nõ comparuerit, sed postea misit victualia Barchinone, Guidaticum victualium tunc ei non prodest.*

1 SI traditus manulente ad requisitionem dierum per regiam curiam cum sacramento, & homagio, & ad pœnam l. librarum & intra tempus requirendi, hoc est intra duos annos, requisitus fuerit & non comparauerit, sed postea misit victualia intra ciuitatem pro guidatico dictum guidaticum non sibi suffragatur, vt in casu sequenti.

Quidam nomine Bernadet traditus fuit manulente ad requisitionem dierum per regiam curiam cum sacramento, & homagio ad & pænam l. librarum, & intra tempus requirendi, id est intra duos annos, vt in volu. cõst. sub tit. pragmatiques y altres coses. ca. en Barcelona fo. 312. quæ tamen loquitur in ciuitate Barci. & quid alibi vide per Mier. colla. 4. c. 27. incip. Item quod aliquis. nu. 13 fo. 66. & in colla. 9. c. Item quia sæpe nu. 26.) regia tamen audien-

lia fecuat terminum dictorum duorum annorum fuit requifitus, & quia non comparuerat, nec per eius fideiuſſores fuerat traditus: executio dictarum. l. librarum contra fideiuſſores facta, ſeu decreta fuit. Poſtea dictus Bernadet cum Guidatico victualium intrauit ciuitatē Barcinone, & ibi captus fuit, & allegauit Guidaticum. Fuit concluſum in regio concilio per ambas aulas, dictū Guidaticum illi non prodeſſe: quoniam tra ditus manuleutite dicitur captus; & non potuit guidati, vltra quod promiſerat comparere non guidatus. Et quod poſitus in manuleuta, ſi ti arreſtatus dicatur captus, tradit Mier. in conſti. mes auant nu. 3. coll. 10. fol. 39. & conſt. com molt. nū. 87. coll. 9. fol. 108. & c. Et quia ſæpe nu 4. fol. 118. ea collatione allegat Io. de Imol. in Clemē. 1. de hæreti. quod intelligit, niſi quando diceretur realiter vt per eundem Mier. in d. conſt. mes auant nu. 3. per illum tex.

C A P. 373. alias. 367.

S V M M A R I V M.

1 *Guidaticum victualium) fur pro furto magno; mittens victualia in ciuitate Barchinonæ fillisq; hora ſolita vendi tis, ſi ſequenti die captus fuerit declaratur, non gaudere guidatico.*

1 I Poſt Miſſa victualia pro guidatico in ciuitate Barcinone per aliquā vilem perſonam quæ magnum furtum comiſerat, facta fuerit præconitzatio more ſolito aſsignando horam certam pro vēdendis victua libus poſitis pro guidatico, & hora aſsignata vendita fuerint, & poſteā die immediatè ſequenti dictus fur fuerit captus: Declaratum fuit dictam capturam validam eſſe, & non debuiſſe maius tēpus expectari, vt intra illud tēpus pro obſeruantia dicti guidatici poſſet à ciuitate exire, caſus fuit vt ſequitur.

Die Martis 10. Nouemb. 1551. ad relationem magnifici Michaelis Terça iudicis curiæ in cauſa Guidatici. t. Rodrigues qui inculpatus de magno furto argenti furto ſubſtracti à nuntio domini Papæ, miſit Guidaticū victualium die 27 aut 28. Iunij eiuſdem anni, & 3. Iulij eiuſdem anni de mane fuit facta præco nitzatio venditionis victualium fiendæ, ad horam primam poſt meridiem qua hora fuerunt vendita; & poſtea die ſequenti. 4. Iulij ipſe Rodrigues fuit captus & allegabat quod fuerat male captus, quia non poterat capi niſi lapſis tribus diebus, ſaltem alio tempore ad arbitrium iudicis computando ab hora dictæ vēditionis pro exeūdo à ciuitate.

Attamen his non obſtantibus fuit declaratum Guidaticū nō ſibi valere, quia ex quo ipſe erat vilis, & talis quod ſtatim poterat arripere iter, quia nihil habebat quod parare haberet pro itinere arripiendo, & non incepit facere iter ſeu viam, nec ipſe allegauit cauſam propter quā diſtulerat iter incipere, & quia de facili intra horam poterat exire, & aliud Guidaticum accipere & redire, & ſic eludere iuſtitiam; ita quod nunquā poſſet de eo iuſtitia fieri.

Et deniq. fuit ſuſpenſus furca, dicto prætenſo guidatico non obſtante, quinimo, nec in ſententia de eo fuit facta mentio, quia procedēte ad ſententiam fuit viſum eſſe declaratum ſuper dicto guidatico videlicet illud non ſibi prodeſſe, per tradita per Bar. in l. à procedente nu. 4. C. de dilatio. Ludo. Roma. conſilio. 410. n. 2. in fi. & nu. 3. fol. 122.

C A P. 374. aliàs. 368.

S V M M A R I V M.

1 *Guidatus Guidatico victualium ciuitati Barchinonæ conceſſo, ſi delinquat aduerſus ciuitatem non gaudet Guidatico prædicto.*

2 *Et quid ſi ſindicus ciuitatis non faciat inſtantiam.*

1 Vidatus Guidatico victualium ciuitati Barcinone conceſſo: ſi commiſit delictum contra ciuitatem

tatem Barcinone,& sindicus dictę ciuitatis fecerit instantiam contra delinquentem, non gaudet priuilegio dicti guidatici, & quid si sindicus non fecerit instantiam, factum fuit vt sequitur.

Ioannes Vinyalonga fabricator falsę monetę regiæ ciuitatis Barcinone, (quam facit ciuitas Barcinone ex regio priuilegio)fuit captus & positus in carceribus regiis dictæ ciuitatis,& fuit repertus habere guidaticum victualium, sindicus ciuitatis supplicauit illum liberari pro obseruantia priuilegii dicti guidatici,postea idem sindicus sciens quod dictus Vinyalonga,& alii cum ipso erãt fabricatores falsę monetæ supplicauit dictos fabricatores puniri: fuit conclusum refferẽte magnifico Michaele Terça iudice curiæ regiæ, quod ex quo dictus Vinyalonga commisit in ciuitatẽ, & eius priuilegiũ,fabricãdo falsam monetam regiam dictę ciuitatis,non poterat gaudere priuilegio dictæ ciuitatis victualium,quia comitens delictum contra aliquem,ex quo, vel propter quem habet priuilegium, non gaudet dicto priuilegio eius in quem comitit. Pari. de puteo in tracta.de re milita vers. an vassallus possit nu.3.fol.140.vol.12. allegat bonum tex.in l. auxilium vers.in delictis & in fi.ff.de mino. Adde Bar.in l. apud hostes circa pri.ff.de capti. & postli. reuers. Conclusio fuit facta die. 17. Iunii. 1553. Aduerte quod fuit de-
2 claratum quia sindicus ciuitatis fecit instantiam contra dictum Vinyalonga, Nam aliàs forsan non esset declaratum contra dictum guidaticum, quia multoties habuimus casus quibus fuit cõmissum contra ciues Barcinone,& nunquã ausi fuimus declarare contra guidaticum,ego tamen puto posse declarari, contra guidaticum sine instantia sindici per eadem fundamenta quibus fuit declaratum in hoc casu. quid tamen si sindicus supplicaret: vt solet (quod seruaretur guidaticum) in hoc casu dico quod nunquam voluimus declarare.

CAP. 375. alias 376.

SVMMARIVM.

1 *Guidaticum victualium, obtentum per debitorem postquam habuit notitiam quod contra eum fuit petita securitas iudicij, non valet.*



1 SI Debitor post habitam notitiam quod contra eum petita fuit securitas iudicii, misit guidaticũ victualium intus ciuitatem Barcino. non gaudet priuilegio guidatici victualium. ita fuit declaratum in casu sequenti.

Petita fuit securitas iudicii per Petrum Sauri mercatorem Barcinone a Petro Saluador villę de Calella de qua notitiam habuit dictus Saluador, & post dictam notitiam dictus Saluador misit victualia intus ciuitatẽ Barcinone propter quę existens captus allegauit guidaticum victualium, & fuit prouisum dictum guidaticum sibi non suffragari ex eo quod illud misit post notitiam dictę securitatis iudicii petitæ, & sic in fraudem posuit dicta victualia. dicta prouisio facta fuit per magnificum Ioan. Clauses Sesuiles die. 21. Februa. 1551. erat scriba mandati. t. Rouira pro eo Bernardus Ianer notarius.

CAP. 376. alias, 377.

SVMMARIVM.

1 *Guidaticum victualium obtentum per obligatum cum scriptura tertij, & conuentum coram non suo iudice, qui opposita exceptione, obtinuit se remitti ad curiam Alcaldorum, non prodest.*

2 *Differentia inter causam scripturæ tertij, & causam criminalem.*



1 OBligatus cum scriptura tertii in curia vicarii Barcinone continuata, si cõuentus fuerit coram non suo iudice,& opposita per obliga

bligatum exceptione sui priuilegii, puta Alcaldorum, obtinuerit se remitti ad curiam Alcaldorum, & postea miserit guidaticum vistualium: non proderit si bi dictum guidaticum, vt fuit declaratum per regiam audientiam in casu sequenti.

Ad supplicationem spectabilis Petri de Cardona gerentis vices generalis gubernatoris Cathaloniç, vigore debitorii cũ scriptura terrii, & clausulis reuuntiationis, & submissionis fori, fuit in Regia audientia expositum retroclamum cõtra Clementẽ Figueres, & Pet. Figueres: fuit opposita exceptio quod ipse erat de Alcaldis siceç monente Barcino. cuius priuilegiũ cum decreto nullitatis &c. ꝗ non possint alibi conueniri mini stri dictę Siceç. & ad relationem Augustini Gallart de Regio Concilio die Fuit declaratum dictã causam debere tractari, & continuari in dicta Alcaldorũ curia. Postea dictus Figueres misit guidaticum victualiũ in ciuitate, & post dictũ guidaticũ dictus de Cardona exposuit retroclamũ contra eũdem Figueres ratione eiusdẽ debitorii in curia regentis vicariam Barcinone, petẽdo ꝗ dictus regens dictã vicariam cũ literis subsidiariis scriberet iudicibus curiæ Alcaldorum quod facerent executionem contra dictũ Figueres: dictus Figueres opposuit exceptionẽ de dicto guidaticọ, & denią. per iudicẽ Alcaldorũ fuit declaratum executionem debere fieri. & ab ista sententia fuit appellatum per Figueres & fuit cõfirmata in Regia audientia in mense Ian. 1554. referẽte magnifico Stephano Riusech relatore, & me cõrrelatore facto verbo in audiẽtia quia ego sentiebã contrariũ, ex eo quia dictus de Cardona nouum expofuerat retroclamũ, & in alia curia, & ante dictũ vltimũ retroclamum iam dictus Figueres obtinuerat dictũ guidaticum victualiũ, & viderã obseruatũ in causis criminalibus, quod si delatus de aliquo crimine relaxatus fuerit a carceribus semel pro obseruantia guidatici victualiũ si postea iterũ accipit guidaticũ victualium, pro eodem delicto capiatur, & incarceratur gaudebit dicto guidatico. Tamen in dicto casu cõtrarium fuit per omnes determinatũ, quia in fraudẽ dictæ executionis videbatur positũ dictum guidaticum: & differentiam inter causam criminalem & dictæ scripturæ

2 tertii assignabant. Quia obligatus cum scriptura terrii, cũ sit vt scriptura guarẽtigiata iã dicitur cõdemnatus ante captura, ita ꝗ captura est executio illius pręcedentis cõdemnationis scripturæ Guarentigiatę, & priuilegii scripturę tertii, quod nullam admittit exceptionem nisi solutionis, aut satisfactionis &c. vt In priuilegio [a] Regis Alfon. dato Barci. 4. Calen. Maii, 1320. in quo est insertum priuilegiũ Regis Iacobi dat. Tarracon. 17. Calen. Febr. 1320. fol. 290. & Regis Petri. Dat. Gãdeliæ. 12. Calen. Iulii, 1337 fol 291. fuit lata sententia in gubernatione, scriba Pontius Bas, Postea habui aliũ casum & decisionem fere similem in persona Pauli Ros, instante Francisco Palau die 16. Septemb. 1555. me referente & facto verbo in vtraq. aula est in posse Ferran, pro eo Llorens notari. Adde quod dixi supra in eodem verbo ca. 373. incipiente in t.r. fuit 16. Septembris. 1555. fol. 199.

a Priuilegis tit. de actions y obligations fol. 114. vol. 2.

C A P. 377. aliás 378.

De Guidaticis siue bolletins vulgo sic dictis, per capitaneũ generalem guerræ siue belli cõcessis Francigenis cũ quibusdam impositionibus, siue exactionibus. vide sup. in verbo impositio pro guidaticis datis ꝑ capitaneũ generalem. incipitan. 1554.

C A P. 378. aliás 379.

SVMMARIVM.

1 *Guidare non potest baro processatum de regalia.*

1 BARO non potest guidare processatum de regalia, & si guidauerit: tale guidaticum

tieum non valet quoad dominum Regem, & eius processus, & captura valet non obstante guidatico.

Ita fuit declaratum & habitum pro nullo dictum guidaticum in causa contra Petrum Bellsola die 13. Iunii, 1518. Geruude. est verum quod in eo processu erant etiam aliæ causæ nullitatum.

De incipientibus litera. H.

CAP. 379. aliàs 380.

SVMMARIVM.

1 *Clausula heredi meo infrascripto, quid importet quando testator legauit domos vxori, toto tempore vitæ suæ, & dixit post eius mortẽ reuertantur, heredi meo infrascripto, & hæres prædecessit vxori legatariæ. vid. ibi.*



1 Eredi meo infrascripto clausula, quid importet quãdo testator legauit domos suas vxori suæ toto tempore vitæ suæ tantum modo, & post obitum vxoris reuertantur hæredi meo infrascripto, & heres prædecessit dictę vxori legatariæ, fuit declaratum cum doctoribus vtriusque aulæ, simul iunctis, propter duas præcedentes sententias contrarias, In casu sequenti.

Quidam nomine N. Spuny in suo testamento ita legauit. Item dimitto dictæ domine Elisabeti vxori meæ toto tempore vitę suæ tantummodo, totas illas domos quas ego habeo, &c. Post obitum vero dictæ vxoris meæ dictę domus reuertantur hęredi meo infrascripto. Omnia vero alia bona mea dimitto Ioanni Spuny canonico, instituens illum hęredem vniuersalem ad omnes suas voluntates, dictus Ioannes Spuny canonicus haeres decessit ab humanis superstite dicta Elisabete vxore testatoris quae nupsit cuidam nomine Pastor, & postea etiam decessit dicta Elizabeth relicto herede dicto Pastor marito suo in secundis nuptiis, haeres dicti canonici petiit dictas domos a dicto Pastor, & dictus Pastor opposuit quod non tenebatur eo quia dictus Spuny haeres praedecesserat, & illa, verba haeredi infrascripto, non poterant verificari nisi in persona eiusdẽ Ioannis Spuny canonici, & nõ in haere de illius, quia heres haeredis non dicitur heres infrascriptus, & pro his allegauit multa, & inter caetera Bar. in l. qui liberis. §. haec verba. ff. de vulga. & pupil. substi, Ioan. de Imo. in l. si quis filiusfam. §. fi. ff. de acquir. haeredi. Alex. consil. 173. volu 5. & in l. pater fam. ff. de vulga. & pupil. Bar. Ioan. de Imo. & alios in l. filius fam. §. diui. ff. de lega. 1. Tiraquel. in tracta. de vtroq. retractu. fol. 846. num. 19. de retract. conuention. glo. Bar. Raphel Fulgo. in l. titia. § fi. & ibi tex. ff. de lega. 2. & ibi etiam Paulus de Monte Pico num. 14. 15. 16. His praedictis & aliis similibus non obstantibus, fuit in contrariũ conclusum, sequendo maiorem partem doctorum: & dictus Pastor fuit condemnatus restituere dictas domos haeredi dicti Ioannis Spuny canonici, per tradita eleganter per Angelum de Perusiis in d. l. titia. §. titio. ff. de lega. 2. vbi determinat nostrum casum. Paulum Parisi. consil. 21. in 2. parte, multa alia fuerunt ad ducta pro ista parte, & inter caetera ego allegabam tradita per Bar. in l. peto. in princi. ff. de lega. 2. postea quae dixit in l. vnum ex familia in fine ff. eod. titu. vbi inter caetera quae ponit in d. l. peto. num. 4. in solutione oppositionis de l. generaliter in princi. ff. de vsufruct. legato, dicit, quaedam sunt verba dispositiua seu praeceptiua, & illa ad quaecunque refferantur, dispositionem inducunt vt in d. l. peto. quaedam sunt verba non dispositiua, sed magis enuntiatiua futuri euentus, uel deprecatiua, & illa si referuntur ad grauatum inducunt dispositionem, vt d. l. vnum. §. fin. ff. de lega. 2. Si vero referantur ad honoratum non inducunt dispositionem, vt d. l. generaliter. ff. de vsufructu. lega. vnde ad propositum nostræ

ſtae quaeſtionis, cum in noſtra quaeſtione illa verba, poſt obitum vitæ vxoris meæ reuertantur hęredi meo infraſcriđro, vide inrur eſſe enuntiatiua, vel deprecatiua, & quia refferuntur ad honoratū id eſt ad eū cui vult domū reuerti, videturquod illa verba non inducūt diſpoſitionē, & cōſequēter quod videatur domus relićta venientibus ab inteſtaio, vt vult idē Bar. ibi. n. 2. vbi dicit p illum tex. quod ſi verba ſint defećtiua reſpectu perſonæ cui debet dati. intelligitur teſtator prouidere hæredi inſtituto, & ſi non eſt heres ex teſtamēto cui poſsit intelligi prouiſum intelligitur de hęrede ab inteſtato. ſed ſic eſt in noſtro caſu. Quia verba ſuot defectiua, quia teſtator non apperuit cui veller domū dari ſi heres præmoreretur legatario: ergo &c. Confirmari videntur prædićta per ea quę idē Bar. n. 5. dicit quod quādo ſunt verba quę continent grauamē eius ad quem diriguntur, nō poſſunt intelligi prolata gratia eius, ſed alterius ſcilicet coheredis vel venientium ab inteſtato per d. l. pero. & dicit facere pro hoc l. cum pater. §. mando. ff. eo. ti. de lega. 2. quae omnia praedićta faciūt ad confirmationem dictę opinionis Ange. de Piriglis quem ſecuti fuimus maior pars doćtorū, & pro materia vide Pau. de Caſt. in l. fi. C. de lega. Soci. cōſil. 102. vol. 3. Poſtea vero fuit per dictū Paſtor a dićta ſententia ſupplicatū, & in cauſa ſupplicationis dićta ſeotentia fuit commutata, & lata io fauorem dićti Paſtor ad relationem magnificorū Raphaelis Torroella & Io. Iofre doćtorum regii concilii die & ab illa ſententia fuit ſupplicatum per Spuny ad duas
a aulas a & cauſa dićtae ſuplicationis cōmiſſa fuit mihi Michaeli Ferrer aulae cegentis cācellariā & magnifico Petro Llobregat aulae cancellarii & fačta conclu ſione in vtraq. aula ſequendo maiorem partē votorum. die menſis Decemb. 1561. fuit declaratū bene fuiſſe ſeotentiatum ad relationem dićtorum Torroella & Iofre, & male a dićta ſeotentia per dićtum Spuny ſupplicatum.

a. Aula, modo vero vi.ſ.c. curię 4. S. C. & R. Ma. eſt Phil. 2. nunc fœliciter regnātis curiarum an. 1599.

De hoſpiciis & hoſpitaturis.

CAP. 380.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitari familiam officialium regiorū, an compellantur ſubditi domini Regis in Cathalonia.*

Hoſpitari familiam officialiū regiorom, ſeu commiſſariorum etiā
1 per viam tranſitus, gratis: an debeant, vel poſsint compelli ſubditi domini regis in Cathalonia, & quid ſi dićta familia ſit de ſtipendiatis, ſeu ſoldatis.

De his dubitatum fuit in regio concilio in menſe Ianuarii 1561. facta propoſitione per illuſtrē Locumtenentem generalē domini regis, videlicet de ſtipēdiatis, ſeu ſolidatis qui iāqu ā familia regiorū cōmiſſariorū ſequebantur, & aſſociabant regios cōmiſſarios in ſequentes delatos malefactores, & ad purgādū Cathaloniam malis hominibus, & poſt magnā diſcuſsionē die. 1. Febru. eiuſdem anni fuit determinatū, quod ſubditi nō tenētur gratis hoſpitari dićtos cōmiſſarios, nec dićtam vel aliam eorū familiā, ſed congrua mercede recepta. pro quā determinatione fuit, inter alia, allegatus Bal. in l. obſeruare in prin. ff. de offic. proconſul. & lega. quem refert & ſequitur Thomas Mier. in colla. 1. cap. Item ſtatuimus quod vicarii non albergent fol. 5. Et ibi pro ſubditis eccleſiarum & religioſorum vide textū. & etiam tex. & Mier. in c. als poſaders in ti. de poſaders, fol. 63. Et nō recordor ſi facta fuiē concluſio facile erit videre in libro cōcluſionum illius temporis.

Adde quod poſt praedićta edita fuit conſtitutio in curia Barchinonae anno
a 1564. capit. 21. a in qua fuit diſpoſitum per haec verba, que anant ſoldats per la terra, o ab comiſſaris perſeguint

malfactors, o sens commissaris si arribaran en alguna ciutat vila, o lloc a hôr haura hostals, y castells nostres ahont puguen esser alojats, hajen y sien alojats en dits hostals, o castells nostres, y en ninguna manera los puguen alojar en casa de particulars, sino en defecte de hostals y castell nostre com dit es, hauent loch sufficient per aquells. Y alli hajen de pagar lo que despendran.

a Cap. 21. est fina. titu. de Alcayts, y Capitans fol. 147.

De incipientibus litera. I.

De impositionibus.

CAP. 381.

SVMMARIVM.

1 *Vectigalia an possint imponi per Capitaneum guerræ francigenis, in Cathaloni existentibus, prætextu guidatici.*

2 *Exactiones pedagiorum nisi a rege, vel Lateranense concilio sint concessæ, prohibentur.*

3 *Impositiones sunt regalia.*

4 *Vectigal soluitur, vt soluens saluetur a recipiente.*

1 Mpositio vectigal seu onus aliquod soluendi, non potest per Capitaneum generalem guerræ imponi Francigenis in Cathalonia existentibus etiam tempore guerræ, siue belli prætextu guidatici.

Anno 1553. de mādato Illustris Marchionis de Tarifa Locumt. generalis & capitanei generalis Regiæ magestatis in Cathaloniæ Principatu & Comitatibus, &c. vt capitanei generalis fuit facta præconitzatio, quod omnes Francigenæ recipere guidaticum alias dictum, bolleti, in vicariis, vbi reperirentur, vel essent (certo modo dato vicariis) & virtute dicti præconii regens vicariam Barcinone, vt commissarius dictæ capitaniæ dedit guidatica, siue guidagia multis Francigenis, & ab illis scilicet à famulis, & laboratoribus Francigenis exegit quatuor solidos, & sex denarios, & dicti sex denarii erant salarium notarii dicti guidagii scribentis, a reliquis vero Frācigenis videlicet artificibus, vel mercatoribus exigebat ad arbitrium & statum, seu valorem bonorum, scilicet ab vno vnum ducatum, ab alio octo solidos &c. Euenit quod de mense Februarii an. 1555. Sindicus, generalis Cathaloniæ dedit quærelam per viam supplicationis dicto illustri Locumtenenti generali, vt Locumtenenti, quod dictas impositiones, & exactiones reuocaret intra tres dies, iuxta constitutionem vltimæ curiæ Montisoni celebratæ anno 1553. c. 28. & de dicta præsentatione dictæ supplicationis fuit receptum instrumentum per regium scribam mandati. Amat. & dictus illustris Locumtenens dedit, responsum quod non erant reuocandæ quia illud fecerat, vt capitaneus generalis, & non comprehendabatur in dicta constitutione, quia non poterat dici vectigal, nec contributio, nec impositio tandem die 20. dicti mensis Februarii. 1555. præsente dicto illustri Locumtenens, quia ipse voluit interesse licet fuisset sibi dictum quod non debebat interesse, sed si volebat interesse, quod interesset, quia fuit per aliquos de hoc dubitatū: maior vero pars doctorū tenebat quod non poterat interuenire conclusioni, quia agebatur de eius facto, fuit facta cōclusio: quod omnia prædicta procedimēta facta per dictū capitaneū, vt capitaneū, vt comprehensa in dicta cōstitutione, erant reuocāda: quia cōprehendabantur in verbo impositio quod generalissimum, aut generale est, vltra quod verbum vectigal est generale, sed generalius est verbum impositio. & per multa alia fundamenta, & rationes aliqua remissiue refferam hic, & etiam inferam meum votum quia plures alii dederunt in scriptis eorum votum, concludendo tamen cum relatore magnifico Francisco de Vallesica, reuerendus tamen Cancellarius fuit contra-

contrario voto, magnifici Michael Ter
ça, & N. Guinart fuerunt dubii, & vt du
bij dixerūt regiam maiestatem esse con
sulendam, & pro mei memoria insero
hic licet in ordinate breuitatis causa, ali
qua fundamenta.

Exactiooes pedagiorum, & guida-
2 giorum reprobatae suot nisi ab Impera
tore. vel rege, vel lateraue. concilio sint
concessae, vel aliàs longa consuetudine
de cuius contrario non sit memoria ho
minum. tenet Chassa. in cousuetu. Bur-
gun. post alios docto. & per iura per eū
relata in ti. de droit. in verbo. indire. nu.
10. & in num. 34. textus. in c. super qui
busdam de verbo. signi.

a Impositiones quaecunq. sunt regaliç
3 per tex. per tex. Bal. & Andr. de Yser.
in c. 1. quae sunt regaliae & ibi glo. Et
iden nō possunt imponi nisi à solo prin
cipe Bardachi. in verbo collecta à qui-
bus ou. 1. allegat. l. 1. §. quod si nemo,
& ibi Bar. ff. quod cuiusq. voiuersi no.
& in l. 1. col. 4 C. de mulie. & in quo lo
co, lib. 10. & in l. 1. de super in dictis. l.
10. vel a noo recognoscente superiotē,
vt per eundem Bardachi. & Bar. in l. 1.
de mulie. & in quo loco lib. 10. vers. ve-
nio ad secundum, & io l. fi. C. de super
in die. & inquit Mier. in col. 8. c. 9. n. 8.
fol. 72. quod regaliç quae solo principi
competunt suot quaestie, talliae, colle-
ctae, angariae, & huiusmodi. & io coll.
x. cap. 8. num. 14. & 15. dicit qnod re-
galiis principis non exercet alius nisi
Rex vel suus Locumtenens generalis
cū speciali maodato principis in armis
impediti, vel in remotis agentis.

Vectigal & huiusmodi soluuntur, vt
4 recipiens vectigal saluet soluentem, &
prçstet illi securitatem Mier. in cōst. prç
cipimus nu. 5. colla. 6. vol. 2. & ideo sol
uens non potest capi pro represal.

a Regaliae). Guid. Pap. q. 498. Auiles in cap. prætor. cap. 13. glo. verb. Alcaualas Bal. in l. 3. C. de iur. fisc. Salic. in l. vlt. eod. titu. minsing. obser. 29. centu. 5. Antho. gamma. decis. 348. num. 4.

CAP. 382.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarij domus contiguae ecclesiae, qua pœna puniantur.*
2 *Comburens ecclesiam, est ipso iure excō-municatus.*
3 *Pœna sacrilegij quae sit.*

1 INcendiarij domus ecclesię, quç
domus sit cōtigua ipsi ecclesię,
& per quam sit immediatè in-
gressus: qua pęna puniti solent princi-
pales, & qua socij, & qua plebei & qua
milites seu similes.

Petrus siue Pertis de la Roy Stepha
nus & Christophorus Peroys fratres &
Ioānes de la Pena cum alijs, facto pri-
us violēto ingressu in domo beatç Ma-
rię del Roure quae est contigua, & per
quā sit immediate ingressus ad ecclesiā
beatç Marię del Roure, posuerunt ig-
nem in dicta domo & fuerunt concre-
matç aliquç camerç, lecta & aliç res ita
quod Ludouicus Voloac, & quçdā mu
lier qui & quae intus vnā ex dictis ca-
meris se reposuerant, vt defēderētur à
dictis delatis, coacti fuerūt (ne cōburerē
tur) se proiicere & se proiecerunt à fe-
nestra dictae camerae, posteaq. se contu
lerunt dicti delati ad locū de Vilaber-
trā & ibi magnam fecerunt resistenciā
regiis officialibus cū multis ictibus bal
listarū & de arcubuttos, deniq. die 16. Iu
nii 1558. fuit cōclusum quod dictus Petris
Delaroy qui erat principalis offucare-
tur, & igne cōburentur, & alii furca sus
penderentur taliter, vt illico eorū ani-
mç à corporibus separarētur. & ita fuit
factū die sequenti in ciuitate Gerundę
vbi erat regia audientia, pariterq. dicta
die fuit cooclusum, quod don Iacobus
Aymerich prçdictorum socius decapi-
taretur, quidam tamen pro minori pç-
na allegabat Bal. Sali. & Alber. in l. da-
ta opera. C. de his qui accusare non
possuot, quod dicti quatuor primi
quia erant viles, & humiles personae &
incendium non erat factum in ciuitate
vel opido sed extra, non erant combu-
rendi, sed furca suspendendi, dictus ve

ro don Iacobus quia nobilis seu de genere militari, erat deportandus in insulam vt prçfati doctores expresse distin gunt, & Ang. Areti. in §. incendiario in suo tracta. maleficiorum signanter. attento quod erat minor 18. annis seu erat ętatis 18. annorum tamen alii doctores respondebant, quod dicta distinctio procedebat in domo profana, & non in religiosa seu contigua, & adherenti rei religiosę seu ecclesię, quia maius est delictum, & quod in his non restituebatur minor, nec ętas erat consideranda allegabant glo. & docto. in l. auxilium. ff. de minoribus. & ꝙ quo ad concremationem locus erat exemplo pluribus grassantibus, licet dicta pœna concremationis non esset in vsu in Cathalonia nisi in hęreticis & sodomitis, & maleficiis, plura enim similia antea euenerant. postea vero propter dictam resistētiā quę magna fuit, fuit eiusdem voti etia quo ad dictum don Iacobum postea eadē die fuit facta repetitio per curiā ecclesiasticam de persona dicti D. Iacobi ratione eius prętensę tonsurę, & sic dicta conclusio quoad illum nō fuit
2 fortita effectum de iure canonico comburens ecclesiam est ipso iure excomunicatus & aliam pœnam non reperiri in re ecclesiastica concremata, de qua remissiuè per doctores vbi supra habetur Ang. in additione ad Angel. in d. §. in cendiario. nu. 6. alleg. inter cætera glo. in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. & gl. 23 q. fi. c. pessimam, in verbo damno, Post prædicta fuit pronuntiatū don Iacobū non gaudere priuilegio clericali, & dedit ampliores deffensiones, videlicet ꝙ incendium non valebat vltra 30. vel 36 libras, & produxit natalitiū quod eratis. 17. an. demum fuit conclusum quod suffocaretur per collum, & omnes præter tres fuerunt eiusdem voti, sed dicti tres fuerunt voti quod minus citra mortē erat puniendus, & sic pęna trir remiū siue ad seruitium trirremium regiarum, attento quod non fuerunt coadunati principaliter ad hoc. Hypol. de Marsil. in §. constante num. 45. fol. 12.

Anchar. cons. 210. Marsi. cōs. 24. Gram. cons. 45. n. 40. Imo potius ex noua causa. quidā nomine Iulia incepit inuadere dictū clericum & postea ignem mittere item quia dictus don Iacobus non erat principalis iuxta tex. in c. cum deuotissimam, 12. q. 2. qui maiorē ponit pœnā principali quā sequaci, sed præstitit auxiliū simplex tantū, & non cohoperatiuū re vel verbis, quia assistebat tantū foris cum tribus aliis dum reliqui faciebant incendiū, & ex eo maleficium nō est auctum, sed ita fuit executioni mandatū sicuti non interuenisset. Hypol. de Marsi. in d. §. coostāte. n. 61. fol. 14. vbi vide bonū exemplū. allegat etiam Angel. Are. & Aug. vbi per eum. & in tantu fuit simplex auxiliū, quod ipse ignorabat incendium fieret donec vidit fumum. pro quo vide tex. in ca. pessimā 23. q. 9. in verbo scienter: vbi requirit ꝙ auxilium vel consiliū incendii scienter fuerit tributū. Item quia erat nobilis, vt expresse distingunt in materia incendii Bal. Albe. Sali. & alii in d. l. data opera. C. de his qui acusa. non poss. Angel. in tract. de malefi. in verbo incendiario, & ibi. Augu. in addi. tex. in l. fi. ff. de incēd. 13. Item quia erat minor 18. an. vt per tex. in l. 1. ff. de mino.

In contrarium dicebatur quod *distinctio tradita* per Sali. & alios in *d. l. data* opera procedebat in incendiario rerum profanarū, quia secus erat in incendiario rerū ecclesię, seu ipsius met ecclesię, & addebatur, ꝙ hoc delictū erat sacri-
3 legiū, & pœna illius erat pęna capitis, & pro his allegabāt tex. in l. sacrilegii pęnam. ff. ad leg. pecula. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & cleri. respondebatur per alios docto. quod iura per eos allegata loquūtur in incendio ecclesiarū. & sic in sacrilegio commisso cū igne, vide textū. in ca. cum deuotissimam 12. q. 2. ca. si. quis mēbrarum. & c. pessimam 23. q. 8. per quæ iura ponitur pęna incendiariorum rerū ecclesiæ, seu sacrilegiorum cum incendio ecclesię quę est executio, & dānorū restitutio &c. & quod vltra possint puniri per principem, & sic

ffe pœnis legalibus, vt dicit ibi tex. in cã. pessimam, sanè regibus & principibus faciendæ iustitiæ facultatem, consultis Archiepiscopis nõ negamus, & sic glo. ibi in verbo sane dicit, quòd debet puni ri secundũ leges, debent tamen consuli Episcopi & Archiepiscopi, & nota glo. in verbo damno, quę ponit differentiã inter pœnam canonicã & legalem Au- 1 gusti. in addi. ad Ang. Areti. in tract. de malefi. super verbo incendiario, sed de iure ciuili; & secundum leges incendiarius est puniẽdus secundũ distinctio nem prædictam Sali. & aliorũ docto. in d. l. data. opera ergo &c. est verũ quod dicti docto. non loquuntur in incendio ecclesiæ seu rei ecclesiæ. Et ideo respon dendũ est ad leges quę loquuntur de sa crilegio, & primo ad dict. l. sacrilegij pœ nam. ff. ad legem iul. pecula. quod licet ibi dicatur, ꝙ iuris consultus scit mul- tos ad bestias damnasse sacrilegos, alios in furca suspendisse, non tamẽ denegat quod non possint puniri minori, pœnã citra mortem, imò expressè illud asserit in vers. cæterũ, & verũ est quod pœna ista sacrilegij est extraordinaria, & arbi traria, vt in l. lege Iulia pecula. §. man dans autẽ. ff. eo. & hoc idẽ vult ille tex. in contrariũ allegatus. f. l. sacrilegij pœ nã in prin. ibi sacrilegii pœnã debet pro consul pro qualitate personæ proq. rei cõditione, & tẽporis, & ætatis & sexus, vel seuerius, vel clementius statuere, & pondera istum tex, pro qualitatibus su pra deductis, ad minorandũ pœnam cir ca nobilitatem don Iacobi: pondera ver bũ pro qualitate personæ, & infra aut si honestiore loco natus sit circa ętatẽ don Iacobi quæ erat 17. an. põdera ver bum, & ætatis. circa modicitatem valo ris rei combustæ: pondera versi. cæterũ si quis interdiu modicum, & quod pœ na sacrilegii sit extraordinaria & arbi traria, & comniter citra mortem: vide notabiliter per Berdachi. in suo repor- torio in verbo sacrilegiũ, vbi ponit ca- sus notandos ad propositum, in quorũ altero iuuenis fuit punitus pęna muti- lationis membri, & alter non iuuenis qui cõmigit duplex sacrilegiũ, & furtũ fuit, furca suspensus. latè per Cassa in glo. consue. Burgun. in ti. des iustices. §. Et etiam mouebantur praedicti ad minorẽ paenam propter probationes que erant: videlicet foci criminis impe titi etiam, & diffamati de aliis crimini- bus iuxta tradita per Angel. in l. qui in ducto. ff. de accusa. Sy. consi. 74. Thom. grama. in voto. 34. nu. 9. & damnifica- ti, & satis in terminis vide tex. in l. sacri legi capite, in verbo vel qui aediculas incustoditas cum sua gl. in verbo com pilauerint. ff. eo. ad l. Iul. peculatus se- cundum lecturã quę exponit ędiculas. idest domunculam quae est iuxta eccle siam in qua sacerdos moratur quas vo camus canonicam. & exponẽdo in pro valde, & sic erat ista domus iuxta eccle siam, & vocatur pabordria & non erat probatum quod dictus don Iacobus fe cisset resistentiam, videlicet quod eiice ret iactum ballistae, vel alias offende- ret. Item quia non est facienda strages. Idem fuit conclusum & factum de Francisco Carreres mino. 25. an. & ma- iore. 18. & de genere militari.

CAP. 383.

SVMMARIVM.

1 *INstrumenta & acta producta per par- tem quæ obtinuit in causa, quorum in strumentorum salaria soluta fuerant per partem quæ succubuit, an, & quan do sint restituenda parti, quæ dicta sa laria soluit, & quando non sint resti- tuenda.*



DIE 16. Decembris. 1562. in 1 causa vertente inter Pettrum Ferrer & Annam eius soro- rem ex vna, & Gaspatẽ Osse llo, & don Ludouicũ de Boxados cer- to nomine, partibus ex altera. scriba Vil ladamor. pro eo Michael çafont. In qua petebatur per dictos Ocello & Boxa- dos condemnatos quod postquam ipsi soluerunt salaria taxata quorundã te- stamentorum, inuentariorum, & aliorũ

instrumentorum productorum in illo processu per parētes dictorum Ferrers, quod traderunt dicta instrumenta dictis Ossello & Boxados. Et fuit determinatum & prouisum me Michaele Ferter refferente quod non erant tradenda dicta acta dictis Ossello & Boxados, moti fuimus, quia adhuc, & in futurū possent esse vtilia & necessaria dicta in strumenta dictis Ferrers contra eosdē Ossello & Boxados & alios. Quoniam illa causa erat de pensionibus cuiusdā censualis, & iam pro alijs pensionibus iterum incohabatur alius processus, & pro illis, & alius pensionibus poterant dicti Ferrers egere dictis instrumentis, & actis, ad quod & similia prouidet vfaticus. Item ab prouida deliberatio inti: de testimonis quamuis de iure comn u n i si contrarium. de quibus per Iaco. Marquil. in d. vsati. ab prouida deliberatio. aliàs si fuisset visum quod dicta instrumenta non essent, nec sperarentur esse vtilia in futurum dictis Ferrers, forsan aliter fuisset prouisum. A dicta prouisione fuit supplicatū contrario imperio per dictos Ossello & Boxados & 25. Februarii. 1563. fuit in dicto capite confirmata, licet in aliis capitibus fuerit commutata.

De interesse.

CAP. 384.

SVMMARIVM.

1 *Interesse ad iudicatur in regia Audientia regulariter, a die introductionis causæ.*

1 Nteresse adiudicatur in regia audientia regulariter a die introductionis causæ, id est a die oblatę supplicationis si reus perseuerat vsq. ad sententiam fallit in casibus sequentibus.

Ita fuit pluries receptum & declaratum, signanter in causa quę ducta fuit inter Baltesarem Rossella & Brnedictū Fat die 29. Aprilis. 1552. erat scriba Coll, postea Rouira, & pro eo Bou notarius, & postea Bernardus Vidal, limita. in casibus in c. seqq.

C A P. 385.

SVMMARIVM.

1 *Interesse ad iudicatur, a die liquidationis, quando bona ex quibus quantitas debita est soluenda, sunt illiquida.*

2 *Intellectus ad l. 2. C. de vsu. & fructi lega.*

1 Vando bona, ex quibus quantitas debita solui debet non sunt liquida, interesse adiudicari solet, & declarari a die quo dicta bona fuerint, liquidata, & non a die litis contestationis, licet alias regulariter adiudicetur a die petitionis seu litis contestationis.

Ita die 26. Iulii 1551. in facto liquidationis vertentis inter Pe. Lull & Cæsarem Alzina, refferente magnifico Francisco de Vallesica, fuit conclusum quod licet quantitas legata & aliàs debita dicto Cæsari Alzina esset liquida: attamen exquo erat soluenda ex bonis patris dicti conuenti, & erat incertum dubitabiliter & probabiliter quæ bona essent dicti testatoris, & sic quæ sunt bona obligata ex quibus deberet fieri solutio, cum dictus testator haberet bona aui dicti conuenti, subiecta restitutioni & vinculata dicto conuento: fuit conclusum quod interessē dictę quantitatis non solueretur a die litis contestationis, sed a die liquidationis dictorum bonorum, videlicet a die quo calculus & liquidatio fuit oblata relatori, quo tempore poterat scire conuentus se posśidere bona obligata, & illa sufficere ad dictam quantitatem. & licet in cōtrarium videretur tex. in l. 2. C. de vsu-
2 ris & fructi. legat. attamen ille text. debet intelligi quando cauillotè fuit allegatum per hæredem bona non sufficere ad detractionem leg. fal. secus si probabiliter ignorarettur &c. pro quo post pau:

Pau. ibi in verbo ex tunc; vide ibidem Pet. debel. per. declarando illud verbum ex tunc, & dictum tex. Ego allegaui gl. in l. 1. in glo. magna quæ est prima in fi. ibi, nisi habeat iustam causam littigandi hæres; & ibi Bar. In summario C. eo. quia eadem est ratio quãdo res ex qua debet solui quantitas est illiquida, quæ est quando quantitas est illiquida credi tori per text. generaliter loquentem in l. sciendum cum duabus seq. ff. de vsur. Ias. in l. quod re. nume. 8. & docto. quos alleg. ff. de reb. credi. tex. in c. significante extra de pigno. Idem in effectu (quo ad hoc quod non currat interesse nisi a die quo quantitas petita est liquida) fuit conclusum in Regia Audientia xx. lii lna 538. & sententiatum a eiusdem mẽsis in causa quæ vertebatur inter ipectabilem Don Franciscum de Rupebertino Vicecomitem de Rupebertino, & egregium Don Franciscum de Moncada comitem Aytone ad relationem Michaelis Ferret. Nam ex quo dictus Vicecomes qui erat actor ꝑ solutione partis dotis Domnę Beatricis de Moncada sibi facienda, in discursu illius processus varias fecit petitiones; & quodammodo contrarias, ita quod non erat liquidum quantam pecunię quantitatẽ pro resta dictæ dotis petebat, & noluit acceptare pecuniæ quantitatem quam dictus Comes sibi obtulerat. ideo attento quod ex prædictis varietatibus dictarũ petitionum, & ex aliis meritis processus constabat non fuisse liquida, & certas dictas petitiones, & proinde nõ constabat dictum Comitem fuisse in mora soluendi, quod restabat ex dicta dote soluendum, nec confessio prædecessorum in his dicti Comitis fuit acceptata, dictus Comes fuit condemnatus soluere, duos mille quatuor centum florenos auri de Aragonia pro resta & complemento duodecim mille quingentorum florennorum auri dotis dictę Beatricis, quo vero ad interesse fuit absolutus dictus Comes Aytone, & neutra pars in expensis cõdemnata fuit. Et pro dicta determinatione, & conclusione vidimus inter cætera notabilẽ decisionẽ parlamenti Dalfina. relatam, & positam per Guido. Pa. quæst. 496. in versi. Perque iura, propterea Bar. dicit, & Bal. in l. Acceptam n. 11. fine. C. de vsur. per l. 2. de vsur. & fruct. lega.

CAP. 386.

SVMMARIVM.

Interesse.] Reus statim post euocationem, & ante petitionem soluens, non cõdẽnatur ad interesse.

1 FVit receptum in Regia Audientia, quod si reus conuentus, post oblatam petitionem sperat sententiam, condemnatur in interesse a die introductionis causę, id est a die oblatę supplicationis euocationis causę, vt dictũ fuit in principio pro regula cap. 385. incipien. ita fuit pluries. secus tamen est si statim post petitionem soluitur: quia non condemnatur pro tempore inter euocationem, & petitionem.

CAP. 387.

SVMMARIVM.

Interesse.] Si mercator, qui lucratur ad rationem duorum solidorum pro libra cedat sortem & interesse alteri non mercatori: cessionarius non lucratur, nisi simplex interesse; puta vnius solidi:

1 SI mercator qui lucratur interesse mercantile ad rationem. 2. solidi. pro libra cedat sortem, & interesse seu actiones inde prouenientes alteri non mercatori seu non negotiatori, talis cessionarius non lucratur interesse mercantile a die cessionis sibi factæ, sed tantum interesse simplex ad rationem vnius solidi pro libra, quia dicta die cessauit causa, seu priuilegiũ, mercantilis interesse, est bonus text. in l. tiria. §.

tia §.vsuras. ff. de lega. 2, habetur per doctoan l.2.& 3.§.fi.ff. de eo quod cer to loco,& per Ambr.de vignate notan ter vol.16.in tractatu de vsuris.fol.98. n.250.Et ita fuit conclusum & declara tum in causa inter Ioannem Setanti filium & donatarium Francisci Setanti agentem, & Thomam de Lupiano de- fendentem referentibus Michaele Mi ralles relatore,& me contelatore,inter- uenientibus Magnificis Francisco Mon taner Regente Cancell.& Francisco de Vallesica,& Ioanne Clatles Sesules,est verum quod dictus Mirralles fuit inten tionis,quod haberet interesse mercanti le quia in dubio cessionarius visus fuit intentare actiones directas.fuit illi res- ponsum multifariæ,quinimo,& in ins- trumento dictæ cessionis erant aliqua verba quę dubium faciebāt,an aliquod interesse posset cōsiderari ex parte ces- sionarii.Nam cedens retinuit pœnes se vsumfructum, & sic nullum damnum cessionario agenti prouenit ex non so- lutione, & consequenter non habebat interesse, quia interesse est stimatio dā- ni.lo.Cap.in trac.de fruct.vol 8.fo.144 n.2.pro materia vide.l.vsurę.ff. de vsu. & l.vsuffructus non modo,& ibi Bar.ff. de rei vendi. l. si fur. ff de vsufruct. & quia ista materia est arbitraria vide tex. & docto.in l.2.& 3. §. fiu.ff.de eo quod certo loco.

CAP. 388.

SVMMARIVM.

1 *Interessē dotis soluendæ post obitum pro- mittentis,est soluēdum a die petitionis in casu ibi.*

2 *Interessē dotis,debetur à die mora.*

3 *Priuilegia dotis personalia,non transeū ad hæredes extraneos.*

1 Interessē dotis soluēdę post obitum promittentis solue re dictam dotem,fuit decla- ratum deberi, non à die obi tus promittentis,sed à die petitionis tā tum in casu sequenti.

Eleonor de la Font promisit post obi tū suū in dotem Annę Hieronymę filię suæ sex mille solidos, postea decessit di cta Anna Hieronyma,superstite Petro Paulo Bret filio suo , qui decessit in in- fantili ætate. Decessit etiam eius Pater Nicholaus Bret,& post mortem dicto- rum Annæ Hieronymæ,& Petri Pau- li Bret,filii,& dicti Nicholai Bret mari ti dictæ Annæ Hieronymæ decessit di- cta Hieronyma de la Font,quæ dictam dotem promiserat,& post mortem di- cræ Eleonoris,hæredes dictæ Annæ Hie ronymę,& filii sui petierunt dictos sex mille solidos ab hęredibus dictę Eleono ris, vna cum interessē dictorum sex mil le solidorum.fuit dubitatum an interes sē deberetur à die mortis dictę Eleono- ris.vel a die petitionis. Et pro parte af- firmatiua dicebatur,quod a tēpore mor

2 tis dictę Eleonoris debebatur,quia inte ressē dotis debetur à die morę. Et quia datur propter onera matrimonii sup- portanda allegabatur. l. pro oneribus. C.de iure do.Docto.in cap. salubriter. de vsur.& dicta priuilegia dotalia tran- seunt ad hęredes. l. 1. §. illo proculdu- bio. C. de rei vxor. actio. Item allega- batur quod saltem post annum debeba tur per l. vnicam. §. ex actio. C.de rei vxor. actio. vel quod saltem post bien- nium à die mortis dictę Elionoris debe batur. per tex. in l. fin.§. fiu. C. de iu- re do. & ibi Doctor. Prędictis tamen non obstantibus fuit conclusum die 19 aut 20. quod interessē non debetur à die mortis dictę Eleonoris , sed a die li- tis motæ,quia tempore mortis dictę E- leonoris , quo tempore dos fuit solui promissa , iam maritus non sustinebat onera matrimonii, quia mortuus erat, & etiam eius vxor, & filius , & sic ces- sant causę dicti priuilegii dotalis , pro quo vide Bart.in l.insulam.§ vsuras.ff. solut.matrim.Innoc. in cap.salubriter. de vsur.l.priuilegia.ff.de regul. iur.Bap tista de San Blas,de dote restit. con. 4. num.13.Item quia istud priuilegium e- rat psonale, & priuilegia personalia do tis non transeūt ad hęredes extraneos, sicut erant hęredes dictorū Brets,Bart.

in l. 1. C. de priuileg. dot. Item non erat apposita dies certa, nec expresse fuit in terpellatus hęres. Item ad l. fin § fin. C. de iure do. respon. sicut potest colligi la tè, per Bart. Sali. & alios ibi, & per Bar. in d. §. vsuras. & per Angel. Areti. & a-lii in §. fuerat. institut. de actio. Ias. & aliis in l. de diuisione. ff. solut. matrim. vbi vide glo. in verbo possessio, dum di cit imputari debere marito qui non pe-tiit rem dotalem Quanto magis in no-stro casu debet imputari extraneo hæ-redi. Et licet illa glosa in marito per a-liquos impugnetur, tamen nullus tenet contrarium in extraneo hærede mariti vel vxoris.

CAP. 389.

IVdex qui secundum consc- cientiam suam, iudicare de-bet, vel habet facultatem iu dicandi secundum conscien tiam suam, debet iudicari taliter, vt e-ius iudicium sit conforme rationi, quia conscientia adherere debet iudicio ra-tionis.

De hoc dictum est latè supra in ver bo Cancellarius in obseruantia 87, inci pien. ita de mense, fol. 52.

De iuramento.

CAP. 390.

TVtores in quibus casibus iu rare tenentur, antequam ad ministrent, & in quibus casi bus possunt administrare bo na pupillorum sine iuramento; & pro-inde an constitutio Regis Petri, 3. inci-pien. part. aço foragitada la solemni-tat sub titu. de tudors y curadors. fol. a 124. a habeat locum in certis casibus, & non in omnibus. vide infra in verbo tutores.

a Fol. 124.) in noua vero compillatio. fol. 390.

CAP. 391.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum in supplementum probatio nis, deferri pôtest ex officio, etiam par te non petente.

1 IVramentum in supplemen-tum probationis deferri po-test ex officio etiam parte nõ petente.

De mense Iulii, 1575. fuit pro dubio propositum in aula magnifici Regen-tis Cancellariam, & postea etiam in au la Reuerendi Regii Cancellarii per ma gnificum Hieronymum Pasqual & Pe trum Balle doctores Regię Audientię: an iuramentum in supplementum pro bationis deferri posset per iudicem ex officio parte non petente, moti ex-traditis per doctores in l. admonendi, ff. de iureiurand. post alios doctores ca-nonist. & legist. in variis locis, in qui-bus locis sunt, & referuntur contra-rię opiniones. vt per Ias. in dicta. l. Admonendi in repetitione numero. 319. fol. 119. Et fuit relatum per dictos Cancellarium, & Regentem Cancella. quod Regia Audientia Cathaloniæ te-cepit istam opinionem, quod iudex ex officio potest deferre iuramentum in supplementum probationis, cęteris ne cessariis concurrentibus: & ita fuit ad relationem dictorum Pasqual, & Balle declaratum,

CAP. 392.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum in supplementum probatio nis, etiam in causa magnæ quantita-tis, defertur: quando est plusquam se-miplenè probatum.

1 IVramentum in supplementum probationis, quando est plus quam semiplenè probatum a deferri potest etiam si causa sit magnæ quantitatis.

De

De mense Decemb. 1575. in causa ducentum librarum quę in iudicio verbali coram Locumtenente generali vertebatur, inter Hieronymum Canyelles notarium Barcinone, & Petrũ Bernardum Codina thesaurariam Regiam Regentem, fuit declaratum in supplementum probationis deferri potest quando est plusquam semiplenè probatam, & ita fuit iuramentum delatum dicto Canyeles petenti dictas ducentas libras. Ista declaratio facta fuit per dict. Locũtenẽtem domini Regis, de concilio Bernabę Serra Regentis Cancella. Et fundata fuit seu fundari potuit ex traditis per Ias. post multos alios doctores per eum relatos in repetitione l. admonendi n. 281. fol. 116. ff. de iureiuran. & est limitatio ad regulam qua habetur quod in magnis causis non defertur iuramentum in supplementum probationis: nã fallit si est plusquam semiplenè probatum, & persona est honesta. & dicit istam limitationem esse notandam & valdè necessariã. Et quãdo dicatur plusquam semiplenè probatum, ponit ibidem exempla, & etiam ponit in n. 257. & 260. & quę dicatur causa magna, & quę parua, & quę breuior in nu. 272. & 273. & in lectura no. 100. & 101. f. 91. Erat scriba dictę causę verbalis. Palau mãdati Regii scriba.

a. Plusquam semiplenè probatum.] vel pręsumptio est contra partem. Pro his duobus vid. Hippol. singu. 27. Pet. Benintend. Decis. 67. Pute. decis. 431. num. 3. lib. 2. Natt. cons. 305. Crauet. cons. 198. n. 10. Rol. cons. 26. vol. 1. num. 23. Minsin. obser. 12. centu. 4. Monter. decis. 3. num. 4. ex Mennoch. de pręsump. lib. 1. q. 82. Rui. cons. 46. n. 11. vol. 4.

CAP. 393.


Vrisdictio in causa appellationis an prorogari possit, ponitur infra in verbo prorogatio iurisdictionis.

CAP. 394.

SVMMARIVM.

1 Iudex iurisdictionis ciuilis tantũ, in quibus casibus potest cognoscere de crimine: & quid practicatur in Regia Audientia.

1 
Vrisdictionis ciuilis tantum iudex, quibus casibus potest, secũdum ius commune, cognoscere de crimine in sua iurisdictione commisso, & punire. Et quid practicatur in Regia Audientia.

Quamquam reperiam de iure communi quod iudex causarum ciuilium tantum, qui non habet iurisdictionem in causis criminalibus, si coram eo producitur falsus testis, poterit, secundum ius commune, punire dictum testem, vt tenet, & declarat notanter Salic. in l. nullum, C. de testibus in principio in figuratione casus illius legis versicu. Pone casum. ibi. tum quia iudices ad ciuilia &c. & num. 1. versicu. & nota quod iudex ad ciuilia punit de crimine coram eo iudicialiter commisso. & poterit punire sine accusatione. & hoc tenet per textum in d. l. nullum. ibi cunctis iudicibus, & in finalibus verbis. Et ideo Bar. in eadem l. q. iunc. 8. per illum text. dicit, quod quando coram iudice committitur delictum, ipse iudex potest procedere, & punire licet aliàs non sit iudex maleficiorum, & quod dicitur de teste, idem est de producente testem & in aduocato delinquente, & istam partem tenet Mier. in consti. ad tollendum num. 1. collat. 6. volum. 1. fol. 160. qui allegat Sali. in d. l. nullum, & quod potest pcedere ad torturam. Vide multa de hoc in repertorio Ioannis Bertachini in verbo iudex ciuilium causarũ. Adde quod Bal. in l. 2. sub num. 5. versi. 2. opponitur. C. si quis in ius vocatus non ierit, dicit quod iudex potest suam iurisdictionem defendere etiam mouendo bellum. & quod ita dicit Inno. in ca. ex parte in Christo de verbo. significa.

Attamen

Attamen Regia Audientia in similibus casibus seu factis seruat, vsque ad pręsentem diem, id est vsquequo Illustris Dō Manriques de Lara Comes Valentię qui fuit Locumtenens generalis recessit a Cathalonia, quod relator causę ciuilis notificat illud factum alicui ex iudicibus curię, scilicet criminalis, & tunc ibi de eo cognoscitur, & declaratur puniendo vel absoluendo.

CAP. 395.

SVMMARIVM.

1 Ius accrescendi, an habeat locum inter fideicommissarios coniunctos, etiam verbis tantum.

1 IVS accrescendi locum habēre inter fideicommissarios cōiunctos, etiam verbis tantum fuit conclusum.

Die 18. Decembris. 1561. in causa quę in Regia Audientia vertebatur ad relationem Stephani Riusec inter Antonium Ioannem Bouer notarium Barcinone, & pupillos Terragēs Villę Ceruarię: fuit conclusum, quod inter fideicōmissarios vniuersales coniunctos etiam verbis tantum, habet locum ius accrescēdi. quod nota pro obseruantia in practica. quoniam inter doctores est aliqua discordia. pro qua vide ripā in l. re coniuncti. nu. 279. versi. sed primus casus, de lega. 3. post Ias. ibidem, qui referunt alios doctores pro vtraque parte. & signanter Bar. in consil 53. incipit, picaredus. & practicam. Petri Ferrarii in forma libelli quo agitur ex substitutione. §. fi. Adde Guido. Papę. q 335.

Rationem huius decis. reddunt Docto. in l. re coniuncti de lega. 3. Et an ius accrescē di habeat locum in pœnis & salariis viden Bar. in l. 2. C. de legatio. lib. 10. Ludo. Rom. sing. 524.

CAP. 396.

SVMMARIVM.

1 Latro qui in itinere publico, cum armis fuit furatus, licet rem minoris valoris quinquaginta librarum: punitur pœna mortis in hoc principatu.

2 Latrocinium in hoc principatu, in itinere commissum, non dicitur simplex, sed qualificatum; propter pacem & treugam (in qua sunt itinera prædicta) violatam.

1 LAtro qui in itinere publico aliquem furatus fuit cum armis, licet res subtracta non sit valoris quinquaginta librarum, mortis pœna puniri consueuit per Regiam Audientiam, quia illud latrocinium in Cathalonia non dicitur simplex, sed qualificatum. quoniam in
2 Cathalonia itinera publica sunt sub pace & treuga, ac securitate domini Regis vt in titu. de pace & treuga. cap. de les diuinals la. 1. versicu. les vies publiques fol. 220. & de iure communi vide in § si quis quinque solidos de pace & treuga, & eius violator, in vsib. feudo. & ibi Bal. & alii. Et qui dicantur latrones simpliciter, & qui publici, & qui famosi. dixi latè supra in verbo. immunitas ecclesię, obseru. 238. incipiente mulier quędam fol. 126. ferè per totum, & signanter in versi. 1. deductum fuit fol. 128. col. 1. in prin. & aliquid in c. incipiē te. vnicum furtum.

CAP. 397.

LAtrocinia quando dicantur plura, & quando vnum: vide supra in verbo immunitas ecclesię. ca. 238. incipien. Mulier quędam fol. 126. & ex ibi dictis colligi poterit vtilitas.

CAP. 398.

SVMMARIVM.

Laudimium

Laudimium integrum debetur, ex stabilimento facto ad annuum censum luibilem.

LAudimium ex stabilimēto ad annuum censum luibilem facto, debetur integrum.a

Ita die. 2. mensis 1553. in causa liquidationis reseruatæ in sententia seu prouisione facta 5. Octo. 1554. inter Bernardum Salba, & T. Montaner præsbyteros ex vna, & N. Sanctacana ex altera partibus per Reuerendum Cancel. Regiū in causa verbali quæ coram eo vertebatur, fuit per eundem Cancella. Regium declaratum per hęc verba. Attento quod per dictum contractum apparet dictum censum cum dominio retento, non perpetuum sed luibilem seu redemptibilem esse, & subrogatum fuisse censuale, vt prætium dictarum domorum, ac si de dictis domibus emptio, & venditio inter contrahentes facta fuisset prætio censualis mortui super eisdē domibus incarricari. Et attento ꝙ posset contingere quod in vita ipsorum beneficiatorum non lueretur, aut ipsam luitionem ignorarent, & sic laudimio, seu parte laudimii frustrarētur, ideo explicando dictam reseruationem, prædictis attentis, & alias prouidet, & declarat ex dicto contractu stabilimenti ad annuum censum luibilem, quo visæ sunt partes potius vēdere quam stabilire, integrum laudimium esse debitum dictis beneficiatis æquis portionibus tanquā dominis directis dictarum domorum, &c. Et dictum Sanctacana condemnat &c. Et de ipsa declaratione fidem fecit Thomas Veciana regii mandati scriba. Declaratio ista fundari potuit per totū ti. C. plus valere quod agitur quā quod simulate concipitur, & l. si donationis causa. C. de contra. emptio.

a. Debetur integrum.] Adde. quod non debetur, de legittima nec trebellianica primi filii hęredis grauati de restituēda hęreditate fratri, in casu quo locum habuerit fideicommissum. Ita post Vallesi. tenet Marquil. in vsat. si quis suum feudū: iste quęstio. 53. ille num. 19. colum. 4. in fin. ibi. si quis vassallum. Ioan. de Soccarr. in cap. cautum. nu. 70 Nobilis à Peguer. in cap. item ne super laudimio. num. 127 ver. Item que perço. & versic. si empero aquell feu: num. 3. Solson. in lucern. Laudim. in 1. quæst. principali, num. 5. fundatur ex capit. perço que lo Ilustre versic. si empero 1. titulo de dret emphiteotic. Quem versiculum declarat ibi Mir. numero. 2.

CAP. 399.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij duplicati pœna, an committatur, quando emptor rei emphiteuticariæ ignorabat illam esse feudalem seu emphiteuticariā, & vēditor idsciebat.*

2 *Alienatio rei emphiteuticariæ, absq; firma domini directi, est prohibita.*

3 *Lex vbi inhibet vsucapionem, bona fides nihil prodest.*

1 LAudimii publicati pęna an committatur quando emptor rei feudalis, seu emphiteoticariæ ignorabat illam rem esse feudalē, seu emphiteoticariam & venditor sciebat rem illam esse feudalem seu emphiteoticariam.

In causa appellationis quæ inter Alemandum de Vellpuig, & Hieronymū Ioan domicellos vertebatur in Regia Audientia ad relationem Ioannis Poncii Sescases super laudimio venditionis factæ de quibusdam decimis quas ipse Alemandus de Bellpuig vendiderat, T. laudes mercatori Barcelone, & dicebat illas teneri pro Reuerendissimo Episcopo Gerundę, & dictus laudes possessionem realem dictarum decimarum acceperat sine firma Hieronymi Ioan Domicelli qui prętendebat se esse dominū saltem medium dictarum decimarum, & petebat. Dictus Hieronymus Ioan dictum laudes condemnari ad sibi, vt domino directo saltē medio soluēdū laudimium duplicatum ex quo dictus laudes possessionem realem dictarū decimarum

missum acceperat, sine firma dicti Hieronymi Ioan, per consti. als scandols in titu. de dret emphite. luis. & foris. fol. 121. Fuit etiam allegatum pro parte dicti Hiero. Ioan. quod dictus Alemandus de Bellpuig venditor sciebat; seu scire praesumebatur quod dictae decimae tenebantur sub dominio dicti Hieronymi Ioan; ex eo quia dictus Alemandus habebat in domo instrumenta quibus dictum domiuium probabatur, & dicta instrumenta dictus Aleman. produxerat in causa secundae instantiae. Et pro parte dictorum Laudes; & Aleman. opponebatur quod dicta instantia non erat facta cum ipso Alemandus sed cum praedecessoribus, & sic quamuis ipse Aleman. esset haeres dictorum suorū praedecessorum cum quibus facta fuerant dicta instrumenta, & acta, tamen ipse tempore dictae venditionis ignorabat dicta instrumenta seu saltem illorū t… orem, & effectum, & haeres praesumitur gesta per suum praedecessorem ignorare Tandem ad relationem dicti Ioannis Poncii. Setcases fuit declaratum laudimium duplicatum non deberi, sed simplex tantum: ex eo maximè quia dicta consti. als escādols, de emptore tantum loquitur, & in poenę duplicati laudimii impositione, factum emptoris tātum respexit. cuius constitutionis verba sunt haec, Als scandols via precloēt o tancants, ab aquesta perpetual constitutio, ab consentiment e approbatio de la dita Cort, statuim e ordenam, que si algu comprara cosa o coses feudals, o emphiteotecaries, e en carta de la venda o vendes daquen fetes, ferma e loament dels senyors alodiaris no hauta o entreuendra, e ell la possessio de aquelles aconseguir assajara, aquest aytal, vltra les penes ja de dret degudes, duplicat luisme al senyor directe sie tingut donar. Et dictae constitutioni, als escandols tanquam nouissimę standū est, pro vt sentit Iacob. Marquil. in vsa. si quis baiuliam col. 4. versi. sic ergo nota in fine ibi, hodiè vero super his promissum est, vt infra in curia Regis Ferdi. cap. als scandols ponderando verbum; hodie licet ipse Marquil. loquatur in cōmisso, & idem vult Tho. Mier. in d. consti. als scandols num 49. & So. collatio. 9. fol. 111. dum loquendo de poena duplicati laudimii remittit se ad notata per gl. & Iacob. Marquil. in d. vsa. si quis baiuliam Ioan. Soccarats in consue. cautum est n. 14. & seq pag. 549. tactat aliquid de ista materia.

Sed quia tunc discussio facta non fuit (si ritè recordor) an poena duplicati laudimii posita per d. constitutionem, als escandols emptori accipienti possessionem sine firma, & laudatione domini directi; locum habeat quamuis emptor tempore emptionis ignoraret rem esse feudalē, vel emphiteoticariam, & quia non inuenio in specie hoc dubium per doctores de dicta constit. als scandols loquentes examinatum, nec tactum. Ideo pro veritate eruenda ab vtraq; parte arguam, & pro parte negatiua videlicet quod illa poena duplicati laudimij non habeat locum nisi emptor tempore emptionis sciat rem emptam, esse feudalem, vel emphiteoticariam, facere videtur: quia poena regulariter non ponuntur, nec comittuntur, nisi propter delicta, & delicta non comittuntur per ignorantes, sed dumtaxat per scientes, & dolosos, & habentes animum delinquendi; & fraudandi, vt colligi poterit ex traditis per Angelum de Maleficiis super verbo, scienter dolosem, à num. 1. vsque ad. 5. inclusiuè, fol. mihi. 121. post Bar. & alios doctorem quos allegat, licet in aliquibus sint inter se diuersi, & contrarij.

2 Pro parte vero affirmatiua, quod emptor teneatur soluere duplicatum laudimium videntur facere sequentia. Primum quia omnis alienatio feudi sine consensu domini est hodiè prohibita secundum Guiller. de Vallesica in vsa. si quis suum feudum, num. 9. fol. 87. pro quo (vltra illum tex.) allegat. constit. 3. curiae Ceruariç quç constitutio incipit. Item perço que. in titu. de dret. emphi. luis. y forisca. fo. 120. quem textum

id

1 *Laudimium integrum debetur, ex stabilimento facto ad annuum censum luibilem.*

LAudimium ex stabilimẽto ad annuum censum luibilem facto, debetur integrum.a

Ita dic. 2. mensis 1553. in causa liquidationis reseruatæ in sententia seu prouisione facta 5. Octo. 1554. inter Bernardum Salba, & T. Montaner præsbyteros ex vna, & N. Sanctacana ex altera partibus per Reuerendum Cancel. Regiũ in causa verbali quæ coram eo vertebatur, fuit per eundem Cancella. Regium declaratum per hęc verba. Attento quod per dictum contractum appare ret dictum censum cum dominio retento, non perpetuum sed luibilem seu redemptibilem esse, & subrogatum fuisse censuale, vt prætium dictarum domorum, ac si de dictis domibus emptio, & venditio inter contrahentes facta fuisset prætio censualis mortui super eisdẽ domibus incarricati. Et attento quod posset contingere quod in vita ipsorum beneficiatorum non lueretur, aut ipsam luitionem ignorarent, & sic laudimio, seu parte laudimii frustraretur, ideo explicando dictam reseruationem, prædictis attentis, & alias prouidet, & declarat ex dicto contractu stabilimenti ad annuum censum luibilem, quo visæ sunt partes potius vẽdere quam stabilire, integrum laudimium esse debitum dictis beneficiatis æquis portionibus tanquã dominis directis dictarum domorum, &c. Et dictum Sanctacana condemnat &c. Et de ipsa declaratione fidem fecit Thomas Veciana regii mandati scriba. Declaratio ista fundari potuit per totũ ti. C. plus valere quod agitur quã quod simulate concipitur, & l. si donationis causa. C. de contra. emptio.

a. Debetur integrum.] Adde. quod non debetur, de legittima nec trebellianica primi filii hęredis grauati de restituẽda hęreditate fratri, in casu quo locum habuerit fideicommissum. Ita post Vallesi. tenet Marquil. in vsat. si quis suum feudũ: iste quęstio. 53. ille num. 19. colum. 4. in fin. ibi. si quis vassallum. Ioan. de Socearr. in cap. cautum. nu. 70. Nobilis à Peguer. in cap. item ne super laudimio. num. 127 ver. Item que perço. & versic. si empero aquell feu. num. 3. Solson. in lucern. Laudim. in 1. quæst. principali. num. 5. fundatur ex capit. perço que lo Ilusme versic. si empero 1. titulo de dret emphiteotic. Quem versiculum declarat ibi Mir. numero. 2.

CAP. 399.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij duplicati pœna, an committatur, quando emptor rei emphiteuticariæ ignorabat illam esse feudalem seu emphiteuticariã, & vẽditor sciebat.*

2 *Alienatio rei emphiteuticariæ, absq; firma domini directi, est prohibita.*

3 *Lex vbi inhibet vsucapionem, bona fides nihil prodest.*

1 LAudimii publicati pęna an committatur quando emptor rei feudalis, seu emphiteoticariæ ignorabat illam rem esse feudalẽ, seu emphiteoticariam & venditor sciebat rem illam esse feudalem seu emphiteoticariam.

In causa appellationis quæ inter Alemandum de Vellpuig, & Hieronymũ Ioan domicellos vertebatur in Regia Audientia ad relationem Ioannis Poncii Sescases super laudimio venditionis factæ de quibusdam decimis quas ipse Alemandus de Bellpuig vendiderat. T. laudes mercatori Barcelone, & dicebat illas teneri pro Reuerendissimo Episcopo Gerundę, & dictus laudes possessionem realem dictarum decimarum acceperat sine firma Hieronymi Ioan Domicelli qui prętendebat se esse dominũ saltem medium dictarum decimarum, & petebat. Dictus Hieronymus Ioan dictum laudes condemnari ad sibi, vt domino directo saltẽ medio soluẽdũ laudimium duplicatum ex quo dictus laudes possessionem realem dictarũ decimarum

firmum acceptat, sine firma dicti Hieronymi Ioan, per consti als scandols in titu. de dret emphite. luis. & forisf. fol. 121. Fuit etiam allegatum pro parte dicti Hiero. Ioan. quod dictus Alemãdus de Bellpuig venditor sciebat, seu scire præsumebatur quod dictæ decimæ tenebantur sub dominio dicti Hieronymi Ioan; ex eo quia dictus Alemandus habebat in domo instrumenta quibus dictum dominium probabatur, & dicta instrumenta dictus Aleman. produxerat in causa secundæ instantiæ. Et pro parte dictorum Laudes; & Aleman. opponebatur quod dicta instantia non erat facta cum ipso Alemandus sed cum prædecessoribus, & sic quamuis ipse Aleman. esset hæres dictorum suorũ prædecessorum cum quibus facta fuerant dicta instrumenta, & acta, tamen ipse tempore dictæ venditionis ignorabat dicta instrumenta seu saltem illorũ tenorem, & effectum, & hæres præsumitur gesta per suum prædecessorem ignorare. Tandem ad relationem dicti Ioannis Poncii Setcases fuit declaratum laudimium duplicatum non deberi, sed simplex tantum: ex eo maxime quia dicta consti. als escãdols, de emptore tantum loquitur, & in pœnę duplicati laudimii impositione, factum emptoris tãtum respexit. cuius constitutionis verba sunt hæc, Als scandols via precloer o tancants, ab aquesta perpetual constitutio, ab consentiment e approbatio de la dita Cort, statuim e ordenam, que si algu comprara cosa o coses feudals, o emphitecotecaries, e en cartia de la venda o vendes daquen fetes, ferma e loament dels senyors alodiatis no haura o entreuendra, e ell sa possessio de aquelles aconseguit assajara, aquest aytal, vltra les penes ja de dret degudes, duplicar luisme al senyor directe sie tingut donar. Et dictæ constitutioni, als escandols tanquam nouissime standũ est, pro vt sentit Iacob. Marquil. in vsa. si quis baiuliam col. 4. versi sic ergo notã in fine ibi, hodie vero super his prouisum est, vt infra in curia Regis Ferdi. cap. als scandols ponderando verbum; hodie licet ipse Marquil. loquatur in cõmisso, & idem vult Tho. Mier. in d. consti. als scandols num 49. & So. collatio. 9. fol. 111. dum loquendo de pœna duplicati laudimii remittit se ad notata per gl. & Iacob. Marquil. in d. vsa. si quis baiuliam Ioan. Soccarats in consue. cautum est n. 14. & seq pag. 549. tactat aliquid de ista materia.

Sed quia tunc discussio facta non fuit (si bene recordor) an pœna duplicati laudimii posita per d. constitutionem, als escandols emptori accipienti possessionem sine firma, & laudatione domini directi, locum habeat quamuis emptor tempore emptionis ignoraret rem esse feudalẽ, vel emphiteoticariam, & quia non inuenio in specie hoc dubium per doctores de dicta constit. als scandols loquentes examinatum, nec tactum. Ideo pro veritate eruenda ab vtraq; parte arguam, & pro parte negatiua videlicet quod illa pœna duplicati laudimij non habeat locum nisi emptor tempore emptionis sciat rem emptam, esse feudalem, vel emphiteoticariam, facere videtur: quia pœna regulariter non ponuntur, nec comittuntur, nisi propter delicta, & delicta non comittuntur per ignorantes, sed duntaxat per scientes, & dolosos, & habentes animum delinquendi, & fraudandi, vt colligi poterit ex traditis per Angelum de Maleficiis super verbo, scienter dolosem, à num. 1. vsque ad. 5. inclusiue. fol. mihi. 121. post Bar. & alios doctorem quos allegat, licet in aliquibus sint inter se diuersi, & contrarij.

2 Pro parte vero affirmatiua, quod emptor teneatur soluere duplicatum laudimium videntur facere sequentia. Primum quia omnis alienatio feudi sine consensu domini est hodie prohibita secundum Guiller. de Vallesica in vsa. si quis suum feudum, num. 9. fol. 87. pro quo (vltra illum tex.) allegat. constit. 3. curiæ Ceruariç quç constitutio incipit; Item perço que. in titu. de dret. emphi. luis. y forisca. fo. 120. quem textum in

in col.5.versic.en los quals, induco sic, dicitur ibi quod in casibus in quibus de alienationibus nō debetur laudimium domino alodiali, si vassallus alienauerit sine consensu domini, illa alienatio habet firmitatem, & robur, ergo in aliis casibus ex quibus laudimium debetur, non valet alienatio sine firma domini. & propterea bene dicit dictus de Vallesica quod omnis alienatio feudi regulariter est prohibita, sed sic est quod vbi lex prohibet aliquid fieri non sufficit bona fides, vt est text. notabilis. in l. vbi lex. ff. de vsucapio. cuius textus verba sunt hæc, Vbi lex inhibet vsucapionē, bona fides possidenti nihil prodest
3 ergo &c. Adde quod si hoc modo dicta constitutio. als escandols non intelligeretur, non solum dicta constitutio de nihilo operaretur, sed importaret correctionem aliarum constitutionum, & esset contra mentem eiusdem constitutionis, & aliarum, quę omnia probo sic si dictus emptor rei feudalis, esset in mala fide, vt puta quod sciret rem esse feudalem, & emeret pro alodio, & sic in fraudem domini alodialis, quod procedit etiam tacendo. tunc certum esset q̃ res ipsa feudalis cecidisset in commissū & effecta esset domini alodialis. Cali. in vsa. si quis suum feudum sub. num. 4. col. 6. fol. 91. in finalibus verbis. Guille. de Vallesica in dicto vsat. si quis suum feudum num. 6. & seq. fol. 88. Iacob. de Monte Iuda. Ibidem circa fin. Marquil. in vsa. si quis bainliam circa fi. fol. 376. Mier. in d. constitutio. als escandols. nu. 57. collatio. 9. fol. 111. & sic non esset tractandum de laudimio soluendo domino alodiali, cum per dictum commissum res ipsa effecta fuerit propria ipsius domini alodialis, & hoc modo, arguit Pau. de Castro. in d. l. vbi lex. ff. de vsucapio. declarando intellectum illius legis, vt illa lex de aliquo posset operari dum dicit, quod bona fides non prodest possidenti: emptori autem bona fide ementi, subuenitur quo ad prętium recuperādū actione ex empto per tex. notandum in l. imperialem versic. Nos autem, ibi emptori bonę fidei, de prohibita aliena. per Federicum, & in hac parte videtur inclinare Iacob. de Monte Iudaico in d. vsa. si quis suum feudum sub num. 3. versic. Sed certè multum vrget, fol. 85. quem quo ad differentiam vicij realis & personalis, videas, & cogites de quibus vitiis loquuntur, & etiam text. glo. & docto. in l. vicia. C. de acquiren. possessio. vbi est propria materia vltra dicta, & tradita per glo. Bar. & Pano. in prædicta. l. vbi lex. C. de vsucapio. Iaco. de Monte Iuda. in dicto vsati. si quis suum feudum sub num. 3. colum. 2. versi. quid dicemus f. l. 86. & pro materia vide Franc. Solsona in lucerna laudimiorum fol. 63. num. 2. 19. 20. & 21. Benè esset hunc articulum (quo ad ignorantiam emptoris) reuidere. ego tamē propter multas, & varias alias vrgentes occupationes amplius pro nunc non insisto, nec insistere possum, sed remitto determinationem ad quē expectat. Laus Deo.

CAP. 400.



Legatum secundæ vxori factum in materia. l. hac edictali C. de secundis. nup. vide supra in verbo donatio cap. incipien. donatio reciproca inter binubos versi. ex processu vertente in Regia Audientia.

CAP. 401.

SVMMARIVM.

1 *Legatum per Patrem filiæ factum, de certa quantitate, soluenda pro legittima & alys iuribus &c. tempore matrimonij: cum substitutione in casu quo decesserit sine liberis legittimis, & naturalibus: si dicta filia ingressa fuerit monasterium, ibique professa fuerit: non debetur, nisi vsque ad legittimam.*

2 *Monachus qui ante professionem fecit testamentum: an possit illud reuocare & an*

& an eius filij possint petere legitimã, aut saltim alimenta.

1 LEgatum per patrem factum filiæ suæ de certa quantitate pro legitima, & aliis iuribus filiæ suæ soluenda tempore matrimonii cum substitutione in casu quo dicta filia moreretur sine filiis legitimis & naturalibus; si filia ingressa fuerit monasterium, & ibi professionem fecerit, non debetur nisi quatenus ascendit ad legitimam. Factum fuit vt sequitur.

Quidam nomine Paulet Villę de Perpinya, in suo testamento legauit Onofriæ Paulet, filiæ suæ mille ducentos, siue mille & ducentum libras per sua legitima, & aliis iuribus soluẽdas tempore matrimonii, & illi substituit casus quo sine filiis legitimis, & naturalibus moreretur dicta Onofria. Et dicta Onofria antequã ingrederetur monesterium, & professionẽ faceret, fecit testamentũ & legauit certam pecunię quantitatem matri suę illam in dicta quantitate hæredem instituendo, & etiam alia legata fecit, & pro se aliquid retinuit, & quendam alium hęredem vniuersalem fecit, & postea professionem fecit in monasterio Sanctę Clarę eiusdem villę Perpiniani. Euenit quod mota fuit lis in Regia audientia inter quendam Paulet, & Senesterra ex vna, & dictũ monasterium Sãctę Clarę super dicto legato dictę Onofrię facto, & ad relationem Hieronymi Paschual Doctoris Regię Audiẽtię. Die. 11. Febr. 1576. quia ex illis verbis sine filiis legitimis, & naturalibus positis in clausula dicti legati eliciebatur quod dictus Paulet testator intellexerat de matrimonio carnali dictę Onofrię Paulet filiæ suæ, & non de spirituali fuit declaratum dictũ legatum dictæ Onofriæ factum, locum non habuisse nisi quo ad legitimam dictæ Onofrię. Item fuit declaratũ cõformiter (vno voto excepto) quod legata per dictã Onofriam facta non erãt soluenda viuente dictã Onofria postquam dictum monasterium erat capax in comuni, nam alias si non fuisset capax, soluta fuissent dicta legata per dictam Onofriam facta, per doctrinam quam tradunt doctores in pluribus locis, signanter Bart. in authen. si qua mulier. n. 9. & seq & ibi Sali. & alij C. de sacrosanct. Eccl. Deci. in c. in præsentia, n. 67. & seq. de probat. fo. 158. Cõuatruuias qui meminit etiam de docto. in c. 2. de testa. n. 7. Corset. in singula. in verbo legitimam. fol. 164. Et pro materia vltra prędicta:
2 An videlicet monachus seu monialis professus qui ante ingressum monasterii, fecit testamentum legando aliquibus, & instituendo hæredem, possit post ingressum & professionem reuocare dictum testamentum, & filii dicti monachi possint petere legitimam, aut saltẽ alimenta viuente patre professo, vide ibidem per Bar. & alios.

Adde quod siquis filię ducentum relinquat si nubat, & cẽtum si ingrediatur religionem. Dictę filię (ad melioris vitę frugẽ) religionem profitenti, debentur ducentum, fauore quidem religionis: Nequis metu amittendi legatum ab ingressu religionis se abstineat Bar. & Socin. in l. 2. ff. de hi. quę poen. cau. la 2. in auct. si qua mulier. C. de sacro. eccle. col. 2. Ioan. Crot. in l. nemo potest. ff. de lega. Couar. vari. lib. 1. c. 19 nu. 9. Rol. consi 35. vol. 3. Mohed. decis. 235. Boher. decis. 3. n. 14. par. 1

CAP. 402.

DE legitimę supplemento in materia l. hac edictali. C. de secun. nupt. Vide supra in verbo donatio reciproca inter binubos c. 307. incipien. Ita per Regiam Audientiam.

CAP. 403.

SVMMARIVM.

1 Legittima debetur filijs, cum fructibus à die mortis patris, in rebus quæ fructus pariant: & quid in alijs vid. ibi.

1 LEgitima debetur filiis cum fruc-
a ctibus à die mortis patris in rebus patris q̃ fructus pariũt, secus in rebus q̃

Ii fructus

fructus non pariunt, vt in pecunia quia in illis interesse debetur à tempore litis motæ, vel more.

Ita fuisse declaratũ reperio in causa quæ vertebatur inter Ioannam Domenega, & Marturianum Domenec fratres, referentibus Michaele Miralles, & Barnaba Serra Doctoribus Regii concilii. 27. Febr. 1553. pro quo videatur Ang. consil. 101. & idem quod de fructibus, dicitur de pensionibus censualium, & aliis redditibus quibuscũq; vt a die mortis debeantur. Et intellexi à quodã doctore Regiæ Audientiæ, ita vt supra sæpe iudicatum & conclusum fuisse in Regia Audientia pro materia legitimæ, ad de capitulum sequens.

4. Legittima.] Adde quod quamuis per ca. 49. cur. ann. 1585. incip. Zelants & est. 2. in ordine. tit. de legittima e diuisio de aquella, statutum sit, esse in electione heredis legittimam soluere in pecunia num̃erata, seu in proprietate: Tamen est secus in casu quo petita fuisset ante curias anni prædicti. Ita refert fuisse in R. Au. decisum. Nobilis à Peguera decis. 113. Et sic de iure communi seruatur soluendam esse legittimam in corporibus hereditariis l. scimus. §. per repletionem, ibi, ex substãtia patris. C. de inof. testam. Bar. in l. suus quoq; nu. 10. ff. de hered. insti. Couar. in c. Raynald. §. 2. nu. 5. de testam. Emanu. a Cost. in c. si pater. in 1. par. verb. in re certa. nu. 14. versic. 2. principaliter. de testa. in 6. & alii quos refert. d. a Peguer. vbi sup. in prin. vltra quos Guill. in d. l. scimus. C. de inoffi. testam. Anth. Alex. mihi manuscriptus, ad Bart. in d. l. & ista procedunt arbitrio iudicis, vt ita tenet vltra prædictos Deci. consil. 8. n. 7.

CAP. 404.

SVMMARIVM.

1 *Legittima an debeatur filiis de fructibus repertis tempore mortis patris, qui donauit omnia bona sua alteri ex filiis, retentis aliquibus, & vsufructu.*

1 SI pater donauit vni ex filiis suis omnia bona sua, retentis aliquibus rebus, & retento vsufructu de vita sua omnium bonorum donatorum, & tempore mortis patris aliqui reperti fuerunt fructus dictorum bonorum, an legitima debeatur aliis filiis ex dictis fructibus repertis tempore mortis donantis.

Vidi sententiam Regiam latam ad relationem Petri Clariana, & de Seua relatoris, & Castello corelatoris die 28. Septemb. 1538. lata inter spectabilem Don Petrum de Cardona fratrem Illustris Ferdinandi Raymũdi Folch ducis Cardonæ, & alios agentes ex vna parte, & dictum ducem ex altera parte. Prætendebant enim dicti agentes, quod illis debebatur legitima de fructibus rerũ donatoris in dicto Duci Ferdinando, repertis tempore mortis ducis Ioannis donatoris, & patris dictorum litigantiũ, tanquam non comprehensis in dicta donatione, & fuit declaratũ quod legitima debebatur de dictis fructibus repertis tẽpore mortis ducis Ioãnis, quia non erãt donati, & verba huiusmodi posita in numeratione bonorũ non donantorũ, sunt hæc, necnon & fructus omniũ donatorũ reperti tempore mortis ipsius (scilicet ducis Ioannis) cũ sint patrimonalia, & non donata, dictũ etiam fuit supra in verbo donatio c. 304. & in verbo fructus, c. incipien. si pater.

CAP. 405.

SVMMARIVM.

1 *Legittima repudiata tacitè, non venit in fideicommisso.*

1 LEgittima repudiata tacitè non venit in fideicommisso.

Cum in causa que vertebatur inter Don Petrum de Pinos, & Vicecomitem de Euol super Vicecomitatibus de Ylla, & Canet fuisset (inter cætera) dubitatum

tatum an legitimę aliquorũ filiorũ, quę
nõ fuerant petitę per dictos filios, & sic
accreuerant filio hęredi instituto qui a-
diuit hæreditatẽ, & fuit grauatus resti-
tuere hęreditatem cõprehenderetur in
dicto fideicommisso, id est, an filius hæres
vniuersalis institut' & grauatus restitue
re hęreditatem, teneretur etiam restitue
re illas portiones legitimarum quę sibi
dicto hęredi accreuerant ex eo φ nõ fue
rũt petitę per alios filios. Pro parte dic
ti Vicecõmitis de Euol pręted ebatur φ
sic, & allegabatur inter cęteros, Iaſ. in l.
planè §. si duobus. n. 24. & 25. ff. de legi.
& ibi Alex. n. 5. & l. cũ patronus. ff. de le
git. 2. Contrariũ tamen fuit determina
tũ, & prouisum ad relationem Magnifi
ci Francisci Mõtaner Regentis Cancel.
per multa quę colligeris per te ex dedu
ctis per Guid. notanter in q. 3. 3. in prin
cipio eo maximè, quia in casu isto non
erat positũ grauamẽ in dictis legitimis,
vel aliqua portione illarum, vt positum
fuit in casu, d. l. cũ patronus. Dicta pro-
uisio facta fuit die. 19. mensis. Septemb.
1560. pręcedente conclusione in Regia
Audientia facta, in qua interfuerunt di
ct Montaner Regens Cancel. Michael
Mirallea, Antonius Ros, & ego, qui prę
dicta ad mei memoriam in meis adnota
tionibus cõtinuaui, & dicta prouisio est
in secundo processu scilicet executionis
sententiæ. a dicta prouisione supplicauit
dictus Vicecomes de Euol contrario
imperio ad relationem dicti Montaner
Regentis Cancellariam. fol. 1956. A dic
ta prouisione supplicauit Vicecomes de
Euol contrario imperio, die 25. eiusdẽ
mensis Septem. fol. 1971. & fuit proui-
sum in dicto contrario imperio, die 12.
Iunii. 1561. stando & perseuerando in di
cta prouisione, quia nihil fuerat deduc-
tum, vel probatum propter quod dicta
prouisio commutari deberet, est in fol.
6. 1420.

CAP. 406.

SVMMARIVM.

1 *Milites non soluunt Lezdam de rebus quæ ad eorum vsum deferuntur, aut quæ ex eorum fructibus (puta ex gregibus) procedant.*

2 *Intellectus ad c. 35. statuim encara, que persona Iacob. 2. ibi.*

1 LEzdam milites soluere non
tenentur de rebus quæ ad eo
rum vsum deferuntur, aut quę
ex eorum fructibus, puta ex
gregibus procedunt, omni fraude ces-
sante.

Die 29. Martii. 1550. Referentibus Ma
gnificis Ioanne Clausos Sesuiles, &
Bartholomeo Marti D. D. Regiæ Au-
dientię in causa appellationis quę vertebã
tur inter Petri Honoratum de Solanell
ex vna parte, & Ioannem Sapall arren
datorem Lezdę de Berga ex altera par-
te, in posse Fogassot Regii mandati scri
bę, & pro eo Murtra, declaratum fuit
vt sequitur. Quia constat dictum Sola- 1
nell esse militem, constatq; ex dispositio
ne constitutionũ Cathalonię Militares
non teneri ad soluendũ ius Lezdę ex re
bus quę ad eorum vsum deferuntur, aut
quę ex eorũ fructibus procedunt, omni
tamen fraude cessante. Item constat pre
fatũ Solanell a longo tẽpore citra solitũ
esse tenere greges, & animalia lanę in
magno numero a quibus solitus est perci
pere Arietes & fructus, tunq; nõ esse so
litũ negociari in emẽdis, & deinde ven
dendis Arietibus & agnis, & consequẽ
ter satis opportunè constat φ Arietes de
quibus loquitur pdicta declaratio abatu
lo generalis facta. 26. Maii proximè prę
teriti processerũt ex gregibus dicti Sola
nell. His & aliis meritis, &c. sententiat
iniustè fuisse declaratũ per dictũ baiulũ
generalem; & pro parte dicti Solanell 1
benè & iustè fuisse appellatũ, &c. Dicta
cõstitutio quę loquitur de dicto priuile
gio militari pro Lezda est Regis Iacobi
secundi. c. 35. incipien. Statuim encara φ 2
persona in ti. de vectigals, vendes, leu-
des. quę expressè statuit quod persona
Ecclesiastica, Barones, aut milites, sius
cauallers d' redditib' suis, siue rẽdes, & 1
reb' suis, no donẽ peatges, leudes, me ia

2 rat, nepes, y q̃ eran en oinguna manera hi fie comesa, & pro intelligentia d. cō-
sti. vide ibi Thom. Mier. n. 8. colla. 1. fol. 18. dicentem, quod dicit de rebus propriis, intelligo, scilicet, & ad vsum, & seruicium proprium emptis, non causa negociandi, &c.

4. Fol. 18.) & in ca. 36. item quod clerici, & milites coll. 4. fol. 52.

CAP. 407.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione in fideicommissis, veniunt nepotes vna cum filijs: & quid appellatione filiorum.*



1 Liberorum appellatione in fideicommissis veniunt, & admittuntur nepotes vna cū filiis, licet secus sit appellatione filiorum.

Ita fuit conclusum me Michaele Ferrer referente 21. Aug. 1561. in causa quæ vertebatur inter Bartholomeū de Montagut, & Bernardum de Lupia, domicellos per l. liberorum. ff. de verb. signific. Alexan. consilio. 124. volum. 3. Aymo. consi. 131. & habeo conclusionem in plica, dubium faciebant eā quæ dicta sunt supra in verbo, filiorum appellatione. c. 361. incipiente. Ita fuit conclusum, & declaratum, habeo cōclusionem in plica.

CAP. 408.

SVMMARIVM.

1 *Hasta fiscali tradita secūdo emptori plus offerenti, primus liberatur. Et quomodo procedatur contra secundum recusantem deponere pretium, vid. ibi.*

2 *Consuetudo Regni Franciæ, super his.*



1 Licitator primus liberator si alius plus obtulerit, & extincta candela iuxta stylum, & consuetudinem hasta fiscalis fuerit secundo emptori tradita. Et si secundus recusat deponere pretium præfigitur illi certus terminus, puta, Sex vel decem dierum, vt deponat. Cum comminatione quod si intra dictum terminum non deposuerit dictum pretium, iterum res subhastabitur expensis, & damno secūdi, videlicet quod si in subhastatione facienda reperietur minus quam, ipse secundus licitator obtulerat, totum illud minus supplebitur ex bonis secūdi emptoris, & etiam soluet expensas.

Ita die 3. mensis Decem. 1584. In facto consultationis factæ per Ioan. Riera regium virgarium, super executione quā ad instantiam spectabilis Don Petri de Pinos Vicecomitis de Canet, contra spectabilem Don Philippum de Castro, & de Pinos Vicecomitem de Euolo, in bonis quæ fuerunt Don Petri de Castro, dictus virgarius Regius faciebat in Castro, loco & termino de Sureda, & Ioā. Ant. Daui remansit in dicta, offerendo 7000. D. 350. libras monetę Rossilionis & hasta Fiscalis fuit dicto Daui tradita, & quia differebat dictum pretium soluere, seu deponere, fuit illi mandatum per dictū Riera quod dictū pretiū deponeret in tabula villę Perpiniani, q̃ non solum nō deposuit, sed petiit sibi tēpus ad ponendū dari, offerendo dare in fide iussores filium & ourum, & quia dictus virgarius duabus litteris suis directis, Magnifico Regēti Cācellariā, & mihi Michaeli Ferrer relatori dictę causę, de prędictis cōsultauit, ideo fuit factū per me verbū in Regia Audiētia, & per eā determinatū, vt supra in qua determinatione interfuerūt Magni. Io. Pōci Sescases, Phedericus Fōr pastor, & ego tantum, quia alii Doctores interuenire nō poterāt. Moti fuimus in facto, quia cōsiderabamus q̃ ipse dict. Daui ex alia parte, in processu dictę causę, se opposuerat pro prętēsis creditis suis, deducēdo de illis cōstare in alio processu qui vertitur in alia aula dictę regię audientię ad relationē ad Magnifi. Io. Amell, & quia non solū idoneos fideiussores non offerebat corā dicto virgario, sed principaliter,

ter,quia dicta oblatio erat facienda coram dicto relatore qui dictam executionem prouidit cum conclusione Regiæ audientiæ,& non coram dicto executore, sine virgario exequente dictam prouisionem, & in iure vltra deducta per Pau.de Cast.in l.licitatio.n.3. ff.d publica.& vectiga.& commissis. Vbi distinguendo pro concordia inter Bar.& Bal. dicit quod si gabella fuit iam adiudicata secundo expresse,vel tacite,quia lapsi sunt termini appositi in bannimẽtis, & sic non speratur quod amodo alius veniat,& per cõsequens censetur remanere plus offerenti,tunc procedat dictũ Bal.dicentis,quod per oblatione secundi cẽsetur recessum ab oblatione primi: aut non fuit adiudicata secundo,& tũc procedit opinio Bar.dicẽtis,quod si primo vnus 10.& postea alius offert 15.deinde iste secundus reperitur nõ esse soluendo,vel recedit à ciuitate in salutato hospite, quod comune potest astringere primum ad recipiendum gabellum; quia primus non deliberatus. moti fuimus per tradita notabiliter per Nicholaum Boheri, in decis.248. vbi inter alia. Sequendo distinctionem Pauli, di-
a cit quod quasi per totũ regnũ Franciæ obseruatur,quod si intra tempus licitationis vltimus incantator,renũtiet,aut non possit dare plagios,seu fideiussores suos, liberatur soluendo summam per eũ superadditam , quam appellant stultam incantationem,& prior offerens remanet obligatus,quousq; alius plus obtulerit intra dictũ terminũ prefixũ,& si nemo superuenerit,tũc firma sibi remanet,& hoc quando res,seu firma datur plus offerenti cũ temporis prefixione, & assignatione,aut extinctione candelæ,tũc lapso tempore,vel etiã illo ad cõfirmãdũ & approbãdũ ipsam per superiorẽ,aut iudicẽ prefixo, candela extincta primus sit liberatus.nec ad licitãdũ amplius quis admittitur.Secus videtur quãdo res per cridas.& subhastationes ad instãtiã creditorũ datur, tũc omnes admittantur donec decretũ fuerit interpositũ.& vltimo incantatori traditũ: licet non sigillatim,& videtur tex.in l.ii iuncta gl.C.de fundis rei priuatæ,& saltibus diuinæ domus,li.11.cum no. in l.1. & 2.&c si.C.de vendit.rerum ciu. eo.li. tunc vsq;ad dictum decretum; quibus per oblationem factam,admissam & receptam admittitur; & ante primus non erit liberatus,hęc ipse Boherius.

Add.pro materia huius obseruan. Rebuff. in suis comment.tract. de pręcon.art.7. glo 1.n.20.Cremen sing.41.Caball.Millelog.819.Chassan.in consuetu. Burgun. ti.des rentes rub.5.§.2.n.22. Bar. in l.locatio alia sllicitario.ff.de publicanis.

CAP. 409.

Si venditio rei immobilis districtu curię facta sit, & hasta fiscalis tradita illi qui plus dixit, & postea aliquis plus offerat,an iterum illa res subhastari debeat.

Dic vt infra in verbo venditio. cap. incipien. in causa vertente inter fratres Turells.

De litis contestatione.

CAP. 410.

SVMMARIVM.

1 *Litis cõtestatio in hac patria,an & quomodo fiat.*

1 In hac Regia Audientia Cathalonię non requiritur quod litis contestatio fiat expresse, sed sufficit actus a per
a quem inducetur litis contestatio, vt declaratur infra , & ita in concusse seruatur.

Quia predicta sunt notoria, & quotidiana,omitto referre processus,& causas in quibus seruatum fuit . Pro dicta tamẽ practica, & obseruantia videatur notabilis textus in constitu. los salaris,
b in tit.de salaris.b fol.99.colu.1. ibi.en la contestatio del plet , ò en lacte que per

 ella es

cella es hagut. Et qui sunt isti actus per quos, & quemlibet illorum lis habetur pro contestata, ponit Mieres in d. consti. sos salaris, collatio. 9. nu. 27. & seq. fol. 83. vbi ponit regulam dicens; quod actus qui non potest fieri ante litis contestationem, habetur pro contestatione, & etiam specificat aliquos ex illis casibus. Et de materia litis contestationis de iure communi, quãdo dicatur lis, & quæ sit differentia inter litem & causam vide vltra plures alios. Alex. in l. causas vel lites. C. de transact. & quando lis dicatur pendere. vide notabilem text. in Clemen. 2. vt lite penden. nihil innoue. Cum sua glo. in verbo pendente.

5. Actus.] Olib. de action. lib. 3. ca. 4. de antiquis actionum iuris Catha. formu. atq; libel, quod quidem procedit nedum in Regia Audientia, verum etiam, & in curiis ordinariorum presentis Principatus ita nobilis à Peguer. in ordin. iudi. ciui. rub. 11. de litis contest. a. n. 2. fol. 185. vid. c. 2. ti. de donar libell o demanda c. 1. ti. de dilations. per quę iura Canc. c. 12. n. 31. par. 2. tenet quod in Cathalonia lapsis octo diebus, a die quo petitio actoris, est reo intimata, habetur lis pro contestata, quãuis reus nihil dictę petitioni respõderit. Et fundari potest, nã si statuto cauetur, quod intra terminum teneatur reus respondere petitioni actoris, tũc eo respondente vel non, habetur lis pro contestata Natt. consi. 573.

6. Salari.] in noua vero collectione ti. de salaris de senten. fol. 286.

CAP. 411.

SVMMARIVM.

1 Litteræ compulsoriæ (vna parte contradicente) quibus expensis expediantur.

1 LIteræ compulsoriæ (vna parte contradicente) quibus expensis expediri cõsueuerũt. Quando vna pars pro testibus recipiendis petit literas compulsorias, & altera pars contradicit petens quod accedat scriba causę, solet Regia Audientia prouidere quod literę compulsoriæ dirigantur dicto scribę, qui accedat pro nunc expensis communibus in eundo & redeundo. Pro tempore vero quo vacauerit in receptione testium expensis pactis pro quo vacauerit in receptione testium. Ita fuit prouisum 7. Octob. 1536. ad relationem Bernardi Ribalter de Regio concil. inter Hieronymum Saluatorem Ortis de Cabrera, & Don Georgium Aymerich in posse Io. Viladamor regii mandati scribę, & pro eo Marques nota. & ita postea etiã vidi.

CAP. 412.

QVando de Locumtenentis generalis morte timetur pp ter illius ęgritudinem, quid de & super incarceratis, & arrestatis pro regallis pręueniri; & prouideri solet. Dixi supra in verbo, de captis, & incarceratis. c. 98. incipi. quid Regia Audientia.

CAP. 413.

SVMMARIVM.

1 Locumtenens generalis primus, an possit excere iurisdictionem adhuc aduenite secundo quando nondum iurauit.

2 Iudex potest iurisdictionem exercere etiã vltra tempus officij, quatenus successor aduenerit.

1 LOcumtenens generalis domini Regis primus, an posit exercere veniente secundo antequam secundus iurauerit in forma solita.

Fuit determinatum quod quamuis Dux de Terranoua receperit priuilegium & potestatem a Regia Magestate, non propterea Comes Aytonę qui vt Locũtenẽs regię Magestatis, & de eius speciali mãdato erat in Comitatu Rossilionis, & exercebat iurisdictionẽ cessare tenebatur à dicto & alio iurisdictionis exercitio, donec dictus dux de Terranoua vt locũtenẽs generalis suę Maiestatis

acceptauerit

acceptauerit, & acceptãdo iurauerit in
forma solita, & de dicto iuramento cer-
tificatus fuerit dictus Comes, itẽ quod
dictus Dux de Terranoua quamuis sit
prouisus locumtenens generalis, & ha-
beat priuilegium, & acceptauerit illud,
non poterit aliquid exercere donec rea
liter iurauerit in forma solita ad quorũ
probationem multum Illust. & Reuer.
Episco. Barcinon. Don Dimas Loris, vt
Regius Cancel. allegatur, & ostẽdit Pe
trum Rebuffi in sua practica bene ficio
rum in tit. de simonia in resignatione,
sub n. 28. versi. facit decisio iuriscon sul-
ti dicentis meminisse oportebit vsq; ad
finem illius ti. pag. 499. & seq. qui mul
tũ notabiliter, & clarè loquitur, & mul
ta iura allegat, & signanter tex. in l. me-
minisse. ff. de offi. proconsu. tex. in aut-
to. de administra. colla. 7. tex. in l. vnica
ff. de offi. prçfec. augustal. tex. in l. si for
te. ff. de offi. prç sidis. c. super eo. 2. in fi.
2 de appellat. & ibi. Panor. & inter cetera
n. 31. pag. 495. dicit, & probat quod iu-
dex potest exercere iurisdictionem qua
tenus venerit successor, etiam vltra tem
pus officii. l. meminisse. ff. de offi. prçsi.
& illius temporis solita stipendia conse
quetur. d. §. fi. & in auctẽ. de administ.
colla. 8. approbat. Lud. Roma. sing. 390.
meminisse. Item quod gesta per reuoca
tum officialem valent ante scientiã re-
uocationis per d. l. si forte. Roma. cons.
57. & sing. 566. Iasl. in l. more maiorum.
n. 8. ff. de iurisd. om. iud. Calde. consi. 4.
de offi. legat. per c. audita, & ibi. Docto.
de resti. spoliat. c. 1. versi. ex parte de con
ces. prçbendæ in 6. c. dilectus. 2. de præ-
ben. c. tibi. & c. duobus. de rescrip. in 6.
c. si soli. de conces. præbend. in 6.

De incipientibus littera. M.

CAP. 414.

SVMMARIVM.

*1 Manutenentia, an & quando possit con-
cedi per gerentem vices generalis gu-
bernatoris.*

1 MAnutenentia per gerentem vi-
ces generalis Gubernatoris Ca
thaloniæ (domino Rege, vel e-
ius Locumtenente generali existente
in Cathalonia,) cõcedi non potest ex-
tra vicariam in qua est dictus gerens vi
vices gubernatoris. Intus tamen vica-
riam potest.

Ita fuit relatum per magnificũ Fran
ciscum de Vallesica, & alios Doctores
antiquos, & notabiles Regii concilii,
die 28. Ianuarii. 1553. me præsente dum
ibi fuerant relatã aliqua quæ in contra
rium facta fuerant per spectabilem Dõ
Petrum de Cardona gerentem vices ge
neralis gubernatoris Cathaloniæ tem-
pore curiarum generalium Montissoni
celebratarum; quæ exitũ suum habue-
runt, die S. Stephani anni prędicti, & ni
mirum, quia gerens vices generalis gu
bernatoris existẽte domino Rege in Ca
thalonia non exercet iurisdictionem, ni
si in vicaria in qua est. vt in recollectis
casuum gubernationis per me factis, tã
in 2. parte quam in primã. & pro dicta
determinatione. vide Consti. Part aço
com per reseruacions in titu. de offici
de gouernador. quę est notabilis ad pro
positum. Et aduerte quod aliqua de his
quæ Mieres tradit in d. consitu. collat.
6. vol. 1. fol. 67. procedunt Rege absen
te a Cathalonia.

CAP. 415.

SVMMARIVM.

*1 Manutenentiæ litteræ vltimo beneficij
possessori concessæ reuocantur ex cau-
sa, antequam per iudicem competen-
tem fuerit cognitũ cuius possessio fue-
rit legitima.*

*2 Iudex secularis non potest cognoscere de
possessione beneficiorum.*

*3 In manutenentijs ponitur clausula, quo-
usque per ordinarium iudicem ad quẽ
spectet, fuerit cognitum.*

*4 Manutenentiæ litterae non tribuunt
possessionem, sed possessorem conser-
uant.*


1 Anutenentiæ litteras vltimo possessori beneficii ecclesiastici concessas, consueuit regia Audientia reuocare ex causa antequam per iudicem competentem cognitum fuerit cuius possessio sit legitima, quamquam reperiatur olim aliter fuisse declaratum vt infra.

Cum Raphael Riel obtinuisset prius possessionem cuiusdam Capellaniæ in Ecclesia Beati Mariæ de mari Barcino. quę est de patronatu laicali in vim collationis sibi vt proximiore de genere factæ. Postea Petrus Vincentius Ferret adeptus fuit possessionem eiusdem Capellaniæ virtute gratiæ. B. Papæ non facta mentione de possessione dicti Riell, & sic surreptitiè, & per spectabilem gerentem vices generalis Gubernatoris concesse fuisset litterę manutenentię dicto &c. fuissent per eundem gerentem vices gubernatoris reuocatę ex eo quia non solum possessio dicti Riell erat prior, & in iustitia melior, sed etiam quia possessio dicti Ferret erat etiam rescripto surreptitio adepta, à dicta prouisione, seu reuocatione fuit appellatũ per dictum Ferret, & ad relationem Stephani Riusec Doctoris Regii concilii, & mei Michaelis Ferrer, facto verbo in Audientia fuit declaratum quod dictæ litteræ non erant pro tunc reuocandę. Attento quod adhuc non erat cognitum de possessione per iudicem adquem ex pectabat cognitio, fundata fuit dicta de

2 claratio hac potissima ratione, quia Iudex secularis non potest cognoscere de possessione beneficiorum secundũ Anto. de Butrio in cap. fin. de iudi. prout illum refert Guido. Pa. q. 1. & secundum alios Docto. quos refert Matheus de Afflic. decis. 24. num. 1. versicu. 2. fol. 60. vbi dicit quod secundum opinionẽ multorum Doctorum Canonist. causa possessorii beneficii Ecclesiastici tanquam spiritualis non potest cognosci per iudicem secularem. Pro qua facit, quia in concessione per Regem Ferdinandum brachio seu stamento Ecclesiastico in in curiis generalibus. 2. Septemb. 151.

a facta, dispositum fuit quod in manutenentiis ponatur clausula quod dicta
3 manutenentia duret donec, & quousq; per ordinarium ecclesiasticum, aut alium iudicem ad quem expectet de iure, cognitum fuerit, aut prouisum de possessione beneficii: & tunc adhuc cognitum non fuerat per iudicem ecclesiasticum de dicta possessione. Ego dicebam quod quamquam verum esset quod iudex secularis, & sic dictus gerens vices generalis gubernatoris non esset competens ad cognoscendum de dicta possessione, non propterea sequebatur quod dictus gerens vices gubernatoris qui concesserat dictas literas non potuisset illas reuocare. Nam qua ratione, & potestate Iudex secularis concedit literas manutenentiæ in beneficialibus manutenendo aliquem in possessione, eadem ratione, & potestate poterit easdem litteras suas reuocare, quia vnumquodq; codẽ genere quo colligatum est, potest dissolui, l. nihil tam naturale. ff. de regu. iuris.

4 Item quia sicut literę manutenentię nõ tribuunt possessionem, sed iubent possessorem manuteneri in possessione in qua est: Ita per reuocationem dictarum literarum non reuocatur possessio, sed tollitur mandatum factum de manutenendo, ita quod restituit partes in eo statu in quo erant ante cõcessionem dictarum literarum, & sic nulli partium facit iniuriam. Et signanter prædicta ad hanc opinionẽ me impellebant ex quo videbam dictum Riell iustitiam naturalem fouere, cũ esset de genere, & dictus Ferret nullatenus, quinimo dictus Ferret obtinuerat possessionem cum surreptitio rescripto. Et quamquam Anto. de Butrio, & alii supra allegati teneant quod iudex laicus non sit competens ad cognoscendum de possessione beneficii ecclesiastici: attamen plures doctores tenent contrarium vt latissimè tradunt Guido. Pap. in d. q. 1. num. 1. & q. 85. ac Math. de Afflic. in dict. decisione 24. nume. 2. fol. 60. per multa iura quæ allegant, dicit enim Guido. Pap. quęst. 1. num. 1. contrarium eius quod de anto. de

de Buttio. esse dicendum secundum opinionem Vincentii, quam recitat Ioã. Andr. in c. fin. de iudic. quia quando agitur de possessorio, vel quasi, etiam in spiritualibus, vel beneficialibus causis laicus est Iudex competens, & quod idẽ tenet Archidi. & Inno. & est ratio quia possessorium non est quid spirituale vt dicit Archidia. in c. 1. de restit. spol. in 6. & Do. Fran. de Zarabell. in Clemen. dispendiosam de iudi. Guille. de Monte Laudunio in Clemen. r. an causa posses. & propri. &c. quasi per tres columnas, & refert ita fuisse declaratum in parlamento Dalfinali die 12. Martii 1444. Iterum anno. 1455. & anno 1459. & idem in effectu refert fuisse in alio casu declaratum in decis. 85 hanc partem secutum fuisse concilium Neapolitanum refert notanter Matheus de Afflict. in d. decis. 24. Dicta declaratio, seu sententia ad relationem dicti Riusec & Ferrer lara fuit 23. Ianua. 1554. Attamen in posse Thomæ Venari, & poncii bas. dro eo Mullol, & in gubernatione in posse postea in hac Regia audientia fuit contrarium declaratum in aliis pluribus causis manutenentię, videlicet quod reuocatę fuerunt literæ manutenentiæ antequã per iudicem ecclesiasticum esset sententiatum super possessione partium, & inter alias causas fuit declaratum 23 Martii. 1584. in causa quę vertebatur inter Iosephum Mercer, & Fran. Biosca super literis manutenentiæ dicto Mercer cõcessis super possessione beneficii corporis domini nostri Iesu Christi in parrochiali Ecclesia villę sanctę Columbę de Queralto ad relationem Michaelis Ferrer in posse Carbonell Regii mandati scribę, & pro eo Ilauas notarii.

a Facti. Int. de manutenentias fol. 42. vol. 2 Canc. variar. par. 3. cap. 14. de manutentione, nu. 10. vbi latè per tot. cap. de manutenentiæ materia, tam de iure communi, quam municipali Cathaloniæ per tractat. Olib. in vsat. alium namq. c. 14. nu. 143, & cap. 15. nu. 26. & seqq. Et de interdict. interim, vltra Cancerių vbi sup. viden. Couarr. qui latissimè pract. qq. c. 17. per tot.

C A P. 416.

Manumissor pie causę si antequam sit facta restitutio realis, vel verbalis per hęredem testatis de hæreditate fidei cõmissaria, accepit possessionem dictę hæreditatis fideicõmissariæ, est legitimus contradictor fauore pie causæ ad impediendum ne hęres beneficio l. fin. C. de edicto diui Adri. Tollen. mittuntur in possessionem dictę hæreditatis; & est vnus de casibus specialibus ad regulã.

De his dic vt infra in verbo possessio, & ea quę dixi supra in verbo contra dictor legitimus. cap. [11] incipiente. Ita fuit die

C A P. 417.

SVMMARIVM.

1 *Martha & represaliæ quando declarentur, seu adiudicentur.*

1 Marcha seu represalię, non possunt declarari seu adiudicari, nisi prius per iudicem, seu officialem requirentem debitor subditus officialis requisiti, condemnatus fuerit.

Ita fuit determinatum in Regio cõcilio me referente in causa appellationis per Gasparem Phelip assertum debitorẽ, & baiulum, ac iudicem S. Felicis guixolen. interpositæ a declaratione seu adiudicatione marchę facta per baiulũ de Constantinis contra dictos Gasparem baiulum, & iudicem in fauorem Ioannis Phelip. Est verum quod in d. causa contra dictum Gasparem procedebatur tanquam hęredem patris sui, & baiulus Sancti Felicis requisiuerat dictum baiulum de Constantinis quod ad per eum comminata: id est ad declarationem marchę non procederit nisi prius lata per eum sententia contra dictum Gasparem. Ego tamen dubium faciebam attento quod officialis requirens eum suis literis certiorem faciebat officialẽ requisitum: quod dictus Gaspar

pat erat heres testamẽtarius, patris sui, & illius hæreditatem acceptauit, & partem vendiderat, & propterea, alio non spectato, tenebatur facere executionẽ. Et pro his allegabam consti. Regis Pet. 2. in curia Barcin. ca. 40. incip. Item que si. & constit. Iaco. 2. ca. 15. incip. Item q̃ a. requesta in curia prima Barcino. sub ti. de Marches. fol. 140. Ponderãdo verba, da qui auant sens altra citatio passats los dits vint dies: & per cõst. Alfon. 3. c. 34. ibi, clarament &c. & vbiq. Mier. Prædictis tamen non obstantibus fuit declaratum, vt dixi: quia non dicebatur esse in fatica, nisi offici. requirens prius condemnasset d. Gasparẽ ad declarationem marchæ non procederit, nisi prius lata per eum sentẽtia contra dictum Gasparem. Ego tamen dubium faciebã attento officialis requirens cũ suis literis certiorem faciebat requisitũ, quod dictus Gaspar erat hæres testametarius.

a Fol. 140.) in noua vero compil. fol. 447.

CAP. 418.

Meliorationes siue melioramenta, an & quando impediri possint executionem Regiæ sententiæ, vide supra in verbo executio Regiæ sententiæ in capit. 323. incipien. Istum articulum habuimus in Regia audientia, fol. 176.

CAP. 419.

SVMMARIVM.

1 *Circa meliorationes, an & quãdo admittatur æstimatio lite pendente.*

1 De Meliorationibus: quia vtraq. pars articulauit antequam esset declaratum quod erant debite dictæ meliorationes; fuit admissa pars ad estimationem illarum per expertos in casu sequenti.

Hieronimus Ortiz domicellus petebat portionem locorum de Monleo, pomar hostalets, &c. & Dñ Georgius Aymerich conuentus opposuit agenti, q ipse erat creditor in operibus, & articulauit de operibus, & valore illorum, agens etiam articulauit de minori valore seu paruitate pretii, & voluit probare per æstimationem fiendã per expertos, conuentus scilicet Dñ Georgius Aymerich cõtradixit, dicens æstimationẽ nõ esse faciendã adhuc, cũ non esset certũ, an agens haberet ius in repetitis, & sic quod nimis properabat. Deniq. die 17. Februa. 1538. per relatorẽ Bernardũ Riballer Doctorem Regii concilii facto verbo in Regia audientia fuit declaratum, quod attento quod vtraq. pars articulauerat de operibus, fieret æstimatio petita per agentem, & quod cõuentus nominaret pro sua parte æstimatorẽ infra sex qui æstimaret cũ electo per agẽtem, & fuit supplicatũ per conuentũ cõtratio imperio, & 19. Martii eiusdem an. 1538. dicta prouisio confirmata fuit facto verbo.

CAP. 420.

PRO Melioratione, an veniat in consideratione q per bonæfidei possessorem fundi alieni positus fuerit firmus in eo fundo, vt de fructibus illius possint retineri expensæ illæ, vide supra in verbo executio. c. 351. incipiente, ista materia est propria. c. 1. in fraud. 357.

CAP. 421.

Milites non tenẽtur soluere Lezdã de rebus propriis, dic vt supra in verbo Lezdam.

CAP. 422.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium cõcessum huius principatus militibus, vt contra eos non procedatur absq. partis instantia, nõ procedit in casu const. com instigant.*

2 *Generi per speciem derogatur, siue præcedat species, siue sequatur.*

3 *Priuilegiũ concessum militibus, quod nõ capiantur sine partis instantia, an sit odiosum.*

Statu-

4 *Statutum posterius recepit a precedenti declarationem, & cencetur concessum cum clausula, saluo alio statuto compatibili.*

5 *Statutum generaliter tollens exceptiones, non videtur tollere prouenientes ex verbis alterius statuti.*

6 *Milites non solent facere instantiam.*

7 *Constit. com instigant, an comprehendat milites.*

8 *Intellectus constit. com instigant. & n. 14*

9 *Statutum quando procedit per modum regulæ, tunc qualitas illius, in sequentibus, de eadem materia, cencetur repetita.*

10 *Pœna imposita in statuto per verba, ipso iure, seu, ipso facto, non statim quis absque prævia declaratione delicti, non pœnæ, punitur: & quid in facto notorio.*

11 *Priuilegium concessum militibus, vt non capiantur sine partis instantia, an habeat locum in regalijs.*

12 *Confirmatio generalis priuilegiorum, an comprehendat priuilegia antiqua, quæ fuerunt reuocata.*



1 Militis priuilegium (quo habetur non posse procedi contra milites absq. instãtia partis) limitatur non procedere in casu constitutionis com instigant, aliàs com instant, curiæ anni, 1503. sequendo maiorem partem votorum computato voto Præsidentis, scilicet Locumtenentis generalis domini Regis.

In mense Martii, 1560. præcedente magna discussione sequendo maiorem partem Doctorum Regii cõsilii cõputato præsidente scilicet illustri Locumtenente generali Regiæ Maiestatis fuit conclusum in Regio concilio quod cõstitutio anni 1503. incipiens. Com instigant aliàs com instant, cum eius modificationibus habet locũ in milite offendente alium casu acordato non præcedente certificatoria, siue desidamentis, & absq. instantia partis, nõ obstante priuilegio militari: quo habetur quod nõ potest inquiri, & alibi dicitur quod non potest procedi contra militem absque in instantia partis formata: vt dicetur infra. Et propterea fuit conclusum, (vt dixi) quod Vitalis de Blanis (contra quem priuata non instabat) publicaretur vigore dictæ constitutionis com instigant, ex eo quia absq. rixa, & nõ præcedentibus disidamentis, nec cartello de desximentis insultauit Michaelem Sebastianum de Boxados domicellum, & illum enle percussit, non tamen vulnerauit, non obstante dicto priuilegio militari; & Doctores qui tenuerunt istam partem moti fuerunt, ex eo quia dicebant quod dicta constitutio com instigant disponit & loquitur virtualiter in milite, dum loquitur in personis quæ solitæ sunt dare desximents ab lletra. Nam milites in Cathalonia soliti sunt dare desximents cum litera, seu epistola, sue cartell, & dicta cõstitutio disponit quod taliter offendens, sie hagut y punit ipso facto, per acuydat del Rey y per gitat de pau y treua. Nã illa verba, ipso facto, intelliguntur, id est sine ministerio iudicis, & sine sententia: vt per Bal. in l. 1. C. de secun. nup. Et cum dicta constitutio com instigant sit facta post concessionem dicti priuilegii, & dicta constitutio loquatur in mili. sequitur quod restringit seu limitat dictũ priuilegium. Ita quod facto ipso delicto, habeatur absq. instantia partis, & absq. sententia pro eiecto à pace, &c. & hoc potuit fieri, quia licet princeps nõ possit tollere priuilegium, tamen potest illud modificare, etiam non citata parte, sed extraiudicialiter, vt per Mieres in collat. 4. c. 22. nu. 4. fol. 66. glosa quam fa. nu. in l. ab exequtore ff. de appellat. allegat etiam notata per Innoc. in cap. olim. de verb. signific. De materia, an &, quando & quomodo priuilegia iurata, & confirmata per constitutionem possint reuocari & annullari, vide per Mierem in collat. 2. c. 2. nu. 1. fol. 9. Cali. in margarita fisci in prerogatiua. 36. pagin. 13. & prerogatiua. 143. pag. 125. Et fortius adstringendo dixerunt quod potuit derogari dicto priuilegio, & illud limitari per dictam constitutionẽ. Atten

to

to quod dicta constitutio com instigā(n)t
fuit facta in curiis generalibus, in qui-
bus interfuerunt tria bráchia & sic bra
chium militare, quod poterat contradi
cere; & postquam non contradixit, vi-
sus fuit tacite imo expresse consentire
vlterius post factam dictam conclusio-
nem quidam ex illis allegauit, quod iā
in simili casu, scilicet de cōstitutione lo
quente per verbum, ipso facto, fuerat
declaratum contra militem, & ad hoc
allegauit Calici, in tractatu de pace, &
treuga in 5. dubio. col. antepe. versi. Sed
quæro quę est differentia quomodo
quis eiicitur, nā dixit quod miles fuit
publicatus pro eiecto a pace absq. instā
tia partis ex eo, quia ceperat hominem
liberum in pace constitutionis, dicens
post plura contraria, quod ita fuit de-
claratum per dominum Infantem Al-
fonsum per quandam pragmaticam di
rectam Iacobo de Monte Iudaico Iuris-
perito Barcino. Dat. Ceruarie decimo
Kalendis Maii. 1221. & illam totam in
serit. Mieres in tracta. de sono emisso,
& tenet opinionem Calic. & subdit bo
nam Rationem. Nam ex quo talis de-
linquens habetur pro eiecto a pace &
treuga, & pro acuydato domini Regis
non gaudet beneficio constitut. nec pri
uilegio Regis.

Preterea moti fuerunt ex regula, in
2 toto iure, generi per speciem derogatur.
ff. de regul. iur. & ibi Deci. qui declarat
procedere, siue sequatur, siue pręcedat
species, sed sic est quod dictum priuile-
gium militare nedum est primum, sed
etiam est genus, videlicet quod contra
militem non posit procedi sine instan
tia partis, & ista constit. com instigant,
non solum est facta postea, sed etiam
est species, scilicet quod in vno casu pro
cedatur contra militem sine instantia
partis, videlicet quando miles absq. ri-
xa, infert iniuriam non præcedente cer
tificatoria, seu de seximents, ergo per
istam constitutionem tanquam speciē
fuit derogatum dicto priuilegio milita
ri tanquam generi, seu generaliter dis-
ponenti.

3 Et prędicta eo maxime procedunt,
quia dictum priuilegium militare, est
odiosum & iniquum, vt per Mierē in
constitut. Item ordinamus num. 15. col
lat. 3. fol. 39. & dicta constitutio. Com
instigāt cum suis modificationibus est
fauorabilis, vt maleficia puniantur iux
ta tradita per Bar. & alios in l. per il-
lum text. est etiam fauorabilis discipli
nę militari & vsui illius conformis: Sal
tem in nostro casu, nam est vsus & cō-
suetudo inter milites magnificos, siue
honoratos, quod vnus miles antequā
noceat alteri militi, mittat cartellum,
seu litteram de desximens ad illū mili
tem quem intendit damnificare, vt est
notorium.

Alii tamen Doctores numero pares
vouerunt contrarium per fundamen-
ta sequentia vltra alia.

Primo quia dicta consti. seu pœna il-
lius poterat seruari sine derogatione,
reuocatione, seu limitatione dicti priui
legii. Nam stare potest quod miles qui
intulerit offensam non præcedente cer
tificatione, seu desximents habeatur
pro eiecto a pace & treuga, & quod de-
beat pro tali publicari, & quod hoc fiat
ad instantiam partis, & non ad instan-
tiam fisci procuratoris. Cum ergo dicta
constitutio in militibus posit seruari
sine derogatione, & preiuditio dicti pri
uilegii militaris dicto casu, scilicet ad in
stātiam partis: Sequitur quod dicto pri
uilegio non est derogatum per dictam
constitutionem. Nam correctio non
ducitur, nisi si & quattenus primū dis-
positum stare, & sustineri non potest,
& quatenus minus potest, dumodo ali
quid operetur lex secunda per nota.
in cap. cum expediat. de electione, sed
in nostro casu, dicta constitutio poterit
aliquid operari in milite sine derogatio
ne dicti priuilegii, vt declarabo statim:
4 ergo. &c. Item confirmantur prædicta,
quia statutum posterius recipit declara
tionem a præcedenti ne contrarietas
reperiatur, secundum Chassa. in titu. de
successions. §. 10. num. 46. fol. 259. &
ideo dicta constitut. com instigant po-
sterior

ſterior recipere declarationem quo ad
milites a dicto priuilegio precedente:
vt procedat ad inſtantiam partis priua
tæ juxta dictum priuilegium militare,
quod erat prius,eo maxime,quia in ſta
tutis ſemper intelligitur eſſe clauſula il
la, videlicet,ſaluo alio ſtatuto compati
bili,ſecundum Hyppo.de Marſi.conſi.
64. numer. 27. Sed in noſtro caſu di
ctum priuilegium militare eſt compa-
tible cum dicta conſtitutione cõ inſti-
gant:quoniam illa cõſtitutio poteſt ha
bere locum in militibus, & milites poſ
ſunt pęna dictæ conſtitutionis puniri,
ſi Inquiſitio fiat, & procedatur contra
eos ad inſtantiam partis priuatæ: ergo
dictum priuilegium militare poſtquã
eſt compatibile cum dicta conſtitutio-
ne quo ad inſtantiam partis priuatę,nõ
eſt ſublatum,nec reſtrictum, ſeu limi-
tatum per dictam conſtitutionem. Sed
vtrumq. poteſt, & debet ſtare, & dicã
latius infra.Facit quod idem Hypo.de
5 Marſi. ibid.nu.16. dicit quod ſtatutum
generaliter tollens exceptiones, nun-
quam tollit exceptiones prouenient ex
tenore, ſeu verbis alterius ſtatuti, &
ideo dicta conſtitutio non tollit militi-
bus exceptionem illam prouenientem
ex tenore dicti priuilegii militaris,ſcili-
cet quod non poſsit contra eos inquiri,
nec procedi abſq. inſtantia partis for-
mata. Confirmantur omnia prędicta,
quia primum ſtatutum nõ tollitur per
ſecundum, niſi ſecundum ſpecialiter,
& expreſſe faciat mentionem de pri-
mo,ſecundum Hypo.de Marſi.in dict.
conſi.64.num.31.cum ſequentibus.vbi
multa ad hoc allegat. Sed ſic eſt quod
in dict.conſt. Com inſtigant, non fit
ſpecialis, nec expreſſa mentio de dicto
priuilegio:ergo dictum priuilegium nõ
eſt, nec cenſetur ſublatum per dictam
conſtitutionem etiam ſi virtualiter, ſeu
coniecturaliter comprehenderetur illa
poſtquam de eo non fuit facta expreſ-
ſa,& ſpecialis mentio in dicta conſtitu-
tione,nec contradicunt tradita per Affli
ctum in deciſ.Neapolit.44. incipiente
de tributis nu.13.14. & 15.fol.105. Sed po
tius concordant.attẽto quod illa verba
generalia, ſeu coniecturatiua ſunt con
tra diſpoſitionẽ expreſſam dicti priuile
gii,vt in dicto n.14.ibi, quia factũ ſim-
pliciter eſt contra diſpoſitionem iuris
communis,&c. etſi prędicta procedunt
in ſtatuto,fortius in priuilegio iſto per
contractum & pecuniam a domino Re
ge conceſſo.Quoniam tolli non poteſt
abſque contractu,ſeu abſq.reſtitutione
dictę pecunię, quia omnis res per quas
cauſas naſcitur, per eas diſſoluitur &
vnumquodq.diſſoluitur,eo genere quo
colligatum eſt.l. nihil tam naturale.ff.
de regul.iur.
Nec obſtaret,dicere quod milites vt
6 plurimum nolunt facere inſtantia pro
pter honorẽ,dicunt enim quod de ſuo
inimico nolunt petere vindictam, nec
punitionem a iudice, ſed manibus ſuis
ſeipſos vendicare, poſtquam vt ipſi aſ-
ſerunt habent priuilegium guerrifican
di,& ſic aut tale dictum remanebit im
punitum poſtquã fiſci procurator non
poterit inſtantiam facere, aut dabitur
occaſio guerrificandi & maiora delicta
perpetrandi. Nam reſpon. quod dicta
inconuenientia iam erant ante dictam
conſtitutionem, & tamen illis non ob-
ſtantibus fuit expreſſe conceſſum dictũ
priuilegium brachio militari ex contra
ctu facto inter dominum Regem & di
ctum brachium militare, & poſtea per
conſt.confirmatum,& de nouo conceſ-
ſum,vt ſtatim latius dicam.Item reſpõ
do quod non ſemper miles deliquit in
militem, poterit enim damnificare ple
beium & illi iniuriam inferre.
7 Nec obſtat dicere quod ſaltem vir-
tualiter & effectu dicta conſtitutio cõ-
prehendit milites in illis verbis, aque-
lls qui acoſtumen dar deſeximents. Nã
reſpondeo, quod ſi in illis verbis intel-
liguntur milites, illud eſt tacite & non
expreſſe, & primum non tollitur per
ſecundum ſtatutum, niſi ſecundum fa
ciat expreſſam & ſpecialem mentionẽ
de primo, vt ſupra fuit probatum. Se-
cundo reſpondetur,quod ſi dicta conſti
tutio comprehendit milites, eſt verum
quod

toquod dicta constitutio com instigāt, fuit facta in curiis generalibus, in quibus interfuerunt tria brachia & sic brachium militare, quod poterat contradicere, & postquam non contradixit, visus fuit tacite imo expresse consentire: vlterius post factam dictam conclusionem quidam ex illis allegauit, quod iā in simili casu, scilicet de cōstitutione loquente per verbum, ipso facto, fuerat declaratum contra militem, & ad hoc allegauit Calici, in tractatu de pace, & treuga in 5. dubio. col. antepe. versi. Sed quæro quę est differentia quomodo quis eiicitur, nā dixit quod miles fuit publicatus pro eiecto a pace absq. instātia partis ex eo, quia ceperat hominem liberum in pace constitutionis, dicens post plura contraria, quod ita fuit declaratum per dominum Infantem Alfonsum per quandam pragmaticam directam Iacobo de Monte Iudaico Iurisperito Barcino. Dat. Ceruariæ decimo Kalendis Maii. 1221. & illam totam inserit. Mieres in tracta. de sono emisso, & tenet opinionem Calic. & subdit bonam Rationem. Nam ex quo talis delinquens habetur pro eiecto a pace & treuga, & pro acuydato domini Regis non gaudet beneficio constitut. nec priuilegio Regis.

2 Pręterea moti fuerunt ex regula, in toto iure, generi per speciem derogatur. ff. de regul. iur. & ibi Deci. qui declarat, procedere, siue sequatur, siue pręcedat species, sed sic est quod dictum priuilegium militare nedum est primum, sed etiam est genus, videlicet quod contra militem non possit procedi sine instantia partis, & ista constit. com instigant, non solum est facta postea, sed etiam est species, scilicet quod in vnocasu procedatur contra militem sine instantia partis, videlicet quando miles absq. rixa, infert iniuriam non præcedente certificatoria, seu de seximents, ergo per istam constitutionem tanquam speciē fuit derogatum dicto priuilegio militari tanquam generi, seu generaliter disponenti.

3 Et prędicta eo maxime procedunt, quia dictum priuilegium militare, est odiosum & iniquum, vt per Mieř. in constitut. Item ordinamus num. 15. col. lat. 3. fol. 39. & dicta constitutio. Com instigāt cum suis modificationibus est fauorabilis, vt maleficia puniantur iuxta tradita per Bar. & alios in l. per illum text. est etiam fauorabilis disciplinę militari & vsui illius conformis. Saltem in nostro casu, nam est vsus & cōsuetudo inter milites magnificos, siue honoratos, quod vnus miles antequā noceat alteri militi, mittat cartellum, seu litteram de deseximens ad illū militem quem intendit damnificare, vt est notorium.

Alii tamen Doctores numero pares voluerunt contrarium per fundamenta sequentia vltra alia.

Primo quia dicta consti. seu pæna illius poterat seruari sine derogatione, reuocatione, seu limitatione dicti priuilegii. Nam stare potest quod miles qui intulerit offensam non præcedente certificatione, seu desceximents habeatur pro eiecto a pace & treuga, & quod debeat pro tali publicari, & quod hoc fiat ad instantiam partis, & non ad instantiam fisci procuratoris. Cum ergo dicta constitutio in militibus possit seruari sine derogatione, & preiuditio dicti priuilegii militaris dicto casu, scilicet ad instātiam partis: Sequitur quod dicto priuilegio non est derogatum per dictam constitutionem. Nam correctio non ducitur, nisi si & quatenus primū dispositum stare, & sustineri non potest, & quatenus minus potest, dummodo aliquid operetur lex, secunda per nota. in cap. cum expediat. de electione, sed in nostro casu, dicta constitutio poterit aliquid operari in milite sine derogatione dicti priuilegii, vt declarabo statim: ergo &c.

4 Item confirmantur prædicta, quia statutum posterius recipit declarationem a præcedenti ne contrarietas reperiatur, secundum Chassa. in titu. de successions. §. 10. num. 46. fol. 259. & ideo dicta constitut. com instigant posterior

sterior recipere declarationem quo ad milites a dicto priuilegio precedente: vt procedat ad instantiam partis priuatæ iuxta dictum priuilegium militare, quod erat prius, eo maxime, quia in statutis semper intelligitur esse clausula illa, videlicet, saluo alio statuto compatibili, secundum Hyppo. de Marsi. consi. 64. numer. 27. Sed in nostro casu dictum priuilegium militare est compatibile cum dicta constitutione cō instigant: quoniam illa cōstitutio potest habere locum in militibus, & milites possunt pęna dictæ constitutionis puniri, si Inquisitiu fiat, & procedatur contra eos ad instantiam partis priuatæ: ergo dictum priuilegium militare postquā est compatibile cum dicta constitutione quo ad instantiam partis priuatę, nō est sublatum, nec restrictum, seu limitatum per dictam constitutionem. Sed vtrumq. potest, & debet stare, & dicā latius infra. Facit quod idem Hypo. de
5 Marsi. ibid. nu. 16. dicit quod statutum generaliter tollens exceptiones, nunquam tollit exceptiones prouenienes ex tenore, seu verbis alterius statuti, & ideo dicta constitutio non tollit militibus exceptionem illam prouenientem ex tenore dicti priuilegii militaris, scilicet quod non possit contra eos inquiri, nec procedi absq. instantia partis formata. Confirmantur omnia prędicta, quia primum statutum nō tollitur per secundum, nisi secundum specialiter, & expresse faciat mentionem de primo, secundum Hypo. de Marsi. in dict. consi. 64. num. 31. cum sequentibus. vbi multa ad hoc allegat. Sed sic est quod in dict. const. Com instigant, non sit specialis, nec expressa mentio de dicto priuilegio: ergo dictum priuilegium nō est, nec censetur sublatum per dictam constitutionem etiam si virtualiter, seu coniecturaliter comprehenderetur illa postquam de eo non fuit facta expressa, & specialis mentio in dicta constitutione, nec contradicunt tradita per Afflictum in decis. Neapolit. 44. incipiente de tribus nu. 13. 14. & 15. fol. 105. Sed potius concordant. attēto quod illa verba generalia, seu coniecturatiua sunt contra dispositionē expressam dicti priuilegii, vt in dicto n. 14. ibi, quia factū simpliciter est contra dispositionem iuris communis, &c. etsi prędicta procedunt in statuto, fortius in priuilegio isto per contractum & pecuniam a domino Regē concesso. Quoniam tolli non potest absque contractu, seu absq. restitutione dictę pecunię, quia omnis res per quas causas nascitur, per eas dissoluitur & vnumquodq. dissoluitur, eo genere quo colligatum est. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur.

Nec obstaret, dicere quod milites vt
6 plurimum nolunt facere instantia propter honorē, dicunt enim quod de suo inimico nolunt petere vindictam, nec punitionem a iudice, sed manibus suis seipsos vendicare, postquam vt ipsi asserunt habent priuilegium guerrificandi, & sic aut tale dictum remanebit impunitum postquā fisci procurator non poterit instantiam facere, aut dabitur occasio guerrificandi & maiora delicta perpetrandi. Nam respon. quod dicta inconuenientia iam erant ante dictam constitutionem, & tamen illis non obstantibus fuit expresse concessum dictū priuilegium brachio militari ex contractu facto inter dominum Regem & dictum brachium militare, & postea per const. confirmatum, & de nouo concessum, vt statim latius dicam. Item respōdo quod non semper miles deliquit in militem, poterit enim damnificare plebeium & illi iniuriam inferre.

7 Nec obstat dicere quod saltem virtualiter & effectu dicta constitutio cōprehendit milites in illis verbis, aquells qui acostumen dar deseximents. Nā respondeo, quod si in illis verbis intelliguntur milites, illud est tacite & non expresse, & primum non tollitur per secundum statutum, nisi secundum faciat expressam & specialem mentionē de primo, vt supra fuit probatum. Secundo respondetur, quod si dicta constitutio comprehendit milites, est verum

quod

quod ad pęnam: vt milites comittentes
delicta modo contento in dicta consti-
tutione incidant in pænam dictæ con
stitutionis. Sed dicta constitutio non
cōprehendit milites quo ad instantiam,
vt per dictam constitutionem sit subla
tum eorum priuilegiū militare, vt pos-
sit contra eos inquiri & procedi sine in
stantia, & illa est veritas, & quod dicta
constitutio non tollat dictum priuile-
gium quoad instantiam, patet ex su-
pradictis. Primo, quia de instantia nul-
la fit mentio in dicta constitutione, nec
per verba specialia, nec generalia, & vt
primum dispositum tollatur, seu corri-
gatur per secundum statutum, requiri
tur, quod secundum specialiter & ex-
presse faciat mentionem de primo. *Hy*
pol. de Marsil. in dicto con. 64. nu. 91. cū
sequentib. Item quia illa cōstitutio po-
test seruari in milite absq; derogatione
dicti priuilegii militaris, nam stare po
test (vt dixi supra) quod miles qui in-
tulerit offensam modo contento in di-
cta constitutione puniatur illa pæna, vt
habeatur pro eiecto a pace & treuga,
& habeatur acuydato domini Regis,
& pro tali publicetur, & quod hoc fiat
ad instantiam partis, & correctio non
inducitur nisi si & quatenus primū dis-
positum stare non potest, dummodo
aliquid operetur, vt supra probatū fuit.
Item quia statutum posterius recipit de
clarationem a præcedenti, ne contrarie
tas reperiatur, & quia in statutis sem-
per intelligitur illa clausula saluo alio
statuto compatibili, & quia statutum
generaliter tollens omnes exceptiones
numquam tollit exceptiones proue-
niētes ex tenore, seu verbis alterius sta
tuti, vt omnia ista induxi & probaui
supra.

Nec obstat insuper dicere quod imo
saltem virtualiter & effectu dicta con-
stitutio tollit dictam instantiam, etiam
quoad milites per illa verba, ipso facto
sit habitus, & punitus pro eiecto a pace
& treuga, & sit pro tali publicatus, quia
illa verba importent quod taliter delin
quens sit affectus illa pęna statim facto
delicto absq; ministerio Iudicis, in tan-
tum quod dicit Felin. in cap Rodulfus
nu. 37. vers. secundo, de rescrip. quod si
quis occiderit bannitū ipso facto, quod
talis occidens non punitur etiam si oc-
ciderit ante declarationē; quoniam ad
pędicta multifarie respondetur. Et pri
8 mo respondetur quod dicta verba ipso
facto, quæ sunt posita in prima parte
dictæ cōstitutionis loquente de his qui
offendūtur sumendo, vel capiendo vin-
dictam, aut non censetur repetita in se
cunda parte dictę constitutionis quæ lo
quitur de primo aggressore, ibi de sem-
blant paena, aut dicta verba ipso facto
recipiunt declarationem ex illis verbis,
Sequentibus; Ans pus sera prouat: alias
dicta constitutio esset sibi ipsi contra-
ria quod non est dicendum contra-
ria enim sunt dicere, quod delinquens
puniatur antequam sit probatum quod
comiserit delictum, & dicere, quod de
linquens non puniatur nisi postquam
fuerit probatum quod comiserit deli-
ctum, & ideo vt euitentur, vel ne se-
quatur dicta cōtrarietas, necessario est
dicendum quod dicta verba ipso facto
recipiunt dictam declarationem per illa
verba sequentia, ans pus sera prouat, &
erit sensus quod postquam probatum
erit delatum offendisse modo conten-
to in dicta cōstitutione, tunc ipso facto
sit habitus & punitus pro eiecto a pace
& treuga acuydato domini Regis, &
pro tali publicatus.

Et postquam dicta constitutio admit
tit probationem, & dicta probatio nō
potest fieri absq; ministerio Iudicis, se-
quitur quod non est verum, seu nō pro
cedit in casu dictę constitutionis dictū
argumentum factum de illis verbis, ip-
so facto, quoniam in casu dictæ consti
tutionis requiritur ministerium Iudicis
in recipiendo probationem, & sic pro-
cessum faciendo antequā offendens pu-
niatur pęna dictę constitutionis.

Secundo respondetur vt fuit respon
sum ad oppositum factum de illis ver-
bis, aquells qui acostumen dir desexi-
ments. vers. nec obstaret dicere quod
saltem

saltem virtualiter hoc est quod per illū tacitum intellectum, seu per illam coniecturam quę posset inferri ex dicto argumento dictorum verborum, non potest induci correctio dicti priuilegii, quia correctio non inducitur per tacitum intellectum, nec coniecturam. Itē non inducitur correctio, nisi fiet quatenus primum dispositum stare non potest, dummodo aliquid operetur. Item quod primum dispositum non tollitur per secundum statutum nisi expresse, & specialiter de primo disposito fiat mentio in secundo. Item statutum posterius recipit declarationem a pręcedēti, & quod in statutis semper intelligitur illa clausula, saluo alio statuto cōpatibili; vlterius respon. quod non solum non reperitur aliquod verbum in dicta constitutione propter quod derogetur dicto priuilegio militari quo ad instantiam: sed potius contrarium. Nam ex ice illa constitutio non prohibet inquisitionem, nec processum de illo delicto fieri, sed permittit, imo requirit etiam in plebeio processum prius fieri debere per quem probetur illud delictum modo contento in dicta constitutione perpetratum fuisse, quod disponitur ibi. Ans pus que sera prouat sie punit de dita pena, quia probatio absque processu, & inquisitione non potest, nec consueuit fieri, cum ergo illa constitutio permittat, imo & requirat processum, & inquisitionem fieri, & nihil dicat de modo inquirendi, & procedendi: Sequitur quod modus inquirendi & procedendi remansit in eo esse, & priuilegio in quo erat ante dictam constitutionē, postquam per illam non fuit mutatus, nec mutatur, quia quod non mutatur stare non prohibetur per iura vulgata. Sed modus inquirendi, & procedendi contra milites est cum instantia formata partis tantum. Ergo de delicto de quo loquitur dicta constitutio debet inquiri ad instantiam partis contra militem postquam modus inquirendi (vt supra probatum fuit) non est mutatus. Et constito de dicto delicto per dictam inquisitionem & processum ad instantiam partis factum: tunc miles delinquens modo contento in dicta constitutione punietur illa pœna dictæ cōstitutionis, videlicet quod haberetur ipso facto pro eiecto a pace & treuga, & pro atuydato domini Regis & pro tali publicaretur, sicut & plebeius punitetur illa pœna, & publicaretur pro eiecto a pace & treuga, postquam probatum esset, & non antequam probatum esset ipsum plebeium taliter deliquisse, & in hoc non est differentia inter plebeium & militem, sed sunt similes. Nam nec plebeius, nec miles habentur pro eiectis a pace & treuga, nec possunt publicari pro eiectis nisi prius probatum fuerit illos deliquisse modo contento in dicta constitutione: differunt tamen plebeius & miles in vno tantum, videlicet in modo probandi delictum, seu inquirendi de dicto delicto, quoniam cōtra plebeyum potest procedi & inquiri sine instantia partis, sed contra militem non nisi ad instantiam partis, quia iste modus inquirendi, & procedendi (qui est preambulus) non reperitur mutatus, vt supra declaratum fuit, & clarius declarabitur infra, & ideo si inquireretur contra militem absq. instantia partis, & sic non seruato dicto modo priuilegiato, omnia quæ inde sequerentur essent nulla, seu corruerent, impedito enim siue suspenso antecedenti, censetur impeditum consequens & impedito aliquo censentur etiā impedita omnia quę ex illo procedunt. c. cum quid prohibetur. de regul. iur. in 6. sicuti suspenso fonte, riuuli consistere non possunt: Bal. in l. 3. C. quando prouoca. nō est necess. per illum textum, & ibi Bal. Et quando medium est impeditum nō potest procedi ad extremum; l. seruitutes la. 3. ff. de seruitut. & l. qui cella. §. fin. ff. de seruit. rus. pre. Et medium trahit ad se extremum, & extremum regulatur secundum medium, d. l. qui cella. §. fi. & l. Titia prędia. ff. co. titu. de seruit. rusti. predio. sed sic est quod dicta constitutio, Com insurgent in vers. ans

pus

vel in continenti, vel aliud simile: (inter quæ est magna differentia, vt declarat & distinguit Mieres in colla. 6. c. hac nostra ou. 166. fol. 158. ibi. nisi forte adijciatur verbum executiuum, & colla. 10 c. contra consti. nu. 21. ibi, sed ibi non erant verba executiua) & licet Caliclus in d. 5. dubio non videatur sequi istam distinctionē: tamen adhuc restat vnum vtile in proposito. Nam pro certo vnus ex dictis doctoribus qui istam partem tenebat, dicit, Bart. non posse saltem negari quod contrarietas prędictorum doctorū huius Regiæ audientiæ non faciat dubiam, & proinde intellectum dictæ const. dubiū, & in dubio non debet, nec potest induci correctio dicti priuilegij relat. supra. Pręterea est aduertendum, & considerandum quod in casu dictę constitutionis non potest considerari dicta contrarietas. Nam in d. consti. com instigauit, nō solum, nō sunt apposita verba executiua, in continenti vel statim. sed sunt posita verba contraria, seu contrariū importantia, quia disponit quod pręcedat probatio delicti & qualitatis illius antequam taliter delinquens habeatur pro electo. Nec contrarium dicunt prędicti Felin. Cali. & alij in locis prędictis. Nam licet dicant, quod electi non debeant citari: tamen non dicunt quod factum non debeat probari. Immo expresse dicūt quod factū debet probari: sic verba Cali. sequendo Bertrandū Senis, & Pet. Terren. in dicto 5. dub. vers. sed quęro quæ est differentia inter hęc vbi quis est ipsis const. & facto electus a pace & treuga, & constito de his per informationē, solum requiritur quod publicetur &c. Nunc in nostro proposito, quia ista informatio quæ est antecedens, est prohibita fieri contra militem per dictum priuilegium militare, nisi cum instantia, ergo eius consequēs etiam erit prohibitum. Quia vt supradixi, prohibito antecedenti, censetur etiam prohibitum eius consequens &c. & proinde restat quod dictus Blanes non debuit, nec potuit publicari pro electo vigore dicti processus. Attento quod dictus processus seu inquisitio quæ est antecedens, fuit factus & facta absq. instantia partis, & sic contra dictā prohibitionem priuilegii militaris.

Et pro comprobatione omniū prædictorū pro ista negatiua parte, isti doctores animaduerterunt quod in eadē curia generali post dictam const. com instigant, fuit facta alia quæ est penultima, incipiens, Mes auant statuim, qua fuit statutum, & ordinatum quod priuilegia militum inuiolabiliter obseruentur, & propterea dicta const. com instigant. videtur ita concessa vt per eā non violetur dictum priuilegium militare, praesertim attento quod eius dispositio potest habere locum etiam in milite sine derogatione dicti priuilegii militaris, vt supradatissime, & clarissimè demonstratum, & probatum fuit, nec alias est verisimile quod vnico verbo, signāter generico, & sub intellecto, seu per tacitum intellectum censeatur derogatum priuilegio toti militię concesso, & non simpliciter & gratuitè, Sed per viam contractus, & pecunia mediāte, pro quo facit textus & ibi nota, per doctor. in l. si quā io. prin. C. de inof. testa.

Secundo principaliter moti fuerunt doctores qui tenuerunt istam secundā partem negatiuam ex eo quia posito, & non concesso quod dicta const. com instigant, & dictum priuilegium militare non possent modis prędictis concordari & intelligi, sed esset dicendū quod per dictā const. fuit derogatū dicto priuilegio etiam quo ad instantiam partis, tamen hodiè non procedit dispositio dictę const. quo ad militem quia postea
21 fuit derogatū expressè dictæ const. seu ab ea recessum quo ad militem respectu dictæ instantię, seu quo ad dictam instantiam. Nam in facto est, considerādum & ad memoriam reducendum quod die 19. Maii. 1381. fuit concessum per Regem Petrum, brachio baronum, militum, & hominum de paratico quod dns Rex nō possit inquirere ex mero officio absq. prosecutione partis contra aliquem hominem de paratico & quod

duret per tantum tempus, ac seruetur
dicto brachio & singularibus de eodē
quo vsq. dicta questio sit per sententiā
finita & terminata, vel alias inter par-
b tes conuentū sit amicabiliter. super ea.
est in vol. const. fol. 269. & incipit, sit
notum cunctis; & postea die octaua
Octobris 1481. per Regem Ferdinandū
in curiis que celebrabantur Barcinone
c fuit dictum priuilegium cōfirmatum,
& nouiter concessum. est in vol. const.
fol. 274. incipiēs in nomine domini no
stri Iesu Christi. vers. E mes sie de mer
ce vostra. Et postea anno 1503. facte fue
runt due const. videlicet dicta const. cō
instigant & alia que est penul. & inci-
d pit. Mes auant statuim. Cuius tenor
talis est. Mes auant statuim, & ordenam
que les vsatges de Barcelona, e los priui
legis de les Iglesies e deles ecclesiasti-
ques persones e dels barons, militars, e
de ciutats viles y llocs de Cathalunya,
vsos, pratiques y costums sien inuiola-
blement obseruats, in super post dictā
consti. Com instigant & consti. Mes a-
uant statuim, fuit facta alia consti. anno
e 1510. incipiens, experientia mostra, qua
fuit modificata dicta const. com insti-
gant; & postea circa finem constitutio-
num dicti anni 1510. est protestatio bra
chii militaris, q. brachium militare
consentit in precedentibus constitutio-
nibus saluis sibi priuilegiis, ita quod
predictis priuilegiis non intendunt de-
rogare etiam per actum contrarium di
ctis priuilegiis per dictum consensum.
& post predictas omnes consti. & pro-
testationem in eodem anno & eisdem cu-
riis, fuit etiam facta alia const. seu con-
cessio per eundem regem Ferdinandū
cum insertione predicti priuilegii con-
cessi brachio militari. 8. Octobris 1481.
est fol. mihi. 390. & incipit in nomine
domini cap. lo stament militar del vo-
stre principat. Et dictum priuilegium
in dicta concessione insertum incipit.
In nomine domini nostri Iesu Christi,
& ad propositum est aduertendum,
quod dicta consti. seu concessio anni
1510. non solum confirmat dictum pri
uilegium anni 1481. quod fieri potest,
sed illud de nouo concedit cum inser-
tione illius de verbo ad verbum, & cū
adiectione, que sie obseruats leuats tots
abusos. Et in supplicatione dicti priui-
legii ponuntur, pro causis concedendi,
alienationes patrimoniorum militum;
& quia ipsi milites debent differentiari
ab aliis scilicet non militibus & priuile-
giatis. Cum igitur dicta cōcessio facta
anno 1510. sit posterior dicta const. Cō
instigant, & referat se ad tempus ante
dicta const. cō instigant. Ideo dicta con-
cessio facta anno 1510. debet intelligi se
cūdum quod dictum priuilegium erat &
intelligebatur, ac obseruabatur ante di
ctam const. quia referens debet intelli-
gi secundum relatū cum omnibus qua
litatibus suis circa tempus, circa locū,
& circa modum, & alia similia secundū
Bar. in l. sanctio legum. nu. 7. ff. de pœn.
tex. l. à filio herede §. testato. ff. de ali-
men. & cib. lega. Soci. cons. 4. nu. 12.
vol. 4. & consi. 6. nu. 24. vol. 4. Confir-
mantur predicta quia si dicta vltima
cōstitutio, seu concessio nō intelligere-
tur isto modo, de nihilo operaretur di-
cta concessio; quoniam in aliis casibus
quā in casu dicte consti. com instigant.
brachium militare & alias singulares
iam habebant priuilegium quod contra
eos nō posset inquiri nec procedi absq.
instantia partis: ergo vt de aliquo ope-
retur dicta noua concessio, necessario
est intelligenda modo predicto videli-
cet, q. cōprehendat etiā casum dicte cō
sti. com instigant. Et per predicta vide-
tur responsum ad illud quod pro parte
affirmatiua deducebatur. & tradit Bal.
12 in l. priuilegia. nu. 2. C. de sacro. sanc. ec-
clesi. vbi dicit quod confirmatio gene-
ralis priuilegiorū, nō comprehendit pri-
uilegia antiqua que fuerant renouata;
sed tantum priuilegia concessa tēpo-
re confirmationis per l. mellis. §. 1. ff. de
alimentis & cib. lega. cum aliis quas
allegat. Nam ex predictis in vltimo
fundamento partis negatiue patet re-
sponsio. Baldus enim loquitur quando
est confirmatio generalis, & nos loqui-

mur

mur in confirmatione speciali, & certi, & specialis priuilegij & præcipue procedit ista solutio: attento quod nostra noua consti. & concessio priuilegij procedit cassando: vt tenet idem ipse Bal. in dicta .l. priuilegia in sua distinctione. Item Baldus loquitur in confirmatione sola, & nos loquimur non solum in confirmatione, sed etiam in noua concessione certi priuilegij. Item Bal. loquitur in confirmatione simpliciter facta sine adiectione, nec demonstratione tẽporis ad quod fit relatio, quia tunc intelligitur secundum tempus confirmationis: idest secundum statum, seu validitatem quo erant priuilegia tempore confirmationis dictorum priuilegiorũ, sed nos loquimur in noua concessione dicti priuilegij cũ adiectione & demonstratione temporis præcedentis, id est temporis datæ dicti priuilegij cum insertione illius & calendarij dicti priuilegij, & pro vt erat tempore dicti priuilegij, quod tempus erat ante dictã con sti. Com instigant, & arbitror istam esse veritatem, & intellectum verum, & hinc arbitror quod anteriores nostri hactenus non processerunt contra milites vigore dictæ constitu. cõ instigant absq. instantia partis, & hinc etiam moti fuerunt tenentes istam partem vltimã negatiuam ad dicendũ in proposito quod etiam in dubio non erat quicquam innouandum, quoniam verisimile præsumendum est quod propterea prædecessores doctores regij consilij desierũt hactenus procedere vigore dicta cõst. cõtra milites absq. instantia, nouitates plerumq. scandala pariunt, & pro his facit quia statutum quod non est receptum in obseruantiã nullãs habet vires Chassa. in consuet. Bur. in ti. de success. §.1. num.3. fol.215. & si forsan per aliquem peteretur, qua ratione dicti prædecessores seu maiores nostri moti fuerũt, vltra iura superius pro ista parte relata respondere per verba .l. nõ omnium cum seqq. ff. de legi.

Et licet hoc vltimum forsan sufficeret ita quod non videtur contrarium, & proinde non esset necessariũ respondere aliis fundamentis traditis pro parte affirmatiua; & ex superius deductis possunt colligi clare responsiones ad dicta alia fundamenta facta pro parte affirmatiua deducta, ad quæ nõ fuit hactenus in specie responsum: Attamen nõ omittam respondere ad illud, generi per speciẽ derogatur .l. in toto iure. ff. de regu. iu. Nã vltra quod poterat respõderi, quod illa regula procedit in eadẽ lege, secus in diuersis legibus. Nam tunc si in vna lege ponitur genus & in alia species non derogatur generi, nisi species sit contraria generi, respondeo quod in nostro casu species nõ est contraria generi, vt dixi. Quia genus id est constitutio, Com instigant, non loquitur de instãtia partis scilicet quod cõtra militẽ inquiratur, & procedatur absq. instãtia partis, pro quo vide Deciũ in d.l. in toto iure generi per speciẽ, n.10. ff. de regu. iu. Itẽ dicta regula limitatur nõ procedere vbi genus debet verificari in vna specie, quia tunc generi per speciẽ non derogatur, vt per Deci. ibi, n.16. vers. secundo regula. Itẽ responde quod forte nostri termini sunt econuerso: videlicet, quod dicta consti. est genus, & priuilegiũ est species, aut saltem specialius, & expressius, immo etiam si posset dici quod dicta consti. Com instigant, in aliquo (quo ad instantiã) comprehenderet militem, & quod quo ad militẽ intelligatur etiã de instantia, illud esset tacite & per interpretationẽ, & sic illa consti. seu dispositio dictæ consti. esset tacita, & dispositio dicti priuilegij esset expressa, & specialis, quod est notandũ iuxta tradita per Dec. in dicta regula in toto iure. Et quicquid sit de hoc vltimo articulo: tamen quo ad decisionẽ nostri casus sufficit quod statim supra dixi, quod post dictã cõst. Cõ instigant dictũ priuilegiũ militare fuit non solũ confirmatũ, sed nouiter concessum expresse, & cũ insertione dicti priuilegij, & Kalendarij illius &c. vt supra vers. secundo principaliter moti fuerunt doctores qui tenuerunt istã secundam partem negatiuam.

f Adde pro materia quod in nouissimis curiis anni videlicet 1585. c. 8. f declarando dictam cõsti. com instigant, cum suis modificationibus, signanter consti. reginę germane anni 1512. ca. 16 incipien. com experientia haje mostrat, statutum fuit quod si aliquis commiserit aliquod delictum propter quod dispositio dictæ consti. locum haberet, & captus fuerit antequam sit publicatus in vim dictę consti. possit allegare quãcunq. exceptionem malæ capturę aut aliam quę aliter non admitteretur, exceptis lattronibus, assessinis incendiariis homicidiis voluntariis siue (vt vtar verbis dictę consti.) homicides acordats y appensats.

a Com instigant) cit. quanç sie llegut, o no, venjarse sens jutge.

b Declaratio). Ioan. And. post Arch. in c. pro humani. de homic. in 6. Bal. in auct. qui semel C. quom. & quan. iud. & in c. 1. de feu. si cul. ne n amit. Felin. in cap. cũ non ab homine. de iudi. Iaz. in l. si quis maior. C. de transac. quos refert & sequitur Gramm. in decis. 105. num. 60. vltra quos viden. Bar. in l. 1. vlti. num. 8. C. ex delic. defunc. Per. Beninten. decis. 37. Idem Gram. decis. 15. num. 8. quod procedit, etiam in foro conscientię ex his quæ pulchrè congerit Augustin. morl. in 1. par. empor. iur. q. 6. nu. 8.

c Vol. const.) priuil. vid. titu. de accusations &c. vol. 2.

d Mes auant statuim) in ordine. 13. titu. de obseruar constitu.

e Experientia mostre] d. titu. quant sie lleit &c.

f Cap. 8.) in fin. eo. titu.

CAP. 423.

DE Monialibus seu religiosis alicuius monasterii, propter scandalum vitandum cognouit gerens vices generalis gubernatoris Cathaloniæ, & consueuit cognoscere dominus Rex, & eius Locumtenens generalis.

Dic vt infra in verbo Rex, & Regalię domini Regis.

CAP. 424.

MOnachus si ante ingressum monasterij fecit testamentũ: an post, existens monachus possit reuocare dictum suũ testamentum, & an filij dicti monachi possint habere legitimam.

Vide infra in verbo, testamentum monachi, factum ante ingressum monasterij.

CAP. 425.

SVMMARIVM.

1 *Morabatinus, an taxetur pro sententia lata in causa supplicationis, a prouisione super admissione articulorum.*

2 *Morabatinus, an debeatur de sententijs interloquutorijs.*

3 *Prouisio admissionis articulorum, & prouisio causæ supplicationis ab illa interpositæ, an habeant vim definitiuæ.*

4 *Consti. Cath. disponens quod morabatinus taxetur de sententia definitiua, an habeat locum in interloquutoria habente vim definitiuæ.*

5 *Constitutiones Cathaloniæ literaliter sunt intelligendæ.*

6 *Prouisio non parens præiudicium negocio principali non habet vim definitiuæ.*

7 *Per Pragmaticas non præiudicatur Constitutionibus Cathaloniæ.*

8 *Ciues Barchinone, an & quando soluant morabatinum.*

MOrabatinus non debetur nec taxari solet pro sententia lata in causa supplicationis à prouisione super admissione articulorum, & signanter quando ciuis Barcinone est condemnatus in expensis, Et qu idẽ causa appellationis a prouisione.

Aprouisione super admissione quo

rum fuit articulorum in Regia audientia referente vno ex doctoribus R. A. facta inter, ... in Barcinone & P. non ciuem cum eo ... expensis dicti ciuis, supplicatum fuit per ciuem Barcinone: & causa dictæ supplicationis cōmissa fuit ad decidendum duobus aliis doctoribus R. A. qui nomine Locumtenentis generalis domini Regis (vt moris est) dictā prouisionem cū sententia confirmarunt, & dictum ciuem (qui supplicauerat) in expensis condemnauerunt. Et dicta sententia intimata fuit, & postea dictæ expensæ causæ supplicationis taxatæ fuerunt, inter quas taxatus fuit morabatinus, & pro eo 13. solid. & 4. den. Ab ista vltima prouisione taxationis expensarum supplicauit dictus ciuis tanquā grauatus in taxatione dicti morabatini, ex eo quia prætendebat ciues Barcinone non teneri ad solutionem morabatini, nisi quando lata est diffinitiua sententia, & quod dicta sententia confirmatoria dictæ prouisionis non est diffinitiua, sed interlocutoria.

2 ET ad iustificandum quod morabatinus non deberetur de sententiis interlocutoriis, sed de diffinitiuis adducebatur illa taxatio generalis quæ in vim const. anni. 1553. c. 12. facta fuit per Reuerendū & magnificū regium cancellariū, regentem cancellariā, & doctores. R. A. Cathaloniæ, quæ expresse & formaliter loquitur de sententiis diffinitiuis, & est tenoris sequentis. Item per lo salari del acte de la publicatio de sententies diffinitiues ques promulguen en la real audientia, si lo salari del jutge sera de 75. lliures ha lo scriua x. lliures, e segons q lo jutge haura de salari per la sententia menys de las ditas 75. lliuras, axi ha de desminuir lo salari del dit scriua a la dita raho la qual diminutio no pot esser menys de vn morabati vell que son 13 sous y 4. lo qual dret de morabati per costuetur nol paguen los ciutedans de Barcelona quiveramenc contribuexen en los drets en aquella, sino quant se trau la sententia en forma o se fa execucio de aquella.

Et in quantū pro contrario obijciebatur quod nō solū dicta sententia cōfirmatoria præfatæ prouisionis est diffinitiua, aut habet vim diffinitiuæ, quia
3 diffinit totū negotiū contentū in dicta prouisione cōfirmata, id est dictos articulos esse admittēdos, prout fuerāt admissi, & dicta sētētia lata fuit nō in modū interlocutoriæ, incipiendo die tali, & nō præcedente assignatione ad publicādū, sed fuit lata in modū sententiæ diffinitiuæ, incipiēdo admodū excelens dñs Locumte. gener. & præcessit assignatio certi diei ad publicandū dictā sententiā: sed etiā præfata prima prouisio, qua fuerūt admissi dicti articuli, est diffinitiua, quia diffinit dictos articulos esse admittendos iuxta expressam gl. in l. si quis iusiurand. in verbo diffinitiua, C. de reb. cre. quā gl. dicit singu. Lud. Rom. sing. 47 Limitat. de Oria, in c. quoniā cōtra in verb. interlocutoriæ n. 45. vers. & vt vere intelligas, fo. 86, de prob. Respōderi pōt quod immo dicta sententia cōfirmatoria dictæ prouisionis est interlocutoria, quando quidē habemus expressā doctissimorū virorū determinationē, q si fuerit appellatū ab interlocutoria, & iudex ad quem pronunciat bene, vel male appellatū, talis sentētia iudicis ad quem, est interlocutoria, vt expresse de verbo ad verbū tradit, & tenet Guid. Pap. in q. 220. n. 4. allegando illum solēnem & resolutiuū doctorem Enrichū Boic. in c. in literis in prima distinctione sub n. 1. vers. Et licet possit dubitari de offi. & pot. iud. delega. & ego allego Bar. in cōs. 220. n. 1. fol. 6. dicente quod in rei veritate sententia lata in causa d. appellationis, est interlocutoria, & q non est necesse pronunciare more diffinitiuarū sententiarū, & idem tenet Hieron. Paulus Barchi. in practica cancellariæ Apostolicæ fol. 104. & sic videt, q quamq. dicta sententia diffiniat totum negotium contentū in dicta prouisione, id est, admissionem dictorum articulorum: attamen nō propterea est diffinitiua, postquam non ponit finem ne

gocio principali in iudicium de ducto, & ad prædictum gl. in dict. l. si quis iusiurandum Resp. Bal. illā procedere improprie, & largo modo, dicendo quod sententia quæ diffinit vnum articulum causę potest dici largomodo, & impropriè diffinitiua, & ita notabiliter dicit, & declarat Lanfran. de Oria. in d. c. quoniam contra fallam in verbo interlocutorie, nu. 45. fol. 86. & allegat. tex. in l. titia. de accu. ff. & quod propriè sententia diffinitiua dicitur, quę diffinit totum negocium principale, & quod illa est diffinitiua, quæ certis finibus concluditur, & quod ista sunt verba tex. in l. post sententiam, C. de senten & interl. om. iudi. vbi dicitur quod sententia est exitus rei, id est finis, vt in l. facultas de iur. fis. & quod sic communiter accipitur, idem tenet Petrus Ferrari. in sua pract. in forma libelli in actione reali in §. p vestram nu. 1. fol. 20. dicens, quod appellatur sentētia diffinitiua illa, per quā imponitur finis causę, alias est interlocutoria, quod est Clarius in nostris terminis, quia sumus in materia statutaria siue constitutionis Cathalonia, quę stricte, Hebraice, & ad litteram debent intelligi, & sic de propria diffinitiua, & nō de impropria, seu largo modo sumpta. Adde quod in hac Regia audientia sententia lata super interlocutoria regulatur, vt interlocutoria, vt refert Hieron. Dalmau. in suis exēplaribus in verbo taxatio expensarum lo. 6. cuius verba referūtur infra versi. idem fuisse determinatum, & ideo hoc sufficere deberet, minime enim sunt mutanda quæ certam habuerunt interpretationem, &c.

Item quod nō sit sententia diffinitiua postquam non diffinit, seu non imponit finem negocio principali, corroboratur per decis. Gui. Pap. q. 11. distinguētis sic, si appellatur a sententia interlocutoria, & iudex appellationis pronuntiat super desertione dictę appellationis interpositę ab interlocutoria; talis dicitur etiam interlocutoria, quia non imponit finem negocio principali, aut pronuntiat super desertione appellationis interpositæ à sententia diffinitiua, & tunc talis pronuntiatio super desertione appellationis censeri debet sententia diffinitiua, cum ex tali desertione imponatur finis causæ principali. Et etiā dicit quod secundum dictam diffinitionem fuit conclusum, & obseruatur in iudicando. Idem reperio fuisse determinatum per omnes doctores Rotæ decis. 427. in nouis. fol. mihi. 92. per notabiliorem rationem, quam ideo omnino vide. & aliquid in decis. 125. in antiq. fol. 126.

4 Ad secundum videlicet dum in op-
positum dicebatur quod dicta sententia
lata in causa supplicationis interpositę
à dicta prouisione quamquam non sit
diffinitiua, tamen habet vim diffinitiuae, dupliciter Respon. Primo quod dicta taxatio in vim dictae consti. facta loquitur expressè, & ad literam de sententia diffinitiua, & non de interlocutoria habente vim diffinitiuae, & constitutiones Cathaloniae, & sic dicta taxatio in vim consti. facta intelligi de-
bent literaliter iuxta illarum series, &
5 tenorem secūdum Tho. Mier. in const.
volents les consti. per illum text. declarando illa verba, a la letra, a n. 3. vsq. ad 6. coll. 10. fol. 3. vbi intercaetera exponit, a la letra, scilicet reiectis variis opinionib. doctorū propter quas saepe ius confunditur vt C. de vete. iure enucle. l. 1. Secundo Respon. quod dicta sententia non habet vim diffinitiuae postquā non praeparat praeiudicium negocio
principali, probatur ex traditis per
6 Guid. Pap. quaest. 12. num. 2. sequendo
doctrinam Bar. in d. l. titia. de accusa. ff. & dicitur parare praeiudicium negotio principali quando interlocutoria fertur super peremptoria exceptione, vt expresse exemplificat apostilator ad Gui. Pap. in dict. quaest. 12. in verbo parat praeiudicium negocio principali, etiam allegat glo. in Clem. fi. in verbo repulsione quae est gl. 2. in fi. de appella. idem tenet Ias. in l. quod iussit numero 9. in noua limitatione, & exemplificat, quando iudex interloquitur agenti

agenti obstare exceptionē pacti de non petendo, vel similem.

Item ponit exemplum, quādo petitur restitutio in integrum, & iudex interloquitur super ætate. & Bar. in d. l. titia. nu. 4. de accusationibus, exemplificat in exceptione solutionis, vt quia dicit iudex absoluto ab obseruatione iudicii, quia solutū, ista est interlocutoria habens vim diffinitiuę: quia finem controuersię imponit. secus tamen si absolueret ab obseruatione iudicii, quia libellus esset ineptus, quia per talem interlocutoriam non imponitur finis negotio. de materia aliquid traditur in decis. Aegidii de Bellamera conclusi. 69. nimis tamen breue & confuse seu obscure.

Preterea pro parte affirmatiua, quod morabatinus de quacunq; interlocutoria debeatur, allegatur quædam declaratio, & prouisio siue pragmatica Regis Caroli facta anno 1524. qua declaratum fuit expresse, quod nedum de sententiis diffinitiuis, sed etiam de interlocutoriis soluatur morabatinus.

Ad quam pretētionem respondeo, dictam prouisionem seu pragmaticam prædictis pro parte negatiua deductis non obstare, tum quia post dictam Regiam prouisionem, facta fuit præfata taxatio in vim prędictę consti. an. 1533. cuius vltima derogant prioribus, tū etiam quia per pragmaticas non potest

7 preiudicari constitutionibus Cathalonię, vt per Mier. in c. nos in. 6. cap. fide col. la. 6. fol. 26. disposita enim per constitutionem tolli nequeunt, nec alterari nisi per aliam contrariam constitutionem, vt per Mier. in consti. item statuimus. nu. 2. & 3. colla. 4. fol. 8. dicente quod Rex non potest facere pragmaticas cōtra constitutiones generales Cathalonię, quia facta cum cohadunantia generali: non reuocatur nisi cum coadunantia generali, per iura & docto. quę & quos allegat. idem tenet Calic. in Margam. fisci. 8. dubio vers. 15. dicens quod hoc ante viderat & id ipsum allegat Mier. vbi supra, & minimum quia nihil tam naturale est, quam vnūquodque dissolui eo genere quo colligatum est l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & ita antea fuerat deliberatum per Regiā audientiam, vt retulit Hieronimus Dalmau doctor Regiæ audientiæ in libro suarum ad notationum sine exemplarium in verbo taxatio lo. 6. cuius verba sunt vt sequitur. Consueuit Regia audientia; quod pro sententia lata in causa appellationis interpositę ab aliqua interlocutoria, in taxatione expensarum, non taxat morabatinum pro publicatione sententiæ diffinitiuę, seu habentis vim diffinitiuę. Appellatio vero ab interlocutoria regulatur vt interlocutoria. Sed postmodū vidi obtentam pragmaticam contrarium disponentē anno 1524. cui esset standum nisi obstarent constitutiones, & in eodem verbo taxatio lo. 9. dicitur vt sequitur, taxatio expensarum consueuit Regia audientia pro publicatione sententię latę in causa supplicationis ab intermedio, vbi non sunt ciues, taxare morabatinum, hoc est 13. solidos 4. sequendo mentem cuiusdam pragmaticę Regis Ferdinandi 2. alias factę. Sed postea maturius, idem examinando fuit aliter visum, vt dixi in verbo cautio, hęc ipse Dalmau.

Tandem die 17. aut 18. Martii 1581. in dicta supplicationis causa ad relationem magnifici Phederici Font pastor, & mei Michaelis Ferrer, facto verbo in vtraque aula Regię audientiae, tacitis nominibus dictarum partium, iuxta morem, nisi doctoribus nostrę aulę scilicet magnifici Regentis Cancellariam quibus nota fuerunt omnia, & datis dubiis in facto scribis mandati Regiis, videlicet Bernardo Macip Sebastiano Costa, Philippo Soler & Ioannis Soler, vt inuestigarent in aliis processibus penes eos existentibus quid antea obseruatum fuerat: fuit determinatum & declaratum, quod pro nunc non taxaretur morabatinus. Idem postea fuit obseruatū in causa reclamationis interpositę p syndicū villę Franchę penite. à

prouisione per magnificum Ioannem Pontium Celcases, facta. 9. Ianua. 1580. in causa quæ vertebatur in gubernatione vicereg ia, procedente inter dictum sindicum, & Franciscum Bernich legũ doctorem eiusdem villę, quę causa postea fuit ad audientiam Regiam euocata. Et ibi cum Regia sententia die 17. Febrũa 1581. lata, dicta prouisio confirmata fuit condemnãdo sindicum in expensis, & quia in memorali expensarum petitus fuit morabatinus pro dicta sententia taxari, fuit 8 April. 1581. per me prouisum, nihil pro nunc esse taxandum pro morabatino ex causis, & fundamentis prędictis, ne contrafacerẽ præfatę Regię sententiæ ad relationem dicti Font & Ferrer latæ.

8 Deniq. pro complemento materiæ ad memoriam reduco quod in prædicta taxatione generali, in vim constitutionis facta, fuit declaratum quod ciues Barcinone, qui verè contribuunt in oneribus illius, per consuetudinem, non soluunt ius morabatini nisi quando extrahitur sententia aut fit executio illius.

a c. 12. titu. de despesas de pleis.

CAP. 426.

SVMMARIVM.

1 *Moræ purgatio in pacto de soluendo intra certum terminum quãtitatem retroclamatam, post decretam executionem, non fuit admissa.*

2 *Moræ purgatio quando dies est expressa, & pœna apposita ab homine in stipulatione, non admittitur.*

3 *Et quid quando dies est incerta.*

4 *In stipulatione annuæ solutionis, non videtur expressa certa dies.*

5 *Quando moræ purgatio admittitur, propter diem incertam in contractu appositam, illa admittitur intra modicum tempus arbitrio iudicis, quod non extenditur vltra dilationem principalem.*

6 *Protestatio in impedimentis notorijs non requiritur.*

7 *Mora purgatur post diem, quando dies est adiecta in re promissa pacto vndo;*

8 *Mora, an & quando possit purgari intra modicum tempus.*

9 *Moræ bine, seu trinæ purgatio non admittitur.*

10 *Mora an possit purgari in contractu celebrato ad executionem ...*

11 *Facilius agitur cum homine quam cum lege.*

12 *Conclusio.*

MOre purgatio non fuit admissa in pacto de soluendo

1 intra certum terminum quãtitatem retroclamatam, post decretam executionem retroclamę in causa sequenti.

PRO casu seu facto insero duo albarana partium ex quibus clare factum perpenditur. Io don Alonso de Gil, girare en la causa, de la ciudad a v. m. señor Martin Perez camarero del Duque de Alcala, ciento y veynte cinco libras, como a procurador de la Concepcion de Granada, y de doña Aldonça Maxia, y de Aymerich cada vn mes, desdel dia de la fecha deste albaran, y son por la quantidad de sinco pensiones de dos cientas y sinquenta y dos libras, e media por cada pension, y son por vn reclamo q̃ tiene sacado contra de mi hazienda de las dichas cinco pẽsiones, y pagare las dichas dos cientas y veynte y cinco libras, seys meses primero venientes, y lo que restare passados los seys meses, pagare por cada vn mes cien libras, hasta que sea pagada la dicha quantidad de cinco pensiones, y sino pagare al tiẽpo q̃ ofrezco por esta cedula, haga contra mi la dicha execuciõ por lo q̃ restare, las quales pueda sacar como a procurador cõ caution idonea hecha la partida de tabla, dela manera que los oficiales dela tabla ordenaren para seguridad de mi justicia. Y para que los pueda v. m. sacar con el poder que para ello tiene, lo qual prometo como cauallero. Hecho en Granulles a 28. de Hebrero de 1558 años.

Don Alonso de Gil.

Digo

Digo yo Martin Perez, que por quãto el señor don Alonso de Gralme. ha hecho vn albaran en que promete de pagarme cinco pẽsiones como procurador del monasterio de la Concepcion de Granada, y de Doña Aldonsa de Aymerich monja del dicho monasterio a razon de dozientas y cinquenta y dos libras y medio cada pension, porque tengo pedido reclamo contra su M y de la manera que en el dicho albaran se contiene, prometo que cũpliendo el dicho Señor Don Alonso al tiempo las dichas pensiones e pagas, yo no proseguire el dicho reclamo en todo el dicho tiempo, ni otri por mi, ni en nombre del dicho monasterio. E assi lo prometo por el poder que dellas tengo para lo cobrar, hecho en Granulles ha veynte y ocho de Hebrero de mil e quinientos cinquenta ocho años.

Martin Perez.

2 Presupposito quod quando dies est expressa, & pœna est apposita ab homine in stipulationis contractu, non admittitur purgatio morae, secundum cõmunem opinionem, de qua per Alex. in l. si insulam sub n. 14. versic. circa primum in prin. & in fine fol. 59. de verb. oblig. secus si illa dies non est expressa, sed ex natura, vt per eundem Alex. post Bar. & alios quos allegat num. 15. Item requiritur quod dicta dies sit certa, vt mora non possit purgari, alias si est incerta quamuis expressa poterit purgari, vt per Alexand. ibidem numero 16. fol. 60.

3 Restat nunc videre an in nostro casu dies sit expressa, & videtur quod nõ, quia in albaranis de quibus agitur, non ponitur expressa dies in qua quantitas esset soluenda licet ponatur tempus vnius mensis intra quod dicta quantitas erat soluenda. Et si & vbi quodammodo posset dicta dies expressa, tamen illa dies erat incerta, duo enim requiruntur quod sit expressa, & quod sit certa, & quod dicta dies sit incerta, probatur ex traditis per Bar. & Sal. in suo tract. morę in 4. conclusione affirmatiua n. 19. & 20. fol. 423. vblu. 5. vbi dicit quod

4 stipulatio annua, id est de soluendo totam quantitatem quolibet anno, non dicitur habere expressam, nec certam

a diem, vnde in num. 20. dicit per haec verba, Ex praedictis infero quod in stipulatione simpliciter annua, ad constituendum debitorem, interpellatio creditoris singulis annis est necessaria, secus si dicatur in stipulatione, sibi dari decẽ singulis annis in festo omnium sanctorum, quia tunc interpellatio non erit necessaria.

Aduertendum tamen pro parte contraria ad tradita per Alexan. in dicta l. si insulam num. 15. fol. 59. vbi sequendo opinionem Bar. ius. opponit quod si dies tacita est certa adeo quod eam potuit prouidere reus, tunc mora non potest purgari, & infra versicu. Et hęc passus, dicit quod quando pœna est adiecta ab homine, & ex natura rei dies prouideri potest, quo casu videtur satis dies expressa, ideo non est locus purgationi morae, tamen contrarium tenent Angel. & Imol. vbi prout illos refert dictus Alexan. ibidem nu. 15. & dicit quod opinio Angeli videtur tutior, tamen dicit se putare posse sustineri dictum Bar. supra relatum. Cogita insuper an praedicta faciant articulum dubium, Et an in dubio admittenda sit morae purgatio, colligi poterit ex traditis per dictos Bar. Alexan. Angel. & Imol. in d. l. si insulam, signãter dum dicit quod ex aequitate introductũ est quod mora possit purgari ex aequitate, & dum loquũtur de arbitrio iudicis, & remittũtur Iason ibidem numero 13. & 14. fol. 118.

5 Et posito quod esset admittenda purgatio morae, quia dies non videretur expressa, nec certa, attamen purgatio morae admitteretur intra modicum

b tempus arbitrio iudicis, per tex. in l. si ita quis §. seya cauit. ff. de verbo. obli. Alexan. post Bart. in dicta l. si insulam, et modicum tempus fuit elapsum, et vltra in

tra in solutione primi mensis, scilicet Martii. Quia tenebatur soluere intra mensem Martii, & soluit in mense Maii. Et idem fuit de secunda solutione quæ erat facienda de mense Aprilis, & fuit facta de mense Maii. Idem de tertia quę erat facienda de mense Iunii. Et aduerte quod tale modicum tempus non potest esse in tanta dilatione principali quæ erat vnius mensis, & debitor stetit vltra duos menses. & pro hoc facit l. adiectio ff. de verbo. signi. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. Feli. in c. veniens 2. n. 13. de testa. & Bar. per illum tex. in l. si is a quo. ff. vt in possess. lega.

Sed prædictis obstaret, quia difficultas mittendi dictas quantitates ad ciuitatem Barcinone, & illos deponendi in tabula dictę ciuitatis tempore pestis, excusauit debitorem nedum à mora, sed etiam ab exactione, & obligatione per text. in l. continuus actus. §. illud inspiciendum est. ff. de verbo. obligatio. & ibi Bar. Nec obstaret dicere quod debitor tenebatur protestari, aut probare dictam difficultatem seu impedimentum & quod fecit diligentias iuxta l. qui cõmeatus. ff. de re mili. quia respon. quod in manifestis & fortius in notoriis non requiritur protestatio, & manifesta, &
6 notoria non indigent probatione, vt traditur per Anto. Boheriũ in tracta. de mora in prin. in versicu. 4. tempera. nu. 13. fol. 4. vol. 5. sed respondetur quod tempore contractus iam erat dicta difficultas, scilicet quod vigebat pestis. & non obstabat dicere quod non tantum vigebat tunc quantum nũc quia etiam tunc timebatur fortius vrgere, & in dies crescebat seu augebat pestis. & sic eramus in casu quo verisimiliter præsumebatur posse dictam difficultatem, & impedimentum crescere, & augere. pro quibus vide omnino Ripa. in tractatu de peste in 2. parte. num. 36. fol. 4. & numero. 41. vbi dicit quod remissio pẽsionis non debetur si est locus naturaliter pesti subiectus vbi contractus est inhitus, & sciens conditionem loci, conduceret domos vel gabellas, quia casus pestis esset præmeditatus, non esset conductori remissio facienda. Adde quę dicit num. 41.

7 Aliud dubium posset formari de eo quod tradit Alex. in dicta. l. si insulam num. 2. vbi dicit dictam regulam fallere vbi dies est adiecta in facto vel re promissa pacto nudo, quia tunc potest mora purgari post diem, & videtur quod per aliquam ex dictis sedulis non probatur nisi pactum nudum, nisi dicatur quod iungendo vnam cum altera probatur stipulatio, quia videtur in illis esse interrogatio, & responsio, signanter ponderatis verbis, promitto quæ intelliguntur per stipulationem in dubio, vt per tex. & docto. in l. ff de verbo. obliga. & dato quod posset mora purgari, respon. vt supra vers. & posito quod esset admittenda.

Aliud etiam superest dubium, quia Sali. in l. si pacto quo pœnam C. de pac. dicit quod dicta regula fallit quando dies est adiecta comodioris præstationis causa, quia tũc potest purgari mora post dictã diem, sed Alex. hoc reprobat in d. l. si insulam num. 22. & comprobatur per tradita per Bar. ibi sub num. 4. in 4. oppo. & num. 15. & per Alexand. num. 17. vbi dicunt quod quando dies est opposita solutioni, seu causa limitandæ solutionis, seu causa differendę solutionis, non potest mora purgari. quinimo dicit Alexan. ibi, Idem esse quando dies est adiecta causa multiplicandę obligationis in contractibus, licet secus esset in vltimis voluntatibus, sed dato quod posset mora purgari respond. vt supra versic. Et posito quod esset admittenda.

Pro ista parte quod non possit purgari mora facit quia iste actus est conditionalis, vt per Alexa. in d. l. si insulam num. 24. sed Ias. in l. 1. C. de insti. & substi. post Bal. & Imol. in locis per eum allegatis dicit moram posse purgari in-
8 tra modicum tempus. sed forsan posset responderi quod dicta limitatio Baldi procederet nisi quando pœna venit committenda ex conditionis euentu, vt quia

quia obligatio incipit a præcedenti conditione &c. vt per immo. in cap. breui, col. 1. de iureiurando, quē vide. Itē respondeo vt supra versic. & posito quod esset admittenda signanter attentis quę dicam statim.

9 Adde magis quod licet esset dubium in mora semel commissa, tamen in bina
c mora non admittitur purgatio multo ergo minus admittetur in nostro casu, in quo est bina mora, seu mora in tribus solutionibus etiam per litis contestationem.

Vltimo facit quia mora non potest
10 purgari in contractu celebrato ad executionem rei iudicatæ Alexan. n. 17. sed respon. vt per eundem Alexan. vel dic quod debet intelligi, & limitari per pręcedentia, & secundum prædicta.

Alia etiam superest difficultas, quod
11 ista pœna recipit annullationem actus de quo agitur, quo casu facilius agitur cum homine, quam cum lege, & sic videtur quod mora possit purgari per Bartol. d. l. si insulam nu. 19. fol. 34. sed respon. quod posset purgari intra modicum tempus &c. vt supra in versi. & pō sito quod esset admittenda, vel responde. vt colligitur ex sequentibus duabus conclusionibus.

Prima conclusio est, vbi pœna moræ est iuris facultatis prius moroso cōpetentis ademptiua, ibi & ipsa purgatio moræ est priuatiua, vt per Bar. & Sali. in dicto tract. moræ in 6. cōclusione negatiua. n. 11. fol. 423. vol. 5. sed ista est talis ergo, &c.

Secunda conclusio quæ in idem recidit, est talis, vbi in instanti quo mora committitur, ius & facultas prius moroso tributa in aliam trāsfertur, ibi purgatio omnino repellitur. vt per eūdem in 8. conclusione negatiua, n. 12. sed ista est talis ergo &c.

Denique facta magna discutione hu
12 ius dificultatis in aula Magnifici Regētis Cancellariam referente Magnifico Michaele Terça, fuit determinatum, & prouisum die 9. Augusti. 1558. quod fieret executio præcedentis obligationis cum scriptura tertii, non obstante dicto pacto facto post decretum dictæ executionis, quod si dictus N. Alfonsius de Eril non solueret quolibet mense. 125. libras quod dictus eius creditor posset facere executionem dicti contractus scripturæ tertii.

a. Expressam certam diem.) Felin. consi. 34. num. 23.

b. Arbitrio iudicis.) Ioseph. Ludoui. decis. Luc. 5. nume. fin. Vera. decis. 232. part. 2. Iaz. in l. si insulam n. 13 ff. de verbo. obli. Osas. decis. 71. n. 50.

c. In bina mora non admittitur purgatio.) Add. quod propter istam rationem Iaz. in l. in insulam num. 8. ff. de verb. oblig. ait nō admitti moræ purgationem post litem contestatam. aliam rationem tradi. Monter. in decis. Regn. Arago. decis. 48. n. 36. fol. 590.

CAP. 427.

DE interesse propter moram, dic vt supra in verbo interesse in sex capitibus.

CAP. 428.

SVMMARIVM.

1 *Aedilis pro pensis & mensuris recognoscendis potest intrare domum contiguam alicui ecclesiæ: executio vero in tali casu fieri debet cum assistentia officialis Ecclesiastici.*

1 MVstafacius siue ędilis pro recognoscendis pensis, & mensuris potest intrare domum contiguam Ecclesię, etiam si in dicta domo vendatur vinum pro clerico: executio verò fieri debet, cum assistencia officialis Ecclesiastici, vt fuit declaratum per Cancellarium in facto sequenti.

Mustafacius siue ędilis Barchinonę die anni. 1561. accesserat cum ministris ad domum Ecclesię Sancti Iuliani extra

ni extra muros ciuitatis Barcinone, & icos in itinere reperit aliquem portan tem vnum panem, videlicet vinum uer-... quam desiderans dixit emerat pro quinque denariis, & famuli dicti Mustafacii, ingressi fuerunt dictam domum quæ est contigua dictæ Ecclesiæ, & ingressi fuerunt causa recognoscendi mensuras vini, vendebatur enim ibi vinum per quendam laycum, pro sacerdote tamen, in dicta domo commorante, & ille sacerdos conatus fuit impedire famuliam Mustafacii, in tantum quod palliū vnius ex dicta familia scidit, & ob id Mustafacius ab æquo quo æquitabat descendit, & etiam ingressus fuit domū illam, & manus in clericum iniecit causa illum detinendi, & denique pignorauit vnam ballistam quam in dicta domo reperit, & prædicta notificauit officialibus Ecclesiasticis Episcopi Barcinone, & si bene recordor obtulit illis dare dictam ballistam. Postea curia Ecclesiastica volens procedere contra dictū Mustafacium per sacras constitutiones, in concilio Tarraconæ, eo motiuo quod dictus Mustafacius violenter, & dolose manus iniecerat in dictum sacerdotem, incepit recipere informationem contra dictum Mustafacium. Et ideo Mustafacius firmauit ius & de iure curię Ecclesiasticę Episcopi Barcinone corā illustri Locūtenē. generali, & eius regia audientia in forma, & facta super his contentione inter dictas curias Regiā, & Ecclesiasticā die. 19. Aprilis. 1561. fuit per Reuerendum Regium Cancellarium Mathiam Sorribes declaratum, vt sequitur, pronuntiat, sententiat, & declarat cognitionem causæ recognitionis ponderum, & mensurarum ad curiam dicti ædilis spectasse, & pertinuisse, spectare, & pertinere: executionem vero in dicta domo S. Iuliani, cum assistentia officialis Ecclesiastici fieri debuisse, & proinde respectu dictæ recognitionis ponderum, & mensurarum dictæ iuris firma locum esse. respectu vero assistentiæ neglectæ in dicta executione ad dictam curiam Ecclesiam pertinere via assistentia, & non in vim sacrorum conciliorum prouincialium Tarraconæ. In ista determinatione inter fuerunt omnes doctores Regii concilii excepto Regente Cancellariam, & aduocato fiscali me præsente, pro prædicta determinatione vide Cassa. in consuetu. Burgūd. in rū. des iustices. §. 5. n. 9. fol. 38. Stephanum Aufrerium in tractatu de potest. secula. super Eccles. personas in prima regula in secunda fallen. n. 1. vsq. ad 4. fol. 7. in prima impressione, & in 12. fallen. decl... fallit tamen fol. 75. & in 16. fallen. Et anno 1559. facta declaratum vt sequitur.

CAP. 419.

SVMMARIVM.

1 *Aedilis exercendo suum officium intrare potest domum clerici, cum assistentia officialis ecclesiastici.*

1 MVstafacius siue ędilis consuluit pro exercitio sui officij intrare domum clerici etiam sacerdotis cum assistentia officialis Ecclesiastici.

Decimo quarto Maii. 1551. per Reuerendum dominum electum Barcinone Regium Cancellarium, in facto contentionis iurisdictionis Ortę inter Ludouicum Dusay Mustafacium Ciuitatis Barcinone, & curiam Ecclesiam Episcopi Barcinone super denuntiatione noui operis facta pro parte Angelini Balaguera, Ioanni Aguilana ciui Barcinone clerico simpliciter tonsurato, & declaratione inde facta per Mustafacium, fuit declaratum cognitionem dictae causae ad dictum Mustafacium, & sic ac dictam curiam secularem pertinere, illiq; remitendam esse, sed illius executionē fieri debere per ipsum Mustafacium cū assistentia tamen officialis Ecclesiastici in qua declaratione inter fuerunt quasi omnes Doctores Regii concilii vide aliam declarationem supra proxime relatam.

De incipientibus littera N.

CAP. 430.

SVMMARIVM.

1 *Naufragium in capite Crucis, commitatus emporiarum infauorem cuius declaretur. & quid de naufragio als Alfacs.*

De naufragio facto in capite Crucis in commitatu emporiarum fuit declaratum in fauorem curiæ Regiæ, & contra Comitem emporiarum, & quid de naufragio facto als Alfachs.

In libro constitutionum Cathaloniæ quæ erant in aulis Regiæ Audientiæ sub titu. de pragmatiques y altres coses in pragmatica intitulata. En Cathalunya no ha lloc naufragi. Inueni apostillam in margine, continentem in effectu quod anno 1519. In comitatu empuriarum in capite Crucis, quædam satis Turcarum tempestate maris fuit sub mersa, & sexaginta homines exierunt salui in terram. Et super illis fuit magna quæstio inter Comitem empuriarum, & dominum Regem. Et de mandato Regis fuit lis introducta coram Baiulo generali. denique fuit declaratum in fauorem Regiæ curiæ, & dicti homines fuerunt positi in posse Regii Thesaurarij Despuig, & in carceribus Regis Barcinone.

Et anno 1546. in portu dels Alfacs pari modo quædam alia nauis Turcarum fuit sub mersa, & homines fuerũt traditi ad carceres Regios Barchinonæ vittute processus regaliæ, vide dictam a pragmaticam, fol. 314. & Mattheum de Afflict. in constitu. Neapoli. in ti. de surripientibus aliquid de na. fol. 90. l. 1. ff. de incend. rui. & naufrag. l. pedius, & l. nequid ex naufrag. ff. eo. & l. quoties de nautra. li. 11.

a. Pragmaticam] in noua collectione tit. de naufragi. fol. 43. vol. 2.

Nullitas sententiæ seu prouisionis.

CAP. 431.

SVMMARIVM.

1 *De nullitate prouisionis primitiuæ, opposita in causa supplicationis à dicta prouisione confirmata, per declarationem trãsactam in rem iudicatam, an possit dici amplius in alio iudicio.*

Si in causa appellationis à prouisione interpositæ, fuerit opposita exceptio nullitatis prouisionis ex defectu potestatis iudicis a quo, & iudex appellationis confirmauit dictam prouisionem, & sententia confirmationis transiuerit in rem iudicatam, non poterit iterum de nouo opponi eadem exceptio in alio iudicio.

In causa firmæ iuris quę vertebatur inter Franciscum Arnau, mercatorem Barcinone, & Petrum Tender insulæ Minoricarum, quia d. Petrus Tender, conuenerat dictum Arnau in consulatu Logię maris, & ibi dictus Arnau opposuit exceptionem declinatoriam fori, & vnus ex consulibus solus declarauit procedendum esse ad vlteriora, & à dicta prouisione dictus Arnau appellauit, ad iudicem appellationum quę emittuntur a sententiis, & prouisionibus cõsulum, & dictus iudex appellationum confirmauit dictam prouisionem, & quia postea dictus Tender prosequebatur causam in dicto consulatu, dictus Arnau firmauit ius coram Regente Vicariam, & in eius curia prętendendo ex certis causis iurisdictionem ad dictum Regentem pertinere, & causa dictę firmę iuris quo ad caput contentionis fuit euocata ad Regiam Audientiam, & commissa mihi Michaeli Ferrer, in qua causa inter cętera quę deducebantur per dictum Arnau erat quod dicta prouisio facta per consulem logię maris erat

rat nulla ex defectu potestatis, quia vnus solus consul non poterat declarare sed requirebatur per capitula consulatus quod ambo duo consules declararent, & postquā dicta prouisio erat nulla ex deffectu potestatis non potuit per dictum iudicem appellationum dicta prouisio validari, quia si iudex appellationum non cognouerat de dicta nullitate, iste articulus fuit discussus, & fuit determinatum quod postquam dicta sententia iudicis appellationis transiuit in rem iudicatam, non potuit deduci dicta nullitas per doctrinam Alexa. post alios per eum allegatos in l. de pupillo. §. qui opus nu. 6. ff. de noui oper. nuntia. est verum quod in dicta prouisione non fuit positum hoc motiuum, seu ista attendentia, quia ex aliis causis nō fuit necessaria, eo maxime, quia in illa curia fuerat receptum quod interlocutorias vnus tantum consul cōsuerat declarare seu prouidere. sententias vero diffinitiuas duo consules. in aliquibus tamen minimis, fuit mihi relatum per notariū illius consulatus, quod aliquando vnus solus declarauit, dicta prouisio facta fuit per me facto verbo in Regia Audientia 19. Aprilis. 1572. in posse Bernardi Macip, scribę mandati, & pro eo Safontcella.

CAP. 432.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis supremus in hac patria, cognoscit de opposita nullitate sententia primitiue, simul & de illius iustitia, forma posita ibi.*

2 *Dolo facit qui petit id quod restituturus est.*

1 Sententia Regia si nulliter prolata fuerit, & ab ea supplicatur, dicendo illam nullam seu nulliter latam, & supplicatur illam declarari nullam, pars vero quę obtinuit, deducit quod licet sententia erat nulla, attamē quia quod fuit in ea sententia declaratum, est iustum, & iuri conforme, ideo petit, & supplicat ita de nouo declarari vt fuit in ea sententia declaratum, & declaratū confirmare cōsueuit Reg. Aud. super vtroque, eadem sententia declarare: declarando sententiam nullam, & quia constat declaratum in ea esse iuri conforme declarat illud iustum esse, & condemnat eum qui supplicat.

Ita pluries vidi iudicari, & obseruari per Regiam Audientiam per doctrinā Iacob. Butri. in l. fi. C. de edic. Diui. Adri. Tol. prout illam declarant, & intelligūt Sali. ibi. num. 20. versic. sed inquit Iaco. Butri. Latius Alexan. in l. si finita a nu. 5. vsq. ad finem ff. de dam. infec. spreta opinione Perusinorum, quam referunt prefati doctores, & de hoc articulo tractat etiam Philippus Deci. in d. l. fin. num. 35. 49. & 50. dicunt enim dicti Iacob. Butri. & alii qui eum sequuntur quod si possessio seu tenuta data est alicui, parte non citata, & sic nulliter, & is contra quem est data, dicit illam nullam, & petit illam declarari nullam, & pars cui data fuit opponit dicens quod immo illa non est nulla, & si, & vbi sit nulla, petit tenutam sibi de nouo dari, quod tūc index debet declarare dictam primam tenutam nullam seu nulliter concessam, sed quia cōstat de iure illius cui fuit data tenuta, ideo declarat tenutam sibi de nouo dandam esse, & ipsam datam confirmat intelligendo, & declarando, vt per Salice. & Alexan. in locis supra citatis, & aliquid per Deciū in d. l. fi. & ratio fundamentalis est, quia non interest opponentis nullitatem, q declararetur nulla si cōstat alias ipsum non habere iustitiam, & declarata nullitate nihilominus tenuta seu possessio esset declaranda, & danda eidem cui data erat nulliter. Dolo enim facit qui
2 petit id quod restiturus est, l. dolo, ff. de doli, excep. vt ad propositum declarat Alexan. in d. l. si finita. num. 5. in prin. ff. de dam. infect. videatur etiam Decius in d. l. fi. num. 35. 42. 49. & 50. & nouissimè die 1. Feb. 1582. cum ad relationem Magnifici Michaelis Cordelles docto-

ris Regii concilii in causa quę vertebatur inter Bernardum de Vilafranca villę Siccę campi Tarraconę ex vna parte & Petrum Miret. Bartholomeū Oller, & Teclam Oller, & alios ex altera, in posse nunc Sebastiani Costa Regii mandati scribę, & pro eo Francisci Pedrolo, esset facta prouisio quędam die 24. Ianuarii 1578. non facto verbo, fuit ab ea supplicatum per dictam Teclam Oller, & curatores pupillorum Ollers, & causa commissa fuit Petro Sabater, & postea per obitum dicti Sabater fuit in locum dicti Sabater commissa magnifico M. & pro conrelatore commissa fuit magnifico I. & postea existente in firmo dicto M. fuit ad relationem solius dicti I. qui in dicta causa non fuit nec erat relator, neque commissionem habuit ad referendum, sed eiusdem causę erat relator dictus M. vt praedicitur) facta conclusio; & secundum illam fuit lata sententia 28. Martii 1579. confirmādo praefatam prouisionem per dictum Cordelles factam, & ab ista sententia fuit 31. dicti mensis Martii supplicatum, & de nullitate dictum, ex eo quia lata fuit ad relationem dicti I. qui in dicta causa non fuit nec erat relator, neque commissionem habebat ad refferendū, sed relator dictae causae erat (vt praedicitur) dictus M. in locum praefati Sabater quod & causa huius supplicationis, & nullitas commissa fuit magnifico Petro Balle, & postea reuocata commissione dicti Balle commissa fuit magnifico Francisco Federico Font Pastor, et facta per eum relatione in Regia Audientia etiam in vtraq; aula fuit conclusum dicta die prima Februarii 1581. quod declaretur dictam sententiam latam referente dicto I. die 10. Aprilis 1579. nulliter latam fuisse. Veruntamen quia cōstat id quod declaratum fuit cum dicta regia sententia ad relationem dicti I. de iure subsistere, fuit cōclusum id ex nūc confirmandū esse, & quod procurator dictorū supplicantiū dictis nominibus in expensis condēnetur, & sequendo dictam conclusionem fuit lata sententia.

Adde pro materia huius obsolutionis Panor. consi. 97. Petr. de Ferrar. in pract. fur. libel. appella a senten. diffinit. in glo. & in quantum sit aliqua Minsing. in terminis obseruat. 72. centu. 3. & ibi Arnol. de Rey ger. remissiue. viden. Magon. Decis. Luc. 25. num. 46. & decis. 92. num. fin. Ant. Gamm. decis. 237. Monald. consi. 143. num. 25. vol. 1. Rol. consi. 41. vol. 1. facit ea quę dicta sunt sup. ad. 288.

De Incipientibus littera O.

Obiectio testium.

CAP. 433.

Si terminus ad obiciendū contra testes est elapsum, an per restitutionem in integrū concedenda sit dilatio minori vide infra in verbo restitutio in integrū.

CAP. 434.

SVMMARIVM.

1 *Circa occupationem temporalitatum, propter lęsam Regiam iurisdictionem quid obseruatur.*

1 IN occupatione temporalitatum Ecclesiæ propter læsam iurisdictionem Regiam quid hactenus seruatum fuit, & quid pręcedere debeat.

Post concordiam Reginæ Eleonoris & Cardinalis conuenarum siue de Comenge in cap. incipien. sobre aço ques complanyen de occupar les temporalitats que, est sub tit. de pau y treua. fol. 246. pag. 2. vide pragmaticam Regis Martini dat. Barcinone. 28. Martii. anni 1409. Nos Martinus Dei Gracia Rex Aragonum, in volu. in. constitutio. fol. 250. & capitula vulgo dicta sancti Cucufatis Regis Alfonsi incipien. Nos Alfonsus Dei Gratia Rex Aragonum in cap. incipien. Item senyor cō lo senyor Rey en Marti. dat. in monasterio sancti Cucufatis

ne. Postea dictum Ioannem Honoratū de dicta renuntiatione scientiam habuisse & tacuisse. Et ita secuti fuerunt opinionem Alexandri in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. & aliorum quamplurimorum in diuersis locis quia dicebant istam partem, & opinionem esse communem. & allegabant inter cæteros doctores, Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. n. 12. fol. 46. ff. de verb. obli. Decium & latius Hieronymum Cagnoli. in l. fi. n. 9 1. & 93. fol. 17. C. de pac. non obstante quod ego Michael Ferrer conrelator dictæ causæ (dubitando de veritate istius opinionis pro obseruatione iuramenti præstiti per dictam Eleonorem Montosia) deducebam inter cæteras rationes generales, c. quāuis pactum de pac. in 6. & quod non (ut fieceret dicere, q ille tex. loquitur quando is de cuius successione perdenda agitur, consentitet, quia dato coosensu, idem esset quando ageretur expresse de succedendo, etiam si non interuenisset iuramentū per l. fi. C. de pac. & iuramētum non operaretur aliquid, & non esset differentia, quam volunt facere præ dicta iura. & Doctores inter pactum de succedendo iuratum, & pactum de non succedendo iuratum, & pactum de succedendo in quo non est oppositum iuramentum, & pactum de succedendo si ne iuramento. Et est attendēdum quod principaliter agitur, & non secundario, id est, quod secundario, & per consequē tiam inferri possit pactum de succeden do, vt per Docto, quos infra referam, & istam opinionem tenet Bar. & c. seq. in d. l. fi. C. de pac. Ludo. Roma. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hæredi. quāuis Angel. ibi contrarium teneat. Istam vltimā partem tenet notabiliter Decius consi. 31. vol. 1. vbi latè ponit respondendo ad contraria, & in specie ad rationes traditas per dictum Alexandrum in d. l. stipulatio hoc modo concepta. Guill. Benedi. in c. Raynuntius in verbo duas habens filias in pluribus locis, signanter. n. 247. fol. 39. & n. 260. fol 40. In argumentum tamen pro vtraq. parte videri potest in decisionibus antiquis Rotæ decisio, 850. fol. 188. & similis de verbo ad verbum ponitur in decis. Rotæ Romanæ recollectis per Bernardum de Bisgueto in ti. de pac. decis. 3. fol. 118.

CAP. 439.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo, cum modicitate prætij, puta minus dimidia quantitate iusti prætij, fuit declaratum vsurarium: quamuis emptor non esset solitus fenerari.*

1 PActum de retrouendendo factum cum magna modicitate prætij videlicet minus dimidia quantitate iusti prætij, esse vsurarium, licet emptor non esset solitus fenerari declaratum fuit. Die 12. Nouembris. 1569. ad relationem Bernabæ Serra doctoris Regii consilii in causa vertente inter Beroardum Mirambell, & T. Alberti terræ Ceritaniæ in posse N. Palau Regii mandati scribę, & pro eo Puigsec fuit conclusum quod pactum de retrouendendo cum magna modicitate prætii, videlicet minus dimidia quantitate iusti prætii erat vsarium, licet emptor non esset solitus fenerari, & sic fuit declaratū quod emptor restitueret mansum, & terras per eū emptas vna cum fructibus, & quod fructus computarentur in sortem, seu prętium dicti mansi, & terrarum. pro qua decisione videatur omnino notabilis, & cum magnis allegationibus pro vtraq. parte, decisio Thomæ Gramati. 76.

a Gramati.] Add. Afflict. Decis. 40. num. 17. & decis. 65. B. l. Alberi. & Fulgos. in l. emptione. C. plus valere quod agitur. & quę requirantur, vt valeat venditio prę dicta vide Marc. q. 483. num. 16. & 19. Chassan. in consuet. Burgun. tit. des rentes. rub. 1. §. 1. num. 17. & 27. Et not. obseruari in Regia Audientia quod pactum de retrouendendo cum modicitate prętii, & adiectione q nō possit redimi nisi post tēpus (puta quatuor annorū) est

sit priuilegio militari decem & octo denarios, quolibet die, & si per duos dies dare cessauerit talis captus liberetur a carceribus &c. sine purgatione moræ, & sine alia dilatione ad solam relationem comentatiensis, siue custodis carcerum medio iuramento per iudicem recepta; &c. & quod dictus custos carcerum no pugue pretendre hauer res ni reuirse del que donat li sera per la despesa en non de carcelarge, ni altrament com lo carcelarge no sie degut sino fins que lo pres ix de preso.

a. Martini. à titu. de pobres presos. fol. 149. vol. 4.
b. Executio. à nullius hominis, & in ordine. 3. ti. de execu. de censals, &c. fol. 424.
c. Cap. 9. in ordine. 4. tit. de pobres pladejants. fol. 259.
d. Cap. 25. eo. tit.

CAP. 441.

Pœna carcerati, detegentis conspirationem carceris mihi soler, vt supra in verbo captus incarceratus cap. 95. incipien. ita fuit declaratum 24. Nouembr.

CAP. 442.

Pœnæ treugarum qualiter, & pro quibus portionibus fiat executio contra principalem, & fideiussores, vide supra in verbo executio pro debito fisci ex causa fractionis treugarum.

CAP. 443.

Pœnæ treugarum per clericum, cum vnica & virgine coniugatum firmatarum, & ruptarum, executio fit per iudicem laicum, & ab ea prouisione appellatur ad dominum Regem.

Ita fuit determinatum per vtramque aulam, vt relatum fuit in specie supra in verbo appellatio cap. 33. incipien. Ita fuit determinatum per vtramque aulam.

CAP. 444.

Pœna pecuniaria quando dicatur ciuilis, & quando criminalis, vide supra in verbo ciuilis. capit. 144. incipiente, ita fuit declaratum in facto supra in hac tertia parte. fol. 87.

CAP. 445.

SVMMARIVM.

1 Ex petitionibus duabus ex eadem causa descendentibus, quando fieri debeat vnus processus, & ambæ petitiones vni relatori sint committendæ.

1 Ex petitionibus duabus descendentibus ex eadem causa, quando fieri debeat vnus processus, & ambæ petitiones vni relatori committendę sint.

In processu causæ quę vertebatur inter Hieronymum de Vilanoua, & Iacobum Michael ad relationem Francisci de Vallseca in posse Ioan. Rouira Regij mandati scribæ, & pro eo Hieronymi Gonec vidi prouisionem tenoris sequẽtis 14. Martii. 542. facto verbo in Regia Audientia. Attento quod id quod petitur in processu cuius est relator Stephanus Salauerdenya, & quod in præsenti petitur. Descendit ex eadem causa de quibus omnibus fuit oblata petitio coram iudice ordinario Gerundæ, & vnico processu prosecuta ante euocationem ad Regiam Audientiam factam, & attento quod euocatio & commissio dicto Salauerdenya facta fuit post euocationem, & commissionem Francisco de Vallesica factam, & aliàs, meritis processus attentis prouidet: q de duobus processibus fiat vnus processus cũ ius sit relator præfatus de Vallesica.

CAP. 446.

SVMMARIVM.

1 Pœna in dubio cui applicetur.

2. Pœnæ omnes fisco applicantur, vbi aliter non reperitur dispositum.

1 POena cui applicetur in dubio, & quod sit causa criminalis, vidi conclusionem sequentem.

[illegible] causæ reclamationis interpositæ per Franciscum Colta, & Bernardum Ioannem Gomis nominibus quibus in processu, a prouisione per Magnificum Franciscum Sala die decima quarta proximè lapsi, facto verbo in audientia gerentis vices generalis gubernatoris Cathaloniæ facta in fauorem Francisci Aix facta relatione in Regia Audientia per Ioannem Pontium Cescases relatorem. Attento quod per priuilegium Regis Iacobi cuius data fuit sub die 12. kalend. Februarii anni domini 1222 fuit venientibus contra disposita circa exactionem iurium Lezdæ, tam realis quam de mediona, & fraudantibus iura dictæ Lezdæ vltra incursionem Regis imposita pœna 1000. morabatinorum, & attento, quod omnes pœnæ,
2 vbi aliter non reperitur dispositum debent applicari fisco Cali. in Margari. in 6. dubio. nu, 17. pag 36. Mier. colla. 4. in consti. Item statuimus, n. 15. fol. 60. & attento quod per præconium die. 19. Aprilis. & 26. eiusdem anni 1478. publicatum in plateis Sancti Andreæ de Palomario, & de Hospitaleto fuit notificatum, quod quicumque qui immitteret raupas, bona & merces ex quibus solitum esset solui Lezda Regia, aut de mediona, intus ciuitatem Barcinone aut intra terminos eiusdem a flumine scilicet Iupricati vsque ad flumen Bettulonis, & a colle de Setola vsq; ad centum milliaria intra mare, illa scilicet immittendo vel per transitum ad quecumq; loca ducendo teneretur ille denuntiare exactoribus dictæ Lezdæ, & ius pro eisdem impositum soluere sub pœna 1000 morabatinorum pro duabus partibus curiæ baiuli Barcinone, & pro tertia parte accusatori fraudis applicandorum, & confiscationis mercium. Constat dictam pœnam saltem pro duabus partibus accusatore existente, aut ex integro eo nō existente fisco applicandam esse. Et attento quod quotiescunq; agitur principaliter ad pœnam fisco applicandam, cū ad illam citra dolū ad fraudem deueniri non possit, illa causa criminalis est, & criminaliter venit tractanda, & non ciuiliter constante maximè dispositione nouæ constitutionis. Et attento quod die 2. mensis Octo. proximè lapsi fuit per fisci procuratorem, baiulum Barcinone de consilio aduocati fiscalis dictæ curiæ, ac etiam per Ioānem Poutec procuratorem hæredum Lezdæ realis, & de Mediona denūtiata fraus comissa per Franciscum Aix, & Ferdinandum muliones Neophitas Regni Valentiæ ex eo & pro eo quod nō dubitauerant animo & proposito deliberatis de nocte, horaq; captata immitere Intra Lezdarium præsentis ciuitatis Barcinone, sex vel septem carricas sucari, & easdem transeundo extrahere a d. Lezdario absq; solutione iuris debiti ꝓ prædicta Lezda, & supplicatum informatione recipi, eosdēq; condemnari ad soluendum pœnam 1000. florenorum in quam deducit, incursos fuisse iuxta dispota per regia priuilegia, & edicta, quā etiam ad soluendum ius Lezdæ debitū, & dictas carricas sucari si haberi possēt confiscari prout latius in dictas denuntiationes fuit cepta inquisitio, ministrati testes, & facta prouisio quod caperentur dicti Aix, & mo. exactæq. eorum depositiones, & traditi manleutæ arrestari in quadam domo præsentis ciuitatis publicata inquisitio sit nouiter actitata contra eos, ex quibus & alias constat contra eosdem criminaliter fuisse processum. His itaq. & aliis meritis processus attentis, & aliàs Cescases est voti, q̄ declaretur non fuisse intentionis excellentissimi domini Locumtenentis generalis prædictam causam ad Regiam Audientiam euocare, & consequenter causam & partes restituendas esse ad baiulū Barci. a quo euocata fuerat, & quod dicta prouisio per dict. Francis. Sala facta

cta modo prædicto commutetur, & quod neutra partium in expensis condemnetur.

De plus petitione.

CAP. 447. aliàs 449.

SVMMARIVM.

1 *Plus petens re, quomodo condẽnetur in regia audientia & n. 3.*

2 *Plus petens de iure ciuili cadit a causa, nisi in casibus expressis.*

3 *Plus petens solum condemnatur in expẽsis de iure canonico, quod seruatur in Cathalonia.*

4 *De clausula saluo iure superflui, & illius effectu remissiue.*

1 PLus petentem re consueuit Regia Audientia non condemnare pœna textus in §. si quis agens, cum tribus sequentibus instit. de actio. & in l. vnica. C. de plus petitio. Sed consueuit illum condemnare in expensis litis quamuis obtineat in parte rei petitæ. sequendo ius canonicum in cap. 1. in prima parte de plus petitio secundum vnum intellectum. Et nota, quod prædicta sunt intelligẽda quando petitur vna pecuniæ quantitas tantum, vel vna alia res non consistens in pecunia. Nam secus est quando quis petit duas pecuniæ quantitates, & in vna plus petit, & in alia non plus petit. Quoniã quo ad illam quantitatem in qua plus petit, agens condemnari debet in expẽsis. & quo ad aliam quantitatem in qua non plus debito petiit, & obtinuit, non debet ipse actor in expensis condemnari, sed reus qui fuit victus. Et idem est quando petuntur vna pecuniæ quantitas, & alia res non consistens in pecunia, vel petuntur duæ res non in pecunia consistentes.

Ista materia de plus petendo congruit de directo huic nostro instituto in tertia parte obseruantiarum Regiæ Audientiæ, in qua referuntur aliquæ obseruantiæ, & opiniones per Regiam Audientiam ex variis, & contrariis doctorum opinionibus receptæ. textus enim in d. §. si quis agens insti. de actio. disponit in effectu (vt breuius agam) quod plus petens cadat a causa, id est rem amittat, nisi casibus expressis. & idem disponere videtur tex. in d. l. 1. C. de plus
2 petitio. distinguendo inter eum qui ante incohatam litem pœnituit, & eũ qui post litem in certamine negotii, id est in sua plus petitione permansit, quo vltimo casu disponit agentem nõ solum quantitate petita, sed etiam toto debito fraudari, quod intelligitur, cum qualitatibus, & restrictionibus ibi positis ad quos habeatur relatio. Textus vero in d. ca. vnico de plus petitio. in decretalibus, disponit, quod qui re petunt amplius sine causa, in expensis aduersario cõdemnantur. Et postea subdit de his qui plus loco, & tempore petit, nullibi tamen disponit, quod plus petens perdat totum debitum, vel partem non plus debito petitam. glo. Panor. & aliqui alii in dicto ca. vnico conantur concordare ius canonicum, & ius ciuile hoc modo, videlicet quod ius ciuile procedat quando agens committit duplex delictum, scilicet petendo plus debito, & dolose, seu cautionem pluris dolose petendo, & quod ius canonicum procedit quando agens committit vnum delictum tantum, scilicet petendo plus debito sine alio delicto, puta sine dolo, de quo videatur glo. in dict. cap. vnico in verbo in iudicio persistendum. Panor. ibidem n. 7. & 8. versi. & quod supra dixi de iure ciuili, & num. 9. in quibus locis contra dicit in aliquibus dictæ glosæ, & aliis. Videatur etiam Ias. in §. sed hæc quidem, nu. 12. insti. de actio. vbi inter alia in versi. autem petiisset, dicit per hæc verba. Si autẽ petiisset plus debito dolose non haberet locum illa l. vnica, sed solum condemnaretur in triplo expensarum iuxta tex. in d. § tripli. & hunc tex. nostrum, & hoc notate pro declaratione, & limitatione ad tex. nostrum, & omni

ne videatur Enricus Boic. in d. c. vnico colom. 1. versic. secundo casu, vbi ponit casum qui in hac Regia Audientia accidere contingit, dicens quod quando agens maiorem cautionem non exigit, nec extorquet, sed tantum plus petit, vt debitorem ad aliud iudicium trahat, & eum vexet coram alio iudice, & tūc licet foueat iustam causam, in sumptibus litis punitur. in authen. de deffen. ci ui. §. & iudicente colla. 3. quid nota. Et etiam nota differentiam quam ponit inter leges & canones quo ad pœnam tripli, ibi dum dicit in istis habent locum leges sed secundum canones secus. &c.

3 Ego tamen præsidente magnifico Adriano Vilana tunc Regente Cancellariam vidi seruari ius canonicum. videlicet quod plus re, petens non cadit a causa, sed condemnatur in expensis. Et postea ad relationem Pontii Sescas s. Aulæ Regentis Cancel. die. 18. Aprilis. 1583. in causa quę vertebatur inter nob. viduam T. Menargues, & de Perellos quæ fuerat vxor T. Menargues Villæ Tarregæ ex vna, & cōiuges Menargues socerum & socrum dictę viduę ex altera partibus: in posse collegii scribarum mandati Regii, & pro eo Sella notarii, vidi seruari secundam partem summarii huius capituli, petebat enim dicta vidua partem dotis, & augmentum siue donationem propter nuptias quā vulgari sermone appellam', screix. Et quia socer illius obligauerat se ad restituendum quod reciperet ex dotæ dictæ nobilis, & constat dictum eius socerum recepisse partem dictę dotis. Ideo condēnatus fuit ad restituendum quod ex dicta dote receperat. verumtamen quia non se obligauerat ad soluendum dictū augmentum siue donationem propter nuptias fuit ille liberatus, & fuit reseruatum ius dictæ nobili contra alios in alio iudicio. Et quamquā decreueramos condemnare dictam nobilem in expensis respectu capitis dicti augmenti, quia plus debito (quo ad dictum augmentū) ab eius socero petierat, & condemnare dictum Menargues in expensis respectu capitis dictę dotis per eum receptę: attamen ratione perplexitatis, & magnę difficultatis liquidandi separatim dictas expensas, quę difficultas esset tanta, quod quasi videbatur impossibilis, fuit conclusum quod neutra pars in expensis condemnaretur, quod est perinde ac si dictum esset quęlibet pars expēsas quas fecit soluat.

Pro istis expensis in argumen. vide Mier. collatio. 1. cap. a remoure nu. 57. fol. 15[illegible]

An autem qui obtinuit in parte rei petitę, obtinere debeat in interesse illius partis quam obtinuit, vide infra in cap. proximo de clausula, saluo iure superfluo, & de illius effectu loquitur Ias. post alios per eum relatos in dicto. §. si quis agens. nume. 5 institutio. de actio. fo. 90. dicens quod per illam clausulam a positam in libello euitatur pœna a dictę l. vnicę. C. de plus petitio. & dicti. §. si quis agens, & quod ita singulariter te-
4 net Anto. de Bur. in cap. 2. col. penul. de libelli obla. referens ita tenere specula. vt ibi per eum. & quod multo magis euitatur pœna dicti. §. si quis agens, & q. est notandum diligenter vide Sali. in d. l. 1. n. 8. C. de plus petitio. quo ad articulum expensarum, & in l. properandum C. de iudi. & omnino Panor. in d. c. vnico. nu. 17. versic. vltimo quęro de plus petitio.

a Euitatur pœna.) de cautelis & clausulis quibus euitatur pœna plus petitionis. Vid. Canc. par. 2. variar. cap. 6. de solu. & libera. num. 30. in fin. fol. 7[illegible]. Olib. de action. par. 1. lib. 2. ad. §. sed hęc quidem n. fin. fol. 353. & §. seq Ioseph. Ludou. decis. Perus. 117. Menochi. consi. 127. vol. 2.

CAP. 448. alias 430.

SVMMARIVM.

1 Actore petente plus re, vna cū interesse debitoreq; totum debitum confessante, si actor persistat in sua plus petitione, condemnatur

c *condemnatur in expensis: & quid de* c *interesse.*

2 *Negare totum debitum, ratione partis il* c *lius, an sit licitum.*

3 *Mora in liquidandis, nō committitur an* c *te iudicis declarationem.*

1 SI quis plus se, petit, puta centum ducatos vna cum interesse, & reus conuentus fatetur totum quod reuera debetur, puta 60. & actor non solum non accepit partem confessatam, puta dictos 60. Sed persistit in sua plus petitione, quinimmo, & foit varius pluries in petitum petitis condemnatur illa pars confessata tantum, & non interesse, dic totum 60. & regulariter actor condemnari debet in expensis. Factum, quo ad propositum nostrum, fuit vt sequitur.

Nobilis Don Guillermus Raymundi de Montecatheno siue de Moncada dominus Baroniatum de Aytou. feros miquinensa, & aliorum locorum intra Vicariam Illerdæ constitutorum in capitulis matrimonialibus factis inter dōnam Beatricem filiam dicti Don Guillermi Raymundi, & Don Dalmacium Vicecomitem de Rupebertino promisit pro dote dictæ Beatricis filiæ suæ, 12500. florennos auri de Aragonia certis, solutionibus soluendos. Postea post mortem d. Beatricis dictus Dalmacius Vicecomes tam nomine suo quam vt pater & legitimus administrator Iaufridi filii sui, & hæredis dictæ Beatricis matris suæ petiit iudicialiter dictum dōn Guillermū Raymundū de Montecatheno condemnari in quantitate quatuor mille quingentorum florennorum auri pro resta dictæ dotis dictæ Beatricis, vna cum interesse & expensis. Et pars dicti Don Guillermi Raymundi, in prima illius scedula inter alias exceptiones deduxit quod restabant ad soluendum de dicta dote dumtaxat duo mille quatuor centum florenni, & de illis pendebat dilatio sibi data. Et quod non intendebat fugere iustitiæ, sed facere rationē dicto Vicecomiti, & dictus Vicecomes non solum nō acceptauit dictos 2400. florennos, sed in dicta sua prætensione quatuor mille quingentorum florennorum perseuerauit toto tempore vitæ suæ. Postea successores dicti Iamfridi,

2 & Dalmacii petierunt diuersimodè, nā Don Philippus de Rupebertino, vt filius, & hæres dicti Don Iofri petiit Dō Matheum de Montecatheno & Eufrazinam de Montecatheno coniuges vt hæredes, & possessores dictorum locorum Aytone, feros, &c. condemnari ad sibi soluendum dictam quantitatem pro dicta dote, seu restantem quantitatem de dictis quantitatibus solutis quæ monstrabuntur solute vna cum interesse, & expensis, ius & iustitiam in prædictis ministrando. Deinceps dictus Don Philippos Vicecomes de Rupebertino, continuando dictam causam contra Dō Petrum de Montecatheno, vt hęredē, & successorem præfati Don Guillermi Raymundi de Montecatheno, & abilitando petitionem de super factam, petiit eundem nobilem de Montecatheno condemnari ad soluēdum sibi, dictis nominibus, quatuor mille quingentos florennos auri in auto restantes ex maiori summa dictæ dotis vna cum interesse a die moræ, & expensis, iustitiæ complementum ministrādo. Deinceps pro parte Don Francisci, nunc Vicecomitis de Rupebertino deduxit dictā causam esse quantitatis quatuor mille florennorum auri pro resta dictę dotis. Et denique pro partem eiusdem Don Francisci nunc Vicecomitis de Rupebertino, fuit in effectu deductum quod cum aduocatus suus esset parum instructus deduxit in ea causa tractari de quatuor mille quingentis florennis pro resta di-

3 ctæ dotis, cum tamen non de dicta certa quantitate agatur, sed de quacunque quantitate dictæ dotis debita vnam cū interesse à tempore moræ. Denique facta relatione in regia audientia per Michaelem Ferrer relatorem dictæ causæ & conclusione secuta, dictam conclusionē sequendo: Attento quod tēpore quo dicta causa, & lis incepta fuit debeban-

tur ex dictis duodecim mille quingẽtis
florennis dotis dominę Beatricis de Mõ
tecatheno 2400. florenum dumtaxat, &
illas (vt præassertum fuit) dictus dõ Gui
llermus Raymundus de Montecatheno
confessus fuit debere; & velle soluere;
& illos dictus Dalmacius Vicecomes,
& sui in his successores, non solum nõ
acceptarunt, sed etiam plus debito pe-
tierunt, & varii in litis petitionibus, &
prosecutionibus dictę causæ fuerunt: &
attento quod ex prędictis varietatibus
dictarum petitionum, & ex aliis meritis
processus constat non fuisse liquidas, &
certas dictas petitiones, & proinde non
constat dictum Don Franciscum nunc
Comitem Aytone fuisse hactenus mo-
ra soluendi quod restabat ex dicta dote
soluendum, nec confessio suorum in is
prędecessorum acceptata fuit, &c. Prop
terea prędictis & aliis meritis processus
attentis, & aliàs, pronuntiat, sententiat
& declarat, & dictum egregium Don
Franciscum de Montecatheno Comi-
tem Aytone cõdemnat ad soluendum
dicto spectabili Don Francisco de Ru-
pebertino, vt succedenti præfatis dom
næ Beatrici de Montecatheno, & Dal-
macio Vicecomiti de Rupebertino con
iugibus, & descendentibus ab illis dic-
tos 1400. florennos auri de Aragonia
pro resta & compemento prędictorum
12500 florennorum auri dotis dictæ dõ
næ Beatricis, de dictis locis quæ data
fuerunt per dictum Hotum (vt prædici
tur) dicto Don Guillermo Raymundo
de Montecatheno filio suo. Quo vero
ad interesse dictorum 2400. florenno-
rum petitum absoluit dictum egregiũ
Don Franciscum Comitem Aytone.
Et neutram partem in expensis con-
demnat, sed probistratis executionem
fieri mandat.

Materia ista est scrupulosa, vt dedu-
xi supra hoc titulo đ plus petitionibus
versi. Ista materia, Et quo ad nostrum
propositum dum in ista sententia dici-
tur, quod agens, & sui in his successores
non solum non acceptarunt dictos du-
os M.CCCC. florennos, sed etiam per
seuerarunt in plus petitione. Reduco
ad memoriam quod aliqui doctores nõ
leuis authoritatis relati per Salic. in l.c.
n.8. C. de plus petitio. tenẽt quod ratio
ne partis indebitæ est licitum reo totũ
2 negare. Alii vero vt Bar. in l.1. §. si stipu
lanti n.2. versic. Sed pro hoc confundi-
tur calumnia aduocatorum. ff. de verb.
oblig. tenent contrarium, & Alex. in d.
§. si stipulanti nu.8. dicit Bartholi opi-
nionem esse communem, & idem dicit
apostilla ad Bart. ibidem. At in nostro
casu dictæ sententiæ, reus in prima e-
ius cedula, & responsione non negauit
totum, sed de plano confessus fuit to-
tum quod re vera debebat, scilicet dictos
2400. florennos, & primus actor, &
sui in his successores non solum non ac
ceptarunt, sed in plus petitione persene
rarunt. Et propterea quia reus confes-
sus fuit debitum, & actor non accepta-
uit ideo reus non dicitur in mora prop
ter quam teneatur ad solutionem inte-
resse, pro quo (vt breuius agam) videa-
tur Guido Pa. q 496. & iura & docto-
res quæ & quos ipse allegat: signanter
in illis verbis. Per quæ iura propterea
Bartolus dicit & notabiliter in d. l. qui
solidum, quod vbi aliquis conuentus
opponit executionem pro parte, nisi a-
ctor dicat exceptione oposita se esse pa
ratum aliam partem recipere respectu
cuius exceptio non opponitur, reus nõ
videtur esse in mora.

Denique est aduertendum quod dic
ti actores quinquies in eorum petitio-
nibus variarunt, & propter illarum va
rietates non erat liquidũ quod peteba-
tur. & est regula, quod in liquidandis
non contrahitur mora antequam per
iudicem sit declaratum, vt determinat
3 literaliter Bal. in l. ceptam n. ti. in fi. C.
de vsur. per l. 2. C. de vsur. & fruct. lega.
quod maximè & absq; dubio procedit
in nostra materia & casu. vbi actor pe-
tiit plus debito re. & de iure ciuili amit
tebat totum debitum, & de iure canoni
co condemnatur in expensis. Et prop-
terea dictus actor cõdemnandus erat in
expensis iuxta dictũ. c. 1. de plus petitio
nibus

nibus in decretal. Sed ex certa causa (quæ pro obseruantia constitutionis explicari minimè debet) condemnatus nō fuit dictus actor in expensis, & ita etiā ex causa seruatum fuit in præfata alia sententia Regia referente Poncio Sescases inter coniuges Menargues & nob. viduam Menargues & de Perellos lata de quo dixi supra cap. proximo versi. Et quamquam decreueramus condemnare.

CAP. 449. alias 450.

Rocedi qualiter debeat per iudicem secularem contra relaxatum, & seu traditum per curiam ecclesiasticam iudici seculari.

Die 19. Aprilis 1581.

a 1581) Quia hæc obseruantia in originali veteris impræssionis nō fuit reperta perfecta: ideo silentio prætermittitur, sed ponitur caput, vt numeratio capitulorum cum veteri impressione possit concordare.

CAP. 450.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus cum libera & generali administratione ad vendendū & incarricandum censualia super bonis sui principalis, an possit pro alio fideiubere.*

1 Rocurator constitutus cum libera & generali administratione ad vendendum, & super bonis suis dicti constituentis incarricandum censualia seu violaria, non potest pro alio quam pro dicto cōstituente fideiubere.

Ita fuit determinatum die 20. Septēbris 1582. referente magnifico Hieronymo Planes in posse Gab. Olzina regij mandati scribæ & pro eo Gab. Fenes.

[illegible]

DEcimatertia Martii. 1567. Augustinus de Plamissoles, & Cortit domicellus dominus Loci de Ponellar & Castlanus Castri de Monros, cōstituit procuratrices generales etiam cum libera, & generali administratione Annā Negra socrum suam & Paula de Plamisoles vxorem suam, & vtramque earum in solidum de & super &c. verū quia, &c. id circo sine præiudicio & derogatione dicti generalis mandati dedit illis facultatem & potestatem expressam (inter alia) vendendi, & super bonis suis incarricandi in vna venditione, vel pluribus quęcumq. censualia, seu violaria mortua &c. ad illum forum, seu rationem, & Subditis modis & formis quibus melius poterint conuenire &c. de euictione ipsius censualis, seu censualiū & violariorum teneri promittendi, & pro ipsa euictione & aliàs; bona & iura suá omnia specialiter & generaliter obligandi. Et de & super prædictis omnibus & singulis faciendi, & firmādi quęcumq. voluerint instrumenta necessaria, & oportuna cum pactis pactionibus, bonorum obligationibus, tam specialibus, quam generalibus &c. & aliis pro vt solitum est fieri in similibus instrumentis censualis, seu violarii.

28. Aprilis. 1571. dicta Anna Negra vendidit Michaeli Salguerda 7. libras pēsionis violarii pretiū, 49. librarum, cū hac clausula. Et vt super his vobis cautum sit, dono vobis in fideiussorem Iacobum de Aguilar, & nomine procuratorio, & vt procuratrix vna cū Paula filia mea: vxore Augustini de Plamisoles eundem Augustinum de Plamisoles & dictam Paulam qui meum. &c.

Dicto die dicta Anna Negra & Paula vxor dicti Augustini de Plamisoles nominibus propriis, & vt procuratrices dicti Augustini etiam cum libera, & generali administratione confessæ fuerunt dicto Iacobo de Aguilar quod precium dicti violarij fuit conuersum in vtili-

vtilitatem illarum, & pro factis earundem acceptum, & eam promiserunt seruare indemnem dictum Iacobum Aguilar, & luere dictum violarium intra tres annos, & quod dictus Aguilar possit luere.

Dubitatum an dictæ Anna & Paula vt procuratrices dicti Augustini potuerint fideiubere pro dicta Anna Negra in censuali vendito per dictam Annã Negre nomine suo proprio tantum, & nõ nomine dicti Augustini, & sic, an procurator cum libera & generali administratione possit procuratorio nomine fideiubere pro alio. Et fuit determinatum per omnes quod non, & quod propterea non erat decernenda executio cõtra dictum Augustinum de Planisoles, & Cortit, fines enim mandati diligenter sunt custodiendi &c.

CAP. 451.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius Apostolicus, an possit mandare ad se tradi processum originalẽ penes notarium regium existentem.*

Rocessum originalem penes notarium regium existen-
1 tem, an Commissarius Apostolicus possit mandare ad se tradi, vidi prouisionem sequentem.

Decima Septembris 1539. cons. cum facto verbo in Regia audientia: attenta iuris firma per Clementem Calopa notarium facta, viso toto processu super quo est contentio, auditoq. Rahaele Vbach canonico sedis Barcinone asserto commissario qui in bancho regio comparuit, meritisq. processus attentis, & alias prouidet preceptum factũ per dictum Vbach ipsi Vbach quod deponeret originale causæ vertentis inter Bernardum Marull ex vna & Iacobum Moncada ex alia cotam Petro Ciurana comissario Apostolico in posse dicti Vbach vel in posse Geraldi Forgassot fuisse, & esse nullum, & per eundem Vbach reuocandum esse & reuocari debere, & omnia inde in posterũ secuta, non obstantibus per eum deductis & allegatis in ctũ.

çauila.

De incipientibus littera Q.

De querelis pacium & treugarum.a

CAP. 452.

Verela pacis, & treuge oblata per personam militare contra baiulum baronis qui famulum militis delinquentem ceperat, & etiam oblata per dictum famulum; non fuit admissa per Regiam audientiam in casu sequenti.

Die 3. Septembris 1558. Raphael de Lobregat domicellus ville Turricelle de Montegrino vna cum famulo suo. &c.

a Treugarum.] Mier. par. 1. capit. deinde Sancimus titu. de treuga & pace. colla. 6. & par. 2. cap. 34. vt tollatur omnis occasio malignandi titu. de iuramento per quæ relatorem pacis violatę prẹstar. de. ead. colla. & cap. 22. titu. de minis & signis terrarũ prohibendis, & rub. de treug. & pace collat. 9. per nouem titulos, seu capita sequen. Idem ibidem fol. 145. rub. de insidiatoribus, & aliàs impedimentibus citatos pro pace, & treuga comparere volentes. & par. 3. cap. 4. titu. qualiter firmetur extra curiam pro pace, & treuga. collat. 10. & capi. seq. Cali. in direct. pectore Marquill. & glosatores in vsat. constituerunt. & in vsat. statuerunt, & in aliis vsat. contentis in noua collectione sub titu. de pau y treua. Olib. in vsat. alium namq. cap. 14. a nume. 21. & de Action. par. 1. lib. 3. §. ex maleficijs. numer. 20. & 24. late Cancer. par. 2. variar. cap. 11.

DE

De incipientibus littera. R.

CAP. 435.

Recensio testium contra dela tum de aliquo delicto recep torum, antequam ipse dela tus vocatus vel capius fuit; si non fiat, & propterea allegatur nullitas, quid fuit seruatum & declaratum in Regia audientia, vide infra in verbo testium recensio.

CAP. 453.

SVMMARIVM.

1 *Remissus de morte, an & quando banniatur per quinquennium, per gerentem vices Gubernatoris.*

1 Emissus de morte potest banniri per quinquennium pro obseruantia constitutionis, per gerentem vices gubernatoris.

Die 28. Iunij. 1498. in lib. conclusio gub. procedentis vice regia, reperitur conclusio sequens in facto viduę Viues, & Ioannoti Prats facta relatione per Ionc. fuit conclusum, quod nō obstante remissione per eūdem Prats obtenta de Inquisitione necis perpetratę in personam Petri Viues mariti dictę viduæ, banniatur per tempus quinquē nii, quod incipiat currere a die dictæ remissionis obtentę; et quod fiat eidem Prats mandatum quod intra d. quinquennium non ingrediatur, neq; stet in presenti ciuitate pro obseruantia constitutionis Cathaloniç sic disponentis.

De reclamationis priuilegio Barcinone concesso.

CAP. 455.

SVMMARIVM.

1 *Reclamari seu appellari, an & quando liceat à sententia in causa reclamationis lata.*

1 Reclamari, vel appellari non potest regulariter à sententia in causa reclamationis per iudices reclamationum lata, siue dicta sententia sit confirmatoria, siue infirmatoria prouisionis à qua fuerat reclamatum. Fallit vt infra.

Reclamationis priuilegium Barcinone concessum, positum in volumine cō stitutionum Cathaloniç sub titu. de litibus abreuiandis post recognouerunt proceres in tit. de interlocutoriis, fuit intellectum & obseruatum per Regiam audientia hoc modo, quod a sententia lata in causa reclamationis per iudices reclamationum non appellatur, nec reclamatur siue dicta sententia sit confirmatoria siue infirmatoria prouisionis a qua fuerat reclamatū, quia verba Et à dictorum duorum peritorū determinatione, generaliter, & indistinctè loquitur. & versiculus, & si per os dicatur bene interlocutum, disponit tantum quo ad expensas, hoc tamen limitatum fuit procedere si dicta sententia est lata super meritis prouisionis a qua fuerat reclamatum, aliàs secus si non super meritis, sed super eo de quo non fuit declaratum, vt puta quia fuit declaratum & sententiatum causam reclamationis esse desertam, vel non fuisse reclamatū intra tempus ad reclamandum concessum, & ita fuit lata sententia regia ad relationem Stephani Puig, in causa quæ vertebatur inter Gabriele Domenech, & sindicum ciuitatis Barcinone ex vna & Iacobum Io. Mattines partibus ex altera in posse Ioannis Rouira scribæ Regij mandati, & pro eo Lorens, & in altera causa quę vertebatur inter N. Pujades, & viduam Serra me referente die. 10. Februarij. 1554. in posse Pontij Bas scribæ gubernationis, & potest esse ratio, quia iste casus (scilicet quando iudices reclamationum non sententiant super eo quod fuerat declaratum, sed super eo de quo non fuerat declaratum in

pro

prouisione a qua fuit reclamatum:) est omissus in dicto priuilegio, & sic relinquitur iuri communi, secundum Albe. de Rosa in l. ita stipulatus §. Chrisogo nus. ff. de verbo. obliga. nam quod nō tatur state non prohibetur. l. præcipimus. C. de appel. cum simil. & ita pluries vidi obseruari. Adde tamen quod in processu supra relato vidi duas prouisiones factas per assessorem gubernationis Hadria, Vilana. tempore quo gerens vice regia cū doctoribus regiæ audientiæ in quibus habetur vt sequitur: R. & c. dicta die (scilicet xvij. Septem. 1547. Barcinone) facto verbo in audientia spectabilis gubernatoris sequendo conclusionem ibi factam. Atteto quod iuxta priuilegium & alia iura patriæ à sententia iudicum reclamationum non appellatur nec aliàs reclamatur. sed ex stylo admittitur recursus ad eundem spectabilem gubernatorem, prouidet dictum recursum esse admittēdum ad eundem spectabilem gubernatorē pro vt illum cum præsenti admittit iuxta stylum. Hadrianus Vilana. sed Regia audientia hoc non admittit. Aliud exēplum præter dictum casum desertionis colligitur clarè ex sequenti declaratione facta ad relationem Petri Balle in causa sequenti.

Per Gasparem Ferriol iudicem retroclamorum fuit facta quædam prouisio in fauorem Bertrandi Goday Hortolani, & contra Franciscum Vidal Barcinone à qua prouisione per dictū Vidal fuit reclamatum, & iudices reclamationis reuocarūnt dictam prouisionem, & pro parte dicti Goday fuit appellatum ad Regiam audientiam & causa fuit comissa magnifico Per. Balle & per d. Vidal fuit opposita exceptio quod prædicta causa non poterat euocari ad Regiam audientiam quia à sententijs latis in causa reclamationis non est licitum appellare & per dictum Balle. 18. Martij. 1578. facto verbo in Regia Audientia fuit prouisum dictam exceptionem esse remittendam ad diffinitiuam & ad vlteriora in causa esse procedendum, non obstante dicta exceptione.

IN diffinitiua fuit reuocata sententia iudicum reclationum eo motiuo ex presso quod dicti iudices reclamationis habebant iurisdictionem limitatam, ad ea super quibus declarauerat iudex primitiuus, ipsi vero excesserant metas suæ iurisdictionis declarando super aliis capitibus super quibus iudex primitiuus non declarauerat, in posse regii mandati scriba Solet, & pro eo Fontana notarius.

a Interloquutorijs.] in noua compil. titu. de' orde iudiciari de la cort del Veguer volum. 2.

CAP. 456.

REclamationis dies an sint cōtinui. 1

Vide supra in verbo fine titulo de dilationibus ca. 298 fol. 163. incipien. Ita fuit conclusum, & summarium dicti capituli. incipit, tres dies qui pro dilatione.

CAP. 457.

SVMMARIVM.

1 *Recommendari non potest, nulliter captus.*

1 REcomendari non potest pro alia obligatione, qui est captus, & incarceratus nulliter pro aliqua obligatione sub pæna tertij firmata, id est, quod non potest recomendari ille, qui est captus non præcedente prouisione iudiciali, neq. commissione habita à vicario Barcinone, vel septimanerio illius curiæ, vel a iudice retroclamorum, debet enim ante omnia a carceribus liberari.

Quamquam de casu seu facto quod in specie meis temporibus euenerit nō recorder: attamen inseram hic causam tamquam notabilem declaratam in Regia audientia ad relationem Hieronymi Dalmau, pro vt ipse in suis adnotationi-

tationibus retulit, & est tenoris sequen tis. Fuit captus quidam Font & incarceribus mancipatus pro quadam assercta obligatione, vt dicebatur firmata cũ scriptura tertij in fauorem Cosmæ Miriguet medici. tamen fuit captus per nũtium curię vicarii Barcinonę nulla pręcedente prouisione iudiciali neq. commissione habita ab ipso vicario, aut sep timanerio curię suę: postea dicto Font existente incarceribus, fuit contra illũ expositum retroclamum per alium illius verum creditorem, qui cum scriptura tertij illum obligatum habebat, & fuit ad instantiam huius secundi creditoris recomendatus in carceribus: tamen pro parte dicti Font fuit propositum quod non poterat recomendari in carceribus eo quod fuerat male, & inde bite captus, & consequenter, quod ante omnia erat à carceribus relexandus antequam possit ibi recomendari; fuit super hoc dubitatum in Regia audiencia referente Hieronymo Dalmao; & fuit visum quod erat relaxandus ante omnia, & quod antequam relaxaretur non poterat recomẽdari, & hoc per ea quæ tradit Bar. in l. sed eximendi §. Item si quis. ff. ne quis eum qui in ius voca. & in q. sua incipi. lapus fuit captus, & Bal. in l. quicunq. ff. de in ius, voc. & in l. fi. ff. quod met. causa & alii in variis locis. Hypo. de Marsi. in §. attingam. num. 34. & tractatu. vol. 1. nu. 275. fol. 224. voluit allegare Andr. Nicol in tractatu de concordia glosarum vol. 1. num. 275. vbi tenent quod vbi prima captura est nulla quia fuit erratum, & peccatum in capiendo: tunc nõ potest captus recomendari pro alio debito, sed prius est relexandus, & ita fuit visum ad relationem Hieronymi Dalmau in mense Martij. 1538.

CAP. 458.

Recomendatus si fuerit pro debito ciuili incarceratus, ille qui erat incarceratus p delicto, & contra ipsum incarceratum profertur sententia corporis afflictiua, vel ipse reus sponte suscipit penam corporis afflictiuam: consueuit regium consilium, illũ carceratum a carceribus extrahere pro executione dictę pœne.

Dic vt supra in verbo executionem sententiæ bannimenti in cap. 338. incipien. die 27. Octob. 1577. & ibi ponitur vna restrictio. Et ponitur remisiue in quibus casibus possit pro debito ciuili recarcerari.

CAP. 459.

SVMMARIVM.

1 *De reconuentione, facta per venditorem citatum per emptorem ratione euictionis in causa contra emptorem mota vide ibi.*

2 *Defensor necessarius, an possit opponere omnes exceptiones, omniaq. sibi competentia beneficia.*

3 *Venditor venit ad defendendum emptorem, & illi assistendum.*

1 Reconuentio facta per venditorẽ citatum per emptorem, ratione euictionis, in causa mota contra emptorem.

In causa vertente inter Beatricẽ Belloch, & Bernardum Belloch eius filium 2
agentem ad recuperationem cuiusdam decimi ex vna, & Franciscum de Malla & Franciscam eius vxorem conuentos partibus ex altera, post oblatam petitionem per dictos Bellochs, dicti Malles conuenti supplicarunt quod attento q Franciscus Ferrer Despuig tenebatur de euictione dictis coniugibus Malles: propterea dictus Ferret Despuig citaretur. Et ita fuit factũ videlicet; quod dictus Despuig fuit citatus; & dictus Despuig intra illos octo dies intra quos dicti Malles potuissent reconuenire dictos agentes obtulit supplicationem assumẽ do in se defensionem dictę causæ; & re 3
conueniendo dictos Bellochs pro tota hęreditate, & bonis quę fuerunt Anthonii

thonij Hieronymi Belloch, quod fuit oppositum per dictos Bellochs, quod dictus Ferter Despuig non poterat reconuenire dictos Bellochs in illa causa, & per dictum Despuig fuit replicatū, q̄ immo poterat recōuenire dictos Bellochs, eo quia dictus Despuig fuit citatus & erat reus necessarius; debebat enim defendere dictam causam ratione euictionis, qua ipse tenebatur dictis Malles qui dictum decimū habuerunt ab eo, seu verius à patre dicti Despuig, & magnificus Stephanus Riusec prouidit, reconuentionem non esse admittendam, & a dicta prouisione fuit supplicatum per dictum Puig, & causa dictę supplicationis mihi commissa. Aduocatus suus allegabat dicens, quod regula est, quod reus signanter necessarius poterat reconuenire actorem per tex. & ibi notata per doctores signanter per Marianum Soci. in c. 2. de mutuis petitio, & multa alia, & pro ista parte, ego allegabam Barto. in sua quæstione, quę incipit Pisanæ ciuitatis concilium decreuit, & eius sequaces quos repeties cumulatos per Bardachin. in suo repertorio in verbo venditor de euictione num. 139. & per Lanfran. de Oriano in tract. de arbit. quæst. 47. n. 94. vol. 2. vbi dicit opinionē Bar.
esse communiorem: mouentur quia de-
2 fensor necessarius, potest ex sua persona omnes exceptiones & beneficia sibi competentia opponere per tex. in l. idemque. §. generaliter. ff. manda. Sed prędicti doctores non meminerunt de Sal. in l. 1. C. vbi in rem actio. vbi respondet ad fundamenta Barto. & sequatū & tenet contra Bartolum Baldus, in di cta l. 1. C. vbi in rem actio. & Angel. & Iacob. Butri. denique facto verbo in regia Audientia per me & conclusione indesequuta, fuit conclusum die 16. Septembris. 1560. quod dicta prouisio confirmaretur. & fuit confirmata cum cū sententia lata die 19. dicti mensis. Moti
3 fuimus principaliter quia venditor venit solum ad assistendum emptori & ad defendendum illum. l. 1. C. vbi in rem actio. Thomas Gramma. decis. 21. & est de mente omnium in dicta l. 1. & in l. venditor vbi est bonus tex. in argu. ff. de iudi. in tantum quod venditor nō potest nouare iudicium, nec obligationem actoris secū. Sal. in dicta. l. 1. C. vbi in rem actio, quod fieret si venditor reconueniret actorem de alia materia, quam ipse actor agebat contra emptorem. Vnde notabiliter dicit Paul. de Castro, in dicta l. 1. C. vbi in rem actio, quem sequitur Capi. decis. 197. num. 4. & Gramma. In dicta decis. 21. quod si actor probaret personam emptoris esse legaliorem; vel sua interesse potius litigare cum emptore quam cum venditore, non compelleretur actor litigare cum venditore, quod nota. Et denique fuit consideratum quod regula per aduocatum Despuig allegata, quod reus necessarius potest reconuenire. non procedit in nostro casu. Nā dictus despuig non erat reus necessarius, quo ad dictos Bellochs agentes: non enim dicti Bellochs conuenerunt dictum Despuig, sed dicti Malles illum conuenerunt, vt dictos Malles defenderet, pro quo vide Sali. in dicta l. 1. C. vbi in rem actio.

CAP. 460.

Reconuentio non mutat qualitatem petitionis, de quo & de effectibus huius obseruantię vide supra in 1. parte de euoca. cau. c. 3. incipiē; quāquā antiquitus.

CAP. 461.

SVMMARIVM.

1 *Recursus a sententia arbitrali est interponendus ad iudicem ordinarium partis condemnatæ, in hoc principatu.*

2 *Quod est secus de iure communi.*

3 *Laudum, si secundū iura municipalia lauda producunt actionem per se, & habent vim sententiæ, & conquęror de ipsa sententia, quæ me lædit; tunc adire debeo superiorem eius*

eius qui iudicauit, si autem conqueror de contractu, tunc debeo sequi forum rei.

4 *Ex arbitratoris sententia in Cathalonia, oritur actio, & fit executio sententiæ arbitralis.*

5 *Arbitrator quando est clericus vel solus, vel vna cum laico, a sententia arbitrali ad quem recurratur.*

6 *Obseruantia Regiæ Audientiæ.*

7 *Capite 24. postea in curiis 1564. edito resoluuntur prædicta.*

Recurri debet a sententia arbi
tràli ad iudicem ordinarium
1 partis contra quam lata fue
rit sententia arbitralis, quã-
quam secus sit de iure cõmuni. & aliuer
olim obseruaretur per Regiam audien-
tiam, & ita fuit determinatum per vtrã
que aulam Regiæ audientiæ præceden
te magna discussione 23. Martij 1582. in
vim & pro obseruantia constitutionis
6 curię anni. 1564. cap. 24.
2 Quod in hac obseruantia dicitur se-
cus esse de iure communi & quod olim
secus per Regiam audientiam obserua
batur: ideo dicitur quia licet de iure es-
ses clarum, & vulgatum quod a senten
tia arbitratoris recurritur ad arbitrium
boni viri. l. societatem mecum. §. arbi-
trorum. ff. pro socio & ibi Bar. in diui-
sione summarii versi. quinimo declarat
& nu. 3. Pet. Iaco. in tractatu de arbit.
nu. 9. vol. 3. fol. 65. Mier. in consti. con
firmants, nu. 6. & 8. collatione, 6. in 2.
par. fol. 46. & bonus vir est iudex. l.
continuus actus §. cum ita. ff. de verbo
rum obligatione. fol. 212. & ibi. Bar. nu-
mero. 4. Attamen recurrendum erat
& recurri solebat (regulariter saltē) ad
iudicem arbitratoris & etiam arbitri, &
non ad iudicem rei, & an ille iudex arbi
tratoris esset iudex ordinarius. vel iu-
dex appellationum: magna erat inter
doctores controuersia, & reperiuntur
plures, & contrarię opiniones, tam dis-
tinguendo inter sententiam latam per
arbitratorem, & sententiam latam per
arbitrum, quam etiam in qualibet il-
larum, vt per Bar. & alios in d. §. arbi
trorum, & in l. 2. C. vbi & apud quem
cogni. in integ. resti. agitanda sit, & ibi
etiam Bal. Cano. in c. quinta vallis de
iureiuran. Lanfran. de Oriano; late in
tractatu de arbi. in 7. diuisione 19. q.
num. 43. vol. 3. Tho. Mier. in constitu
tione, confirmants nu. 6. 8. 20. & seque.
colla. 6. vol. 2. fol. 46. Cali. latissime, &
forsan melius quam alius in vsat. de om
nibus namq. communibus num. 44.
& 45. fol 62, & per alios Bartolus enim
in d. l. 2. C. vbi & apud quem loquen
do de arbitratore, tenet distinguendo,
quod si secundum iura municipalia lau
3 da producunt actionem per se; & ha-
bent vim sententiæ, & peto reduci ad
arbitrium boni viri, & conquæror de
ipsa sententia quæ me lędit: tunc de-
beo adire superiorem eius qui iudica-
uit, per tex. in l. 1. illo titu. & alia iura;
Si autem conqueror de contractu, tali
1 casu debeo sequi forum rei per text. &
ibi not. in dicta l. 2. C. vbi & apud quē.
& istam partem sequitur Bal. in dicta.
l. 2. qui allegat Barto. ita etiam tenet
Panormi. in capit. cum dilectus nume.
20. de arbi. Cum igitur in hoc nostro
4 principatu Cathaloniæ ex sententia ar
bitratoris oriatur actio, & fiat executio
sententię arbitralis per constitutiones
Regum Alfonsi. capit. 13. Iacobi. c. 10.
& 16. Petr. cap. 17. & Ferdinan. c. 1. quę
loquuntur expresse tam in arbitro quã
in arbitratore sub titu. de executio de
6 cosa iudicada fol. 127. & sequen. & vbi
que Mier. sequitur quod tempore di-
ctarum constitutionum, & postea vsq.
ad curias dicti anni. 1564. erat recurren
dum ad superiorem arbitratoris. Ita ob
seruabat Regia audientia, tam in arbi-
tris, quam in arbitratoribus, & ita no-
stris temporibus fuit declaratum; &
obseruatum per Regiam audientiam
ad relationem magnifici Antonii Ros
doctoris Regię audientię facto verbo
in Regia audientia sexta Februarii mil
lesimo quingentesimo sexagesimo in
causa recursus interpositi per Hierony
mum Badia clericum in sacris constitu
tum,

tum, & Bernardum Ioannem Badia, & Despasen. clericum à sententia arbitrali lata per Michaelem Ferrer doctorem & Raphaelem çatorrá Gerunden. arbitros, a qua prouisione supplicatum fuit & ad relationem Ioannis Ioffre doctoris eiusdem Regię audientię dicta prouisio confirmata fuit, & hoc procedit etiam inuito recurrente & ita fuit conclusum decima quarta Octobris 1559. in facto causę Paulæ Rocabruna & pupillorum Rius.

5 Adde quod quando arbitrator erat clericus siue esset solus siue cum altero layco vel pluribus laycis: si à sententia arbitrali per eos prolata recurrebatur, recurri consueuerat ad superiorem clerici arbitratoris vel arbitrij, sequendo opinionem doctorum quos refert, & sequitur Stepha. Aufre. in tractatu de potesta. eccle. super laycis ex rebus eorũ. q. 14. & 18. fol. mihi. 127. & 128. inter quos allegat Bar. in l. 1. §. si quis in appellatione nu. 13. per rationes & fundamenta quę tradunt, & illa ego breuitatis causa aliter non refero, & etiam refert doctores contrarium tenentes.

6 An autem iste iudex ad quem tanquam bonum virum recurendum erat & recurri consueuerat, esset iudex principalis, seu primituus, vel esset iudex appellationum. Reperio opiniones contrarias, & obseruantias diuersas non dico contrarias, Opiniones autem contrarias referunt satis late Lanfran. de Oriano in dicto tractatu de arbi. in 7. diuisione. 19. q. nume. 43. & seq. Mier. in d. constitutione confirmantes. Cali. in d. vsati. de omnibus causis. Dicit enim Bar. in d. l. societatem mecum. §. arbitrorum per hæc verba (reduni conuenienter aduocari quod sit iudex appellationis, cum ista reductio sit quędã appellationum species, vt in l. non distinguemus. §. cum quidam supra de arbi. contrarium puto, quia immo est iudex principalis causę. quod apparet ex his quæ modo dixi, nam hoc petitur iure actionis non est dubium quod actor sequitur forum rei. & deberet hoc examinari coram eo qui esset iudex illius actionis. Idem si petitur per officium iudicis, vt l. 1. C. vbi & apud quem in integrũ resti. petatur. Dicit tamẽ ipse Bar. esse aduertendum quod quando istud officium iudicis imploratur à reo cui exceptio competit, poterit ipsa reductio peti coram iudice ipsius rei, licet nõ sit iudex actoris, ratio quia cum ista exceptio modo examinetur principaliter quę in iudicio actore agente examinaretur incidenter, poterit examinari coram illo iudice corã quo actor habet necesse hanc actionem proponere, nec in hoc actor grauatur quando ipse de iure communi habet necesse facere, pro quo videtur casus ff. de transactio. l. cum his §. transactionis alimentorum, vbi dicitur quod ille iudex debet arbitrari super transactione alimentorum qui est futurus iudex super lite, sed quando recurritur ad iudicem, vt ad bonum virum, recurritur vt arbitretur super trãsactione ergo, &c. & quod per hoc apparet quod non recurritur ad superiorem arbitratoris, sed ad iudicem partium secundum ea quę dixi, & hoc etiam colligitur (si bene aduertatur) extra de arbitris. cap. exposita. vbi Papa cognoscit de arbitramento lato a Duce Venetiano qui sibi non suberat tamen partes sibi suberant. hęc ipse Bar. Lanfran. de Oriano. in dicta diffinitione. 7. num. 43. & sequen. vol. 3. fo. 59. refert proxime dictam opinionẽ Bar. ponendo illam etiam de verbo ad verbum, & subdit vt sequitur. Angelus vero in l. si suspecta §. fin. ff. de in offi. testa. dicit quod erit superior arbitratoris ille iudex coram quo ventillabitur illa reductio predicta, eo quia istã reductio est appellandi species, vt l. non distinguamus §. cum quidam de arbit. Ipse idem Angel. in l. qui certo. ff. de cõdictione indebiti tenet opinionẽ. Bar. indistincte, cum quo etiam transit flor. in dict. §. arbitratorum & Anto. in dict. cap. quintauallis de iureiuran. & etiam placet mihi de iure communi. tamen d. Anto. in dict. cap. quintavallis dicit q

vbi dubitaretur de iuramento, vel aliquid seruandum esse contra iuramentum, vel vbi laudum contineret peccatum euidens, vel similia; vel naturalẽ iniquitatem iudicis: tunc iudex ecclesiasticus est iudex competens, aliàs stat cum Bar. sed si ex forma statuti arbitramenta producerent actionem, & mandarentur executioni sicut sententiæ: tũc bonus vir coram quo reductio deberet ventilari, est superior arbitratoris, & ita notant Bar. & Bal. in l. 2. C. vbi & apud quem, & ratio est quia hoc casu arbitramenta sunt redacta ad instar iudiciorum, nimirum ergo si disponatur vt dixi. quia idem esset in iudice appellationis quia est superior iudicantis l. 1. ff. de appellation. Hęc ipse Lanfran. confirmatur per tradita per Iacob. in tractatu de arbi. nu. 1. vol. 3. fol. 65. vbi loquẽdo de arbi. dicit arbitraria ad instar iudiciorum sunt redacta per tex. in d. l. non distinguemus. §. cum quidam tamen in summo, sentit contrarium esse in arbitratoribus quia dictus §. cum quidam non loquitur de arbitratore, sed de arbitro; qui more iudiciorum cognoscit Ioan Bap. in tractatu de arbi. capit. 14. septimi libri vol. 3. folio 100. dicit quod recurrere non est proprie appellatio, sed est quædam reclamatio Calic. in dict. vsa. de omnibus namquẽ communibus numer. 14. & seq. fol. 82. dicit quod licet arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, attamen arbitria nõ sunt iudicia; nec econtra, immo differunt in multis vt ibi per eum; per quẽ vide etiam late de materia, & signanter dicit quod opinio glo. l. 1. C. de arbi. in practica seruatur in partibus ipsis & ponit casus in quibus recurri non potest in Cathalonia, Mier. in constit. Item ordinamus, num. 9. & 10. colla. 4. fol. 9. ponit quando in Cathalonia non habet locum reductio ad arbitrium boni viri. Et de materia vide per eum per totum vbi ponit notabilẽ distinctionem num. 18. fol. 92.

Quid tamen obseruatum fuerit per Regiam audientiam reperio inter cętera sequentia,

6 Cum fuisset lata sententia arbitralis per consules Logiæ Maris ciuitatis Barcinone inter Bernardum Busquets mercatorem vici, & Franciscum Ferrers, & ab ea arbitrali sententia fuisset interpositus recursus per dictum Ferreres, visis priuilegijs dicti consulatus, & prouisionibus aliàs pro obseruantia dictorum priuilegiorum factis die. 7. Septembris 154. facto verbo in Regia audientia prouisum fuit causam dicti recursus in Regia audientia tractandam non esse; sed iudici appelationum dicti consulatus Maris pro obseruantia dictorum priuilegiorum esse remittendam, & ista prouisio regię Audientiæ non videtur esse contraria dictę opinioni Bar. sed potius conformis; ex eo quia ille arbitrator qui tulit sententiam erat consul Logiae maris; & sic erat iudex primitiuarum causarum: Et ideo illius superior erat iudex appellationum causarum consulatus maris, vt expressè in similibus terminis tenet Lanfran. in dicta 7. diuisione 19. quæst. nu. 45. versi. sed pone; vbi dicit per hęc verba, sed pone quod arbitrator fuit iudex ordinarius, puta potestas vel vicarius suus: quis erit bonus vir coram quo interponatur recursus: respondeo tunc erit iudex appellationis. ita not. flor. in. §. arbitrorum quod credo verum, quia hoc casu alter consuli non potest querelanti, cum potestas & vicarius sit idem tribunal vt not. Bal. in c. dilecti de appellationib.

10 Item die 18. Iunij. 1551. facto verbo in Regia audiendia per clauses sesuiles, attento agitur de recursu interposito in arbitrali sententia super re mercantili prolata; & quod causa quantum ad interesse Michaelis Noguera cuius paupertatis prętextu causa fuit ad Regiam Audientiam euocata, non apparet quod sit maior centum librarum, immo constat quod est l. librarũ, & alijs attendendis attentis: prouidet & declarat nõ fuisse intentionis Regię

audientiæ causam prædicti recursus, (de quo agitur) ad se euocare eamq; cõsulatui Logię Maris Barcinone & eius iudici appellationum remittẽdam esse sicut per præsenti remittit, partem euocantem in expensis condemnando.

Ista determinatio Regię audientię videtur prima facie contraria præfatae opinioni Bar. dum remittit causam nedum consulibus Logiae Maris, sed etiã iudi. ij appellationum. Respondeti tñ pôt quod motiuã dictae ꝓuisionis non concludunt opininnẽ contrariam Bartul. motiua enin dictę prouisionis sunt duo, videlicet quod causa est mercantilis & minor. C. libris, & ꝓpterea est indubitatũ quod illa causa tamquam minor C. libris, non poterat ad Regiam audientiam etiam praetextu paupertatis euocari.

Item est aduertendũ quod si prouisio illa intellexisset remittere cãm dicti recursus ad iudicẽ appellationũ Logię Maris omisso iudicio consulatus Logię Maris: & sic iudi. lo primarũ instantiarũ tali casu dicta prouisio fuisset iniusta, quia non recordor vidisse quod causae appellationũ Logiae maris non possint ad Regiam audientiam pętextu paupertatis vel alterius qualitatis euocari, & sic vt dicta prouisio saluari posit, dicendũ est quod dũ dicit causam remittendam esse consulatui Logiae maris, & eius iudici appellationũ, intelli debet secundũ ordinem scripturę, scilicet primo consulatui, & sic iudici primitiuo, & postea, scilicet per appellationẽ iudici appellationum, & isto modo saluari potest d. opinio Bar. adde quę dicta sunt in prouisione sequenti.

Vndecima Maij. 1562. viso processu facto verbo in Regia audientia, meritis processus attentis & inter cętera: attento quod agitur de causa recursus interpositi per mercatorem a sententia arbitrali lata per arbitros mercatores, & inter mercatores, & de re mercantili: prouidet & declarat non fuisse intentionis Regiae audientiae causam praedicti recursus de quo agitur euocari, sed illam consulatui Logiae maris & eius iudici appellationum remittendam esse, partemq; ad cuius supplicationem euocata fuit in expensis condemnat. Vide an pro defendenda opinione Bart. congruat responsio data prouisioni factae 18. Iunij. 1551.

Post praedicta tamen ad tollendas dictas difficultates seu aliás, aedita fuit
6 dicta constitutio an. 1564. cap. 24. per
7 quam dictae difficultates & perplexitates sublatae fuerunt, statum enim expressè fuit in illa quod iudex recursus sit iudex ordinatius, id est iudex primarum instantiarum & non iudex causarum appellationum, vt de iure cõmuni tenuit Bar. in d. §. arbitrorum & sic ille qui est iudex illius partis cõtra quã sententia arbitralis lata fuerit & hoc procedit quãquã vnus ex arbitris vel oẽs essẽt clerici, & ita fuit intellecta dicta constitutio per vtramque aulam vt dixi. quę constitutio est tenoris sequentis. Perço &c. statuim e ordenam que en tot cas que les pars siẽ seculars encara que lo vn arbitre o tots sien ecclesiastichs se haje de recorrer, en cars que alguna de les parts recorrer vulla, a la real audientia o altre jutge ordinari secular. Y totes les cõstitutions, capitols, y actes de cort parlant deles sententies arbitrals, y executions. de aquelles, hajen lloc encara que los arbitres sien ecclesiastichs, pus les pars comprometents sian seculars, y si la vn comprometent sera ecclesiastich, y lo altre secular, se haje de recorrer dauant lo jutge ordinari de la part contra que sera donada la sentencia arbitral. An tamen limitari debeat in illis quatuor casibus quos refert Lanfran. de Oria. in dicta septima diuisione 19. quaesito numero 44. versicul. dicit tamen Anto. in d. c. quinta vallis. cogita, quiqnidem casus sunt vbi dubitaretur de iuramento. vel aliquid seruandum esse contra iuramentum, vel vbi laudum contineret peccatum euidens, vel similia, vel naturalem iniquitatem iudicis, tunc iudex ecclesiasticus est iudex competens.

CAP.

a. cap. 34) titu. de arbitres, &c. fol. 190.
b. Executio de cosa judicada] in noua vero collectione eo. tit. de arb.
c. Cap. 24.] ibid.

CAP. 462.

SVMMARIVM.

1 *Recurri ad quem debeat, a sententia arbitrali, lata in causa mercantili per cōsules Logiæ Maris, vt arbitros.*

1 Recurri a sententia arbitrali lata in ta in causa mercantili per consules Logię Maris, vt arbitros, debet ad iudicem appellationum consulatus Maris, & non potest pretextu paupertatis euocari ad Regiam audientiā si est minor tercentarū librarum, licet olim sufficiebat quod esset maior centum.

De his dixi incidenter supra in cap. proximo incipien. quod in hac obseruantia vers. quid tamen obseruatum fuerit.

CAP. 463.

Recursus interpositus a sentētia lata super inhabilitatione personę ad aliquod officium alicujus vniuersitatis: an pertineat ad iudicium ciuile, vel criminale, & sic an dictus recursus introduci debeat in Regia audientia ciuili, vel criminali, dictum fuit supra in verbo ciuilis causa cap. 144. incipien. die 10. Februarij. fol. 84.

CAP. 464.

SVMMARIVM.

1 *Causa recursus interpositi a sententia arbitrali, lata extra vicariā, in qua resi det Regia audientia, ad eā non euocatur absq. qualitate.*

2 *Causæ vicariæ intra vicariam sunt terminandæ.*

3 *Causæ minores tercentarū librarum non euocantur ad Regiā audientiā cū qualitatibus pupillaritatis, viduitatis &c.*

1 Recursus interpositus a sententia arbitrali lata extra vicariā in qua residet Regia audiētia non potest admitti, nec per regiam audientiam euocari nisi cum qua 2
litate paupertatis, vel alterius similis, & ita fuit determinatum per vtramq. aulam doctorū Regiæ audientię 13. Maij. 1582. proposita difficultate per magnificum Petrū Balle doctorem aulę magnifici regentis cancellarij.

Causę dubitandi fuerunt illę (inter alias) quæ relatę fuerunt supra in isto titulo ca. incipienti recurri debet a sententia arbitrali, nam (vt ibi relatū fuit) aliqui doctores tenuerunt ꝙ a sentētia arbitrali recurrendū erat ad iudicē appellationis arbitratoris, alij ꝙerat recurrendū ad iudicē ordinariū arbitratoris, & alij ad iudicē rei siue condemnati. Et si esset recurrendū ad iudicē appellationis tunc absq. dubio recursus potuisset admitti per Regiā audientiā etiam existentem extra vicariā recurrentis & arbitratoris absque aliqua qualitate paupertatis vel similis, sicut qualibet appellatio pōt & consueuit per Regiā audientiā admitti, nisi qñ in illa vicaria esset iudex appellationū, & in quibusdam aliis casib. vt dictū est supra in ista tertia par. in verbo appellatio. si ēn iudex dicti recursus est iudex ordinarius: tunc absq. dubio nō posset euocari extra illam vicariam sine qualitate, sicut nec alię causę ꝑ obseruantia constitutionū disponētiū ꝙ causę vicariæ terminentur intra illam vicariam & causæ baiulię intra illam baiuliam, ita ꝙ non possit ad regiā audientiam euocari nisi pretextu alicuius qualitatis & ꝙ sit maior centū librarū de quibus diffusè dictū fuit in prima parte obseruantiarū. c. 1. 3. 6. 7. 19. 20. 26 34. & aliis. Quia tamen per constitutionem anni videlicet 1564. capit. 24. a loquentem expressè tam de arbitro quam de arbitratore fuit expressè statutum & ordinatū quod recurrens à sententia arbitrali debeat recurrere ad Regiam audientiam, aut ad alium iudicē ordinarium illius partis contra quam

lata erit, sententia arbitralis, & iudex ordinarius partis cōdemnatæ in dicta sententia arbitrali erat & est extra vicariā in qua residet regia audientia. Et causa
2 vicariæ debet decidi intra vicariam, ideo sequitur de vno ad alium quod causa dicti recursus debet terminari coram dicto ordinario existente extra vicariam in qua residet Regia audientia, & non potest tradi, nec euocari ad Regiam audientiam absq. aliqua qualitate a & ita fuit determinatum in vtraq. aula, vt in obseruantia dictum est nemine discrepante. Si tamen illa sententia arbitralis esset lata intra vicariam in qua residet Regia audientia, & esset maior centum librarum, tunc absq. dubio posset per Regiā audientiā admitti & euocari absq. qualitate ex dictis qualitatibus per tradita supra in prima par. c. 2. fol. 21. secus autem si esset minorum, vt in eadem par.
3 cap. 2. Aduertendum tamen est quod post prædicta superuenit constitutio noctu riç anni 1585. cap. 52. a qua fuit statutū & ordinatum quod causæ minores trecentarum librarum in prima instantia, non possint euocari ad Regiam audientiam, cum aliqua qualitate pupillaritatis, aut paupertatis, aut religionis, aut viduitatis.

a cap. 24. tit. de arbit.
b. cap. 52. in ordinat. 14. tit. de euocations de de causes. fol. 20.

CAP. 465.

Recursus a sententia iudicum reclamationis.

Dic vt supra in tit. de reclamationis priuilegio c. 455. Incipien. reclamationis priuilegium.

CAP. 466.

SVMMARIVM.

1 *Redemptus ab infidelibus, ad quid teneatur redemptori, & qualiter procedatur in Regia Audientia contra personam, & bona redempti.*

1 Redemptus ab infidelibus ad quid teneatur redemptori, & qualiter contra personā & bona redempti
2 processum fuit in Regia audientia.

Die primo Februarii, 1555. facta fuit prouisio tenoris sequent. viso instrumēto debitorū exhibito in quo sunt clausulæ renuntiationis, & submissionis fori, & aliæ solitæ, quod actū fuit in ciuitate maioricarū die 22. mensis Octob. 1551. visa clausula vniuersalis hęredis institutionis testamēti. N. Mercer. visa apocha cum cessione facta per Elizabethę quę fuit vxor in secundis nuptijs Ioānis Pētinat, & nunc Ioannis Spinosa, Francisco Parra, & Catharinę eius vxori, quę in primis nuptiis fuit vxor Francisci Mercer. visis aliis videndis, facto verbo in Regia audientia, prouidet quod Ioānes Marti villae de Villafeca capiatur, & dictis coniugibus Parras nominibus quibus in instrumento apocę, & cessionis superius relato habetur, tradatur iure pignoris, & quod dictus Ioannes Marti seruiat dictis coniugibus Parras per quinquennium, nisi interim dictus Ioannes Marti soluerit quantitatē per dictos coniuges petitā, quia dictus Marti, fuit ab infidelibus redemptus.

Ista prouisio fundatur per textū expressum in l. ab hostibus. la. C. de post limi. reuers. & ab hosti. redemp. & ibi Salic. notabiliter & Ioan. de Socarrats in consuetu. si aliquis dominus, n. 135, pag. 400.

Post dictam prouisionem vidi librū Ioannis Sunyer quondam doctoris Regij cōcilij, in quo reperitur simile fuisse conclusum 31. Octobris in facto Antonij Alenya villae Perpini. contra Raymundum Deplegamans & N. Palma qui fuerunt redempti. Et pro his, adde Hypol. de Marsil. consi. 131. nu. 15. cum duobus sequentibus Angel. in l. nemo carcerem. col. 4. vers. sed hoc vltimum. C. exactor. tribu. lib. 11. & Ioan. de Imo. in c. 1. nu. 11. de pegno. Francisc. de Ripa. in l. obligatione, num. 16. ff. de pigno. & Hypol. fol. 100. & per eum vide plures qq. nu. 16. 17. & sequentibus.

CAP.

CAP. 467.

SVMMARIVM.

1 *Officij Regētis absentis vel impediti, electio, quomodo fieri debeat per Locumtenentem generalem.*

1 Regens si fuerit absens vel impeditus, an in locum suum possit eligi alter per Locumtenentem generalem, non praecedente nominatione trium personarum per Cancellarium vel vicecancellarium.

Die 7. Nouembris. 1565. fuit conclusum per omnes doctores regij concilij, tam criminalis, quam ciuilis, quod dominus Rex & eius Locumtenens generalis, absente vel impedito regente, possunt eligere regentem in locum impediti vel absentis nō seruata forma cōsti.

Et sic non praecedente nominatione trium doctorum per cancellarium vel vice cancellarium regios, quia per dictam constitutionem, vel aliam, in tali casu non est prouisum, & sic remanet in dispositione iuris communis & libertate domini Regis, &c.

Die 7. Augusti. 1571. Barcinone quia dominus Locumtenens generalis Cathaloniae intendebat ire ad vilam Perpiniani (pro vt iter eodem die cepit) & volebat secum portare regētem, & magnificus Franciscus Montaner regens cancella. propter eius senectutem non poterat ire: voluit dictus Locumtenens generalis propter impedimentum dicti magnifici Montaner alium regentem facere: Et quia vicecancellarius erat absens & cancellarius erat mortuus, fuit inter nos dubitatum, an necessario esset creandos cancellarius, saltem pro publicandis sententijs iuxta tenorem consti. anni. 1543. c. 5. vel antiquior ex doctoribus Regiae audientiae posset omnia facere, quae posset vicecancellarius, & regens si praesentes essent vel aliquis illorū esset presens iux. const. an. 1564. c. 3. Et fuit determinatum q antiquior veriusq. aulae poterat omnia facere quae possent dicti vicecancellarij, vel regēs si praesentes essent, existentes tū in aula audientiae, & non extra audientiam. Et si forsan aliqua supplicatio illi daretur, seu praesentaretur quod remitteret illā pro videndam, seu decretādam in Regia audientia idem fuerat iam conclusum in effectu. 7. Decembris 1564.

CAP. 468.

SVMMARIVM.

1 *Remissio per baronem post processum regaliae factum, non valet.*

2 *Iudex inferior censetur inhibitus quando Rex imposuit manum.*

3 *Gubernator non potest cognoscere de causis regaliarum, etiam applicatiuē puniendo: & quid aggrauando.*

4 *Iudici capaci iurisdictionis, multa communicantur, quae non communicantur incapaci.*

5 *Gubernator, an sine consilio, & prouisione possit procedere ad capturam.*

1 Remissio facta per barone post factam regaliam, seu processum regaliae non est valida. Factū fuit vt sequitur.

Saluator Canter loci de Spatagaria, fuit inculpatus de nece, ppetrata in personā Francisci Puig eiusdē villae, & de dicta nece, fuit factus processus regaliae per Locūtenentem generalem Cathaloniae. Postea dictus Canter, fuit de dicta nece remissus per procuratorē Abbatiatus monesterij beatae Mariae Montisserrati, qui tunc omnem iurisdictionē habebat, & d. Cāter fuit captus per Regiā curiā, & fuit repetitus per curiā ecclesiasticā Barcinone rōne eius tōsurae, quia erat clericus, cū vnica, & virgine tonsuratus, & obtinuit curia ecclesiastica, & sic fuit traditus curiae ecclesiasticae. Postea cōmisit quoddā crimē cuiusdam inobedientiae aduersus procuratorē Abbatis, & etiam commisit resistentiā contra Algutzirium regium nomine Vic. Et de praedict. fuit remissus per dictum Locumtenentē generalē, & post

prędicta omnia in anno 1553. perpetra-
uit aliqua crimina seditionis, & seu in
obedientiæ contra dominum Regem,
& Abbatem prędictum, seu contra Frã
ciscum Setanti domicellum, vt seques-
tratorẽ positum per dominũ Regem,
& vt procuratorem dicti Abbatis, &c.
Et etiam commisit alia crimina. & quia
in dicta villa coadunabantur aliquę gẽ-
tes armatæ & receptabantur, signanter
quidam vocati Malles inimici domini
Regis, & propterea existente absente à
tota Cathalonia domino Rege, & eius
Locumtenente generali, cum peruenis
set ad notitiam spectabilis regentis vi
ces generalis gubernatoris Cathalonię
quod in dicta villa erant dicti Malles
inimici domini Regis, & quod recepta
bantur per dictum Canter, & alios fuit
decretum in eius audientia interuenien
tibus omnibus doctoribus Regij conci
lij qui sequebantur audientiam dicti vi
cesgerẽtis gubernatoris, quod prouide-
retur captura dicti Canter, & plurium
aliorum per iudicem curię, & quod de
nocte dictus gubernator iter arriperet,
& ad dictam villam se conferret, vt di-
ctos Malles, & alios caperet. Et sic fuit
factum, & fuit ibi commissa resistentia
cum ballistis & arcabusis, contra dictũ
gubernatorem, & fuerunt capti. dictus
Canter, Iacobus Pi dictũ maior & plu-
res alij, est verum quod dictus Canter
nullam tunc fecit resistentiam contra
gerentem vicesgeneralis gubernatoris.
Cumq. fuisset assignatus terminus de-
fensionum dicto Canter, pro eius parte
fuit oppositũ inter cętera, quod dictus
Canter fuerat remissus de dicta morte
Francisci Puig, per dictum Abbatẽ, &
quod propterea non poterat de ea, seu
ratione illius puniri. Fuit determinatũ
quod dicta remissio erat nulla, ex quo
de ea erat iam prius factus processus re
galiæ per Locumtenentem generalem
domini Regis, & ita vidimus plura exẽ
plaria, signanter vnum vel duo inter
exemplaria continuata per Hierony-
mũ Dalmau quondã tunc doctorẽ re-
gij concilij in libro suo, & aliud aucten
ticum quod continuabitur infra in fine
huius memoriæ, & est vna potissima ra
tio, quia per impositionem manus Re
2 gię, iudex inferior censetur de iure in-
hibitus, etiamsi expresse per superiorẽ
non sit facta inhibitio; ergo. allegabam
ad hoc Thomam Mier. col. 6. cap. pręterea. numero 14. fol. 167. per tex. in c.
vt nostrum, vbi est bonus text. de ap-
pella. & dicit ibi glos. quod plus est re
uocare negotium quam appellare, &
sicut post appellationem iudex inferior
non potest aliquid attentare vel in-
nouare: ita nec post reuocationem cau-
sæ per superiorem factam. Secundo alle
gabatur, pro parte dicti Canter quod
de dicta morte spectabilis gubernator,
non poterat cognoscere quia dictus Cã
ter fuerat traditus curię ecclesiasticæ
post factum dictum processum rega-
lię, & de ea cognouit. Sed veritas est q
dictus Canter de dicto delicto non fue
rat punitus, licet pro eo fuisset prius
captus per Regẽ & postea iudici eccle-
siastico traditus, & postea dictus Can
ter commisit plura alia delicta, vt dic-
tum est, propter quę fuerat alia forma-
ta contentio iurisdictionis inter curiã
ecclesiasticam Episcopi Barcinone &
gubernatorem, & per regium cancella
rium; interuenientibus multis doctori-
bus regij concilij, fuit declaratum di-
ctum Canter non gaudere clericali pri
uilegio, & ideo de omnibus prędictis
poterat gubernator cognoscere: sed re-
plicabatur fortiter ꝑ parte dicti Canter
quod gubernator non poterat cognos-
cere de dicta morte, eadem ratione quę
fuerat supra allegata contra remissio-
nem factam per Abbatem, videlicet, q
per Locumtenentem generalem fuerat
prius factus processus regalię de dicta
3 morte, & quod gubernator non potest
cognoscere de caussis regaliarum etiam
applicatiuè puniendo, licet forsan pos-
set cognoscere aggrauando, allegaba-
tur doctrina notabilis Nicolai Milis in
suo reportorio in verbo Iudex, vbi di-
cit. Iudex inferior si cognoscit de eo q
ad solum superiorem spectat. sententia
per

per eum lata est nulla, quia hic est defectus potestatis: vide Anto. de iudi. cũ venissent. 2. col. in fi.

Tamen fuit determinatum contrarium. quia doctrina, Milis procedit quã do iudex erat omnino incapax iurisdictionis similis delicti. Secus tamen est quando iudex aliàs esset capax iurisdictionis similis delicti, vt est in nostro casu, quia dictus gubernator benè potest cognoscere de quocunq. delicto, & sic erat capax iurisdictionis illius delicti; & ideo in capacitas non poterat impedire gubernatorem, & cum dictus gubernator principaliter procederet pro alijs delictis non præuentis per regaliã: potuit de dicto homicidio cognoscere accumulatiuè, multa enim communicantur iudici capaci iurisdictionis quę
4 incapaci nõ cõmunicantur, vt per Bar. in l. 1. nume. 3. C. vbi de crimi. agi. oppor. latius per Pau. de Cast ibidem numero 4. & 5. & prædicta probantur argumento eorum quę tradũtur per Angel. Aretin. in §. furtum. num. 5. insti. de obli. quæ ex delic. nascuntur post Bar. & alios quos allegat, & apostilla in l. inficiando §. 1. aliàs in §. infans. ff. de fur. & in l. vulgaris est quęstio in princi. & ibi gl. in verb. fuerit. ff. eo. Bar. in auct. sed nouo iure vers. vlterius quęro. C. eo. tit. & cum punitio malefactorum sit fauorabilis: quia interest reipublicæ ne crimina remaneant impunita, & curare debeat is qui prouincię pręest, malis hominibus prouinciam purgare l. pręses prouincię 2. in fine. ff. de offi. pręsid. & latior sit potestas gubernatoris absentibus domino Rege, & eius Locumtenente generali quam illis pręsentibus per tradita per Mier. in colla. 10. c. 8. incip. occorrens nu. 14. & 15. fol. 6. & col. 7. c. vlterius nu. 4. fol. 60. profectò potestas dicti gerentis vices generalis gubet. qui per absentiam domini Regis, & eius Locumtenẽtis generalis præest huic prouinciæ, nõ debet arctari: (postquam vt dictum est) non cognouit de dicto homicidio principaliter, sed accumulatiuè, Ita quod non vsurpauit iurisdictionem alterius, nec impediuit processum regaliæ pro quo in arg. vide Pau. in l. 1. nu. 5. C. vbi de crimi. agi. oppor. melius Bal. in §. iniuriæ. nu. 11. de pace iura. seruan in vsib feu. fol 68. quẽ videas. deniq. fuit consideratum quod dicta regalia fuit extincta per declarationem cancellarii in fauorem iudicis ecclesiastici, propter quam dictus Canter fuit traditus iudici ecclesiastico. Nõ obstante dicto processu regalię, & per dictam considerationem fuerunt resecata omnia pędicta dubia, pro quo vide in arg. Pau. in l. 1. nu 5 C. vbi de crimi. agi. oppor.

Tertio pro parte dicti Canter fuit allegata nullitas processus, quia gubernator existens extra vicariam Peniten. de cuius vicaria est villa Sparagarię, non potuit euocare dictam causam etiã eo pętex. quia officiales non erant potentes, vt in consti. Petr. 3. in curia Seruarię. cap. 5. incipien. part aço, sub titul. de offici de gouer. fol. 46. Sed contrarium fuit determinatum quia dicta cõsti. non loquitur quando gubernator procedit vice Regia cum doctoribus Regij consilii, propter absentiam domini Regis, & eius Locumtenentis generalis, vt in nostro casu de quo loquitur alia consti. sub tit. de audien. e consell Real e del gouernador. cap. mes statuim fol. 13. quo casu plura potest, quã quando procedit non vice regia sine dictis doctoribus. Et ita fuit inconcussè obseruatum ab antiquo, vt per Thom. Mier. in colla. 10. cap. 9. incipien. occorrens. nu. 14. & 15. fol. 6. & col. 7. c. vlterius. num. 4. fol. 60. vbi vide notabilem prouisionẽ Regiam, & in dictis locis dicit quod licet gubernator & eius vices geręs regulariter nõ possint exercere regalias principis: tñ cõsueuerunt se intromittere de causis officialium & oppressorum quod est vtile saltem quãdo princeps est absens a principatu hęc ipse, & de his latius vide in libris concessionum gubernationis anni 1516. & sequenti, quo anno 16. decessit Rex Ferdinandus & ibi videbis, quod etiam prę...

textu quia officiales non sunt potẽtes guberoator euocat causas.

Quarto fuit oppositum quod dictus processus erat nullus quia gubernator processit ad capturam non præcedente prouisione de capiendo, & huic allegationi dedit causam obliuio iudicis cũ tu. quia illi fuerat per totum consiliũ dictum quod prouideret capturam, & non fecit. Attamen propterea processus nõ est nullus, quia gubernator sine prouisione & consilio potest procedere ad capturam per cõstitu. Regis Ferdinan.anni.1503.in titu.de les causes criminals c.4. fol.359. & prędictis & aliis multis attentis die 13 Decembris 1553. fuit conclusum in villa Sparagarię in dicta audientiã gubernatoris interuenientibus decem doctoribus Regij concilij, quod dictus Canter Furca suspenderetur. est verum quod in dicta conclusione non fuit (ex causa) facta, expressemẽtio de dicta morte Francisci Puig postquam alia delicta sufficiebant ad infligendam pœnam mortis dicto Canter.

Quinto fuit oppositum quod gubernator procedebat nulliter quia Canter detinebatur captus in Castro de Collbato vicarię peniten. & deffensiones fuerunt receptæ Barcinone: & sic in alia vicaria, (hoc fuit oppositum verbo, si recte recordor) tamen non obstante prędicta oppositione, fuit processum ad vlteriora, quia dicto Canter volente & petente deffensiones suas recipi Barcinone: fuit processum ad illas recipiendum; quinimo eius aduocati voluerunt prius hic audiri propter copiam librorũ, pro quo vide Pau. de Cast. post Bar. & alios in d.l.1. nu. 4. C. vbi de cri. agi. oppor. Erat scriba Bas. & pro eo Hieronymus Steue notarius.

a fol.359.) in noua vero compil. est const. 4 titu. de capturas. pag. 59.

CAP. 469.

SVMMARIVM.

1 *Remissio facta per officialem inferiorem regium post factum processum regaliæ de eodem delicto de quo facta fuit remissio, non valet.*

1 Remissionem factam per inferiorem officialem regium, post processum regaliæ factũ de eodem delicto, de quo facta fuit remisio, non valere declaratũ fuit.

Die 2. Maij. 1524. in regio concilio Barcinone celebrato presidente Locũtenente generali interuenientibus doctoribus regij consilij, &c. fuit facta cõclusio sequens.

In facto remissionis allegatæ pro parte Iacobi Leopart eidem factæ per regẽtem vicariam Barcinone super morte Iacobi Camps. Attento quod tempore dictę remissionis dictus Leopart erat processatus de dicta morte de processu regaliæ, & aliàs meritis processus attentis facta relatione per causa, fuit conclusum quod procedatur in dicta causa nõ obstante dicta prętensa remissione. Est in libro intitulato liber tertius conclusionum Regij concilij sub prędsidentia Illustris Antonij de Suñiga, &c.

CAP. 470.

SVMMARIVM.

1 *Remissus de morte fuit bannitus per quinquennium per gerentem vices gubernatoris in casu ibi.*

1 Remissus de morte fuit bannitus per quinquennium, pro obseruantia cõstitutionis per gerentem vices generalis gubernatoris Cathalonię.

Die 28. Iunij. 1498. in lib. conclu. gub. procedentis vice regia reperitur conclusio sequens. In facto viduę Viues & Ioannoti Prats; facta relatione per Lonc fuit conclusum quod non obstante remissione per eundem Prats obtenta de inquisitione necis perpetratę in personam Petri Viues mariti dictę viduæ banniatur per tempus quinquennij,

quennii, quod incipiat currere à die dictæ remissionis obtentæ, & quod fiat eidem Prats mandatum quod intra dictum quinquennium non ingrediatur neque stet in præsenti ciuitate pro obseruantia constitutionum Cathaloniæ a sic disponentium.

a. Constitutionum Cathaloniæ.) Pet. 3. in cur. Perpin. cap. 15. incipien. part aço ordenam, in ordine. 1. titu. de homicidis. & cap. in ordine seq. pro additione, & confirmatione d. ca. præcedenti. Mier in d. constitutio. par. 1. cap. mihi. 9. collatio. 6. Socc. in capitem est consuetudo. nu. 97. fol. 593. & iuxta istam constitutio. consueuit declarare Senatus Pedemontanus auctore Ant. Tezauro decisa 1. 1. circa fin. in la tamen distinctione facta vide ibi.

CAP. 471.

SVMMARIVM.

1 *Remittere pœnam delicti Cathalanis an possit Rex extra Cathaloniam existens.*

2 *Intellectus constitutionis clarificant ti. de jurisdict. de tots Iutges.*

3 *Remissionum materia vid. ibid. remissiue.*

1 REmittere pœnam delicti Cathalanis, cōsueuit dominus Rex quāuis esset extra Cathaloniam: Non obstante consti. clarificant, posita in tit. de jurisdictio de tots jutges, y de for compe. tent. cap. 1.

Ita obseruatur, & nouissime die septimo aut octauo Nouembris, 1581. ad relationem Magnifici Damiani Osset doctoris Regii concilii criminalis, fuit cōclusum de, & super perdonamento, & remissione facta Ludouico Gomat Domicello ciuitatis Illerdæ, qui publicatus fuerat pro eiecto à pace, & treuga, postea fuit remissus per dominum Regem nunc fœliciter regnantem suis patentibus litteris. Et tandem ad supplicationem dicti Ludouici Gomar, Locumtenentis generalis Barcinone residentis oblata, fuit dicta die septima aut octaua Nouembr. 1581. conclusum in effectu quod voce præconia dictus Gomar reduceretur in pacem, &c.

2 Et non obstat dicta constitutio clarificant, quia illa loquitur in iurisdictione contentiosa, quia illa exerceri non potest extra territorium, vt est text. ad litteram in l. extra territorium ius dicenti impugne non paretur. ff. de iurisdict. omnium iudi. Secus tamen est in iurisdictione voluntaria, id est, in concernentibus iurisdictionem voluntariam, vt tenet, & declarat glo. in dicta l. extra territorium in verbo non paretur & allegat bonum tex. in l. emancipari. §. 1. ff. de adoptio. & illam glo. sequuntur Alex. & Ias. & hinc cum tempore obitus bonæ memoriæ Imperatoris, & Regis Caroli, Philippus eius filius (nunc fœliciter regnans) esset tunc in partibus Germaniæ, & sic extra Cathaloniam; consulto; creauit officiales Regios in Cathalonia, vt pote Locumtenentem generalem quia illi actus erant voluntariæ iurisdictionis, vt antea fecerant etiam alii Reges, etiam antequam iurassent, &c. Dic vt retuli late in libro priuilegiorum per conclusiones successionis

3 Regni Aragonum incipiendo à littera Regis Petri dat. Cæsaraugustæ quarto Idus Aprilis 1339. cum sequen. duobus, & poterint videri in archiuo Regio.

Pro materia remissionis, & perdonamenti scilicet, per quos, & quando, & quomodo fieri possit, & quid operetur tractat Mier super multis constitutionibus, & signanter in constitutione, si nullus miles num. 13. & sequent. collatio. 2. fol. 30. & collatio. 10. cap. volents num. 3. & sequent. fol. 4. & in collatio. 4. cap. item quod nos & officiales nostri per totum. & signanter nume. 13. 14. & sequentib. Vnum notanter ponit in constitutio. item concedimus, & ordinamus sub numero quinto mihi vero octauo collatio. 2. fol. 13. dicens noia etiam quod quando fit remissio, vel restitutio

titutio, & aliud non exprimitur intelligitur fieri sine præiudicio iuris alieni, vt in cap. quamuis de rescript. lib. 6. &c.

Add. pro materia huius obseruan. Deci. num. 6. Hippol. num. 7. in l. fin. ff de iurisf. omn. iud. Boer. decis. 30 nume. 7. Philip. Franc. in cap. fin. de offi. Vica. in 6. glo. in l. 2. verb. concedi. C. de in ius vocan. Parif. cons. 1. num. 1. lib. 4. & nu. 59. Ludoui. Roma. singul. 49. Canc. variar. par. 2. cap. 2. de iurisdict. omn. iud. num. 211. qui dat intellectum constitutioni clarissi cant tito. de jurisd. de tots Iutges iuxta mentem huius obseruantię. Nobilià Peguera. in decis. Cath. c. 18.

CAP. 472.

SVMMARIVM.

1 *Remissio facta contra constitutionem, com instant, citam modo in noua collectione sub ti. quant si lic it ono, & c. non valet.*

2 *Intellectus d. constitutionis, & circa eius materiã iura patriæ ponuntur ibi.*

1 Remissionem factam cõtra constitutionem cum instãce procurant lo enemic de pau, factam in curiis anni. 1503. in titulo de les causes criminals,ᵃ non valere, fuit declaratum vt sequitur.

Vigesimo secundo Aprilis. 1545. in facto fisci procuratoris, & partis instantis contra Hieronymum Sastre, & Michaelem filium den Iacot, inculpatos de inuasione, & vulneribus illatis in personam Petri Coltellet, absq; diffidamentis præcedentibus meritis processus attentis, fuit conclusum prædictos Sastre, & Michaelem, & Petrum Sanctamans incidisse in pœnis consti. incipientis, com instigant, cum modificatione aliarum consti. & consequenter esse eiectos a pace & trenga, & pro talibus esse publicãdos, & quod pro eis fiant præconitzationes, &c. Nõ obstante remissione per Matthæum de Sant Clement, olim Regentem Vicariam Barcinone 2. Februarii proximè pręteriti, nulliter & contra constitu. facta. Et quod mandetur dicto Sant Clement deponat in posse Regiæ curiæ octo ducatos quos indebitè exegit à prædictis. & aliis in inquisitione nominatis. Adde quod 28. Aprilis. 1547. fuit facta similis conclusio referente. T. Boquet iudice curię Regię, & postea anno. 1554. similis conclusio facta fuit super quibusdam hominibus de Hospitaleto aut de Santboy, remissis per Regentem Vicariam Barcinone nominatum Manuel de Rajadell.

2 Pro materia, & intelligentia dictę cõstitutis. Adde quod dicta constitutio fuit limitata in curils generalibus anni. 1510. c. 58. incipien. Experientia mostra clarament.ᵇ & vide pragmaticam factam per Regem Ferdin. dat. in ciuitate de Burgos. 5. Nouembr. 1511. incip. Nos Don Ferrando,ᶜ positã in volu. consti. post consti. anni. 1510. & post concessiones per eundem Regem factas tamen tis ecclesiastico, militari, & regali. Et aduerte quod dicta constitutio postea in curiis generalibus anni. 1512. ca. 16.ᵈ fuit correcta, seu limitata, est tamen temporalis. Postea vero per Regem Carolum ann. 1520. in curiis generalibus c. 3.ᵉ fuit prorogata vsq; ad conclusionem curiarum sequentium, scilicet post illas. Postea in curiis anni. 1534. c. 12.ᶠ aliter fuit dispositum augendo pœnam, & alias. & postea anno. 1537. cap. 11. fuit prorogata dicta consti. com instigant, cum suis modificationibus vsq; ad curiam sequen. vide ibi. ca. 10. aliam prorogationem. Vide in curia Caroli anni. 1542. c. 51. & illa fuit prorogata in curia anni. 1547. c. 1. vsque ad curias proximas quę celebratę fuerunt anno. 1553. in quibus cap. 1. fuit prorogata vsque ad tunc sequentes curias; denique in vltimis curiis anni. 1585. cap. 8. declarando dictam consti. com instant cum suis modificationibus, statutum fuit quod si quis cõmiserit aliquod delictum propterquod locum haberet dispositio dictę constitu.

Et

Et fuerit captus antequam esset publicatus in vim dictæ constitutionis, possit allegare quamcunq; exceptionē malę capturæ, aut aliam quæ aliter non erit admittenda, exceptis latronibus assessinis, incēdiariis, sacrilegis, homicidiis deliberatis. & vt vtar verbis dictæ constitutionis, Acordats y appensats.

a.Criminals.) in noua vero compill. titu. quant sic licit o no a quiscu vējarse sens luige.

b.Experientia mostra clarament.) ibid.

c.Nos Don Ferrando.) in noua vero compil. incip. primerament volem. tit. de tomatent, y sagramental.

d.Cap. 16.) d. ti. quant sie licit &c. in quo ti. vide quę ibi inferius ponuntur.

CAP. 473.

SVMMARIVM.

1 *Remissio criminis an fiat per Locūtenentem generalem, non satisfacta parte ex causa publica, & quid ex causa priuata.*

1 Remissio criminis non satisfacta parte priuata facta fuit ex causa publica, per Locumtenentem generalem Cathaloniæ, & quid ex causa priuata.

In mense Martii.1563. fuit in Regio concilio conclusum quod propter publicam vtilitatem poterat fieri remissio. Et ideo cum publica præconitzatione fuit concessa remissio omnium delicto rum illis qui caperent Bartholomæum Camps, & alios in præconio nominatos, excepto de criminibus læsę maiestatis, falsę monetę, & sodomię, & quod non incidissent in pœnis constitutio.in- a cipien. com instant, alias instigant, a Regis Ferdinandi anni.1503. & saluo interesse partis priuatę, vt latè hęc habetur in dicta conclusione, & pręconitzatione. Moti fuerunt per tradita per doctores in l.conuentionum. ff. de pac. Marquil. notanter in vsa. mulieribus col.3. in glo. super verbo iustitiam. & versic. sed quęro an id facere deceat, ferè vsq; ad finem. Mier. in collatio.6. curię Regis Pet.3. Montisson. c.4. incipien. Nos & primogenitus noster nume.6. fol.16. volu.2. est dicta constitutio. in volum. constitutio. fol.92. Idem Mier. collatio. 4. fol.43. cap.9. incipien. Item quod nos b & officiales nostri, quę constitutio. est in volum. constitutio. fol.92. b in tit. de varueflor, qui ha finc cauallers. & in col la.6. vol.1. c. insuper ordinarias. n.13. & seq. fol.229.

a.Instigant.) tit. quant sie licit o no a quiscu venjarse sens luige in nou. collect.

b.fol.92.) in noua vero collectione fol. 487. ti. de injurias y danys donats.

CAP. 474.

SVMMARIVM.

1 *Filia dote contenta, renuntiant bonis paternis, & maternis, cum iuramento, an succedat patri ab intestato, vna cū altera filia quæ non renuntiauit.*

1 Renuntiatio bonis paternis, & maternis, per vnam filiam dote contentam, facta, cum iuramento, an talis renuntians succedat ab intestato patri vna cum altera filia quę non renuntiauit.

Obseruat Regia Audientia, quod filia quę dote, contenta renuntiat bonis paternis, & maternis cum iuramento, altera filia existente, non succedit patri ab intestato, sed sola filia quę non renūtiauit, & ita fuit conclusum de mense Aprilis anni.1554. referente Stephano Riusech relatore, & me conrelatore in causa quę vertebatur inter Clementem Iorda, & Ioan. Botines. Et antiqui doctores eiusdem aulę dixerunt, hanc opinionem recepisse Regiam Audientiam, dicta conclusio est in regestro gubernationis in posse N. Bas scribę dictę Gubernationis quę procedebat Viceregia per mortem Marquionis de Lombay Locumtenentis generalis, & pro ista o-

pinione

pinione vide Guid. Pap. q. 192. In fortio ribus terminis, & Matthæum de Afflic. decis. Neapol. 350. nu. 8. capella Tholo. q. 486.

CAP. 475.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum ad appellandũ, an petatur coram iudice appellationis, vel primitiuo.*

1 Restitutio in integrum ad appellandum, vel supplicandũ, an debeat peti coram iudice primitiuo, vel corã iudice appellationis, vel supplicationis, & an coram vtroq.

Die 30. Aprilis. 1545. ad relationem magnifici Hieronymi Soler doctoris de Regio cõcilio in causa quæ vertebatur inter Archidiaconum Villæ Franchæ pœniteñ. ex vna & notarios regios Villæ Franchæ pœniteñ. partibus ex altera, in qua se opposuerat vniuersitas dictæ Villę de Vilafrancha, fuit lata sententia diffinitiua, & à dicta sententia supplicarunt dicti notarii, & non dictus Archidiaconus, & causa dictæ supplicationis fuit commissa magnifico Petro Clariana de Sena etiam doctore dicti concilii alterius aulæ, & pendente dicta supplicationis causa præfatus Archidiaconus coram dicto Hieronymo Soler qui fuit relator primitiuę causę, postulauit restitutionem in integrum sibi concedi aduersus omissum tempus ad supplicandum, & ad relationem eiusdem Soler fuit concessa dicta in integrum, restitutio præfato Archidiacono aduersus lapsum temporis ad supplicãdum a dicta sententia die. 18. Martii anni. 1546. est scriba Regis mandati. Veciana, & pro eo Mullol eius genet. adde vt sequitur.

Item in eodem processu syndicus vniuersitatis dictę Villę de Vilafrãca qui vt præmittitur se opposuerat dictę liti, & non supplicauerat à dicta sententia intra tempus iuris. Postea postulauit restitutionem in integrum ad supplicandum, & illam petiit coram dicto Clariana relatore dictę causę supplicationis, & ad relationem dicti Clariana fuit cõcessa dicta in integrum restitutio præfatę vniuersitati, est idem scriba Regius Veciana, & pro eo Mullol. Sed tu adde quod in contradictorio iudicio, fuit declaratum per dictum Soler, & Castello fisci aduocatum, vt sequitur, quia dictus Petrus Clariana de Seua, &c. Ad cuius relationem prouisio 6. mensis Octobris est facta, aduersus quam Regij fisci procurator tanquam lęsus se restitui supplicat, est aulę in qua absente domino Rege, & illius Locumtenente, pręsidet Reuerendus Cancellarius, & dictus Hieronymus Soler cui causa dictę supplicationis per dictum Franciscũ Gros dicto nomine interpositę pro obseruantia consti. Cathaloniae est commissa, est aulae in qua absentibus dictis domino Rege, & illis Locumtenẽte generali praesidet magnificus Regens Cãcellariam. Et attento quod iuxta dictas constitutiones, causae vnius aulae non possunt committi nec tractari in alia aula praeterquã per remedium supplicationis, & quia in viam iuris, in integrum restitutio quando principaliter postulatur, postulari debet coram illo iudice coram quo laesio, vt praeceditur incidit: his & aliis meritis processus attentis, & aliàs, sequendo dictam conclusionem: pronuntiat, sententiat, & declarat articulum dictae in integrum restitutionis pro parte dicti Regii fisci procu. postulatae aduersus, dictam prouisionem esse remittendam (pro vt cum praesenti remittit) dicto Petro Clariana de Seua, & coram eodem esse examinãdum, & discutiendum.

Pro materia, Adde quod secundum glo. in c. suscitatam in verbo postulauit, ibi, quãdo in cõtinenti. de in integ. resti. in decreta, restitutio in integ. dicitur incidenter peti, quando petitur ante sententiam. Ad

a. Ad appellandum.] Sed an sufficiat quod in tali restitutione allegetur lęsio absq; eius probatione. hanc. q. tract. Bar. in l. nam & postea §. si minor. ff. de iureiur. Boer. decis. 158. Capic. Decis. 96. Afflic. decis. 210. Franc. Marc. quæst. 53. & 54. par. 2. Pro his legi in quodam libro manuscripto Francisci Montaner quond. Regii Cancellarii grauissimi: Quod parti cōdemnatę petenti in integrum restitutionem aduersus lapsum temporis, & desertionem, sufficit lęsionem (absque eius probatione) allegare. & exaratur Decisum ita fuisse in Regia Audientia in facto Ioannis Clementis Toralla Domicelli Villæ Trempi. 23. Augusti. 1541. in posse N. Culleres, not. & ita obseruatur in Imper. Camer. vt de eius n. e. te trad. Minsing obser. 17. centur. 4. licet Cast. in l. sancimus. C. de temp. in integ. rest. licet aliqui ex supra citat. contrarium teneat.

CAP. 476.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus lapsum temporis ad obiiciendum contra testes seu eorum dicta, an concedatur.*

2 *Distinctio pulcra circa prædicta.*

1 RESTITUTIO in integrum aduersus lapsum terminum ad obiiciendum contra testes, seu dicta illorum an concedi soleat. a

In causa quæ vertebatur inter Martinum Colomes præsbyterum ex vna, & Hieronymam, & Hieronymum Osfets coniuges partibus ex altera, pro parte dictorum Osfets fuerunt oblati articuli obiectatorii contra testes dicti Colomes post lapsum terminum constitutionis, dictus Colomes opposuit duo, videlicet quod dicti articuli fuerant oblati extra terminum per consti. concessum ad obiiciendum, & dixit verum. Item opposuit quod dicti articuli erant infamatorii. Nam inter cætera fuit articulatum quod dictus Colomes tenebat in domo pro concubina Ioannotam Domenega testem pro parte dicti Colomes datam, fuit dubitatum de mense Februarii. 1559. An saltem dicti articuli essent admittendi beneficio restitutionis in integrum per dictos coniuges Osfets minores, postulatę: pro parte negatiua allegabatur decisio Tolosa n. 53. Pro parte vero affirmatiua allegabatur, decisio Neapolitana Matthæi de Afflictis. 266. vbi distinguit, & dicit quod dicta decisio Tolosana non seruatur in illa Audientia: In meo libro tamen hoc non reperitur. Allegabatur etiam pro parte affirmatiua alia decisio. Neapoli. Capicii decisione: 72. pag. 191. vbi facit differentiam inter repulsam siue obiectionem contra personam testis & obiectionem contra dictum testis. Nam primo casu minor non restituitur, quia est odiosa. Secundo casu resti-
2 tuitur, quia est fauorabilis. Deniq; fuit determinatum, quod concederetur dilatio ad probandum dictos articulos per in integrum restitutionem, possetque etiã esse ratio; quia obiectio, siue repulsatio testium est defensio, & defensio est de iure naturę, & non potest negari, vt per eundem Afflict. decis. 351. nume. 3. & 9. fol. 661. vbi ad hoc allegat Bat. in extrauag. q. ad reprimendum in verbo, & figura iudicii, ista tamen ratio est multũ generalis, multa tamen alia allegabantur.

a. Concedi solet.] Add. pro ista q. Guid. Pap. q. 500. Ioan. Andr. in clem. non potest. in gl. sup. grauiora, de procur. Specu. in ti. de in integ. resti. §. 2. vers. sed pone ecclesia litigabat. Andr. de Iser. in const. Neap. lib. 2. const. vlt. n. 6. Couar. practi qq. c. 18. n. 5. Boer. decis. 246. n. 7. Canc. varia. par. 3. cap. 1. num. 273. Odd. de rest. in integ. par. 2. quęstio. 65. art. 13. num. 95.

CAP. 477.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum, petitur contra vniuersitatem intra quadriennium à die læsionis computandum.*

Restitutio

1 Restitutio in integrum petenda est per vniuersitatē, intra quadriennium a die læsionis computandum.

Ita fuit declaratum cum prouisione per Stephanum Riusec quondam doctorem Regii Concilii die.5. Iunii.1559. facto verbo in Regia Audientia facta in causa quæ vertebatur inter Episcopum Gerundæ, & vniuersitatem de la Bisbal super iurisdictione.folio.277.in posse Fogassot, & nunc Palau, pro eo Lanes, in causa supplicationis per hæc verba. Attento quod dicta restitutio in integrum postulatur lapsó diu quadriēnio, a lapsu temporis per constitutiones Cathaloniæ, ad probandum concessi, aliis etiam meritis processus attentis & aliàs, facto verbo in Regia Audientia prouidet dictum beneficium restitutionis in integrum, non esse cōcedendum, sed denegandum, & cōsequenter repellit articulos per d.Ianer.11. Augu.1557. oblatos, &c. Et postea in alia causa, scilicet, vertente inter sindicum vniuersitatis de Vilalba, agentem, & præceptorē siue commendatorem de Vilalba defendentem in Regia Audientia, in posse olim Viladamor nunc Gabrielis Alzina, Regii scribæ mandati, & pro eo Ioan. Mota die 2.Maii.1572.per Petrum Lobregat relatorem dictæ causæ, facta fuit prouisio similis, facto verbo in Regia Audientia per hæc. Attento quod dicta restitutio in integrum non fuit petita intra quadriennium a tempore læsionis computādum a die qua fuit lapsum tempus ad probandum per testes statutum Per constitutiones Cathaloniæ, & alias, facto verbo in Regia Audientia prouidet non esse locum dictæ in integrum restitutioni imploratæ. Et consequenter dictos articulos fore & esse repellendos, pro vt cum præsenti illos repellit ad probandum per testes, &c. Et cum a proxima dicta prouisione fuisset supplicatum per dictum syndicum de Vilalba, & causa supplicationis fuisset mihi commissa, fuit allegata pro parte dicti syndici pro exemplari, quædam prouisio facta in processu ducto inter Don Petrum Matia ex vna, & Hospitalia, Bar. & Cæsaraugustę ad relationem Michaelis Miralles doctoris Regii Concilii.28. Nouembris.1561.tenoris sequētis.28. Nouembris.1561.con.co.visa supplicatione oblata pro parte hospitaliū Cæsaraugustæ, & Bar.3. Martii.1561.visis scedulis alterius partis, & visis videndis, facto verbo in Regia Audientia prouidet, quod beneficiū restitutionis in integrum, pro parte dictorum hospitalium petitū concedatur, & fiant litteræ petitę pro parte dictorum hospitaliū. Et parti dictorū hospitalium concedit pro nunc tres menses. ecce quod ista prouisio non ponit motiuum; & erant partes in causa liquidationis, & sic non est contraria præfatis aliis prouisionibus, & declarationibus, & ideo in dicta causa supplicationis me referente in mense Iunii.1572.fuit conclusum, & 12.eiusdem mensis declaratum bene fuisse per dictum Lobregat rū dicta prouisione prouisum, & male ab ea per dictum syndicum de Vilalba supplicatū, & quod condemnaretur in expensis. Et ita fuit declaratum per tex.in c.1.de restitutione in integrum.lib.6. & cle.1. eo.ti.Mathe.de Afflict.in decis.175.vbi etiam ponit intellectum dictæ clementinæ, adde quæ, dicam statim.

CAP. 478.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum ad probandū an sit concedenda post lapsum terminum, & aduersus confessionem.*

1 Restitutio in integrum ad probandum post lapsum terminum per consti.præfixum, & aduersus confessionem.

Die.11.Decembris.1574.in causa vertente inter Abbatem Sellonæ ex vna, & vniuersitatem, & singulares aliquos Villæ Selsonę, in posse Regii scribę mandati

dati, cum per syndicum Villę Sellonæ (post plures articulationes per vtramque partem factas, & super illis receptos & publicatos testes, & post factam prouisionem denuntiationis processus, licet non intimatam) esset reuocata confessio per dictam vniuersitatem facta; & articulasset de nouo post quadriennium à die publicationis dictorum testium, & petiisset dilationem ad probandum, saltem beneficio restitutionis in integrum; fuit me referente, denegata dicta in integrum restitutio, & proinde dicti articuli non fuerunt admissi quo ad probandum illos per testes, per hæc verba in effectu, quia lapsum fuit quadriennium, & quia aliquid rationabile non apparet quod aliter suadeat faciendum, scilicet vt non obstante lapsu dicti quadriennii dicta in integrum restitutio concedi debeat; Sed potius contrarium, attentis articulationibus vtriusq; partis pręcedentibus, & testibus super illis ministratis, & receptis: aliis etiam meritis processus attentis, & aliàs, prouidet dictam in integrum restitutionē cōcedendā nō esse. & proinde dictos articulos repellendos esse quoad probandū illos per testes. &c. Nota quod illa verba, & quia aliquid rationabile non apparet, &c. posui per tex. vbi dicta verba ponuntur in cap. si aduersus confessionem, vbi videtur casus de restitutione in integrum lib. 6. & licet loquatur in ecclesia, idem videtur, & fortius in vniuersitate, Nam si id quod minus videretur inesse inest, ergo id quod magis. Item quod idem sit in vniuersitate, vide licet quod ęquiparentur, vide glo. cum suo textu in l. respublica. C. quibus ex causis maio. in integrum restitu. & pro materia, vide omnino text. in cap. 1. de restitu. in integrum cum glo. in verbo causa. Feli. in cap. 1. num. 9. & seq. de pręscrip. Ias. in §. versus num. 32. & 33. & sequentibus, & nume. 68. & sequentibus. institu. de actio. fol. 22. & 23. post Bar. & alios in l. superuacuam. C. de tempo. in integrum restitu. & in l. perinde. C. eodem titu.

CAP. 479.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum, nisi malitiosè procurata, impedit executionem Regiæ sententia.*

2 *Restitutio in integrum, quando censeatur procurata malitiosè.*

3 *Arbitrium iudicis in his versatur maximè.*

4 *De supplicatione, ad restitutionem in integrum, an valeat argumentum.*

5 *Restitutio in integrum, est media via inter supplicationem & appellationem.*

1 RESTITUTIONIS ª in integrum petitionem impedire executionem Regię sententię (nisi malitiosè postulata fuerit) declaratum fuit per Regiam Audientiam sequendo inter alia doctrinam Panot. in cap. suscitata de in integ. restitutio. doctrinae aliae infra dicuntur, & de his ad memoriam reducuntur declarationes infrascriptę, quę ita concordari, & intelligi debent, & solent.

Die. 18. Februarii. 1541. ad relationem Bernardi Ribalier docto. Regii Concilii inter Pet. Matali; & manumissores pię causę Ioannis Matali, fuit prouisum quod non obstante restitutione in integrum petita per dictos manumissores, contra Regiam sententiam, fieret executio dictę sententię Regię. erat scriba Franciscus Fogassot Regii mandati scriba; & pro eo Martinus Mor notarius. fol. 83.

Idem fuit declaratum in restitutione in integrum postulata respectu pupillaris ętatis ad relationem Francisci Castello, dicti Regii Concilii doctoris. 2. Februarii. 1536. in causa quę vertebatur inter pupillos Boxados filios Ludouici Boxados ex vna, & aeconomum monasterii fratrum praedicatorum Barcinone in posse N. Mas Regii mandati scribæ, & pro eo Pasqual notarii.

In contrarium facere videbatur declaratio, facta per eundem Franc. Castello

llo in causa quæ vertebatur inter nobilem Elizabetham de san Climent, & T. Ros, & Franciscum Gros. qua in effectu propter restit. in integr. postulatam, impedita fuit executio Regiæ sententię, sed nimirum, quia est distinguendū, aut est, præsumptio quod restit. in integ. petitur maliciose, animo differendi executionem, aut bona fide, primo casu nō suspenditur executio præstita cautione, secundo casu suspenditur executio, secu. Panormita. in cap. suscitat & numero. 8. de in integr. restitutio. vbi dicit istam esse communem opinionem, & ibi est textus si non cauillatur, & eundem intellectum tenent Pet. de Ancar. ibidem Bar. Salic. & glo. in l. vnica. C. in inte. resti. postul. nequid noui fiat, de materia vide per Guido. Pa. q. 215. n. 6. fol. 64.

Et quamquam sufficiat nobis scire quam intelligentiam, & opinionem recipit hæc Regia Audientia: Attamen pro latiori intelligentia, & probatione
5 prædictorum, & ad cognoscendum quādo in integ. restitutio postulatur malitiose, seu dolose, & pro responsione aliquorum quæ in contrarium prima facie deduci possent, reduco ad memoriā quod Panor. in d. cap. suscitata de in integ. restitutio. facit regulam, quod petitio restitut. in integ. contra sententiam suspendit regulariter executionem sententiæ. fallit si contra petentem restitutionem est præsumptio malitiæ, quod causa differendi executionem hoc petat. Ita est tex. in d. cap. suscitata de in integ. restitutio. & ita illum tex. sumat Panor. ibi, & intelligit glo. in verbo pensata. vbi dicit quod de iure communi, postulata in integ. restitutione, omnia in statu suo esse debent donec restitutio facta sit, allegat. tex. in l. vnica. C. in teg. restitutio. postu. nihil noui fiat. & dicit quod, ideo in d. cap. suscitata ante omnia fuit sententia mandata executioni, quia erat præsumptio contra petentem restitutionem in integrum. & hoc determinat ille text. ibi, ne propter excogitatam malitiam (sicut ex præsump

tionibus pluribus videbatur.) effectum sententiæ in damnum Episcopi contingeret impediri, &c. Et hoc idem tenent duæ glo. in d. l. vnica in verbo restitutione, & in verbo debere, & ibi apostillator, & etiam Bar. ibidem. & idem vult rubrica illa. C. in integrum restitutione postulata nequid noui fiat, intelligendo tamen, cum temperamento quod ponitur in d. c. suscitata iuncta glo. ibi in verbo, pensata.

Idem tenet Sali. in d. l. vnica clarius loquendo cum distinctione, dicens, aut
3 restitutio petitur malitiose, vt res dilatetur, quod in iudicis residet arbitrio, tūc executio non impeditur; vt cap. suscitata de in integrum restitutio. vbi dicit esse casum, & posse probari per alia iura quæ ibi allegat, aut malitiosè non petitur, & tunc executio differtur, vt in d. l. vnica. C. in integrum restitutio. postula. nequid noui fiat. & si aliquis velit dicere quod prædicti doctores, & alii similes, vt Hostiensis, eod. titu. non loquuntur in sententia principis, saltem expressè, tamen respo. dupliciter, primo quod prædicti, & multi alii loquuntur generaliter, & indistinctè, & sic generaliter debent intelligi, etiam in sententia Regis. Idem respon. quod istam distinctionem tenet Panor loquendo expressè de restitutione in integrum postulata aduersus sententiam principis, & propterea in d. cap. suscitata circa prin. & nu. 1. 8. & 10. per illum tex. qui expressè loquitur in sententia propterea dicit Panor. istam esse communem opinionem per hęc verba, tene primum dictum q communiter tenetur. & respondet ad ea quę in oppositum aliqui dixerunt, vt referam latius infra. Idem tenet de Ancarrano in d. cap. suscitata num. 4. & 5. & signanter in versi. illud ergo, cap. vbi dicit quod dictum cap. suscitata limitat regulam l. 1. C. in integrum restitutio. postu. nihil innouetur, dicentis quod restitutione pendente nihil est innouandum, Nam illud est verum nisi per malitiam videatur postulata in integrum restitutio, vt in dict. cap. susci-

rita.n.5. ponit rationem quare in inte-
grum restitutio potius quam supplica-
tio impedit executionem sententiç Re-
gis, & illam rationem ponit etiam Pa-
normitanus n.10. Bal.in auctent. quęsup
plicatio.n.3. C. de pręcibus imperatori
offerēd. Quam sententiam communem
tenent Hosti. Cardinal. Antho. de Bu-
trio, Ioannes de Imola in d.ca. suscitata.
Nec obstat quod dicit Inno. secundum
vnum intellectum, ex tribus quos po-
nit in d.c. suscitata dicendo quod quan-
do petitur restitutio in integrum aduer
sus sententiam principis, talis restitutio
non impedit executionem sententiae
principis, per illum text. arguendo de
supplicatione ad restitutionem sic, nam
supplicatio non impedit executionem
sententię principis, sed pręstatur cautio;
ergo nec restitutio impediet executio-
nem sententię principis, sed pręstabitur
cautio. & est de mente Bal. in d.l. vnica.
Nam respondeo; communem opinio-
nem esse contra Inno. & attestatur Pa-
nor. ibidem n.8. reprobando dictum in-
tellectum, dicens quod secūdum istam
solutionem; & intellectum nihil noui
induceret ille tex. in d.c. suscitata. Item
si ille text. loqueretur in supplicatione
non opportuisset quod Papa ibi se fun-
dasset super pręsumptione orta contra
petētem, nec erat opus dicere quod vo
luit prouidere, ęquitate pręfata, nam hoc
erat de iure aucthenticorum, vt in au-
thentica quę supplicatio. C. de praeci-
bus imperatori offerēdis, ergo ille text.
loquitur proprie de restitutione in inte-
grum, & non in supplicatione, & secun-
dum hoc, est tex. contra Inno. in d. cap.
suscitata, vt aduersus sententiam princi-
pis possit peti in integrum restitutio
quę impediat executionem sententiae,
nisi quando pręsumeretur calumnia pe-
tentis restitutionem, vt dixerat supra
circa prin. dictus enim text. qui loqui-
tur de cautione fundat se, in pręsump-
tione malitiae ortę contra petentem res-
titutionem in integrum. Subdit etiam
Panor. tene ideo primum dictum quod
communiter tenetur. Adde quod non
valet argumētum de supplicatione ad
in integrum restitutionem, quia suppli
4 catio innititur purę gratię, quae est fien
da ab homine, & ex mera gratia, sed re
stitutio in integrum innititur iuri, seu
iustitię, licet habeat annexam gratiam,
& illam quippe potius a iure quam a iu
dice, & pinguius operatur, quam suppli
catio secundum Panor. in d.c. suscitata.
n.10. & in c. cum ex litteris n.17. eo. tit.
& Marquil. in vsat. auctori. & in vers.
& sic restitutio in integrum magis par
ticipat de appellatione quae innititur
iuri, & iustitiae, quam de supplicatione
quae innititur solae, & purae gratiae. &
consequenter nimirum si in integrum
restitutio impediat regulariter execu-
tionem, sicut & appellatio; Cum eorū
fundamenta habeant a iure, & ius illa si
bi concedat: quod non est in supplica-
tione, quia supplicatio de gratia tantū;
& non de iure conceditur. & quod res-
titutio assimiliter appellationi, tenet
Bal. in d.l. vnica. Vbi dicit ita tenere gl.
ibi per tex. in l. chirographis §. fin. ff. de
administ. tuto. & ideo dixi quod regula
riter restitu. in integ. impedit executio-
nem sententiae principis. quia si esset
praesumptio quod mala fide postularē
tur restitutio, tunc illa non impediret,
quia tunc saperet potius supplicationē
quam appellationem. Pro quibus vide
omnino Panor. ibi. n.10. & Pet. de An-
car. nu.5. in rationibus differentiarum;
quas ponunt inter appellationem, sup-
plicationem, & restitutionem in inte-
grum. Ancar. ponit haec verba, suppli-
catio nō inducit litis pendentiam, nam
non rescindit iudicatum, quod erat ter
minus litis, & ista est ratio, quare inte-
rim fit executio, secus est in appellatio-
ne quae rescindit iudicatum vt l.1. in fi.
§. ad Turpilianum, & ideo interim nō
potest exequi sententia quae rescisa est
sed in restitutione in integrum eligitur
quaedā media via inter appellationem
5 & supplicationem, quia habet similitu-
dinem vtriusque inquisitum enim mi-
sericorditer, habet similitudinem cum
supplicatione, sed quia attendit ad

reponendum rem in veteri statu habet similitudinem cum appellatione. Et ideo in ea distinguitur, quod aut implo ratur restitutio bonafide, aut temere, si bonafide interim omnia stant in suspẽso. C. de transactionibus l. si causa cognita. Si temere, aut est temeritas euidẽs & non suspenditur executio, ff. de min. l minor autem magistratus, aut est temeritas velata, & tunc præsumitur contra petentem, & iden interim fit executio, satisdatione tamen præstita, vt in d. c. suscitata. Hęc dictus Ancar. & sic conformar cum dicta communi opinione, eandem sententiam tenet Cinus in d. l. vnica ponens regulam, & dicens quod de iure ciuili restitutio in integrum impedit executionem sententiæ, sicut & appellatio, Sed de iure canonico modificatur procedere si restitutio in integrũ non petatur malitiose per text. in d. ca. suscitata quod loquitur in sententia Papæ, & sic necessario debet dici quod Cinus loquitur etiam quando petitur restitutio aduersus sententiam Papæ, & principis. Tum quia eius dictum debet intelligi secundum l. quam alleg. Sed dictum c. suscitata. quod allegat Cinus loquitur in sententia Papę ergo, &c. Item quia Cinus ponit regulam, & dicit illam limitari quando malitiose petitur in integrum restitutio, ergo alias secus erit indistincte.

4. Restitutioni, pro ista obseruantia Vid. Vincen. de Franc. decis. 86. Oddus de resti. in integ. par. 1. q. 43. art. 1. & 2. Minsing. centur. obser. 48. & ibi. addi. Arn. de Reyger.

CAP. 480.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum minoris an, prosit maiori consocio littis.*

1 Restitutio in integrum minoris, an prosit maio ri consocio litis, declaratum fuit simpliciter non facta distinctione inter diuidua, & indiuidua de quo traditur per Matthęum de Afflictis.

Petrus Balaguer minor viginti quinque annis, & Angela Balaguera eius mater Ciuitatis Illerdæ fuerunt condemnati per Vicarium Illerdæ ad certam pecuniæ quantitatem instante Ioanne Sanpera, causa secundæ appellationis fuit euocata ad Regiam Audientiam, & fuit commissa magnifico Petro Lobregar, & postea magnifico N. Iofre, & minor petiit restitutionem in integrum aduersus ommissam probationem, & causæ desertionem, quo beneficio volebat mater dicti minoris iuuari per aduersantem vero fuit contradictum, tandem fuit conclusum, & prouisum, per magnificum Iofre facto verbo in Regio concilio decimo sexto Octobris. 1560. prouidet dictos articulos beneficio restitutionis in integrum implorato, esse (saluo iure impertinentium & non admittendorum de quorum impertinentia ratio talis habeatur qualis de iure habenda fuerit) fore & esse admittendos, & dilationem triginta dierum praecisam, & peremptoriam ad eos probandum esse concedendam, testium, & iuramenti receptionem committendo scribae, intimato ad videndum eos iurare, litterasque compulsorias esse expediendas (pro vt cum pręsenti admittir) concedit respectiue, expeditique mandat, non obstantibus in contrarium allegatis, scriba causae Amat, & pro eo Biosca. Pro materia uideatur Matthaeu. de Afflict. in decis. 230. fol. 359. vbi facit differentiam inter diuiduum, & indiuiduum, & pro concordia aduertatur clausula huius prouisionis, ibi saluo iure impertinentium, &c. signanter, ibi, de quorum impertinentia ratio habeatur qualis de iure habenda fuerit.

De

De incipientibus littera. S.

CAP. 481.

SVMMARIVM.

1 *Salarium regulatur iuxta quantitatem petitam, & non iuxta quantitatem declaratam.*

1 Salarium relatoris regulatur secundum quantitatem petitam, & non secundum quantitatem declaratam, quamuis in libello posita fuerit clausula, saluo iure superflui, vel salua iudiciali moderatione.

Ita practicatur, & seruatur, & pro his vide quæ dixi supra in verbo, plus petentem, & in verbo denuntiatio.

CAP. 482.

SVMMARIVM.

1 *Salarium quod sit in causa supplicationis ab intermedio.*

1 Salarium relatoris in causa supplicationis ab intermedio, est tantundem quantum fuit solutum, vel non pro eo erat soluendum, id est vna tertia integra ratione principalis. & idem est pro sententia lata in causa appellationis ab intermedio.

Ita reperio relatum in lib. exempla, Hieronym. Dalmau in verbo salarium, incipit, tenet Regia Audientia per hæc verba, tenet Regia Audientia quod in causa supplicationis debetur illud salarium, seu tantundem quantum fuit solutum pro illo intermedio vel quantū pro eo esset soluendum, casu quo nullum sit solutum, & si causa primę supplicationis declaratur deserta, nihilominus debetur istud idem salarium, & sit vna integra tertia causæ principalis, in qua factum fuit dictum intermedium, & non tertia tertię. Quia tertię non variantur, & ita fuit deliberatū facto verbo in vtraque aula in causa viduę Vedrenya contra nobilem Anto. de Cardona, 1. Decembr. 1531. ad relatio. d. Dalmau hęc ipse, & idem dicit de sententia lata in causā appellationis ab intermedio, hęc ipse Dalmau, & non est maior, sed eadem ratio in vna quam in alia, & ita seruatur.

CAP. 483.

SVMMARIVM.

1 *Salarium in causa querelæ pacis, an computetur iuxta quantitatem querelæ, vel iuxta moderationem, vel secundū quantitatem condemnatam.*

1 Salarium relatoris, seu iudicis in causa quęrelę pacis, an debeat computari secūdum quantitatem quęrelę, aut secundum moderationem factam in admissione quęrelę, vel secundum quantitatem declaratam in sententia diffinitiua.

In causa quęrelę pacis vertente in regia audientia in posse Antonii Viladamor, & pro eo Antonii Bas notarii. inter Bernardum Nin mercatorem quęrelantem, & Michaelem Baiona Sutorem Barcinonę quęrelam pro pacibus, & treugis fractis, dictus Nin in dicta quęrela ęstimauit damnum ad 200. ducatos, & iniuriam ad 300. libras monetę Barcinone. salua tamen iudiciali moderatione, & taxatione, quas quantitates petiit cum duplo. vicarius Barcinonę, coram quo ducta fuerat dicta quęrela moderauit, seu taxauit damna ad 100. libras, & iniuriam ad 150. libras, & postea causa fuit euocata ad Regiam Audientiam, & commissa Stephano Riu, sec doctori tunc Regię Audientię, & postea mihi Michaeli Ferrer, & me referente, pręcedente conclusione in Regia Audientia. 13. Febr. 1567. cum Regia sententia moderando dictam iniuriam ad 25. libras dicti tutores, & cu-

ratores fuerunt condemnati ad soluendum dicto Nin, & eius vxori respectiuè 25. libras pro iniuria, & 100. libras ratione dictorum dānorum, vna cum duplo iuxta cōstitutionem diuidendo, & in omnibus expensis. Postea d. Nin petiit dictas expēsas taxari, & posuit pro salario relatoris 6. libras. 5. sol. dicti tutores, & curatores opposuerunt quod dictum salarium erat regulandum secundum quantitatem qua fuerunt condemnati, & non secundum quantitatem taxatam, & moderatam in admisione dictæ quærelę. procedente tandem discussione die. 5. Maii. 1571. fuit facta prouisio, & taxatio dictarum expensarum, facto prius verbo in Audientia gerentis vices generalis Gubernatoris, arbitror erat circa finem mensis Aprilis, & dictum salarium, fuit taxatum non secundum quantitatem specificatam in dicta quærela, sed secundum quantitatē moderatam in admisione dictæ quærelæ, & firmæ iuris in dicta quærela facta, quia tunc habuit perfectionem dicta quærela, quæ secundum quantitates dictæ petitionis regulatur l. cū quædam puella. §. fin. ff. de iurisdictione omniū iudicum, & in Cathalonia regulantur per peculiares consti. nostras etiam omnia quæ respeciunt decisoria causarum, vt puta denuntiationes processuum inter minores, vel maiores causarum commissiones vni vel duobus ad decidendum, vel cum conclusione, & salaria relatorum in omnibus causis denuntiationum, & etiam comisiones relatorum, & quærelarum pacis; & treugæ, & in decisoriis illarum, & alias sequeretur inconueniens quia si quærelatus absolueretur, non haberet salarium relator. Item in intermediis recipitur tertia pars quantitatis moderatæ in admisioone quærelæ puta 3. librarum, si postea in sententia diffinitiua condēnaretur quærelatus in sexaginta libris tantum pro damnis iniuria, & duplo sequeretur quod dictus relator, seu alius iudex non solum non haberet salariom de dicta sententia, sed teneretur restituere partē dictarum 3. librarum, videlicet triginta solidos.

CAP. 484.

Salarium conuentionale, aduocatus potest, & consueuit a suo clientulo, etiam existente extravicariam, in qua resides Regia Audientia, petere in eodem processu, & causa in qua fuit aduocatus, & coram eodem relatore sine euocatione; prætextū alicuius alterius qualitatis, quiā tale salarium est appendix siue dependens ex illa causa & processu &c. vt hæc, & alia latius explicantur supra in verbo aduocatus pro suo salario, & adde quæ referuntur infra in cap. incipien. Die lune.

CAP. 485.

SVMMARIVM.

1 *Salaria aduocatorum, & procuratorum; an & quando peti possint in Regia audientia.*

1 Salaria aduocatorum, & procuratorum, an & quando possunt peti in Regia Audiētia.

Die Lunæ 16. Ianuarii. 1576. in duabus aulis Regiæ Audientiæ (quia super infrascriptis fuerat obseruatum diuersi modè) fuit propositum, & determinatum per omnes (excepto vno ex doctoribus) quod aduocatus, & procurator alicuius in causa vertente, seu quæ ducta fuit in Reg. Aud. siue sint vnius causæ, siue plurimum causarū, siue vna tantum fuerit ducta In Reg. Aud. & alia in aliis tribunalibus inferioribus dictæ ciuitatis, possunt petere eorum salaria in Reg. Au. coram illo relatore corā quo vertebatur illa causa in qua fuerunt aduocatus, & procurator. Intellecto quod etiam coram illo relatore possunt petere salaria aliarum causarum eiusdem domini, ductarum in aliis tribunalibus inferioribus

feriotibus, si dictus aduocatus fuerit cō ductus vnico salario pro omnibus causis, & dictus procurator etiam fuerit cō ductus, vnico salatio pro omnibus causis, tam ratione connexitatis, quam superioritatis tribunalis, quia maius tribunal attrahit ad se minus, sicut magis dignum attrahit ad se minus dignum, non obstante conclusione eodem mense, vel de mense Decembris. 1575. in aula Regentis Cancellatiam In contrariū facta, oon tamen conformiter. Et propterea fuit, vt est dictum, facta dicta propositio in vtraq; aula ne procederetur diuersimodè, seu verius ne cōtraria. prouiderentur, & contrariæ ferent determinationes.

CAP. 486.

SVMMARIVM.

1 *Salaria curritorum quando soluantur.*

1 Salarium curritoris quod dicitur, quem diner, non consueuit solui statim quo ipse curritor fecit relationem de subhastatione rei venditæ, sed quando fuit prouisum quod instrumentum venditionis fieret.

Ita fuit determinatum me referente, factoq; verbo in aula Regentis Cancellariam cuius sum, & etiam (iussu doctorum dictæ aulæ) fuit consultatum pro stylo in alia aula reuerendi Regij Cancellarii, tacitis nominibus partium, & curritoris, in causa quæ vertebatur inter Enricum Seniust domicellum, & alios creditores ex vna parte, & tutores & curatores pupillorum filiorum Antici Garau agricultoris, siue pagēsis termini sancti Cucufatis Vallensis ex altera partibus 30. Martii. 1583. scriba Regij mandati Macip, seu collegium, & pro eo Serta notatius. Dubium faciebat, qoia curritor prætendebat, seu prætendere poterat quod ipse iam compleuerat ex parte sua quod illi facere incumberat. Idest subhastare per loca & tēpora solita, & inuenerat emptorem qui certum pretium dare, & soluere obtulerat, pro contrario dicebatur, seu dici poterat quod non erat adhuc declaratum an ipse curritor perfecerit quod facere tenebatur, nam posset esse quod nō subhastauerit per loca, & tempora solita.

CAP. 487.

SVMMARIVM.

1 *Salaria stimationis soluantur antequam parti communicetur stimatio.*

1 Sexta Iuli. 1568. in causa vertente ioter Ludouicum Testa & Don Ioachimum de Sentelles, in qua causa pro parte dicti Don Ioachimi fuerat petitum quod stimatio bonorum patris sui fieret, & dictus Ludouicus Testa bistraxerat omnia salaria stimationū, & d. don Ioachimus petebat comunicationem stimationum de dictis bonis factarum, & Testa prætendebat non debere cōcedi comunicationem dictarum stimationum donec d. Don Ioachimus solueret bistracta per eum. fuit prouisum, vt sequitur. Cōcessa copia facto verbo in regia audientia prouidet quod pars ista. Don Ioachimi de Sentelles soluat bistracta dictarū stimationum, & eis solutis, & non antea, comunicētur, dictæ stimationes aduocato huius partis, & intim.

Ferrer.

CAP. 488.

SVMMARIVM.

1 *Scriba mandati Regij infirmo quomodo alter eius loco subrogetur.*

1 Existente ægroto Antonio Viladamor Regii mandati scriba in ciuitate Gerundæ die 24. aut 23. Septembris. 1558. vbi residebat regia audiētia, & nō

aderat alius scriba mandati Regii, propter illius infirmitatem, fuit per reuerendum Cācellarium Regium creatus scriba mandati (dicta durante infirmitate) T. Puig notarius Regius qui in posse dicti Cancellarii præstitit sacramentum, & credo homagium: & audiuit sententiam excommunicationis, verba dictæ creationis, breuitatis causa, non refero, ibi videri poterint.

Fuit etiam prouisum quod dictus Puig teneret sigillum, & vnus ex scribis regestri, teneret regestrum propter absentiam Michaelis Amat scribæ mandati, qui prædicta tenebat per mortem Raphaelis Ioa. Locumtenentis prothonotarii. & dixit dictus Cancellarius, q̃ pœnes ipsum poterat remanere sigillū, quia ipse dicitur Sigillifer, vt Cancellarius.

CAP. 489.

SCriptura tertii qualiter continuari soleat, seu de stylo illam continuandi. Dic vt infra in verbo stylus.

CAP. 490.

SEcuritas iudicii pro debitis mercantilibus peti potest, & consueuit in Regia Audientia contra debitores, etiam extra vicariam in qua residet Regia Audientia, euocando causam prætextu paupertatis creditoris.

De his dictum est supra in prima parte in obseruantia incipien. causa securitatis iudicii.

CAP. 491.

SVMMARIVM.

1 *Securitas iudicij in casibus mercantilibus in quacumq; parte est præstanda.*

1 Ecuritas iudicii in causis mercantilibus in quacunque parte petatur, est præstanda etiam in reconuentione præcedentibus solitis iuramentis, & adhibita solemnitate debita, & ita obseruat Regia Audientia.

Primam partem dicti summarii posuit Hietony. Dalmau in suis exemplaribus, seu memoriis, in verbo securitas, per hæc verba: obseruat Regia Audientia quod in quacunq; parte petatur securitas iudicii in causis mercantilibus, q̃ illa est præstanda præcedentibus solitis iuramentis, & alias adhibita solemnitate debita.

Iuxta secundam partem eiusdē summarii, fuit prouisum per magnificum Guillermum Sunyer doctorem Regiæ Audientiæ die 17. præsentis mensis Maij 1589. facto verbo in vtraq; aula Regiæ Audientiæ more solito, vt inferius latius declarabitur in causa vertente inter Bartholomæum Rossell Botiguerium telarum ciuem Barcin. agentem ex vna parte, & Seraphinum Bages etiam Botiguerium telarum dictæ ciuitatis parte ex altera defendētem, & dicta causa incepta fuit in Regia Audientia, ad supplicationem dicti Rossell, in vim clausularum renuntiationis proprii fori, & submissionis cuiuslibet alterius contra dictum Bages, & dictus Rossell non petierat securitatem iudicii. postea vero dictus Bages reconuenit in eodem processu dictum Rossell, & ab eo petiit securitatem iudicii, & pro ea dictus Sunyer relator, fecit verbum in aula Regiæ Audientiæ cuius ipse est, expressis nominibus partiū, & facta relatione iuxta morem, & etiam fecit verbum in alia aula (tacitis tamen nominibus partiū) vt moris est, & de omniū doctorum vtriusq; aulæ voto, prouidit quod d. Bartholomæus Rossell præstaret securitatem iudicii ab eo petitā in reconuentione per dictum Bages facta, præstitis prius solitis iuramentis &c. attento quod causa cōuētionis, & recōuentionis sunt mercantiles. Et post praedicta dictus Rossell

fell actor qui litem (vt dictum est) incepit, periit etiam securitatem iudicii a dictos Bages, & illam dictus magnificus relator praestari prouidit.

Et pro complemento, intelligentia praedictorum, & Valentia dictae regulae, reduco ad memoriam casum quem retulit dictus Dalmau in suis exemplaribus in verbo causa mercantilis, tenoris sequentis die 28. Iulii. 1529. facto verbo per Michaelem de Hospital in vtraque aula, fuit visum quod si aliqua causa fuit cepta in curia vicarii, seu alterius ordinarii à querela, & deinde fuerit cum cata absque aliqua qualitate paupertatis, vel alterius ad Regiam Audientiam quod quamuis illa sit mercantilis, & inter mercatores, nō potest tractari cum illis qualitatibus, & praerogatiuis quibus tractaretur, alias in curia cōsulatus maris. & sic tunc non potest peti securitas iudicii. Nec procedi ad capturam, et alias iuxtà praerogatiuas priuilegiorū, & capitulorum consulatus, dato quod dilationes possent abreuiari. Nec in isto casu loquuntur cōstitutiones de huiusmodi causis in Regia Audientia tractandis, sed tantum quando euocantur, cū qualitate aliqua. ratio quia, vbi nulla subest qualitas, obstant dictae euocationi dicta priuilegia quae loquuntur abdicatiuè. & solum sustinetur talis euocatio ex prorogatione iurisdictionis facta per partes consentiendo illi euocationi, & ita alias etiam fuit visum ad relationem Martini Ioannis Suoyet. haec ipse Dalmau.

CAP. 492.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem minoris, non est nulla praesertim quando minor egit iudicio recuperandae possessionis.*

1 VM fuisset lata sententia Regia anno. 1581. per excellen. Locumtenen. generalem de concilio Regentis Regiam Cancellariam, in iudicio verbali suae excellentiae in fauorem Andreae Ludouici Leget minoris viginti quinque annorum filii ex primo matrimonio Saluatoris Leget, & contra Mariam Annam, quae fuit secunda vxor dicti Saluatoris Leget vita functi, & peteretur executio dictae sententiae per dictum Andream Ludouicum Leget dicta Marianna opposuit exceptionem decidendo in effectu dictam sententiam exequi non posse quia totus processus hactenus actitatus cum illius declaratione fuit, & erat nullus, ex quo dictus Andreas Ludouicus Leget aduersans erat minor viginti quinque annis, & sub potestate curatoris constitutus in testamento paterno, & sic non potuit comparere in iudicio, nec causam instare, nec legitimam personam ad hoc habebat. Tamen 14. Febr. 1582. per suam Excellentiam de cōsilio dicti Regentis, fuit prouisum per haec verba. Attento quod actum fuit iudicio possessorio recuperandae possessionis quo minores 25. annis legitimam personam standi in iudicio habent, & quia sententia est lata in fauorem dicti Andreae Ludouici Leget, & propterea dicta sententia est valida, cum enim minoribus in dānis subuenire non in prospere gestis ob esse consueuit, nec potest. & attenta cautione per dictum Leget praestita, & melioratione illius quae impugnata non fuit: ideo, & alias prouidet quod fiat executio dictae Regiae sententiae latae, iuxta illius seriem & tenorem, soluto prius iure sigilli, & ordine iuris seruato, & pro effectuatione dictae executionis fiant cartella executorialia solita, & opportuna, seu litterae iuxta stylum, & consuetudinem.

Motiuum primum dictae prouisionis, fuit sumptum de text. in l. fin. & ibi Pau. de Cast. & Bal. & Sali. C. qui legitimam personam standi in iudicio habent vel non, secundum intellectum datum ibi per glo. in verb. per quamcumq; personam, & per dictos docto. ibidem. ex quorum doctrina est notandum prout ibi ipsi notant, & signanter Bal. num. 2.

quod hæc verba per quamcumq; personam includunt etiam alios inhabiles. nam ista verba vniuersalia quando sunt prolata ad prorogationem iuris iā constituti non recipiunt restrictionem de habilitate, vt not. Iaco. de Aret. in l. 1. §. Item nuntiatio de oper. no. nuntia. Alios casus in quibus minor agere potest sine tutoris authoritate, vide per nepotem a Montalbano in tractatu de exceptio. art. 6. n. 18. vol. 9. fol. 80. Secundum motiuum sumptum fuit de tex. literali in l. non eo minus C. de procuratoribus, & ibi doctores.

Et eum fuisset per dictam Marianam supplicatum contrario imperio 17. eiusdem mensis, dicta prouisio facto verbo in Regia Audientia per Regentem Cancellariam, fuit die 21. Martii eiusdem anni. 1582. confirmata.

CAP. 493.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in causa appellationis ab interloqutoria regulatur, vt interlocutoria, in Regia Audientia.*

2 *Effectus inde resultātes, & de intellectu prædictorum.*

3 *De Morabatini auri valore. vid. ibi.*

1 SEntentia in causa appellationis interposita ab interlocutoria regulatur, vt interlocutoria in hac Reg. Aud. Ita vt in summatio huius obseruantiæ dicit Hieronym. Dalmau in suis exemplatibus in verbo taxatio per hæc verba, consueuit regia audiētia pro sententia lata in causa appellationis interpositæ ab aliqua interlocutoria in taxatione expensarum non taxare morabatinum pro publicatione sententiæ diffinitiuæ seu habentis vim diffinitiuæ, quia appellatio ab interlocutoria regulatur vt interlocutoria, sed post modum vidi obtentam pragmaticam contrariū disponentem anno. 1524. cui esset standum nisi obstarent constitutiones, & in alio c. n. 2. dicitur vt sequitur consueuit Reg. Aud. in causa supplicationis ab intermedio vbi non sunt ciues Barcino. taxare morabatinum hoc est 13. solidos 4. den. & sequēdo mētem cuiusdam pragmaticæ Regiæ per Regem Ferdinādū. 2. alias factæ, sed postea maturius idem examinando fuit aliter deliberatum. Et quāuis ipse nihil alleget, ego allego notabilem, & expressam determinationē, & decis. Guid. Pap. in q. 220. n. 4. vbi allegat Enricum Boit. in cap. in. litteris in 1. distinctio. de offic. & potest. iudi. de lega. coaroboratur per aliam decis. Guido. Pap. q. 11. & 12. & Bart. consil. 220. vbi dicit talem sententiam in rei veritate esse interlocutoriam, & non esse necessarium pronuntiare in modum diffinitiuæ. Hieronymus Paulus Barchi. in practica Cancellariæ Apostolicæ. fol. 104. & per aliā multa quæ refero supra in verbo morabatinus, & ibi respō. ad contrariū quod posset fieri, de gl. in l. si quis iusiurandum in verbo diffinitiuam. C. de reb. credi. quam gl. dicit singularem Ludo. Roma. singulari 47. Lanfran. de Oriano in c. quoniam contra, in verbo interlocutorie. n. 45. fo. 86. de probatio. ex. & pro respon. pro nunc videre poteris Bal. in d. l. si quis iusiurandū. & Lanfran. de Oriano in loco remissiuè citato & ex his colligitur effectus, quod non
2 debet nec consueuit taxari morabatinus pro sententia confirmatoria interlocutoriæ iudicis inferioris. & idem est de sententia lata in causa supplicationis ab interlocutoria prouisionis factę in Re. Aud. vt latius hęc, & alia traduntur supra in verbo morabatinus. & inde etiā fit, quod processus causarum appellationum vel supplicationum ab interlocutoriis interpositarum, nō denuntiātur. & ita refert Hiero. Dalmau in verbo denuntiari an debeat processus ab interlocutoria, fuisse deliberatum in duabus aulis, & ita seruatur, & videri potest in 2. parte quę est impressa in capitulis tractantibus de appellationibus, & supplicationibus a prouisionibus interpositis respectiuè, & supra in verbo denuntiatio

nuntiatio.cap.incipiente denuntiari debent.

Est & alius effectus in salario relatoris, consequenter & aduocati & procuratoris, quia salarium relatoris regulatur secundum salarium quod receptū fuit vel recipi potuit pro prouisione a qua fuit appellatum, vel supplicatum: & ita Hierony. Dalmau in suis exemplaribus refert, quod tenet Regia audiētia, & quod fuit deliberatum facto verbo in vtraque aula, in causa quæ vertebatur inter nobilem Anto. de Cardona & viduam Vedrenya. 1. Decem. 1531. ad relationem dicti Dalmau, Idem in effectu refert in verb. appella. Alij effectus multi colligi possent, & illi colligi poterint, ex deductis per doctores relatos supra in dicto verbo morabatinus.

De valore morabatini auri tractat
3 Micr. collat. 4. c. 25. nu. 17. fol. 103. & in ca. cum de valore coll. 6. fol. 159. in quibus cum non sint principaliter huius instituti amplius non insisto.

CAP. 494.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura tertij quæ forma continuetur, in curia vicarij Barchinonæ.*

1 SCriptura tertij quę forma cōtinuari solet in curia vicarij Barcinone, vt habui à N. Dōt scriba maiore scribaniæ dictę curiæ, est vt sequitur.

Quando instrumentum debitori est firmatum extra. vicariā Barcinone, vel Barcinone die feriato.

Die 20. Aprilis 1585. Discretus Franciscus Guardia notarius & vnus scribis iuratis curię vicarij Barcinone procurator vna & insolidum cum alijs scribis iuratis dictæ curię constitutus, & ordinatus à Ioanne. N. prout de eius potestate constat in quodam debitorij instrumento recepto pœnes discretū Petrum. N. notarium &c. die &c. dicto nomine scripsit, & sub pœna tertij soluere promisit Anto. N. mercatori centum libras monete Barcinonę ratione & pro prætio centum arietum per dictum Ioānem. N. à dicto Anto. N. Empt. ad rationem .j. librę pro ariete, quas centum libras dare & soluere promisit a dicta die debitorii ad quatuor menses immediatè ex tunc sequentes sine. &c.

Fiat cum salario procuratoris intra 5. solidos. extra. 10. so.

Pœna de non firmādo ius est. I. solid.

Et cum obligatione bonorum.

Et renuntiatione proprij fori & cuiuslibet alterius submissione.

Et cum scriptura tertii, obligatione personae & bonorum.

Et iuramento.

Et aduerte quod quando instrumentum debitorii est firmatum intra vicariam strictam Barcinone: tunc, non fit per procuratorem, sed solum dictus, Ioānes. N. scripsit & sub pœna tertii soluere promisit Antonio. N. mercatori, vt supra.

Postea vero die. 6. Maii. 1585. in presenti curia vicarii Barcinone, comparuit Petrus. N. procurator dicti Anto. N. creditoris prędicti, prout de sua potestate constat &c. & dicto nomine retroclamum exposuit pro dictis C. libris pro debito principali saluo iure, & de 26. solidis pro expensis, pro vt dictum retroclamaum extitit continuatum in libro retroclamorum dictę curię, vulgo dicto Pinedt de la Aligua tenoris sequentis.

Retroclamum.

die 6. Maii. 1585.

Item debet Ioannes. N. C. libras pro debito principali, saluo iure, & 26. soli. pro expensis de quibus exposuit retroclamum Pet. N. procurator. N. mercatoris cum tertii scriptura die 20. Aprilis. 1585.

Propter quod quidem retroclamum & illius executionem, fuit expeditum cartellum de preneu, y penyorau, sub forma sequenti.

Preneu y penyorau a Ioan. N. per C. liures per lo deute principal saluat

drę

idret de compte, y per 26. sous per despeses de les quals li ha fet reclam Pere N. procurador de Antoni N. y per lo terç al senyor Rey pertanyent. a 6. de Maig. 1585.

Lo tercer Pastor notati.

CAP. 495.

SVMMARIVM.

1 *Suplicatio ab excessu executionis est committenda eidem relatori.*

1 SI suplicatur ab excessiue executionis factę per Alguatzirium, vel alium officialem exequentem, supplicatio remittitur relatori qui dictam executionem prouiderat. Et ita fuit determinatum per vtramq. aulam die 9. Aprilis, 1582. in causa executionis prouisę per magnificum Franciscũ Sala instãte Ioãne Coromines contra coniuges Galins ciuitatis Vici, scriba Costa, & pro eo Collel notario, & quia dicta supplicatio fuerat commissa magnifico Antonio Ros alterius aulę, fuit reuocata dicta cõmissio, & dicta supplicatio fuit commissa dicto Francisco Sala.

CAP. 496.

SVMMARIVM.

1 *Supplicationis causa commissa doctori cui non erat committenda, quid declaret Regia Audientia.*

1 SUpplicationis causa si erat cõmittenda alteri doctori eiusdẽ aulę, & culpa supplicantis fuit per Cancellarium vel Regentem cancellariam commissa doctori alterius aulę, declaratur malè fuisse supplicatum, sed secus si aliter, & ita fuit vt sequitur.

Cum ad relationem magnifici Ioannis Amell esset facta prouisio 9. Iulij. 1581. non facto verbo in Regia audientia inter marchum Oliua ciuitatis Gerundę, & Iacobum Ioannem Puiol Barcinone, in posse Sebastiani Costa regij mandati scribe, & pro eo Bou notarii. A dicta prouisione supplicauit dictus Oliua, & in supplicatione 16. Iulij. 1581. per dictum Oliua oblata, asseruit quod dicta prouisio facta erat per dictum Amell facto verbo in Regia audientia, & propterea supplicauit causam dictę supplicationis alicui doctori alterius aulę committi, dicta causa supplicationis commissa fuit magnifico Hieronymo Planes & pars dicti Puiol opposuit 29. eiusdem mẽsis quod non erat deserta quia causa nõ fuit cõmissa ad decidendum, & alias ob non factas debitas diligentias, & cum supplicationem idẽ Oliua supplicauit causam alteri doctori comitti ad decidendum sine preiudicio desertionis, & fuit comissa etiam Michaelli Ferrer & postea. 31. Augusti dictus Puiol deduxit, quod causa erat comittenda in eadem aula & non potuit comiti dicto Planes qui erat alterius aulæ, ideo petiit declarari malè fuisse supplicatum, tandem die. 13. Nouemb. 1581. fuit sententiatũ, & declaratum male fuisse supplicatum expressa dicta causa qui comisio facta fuit in alia aula, propterea quod dictus 1
Oliua expresit quod dicta prouisio erat facta facto verbo in Regia audientia, quod nota, quia aliàs si non fuisset 1 in culpa partis supplicantis, nõ ita fuisset declaratum, vt vidi in aliis causis, & de hoc fuit tractatum in Regia Audientia.

CAP. 497.

SI supplicatum fuerit in forma a prouisione super euacuatione domus, & causa supplicationis alicui doctori alterius aulę comissa fuerit: causa dictę supplicationis an impediat executionem prestita cautione per partem qui obtinuit prouisionem.

Vide supra in verbo executio prouisionis factę in Regia audientia.

CAP. 498.

Si supplicatum fuerit in forma, a prouisione facta super euacuatione domus, an causa dictę supplicationis terminari debeat ex eisdem actis.

Vide supra in verbo executio prouisionis factæ in Regia audientia super euacuatione domus circa finem versi; Adde pro materia.

CAP. 499.

SVMMARIVM.

1 *Supplicari non potest ab intermedio, in causa supplicationis contrario impe- rio neq. in forma.*

1 Supplicari non potest a prouisione facta super aliquo intermedio facto in causa supplicationis cōtrario imperio, sicut nec potest supplicari a prouisione intermedii facti in causa supplicationis in forma interpositę aprouisione.

Die vigesima sexta Iunii, 1548. in causa supplicationis contrario imperio interpositę per Petrum Bonastre â prouisione facta per Petrum Balle relatorē causę vertentis inter dictum Bonastra, & Michaellem Ardeuol, dictus magnificus Petrus Balle in ea causa supplicationis contrario imperio fecit prouisionē quod reciperentur testes, & ab ea fuisset supplicatum, & causa supplicationis de facto admissa, & commissa magnifico Ioanni Amell instante dicto Bonastre, fuit deliberatum per vtramque aulam, quod procederetur in causa per dictum Balle relatorem, non obstante causa supplicationis a dicta prouisione interpositę, & ita cap. 23. in secunda parte versi, e que de les prouisions, o intermedis, curię anni. 1520. fuit intellectū generaliter de omni supplicatione interposita tam a prouisione facta in causa supplicationis cōtrario imperio quā a prouisione facta in causa supplicationis in forma interpositæ, ex identitate rationis dictę constitutionis, Et quod ita etiam intellexerint antiquiores nostri; demonstrat ordo iudiciarius Regię Audientię editus per Pet. Clarlana ca. incipien. tandem a prouisionibus quibuscumq. factis durante causa supplicationis interpositæ ab interlocutoria, vbi dicitur quod a dictis supplicationibus non admittitur supplicatio, nec recursus per viam restitutionis in integrum, & quod idem seruatur durante causa appellationis interpositę ab interlocutoria iudicis inferioris ex identitate rationis.

CAP. 500.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio a prouisione attentatorum facta in vna aula, an admittatur ad aliam post processus denuntiationem. rationē vid. n. 3.*

2 *Supplicari non potest ad aliam aulā post processus denuntiationem.*

1 Potest supplicari a prouisione regia facta super attentatis in vna aula post denuntiationē processus ad aliam aulam, nō obstante constitutione anni. 1547. c. 2. que prohibet in aliquo casu post denūtiationem processus supplicari ad aliā
2 aulam a prouisione facta super aliqua re, quia dicta constitutio non comprehendit istum casum, & est ratio quia ar-
3 ticulus attentatorum videtur esse articulus extra processum & pro tali in multis iudicatur; nam recipitur salariū per iudicem & taxatur antequā faciat sententiam in principali licet non posset recipi propter aliam prouisionem quæ non esset super attentatis, & reputatur talis prouisio attentatorum pro diffinitiua, quia habet vim definitiuę, pro quibus omnibus & aliis quę possent deduci: vide rotam decisio. 99. in nouis in rub. de senten. & re iudi. fol. 25. Adde Sali. in rub. de senten. & re iudica. & decis.

cis.13. vt lite pendente in nouis & impressione veteri. Sed in noua impressione est in deci.1.incipien.si iudex, & ita fuit determinatum per ambas aulas Regiç audientiç ad relationem magnifici Bernardi Vilana in causa supplicationis interpositę per çaportella comendatorem, procuratorem comendatoris de Corbins & de les Bellianes à prouisione facto verbo facta per Michaellem Ferrer die.24. Septemb. 1556. in causa quę vertebatur inter dictum comendatorem & præpositum Tarracone, super iurisdictione ciuili dictæ villæ de les Bellianes in partita dicta de la pabordia scriba mandati Paner, & pro eo Riera: Adde aliam rationem quia super attentatis potest fieri separatus processus, vt reperio in exemplaris Hieronymi Dalmau in verbo attentá, & in verbo processus. fuisse decisum in Regia audientia, & hinc scilicet quia talis prouisio habet vim diffinitiuę, fuit receptum in Regia audientia quod in causa supplicationis à prouisione attentatorum, pos
b sunt fieri nouæ probationes [b] & productiones, licet alias causa supplicationis a prouisione debeat terminari ex eisdē actis, esset enim valdè prę iuditiale, & iniquum, quod si in prima prouisione attentatorum grauaretur pars, quod tale grauamen no posset reparari per nouas productiones actorum, seu aliarum probationum, aut per sententiam alterius aulę, sed quod deberet determinari per eandem aulam, & sic in effectu per eosdem consiliarios & per easdem probationes. Post prędicta edicta fuit constitutio facta in curiis generalibus anni.1585.cap.85.incipien. Mes statuim
c e ordenam, [c] quę loquitur in casu speciali, videlicet quando vnus ex litigantibus supplicat informa, & alter supplicat contrario imperio, &c.

a c.7.] in noua vero collectione est §. dicti cap. incip. e si de la prouisio lo.2.titu. de supplications de sententias fol.405.

b Probationes) Canc. par.3.varia.cap.17. num.115.& 116.fol.245. vt pro his allegat Mathesi. singu. 39. num.1. Aymon; Crauet. cons.182. videtur quod iudiciū num. 1. Imm. in c. quoad consultationem de re iudi. & hęc est vna ex limitationibus Clem. appellanti de appell. cuius quidem alias, traduot fallentias Bal. in l. per hanc C. de tempo. appell. Guid. Pap. in singul. 1006.

c Statuim y ordenam) d. titu. de supplica. de senten. & est in ordine.16.

CAP. 501.

In causa supplicationis interpositę à prouisione attentatorum an admittantur nouę probationes, licet alias regulariter causa supplicationis a prouisione terminari debeat ex eisdem actis.

Dic vt supra in proximo capitulo.

CAP. 502.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio a prouisione alimentorum admittitur: sit tamen executio præstita cautione.*

1 Supplicatio a prouisione alimētorum per Regiam audientiā facta admitti consueuit, fit tamen dictę prouisionis executio, pręstita cautione.

Dic vt supra in verbo executio prouisionis alimentorum, & in quantum ibi referuntur multa exemplaria quibus constat supplicationes à prouisionibus alimentorum admissas fuisse in an. 1527. 1535. & 1553. Adde quod Hieronymus Dalmau in dictis suis exemplaribus in verbo alimenta lo primer, dicit per hęc verba, à sententia alimentorū non potest supplicari cum venter non patiatur dilationem, vt patet in quadam scedula, quę fuit facta per Xiquot, habeo exemplar, est scriba mandati Ioānes Bartolo. Coll. hęc ipse Dalmab. Sed tu aduerte quod materia de qua principaliter loquitur illud exemplar, & de-

cisio:

cisio: non erat an a sententia alimentorum, posset supplicari, de qua materia loquuntur illa tria exemplaria, quæ post prędicta ipse idem Dalmau retulit, & posuit ad longum in verbo alimēta, lo. 3. & in verbo alimētá lo. 4. in quibus constat supplicationes a declaratio nibus alimētorum supplicari posse: sed nihilominus executio prouidebatur.

CAP. 503.

SVMMARIVM.

1 *Spolium an committatur per denegationem solutionis.*



VM esset lata sententia arbitralis inter illustrem admiratum Castellæ, & eius vxorē Comitissam de Modica & vicecomitissam de Basso & Capraria ex vna, & spectabilem vicecomitē de Rupebertino ex altera partibus, super dictis comitatu & vicecomitatu de Basso, & Capraria, & inter alia fuisset sententiatum quod firmata carta censualis pretij quadraginta mille librarum, & pensionis durarum mille librarum per dictos coniuges, & solutis duabus mille libris per eosdem cōiuges, dictus vicecomes de Rupebertino deberet cū effectu facere, quod eius filij firmarent dictum contractum censualis cum effectu, cum essent ętatis firmandi. Euenit quod dicti coniuges soluerunt pensiones dicti censualis liberè, & absq. aliqua solta per totum tempus quo filij dicti vicecomitis de Rupebertino fuerunt minores. Et mota lite, super quibusdā pęnis dictæ sententię petitis per dictū vicecomitem de Rupebertino, & sibi de similibus fuit facta reconuentio. Et lite prędicta pendente, cum dicti filii effecti essent ętatis quā poterant firmare dictum contractum: dicti coniuges deposuerunt pensionem dicti censualis in tabula ciuitatis Barcinonę ad soltam relatoris dictæ causę. Et fuit per vicecomitē de Rupebertino prętensum quod per tale depositum cum solta, ipse fuit spoliatus dicta pensione censualis, (& quippe quod fortius est) lite pendente: & quod titate omnia erat restituēdus. Allegabat inter alia Hostiēsem in summa ti. de censi. §. quis cēsus vers. Quid si pendente iudicio, & Aymo. de Craueta cons. 140. a num. 1. vsq. ad 4. quē vide. Pro parte vero dictorum coniugum fuit oppositum quod postquam dictus vicecomes non seruabat dictum pactum seu sententiam, quia non fecit firmare dictum contractum censualis: pariter ipsi coniuges non tenentur soluere. Et fuit prouisum facto verbo per magnificum Franciscum de Vallesica relatorem dictę causę, interuenientibus magnifico Michaele Miralles & me in decisione dicti dubii quod pro nunc dicta quantitas deposita non soluetur: attēto quod solutio recipit cōditionem & causam ex dicta sententia arbitrali, hoc est quod dictus vicecomes de Rupebertino non est spoliatus: attento quod nō adimplet dictam sententiam ex parte sua, poruerunt enim ex dicta & alia causa dicti coniuges non soluere, &c. vt per Ripam in ti. de legi. & longa consue. in 14. responso. cap. 14. nu. 19. & alibi.

2 Aliud etiam contra prędicta insurgebat dubium, nam allegabatur quod carta censualis non dicebatur firmata postquam Admiratus non dedit titulos quibus possidebat & sibi pertinebant res quę specialiter erant obligatę, vt cū illis notarius posset facere cartam, & scriptura dicti censualis posśit cōtinuari in curia vicarii Barcino. quia verba debent intelligi cum effectu. l. si quando. ff. delegat. 1. & non dicitur aliquid factum vbi superest addendum siue agendum. l. nomen filiorum. §. fin. ff. de verb. signi. l. 3. §. docere. ff. nequis eum qui in ius voc. est vi eximat. & ibi Iason. Attamen his non obstantibus fuit conclusum, vt est dictum supra, nam postquam hoc non fuit expressē dispositū in dicta sententia, de iure non poterat ad illud adstringi admiratus, nec de consuetudine

suetudine postquam illę res specialiter obligatę non erant feudales, vel emphitenticariæ: & ita est consuetudo, vt fuit relatum per Ioannem Monjo notariũ publicum Barcino. referente dicto de Vallesica. Et ego confirmaui quia dicta sententia; & consequenter dictus censualis est stricti iuris, cum transactio sit stricti iuris, & sic sententia arbitralis, quę dicitur transactio est stricti iuris secundum Bar. in l. sub prętextu nu. 6. C. de transactio, & sic sententia arbitralis quę dicitur transactio. per tradita per Bart. & alios in aucten. si vero contigerit de iudi. & etiam est contractus innominatus Ias. in l. siue apud acta nu. 8. C. de transact, & in l. cum proponas. 2. nu. 3. C. de pact. & quod sit stricti iuris, tradit etiam Ias. in l. in summa. nu. 4 post Bar. ibi. nu. 2. ff. de condi. indeb. Et cum sit stricti iuris dicta sententia: illa verba fermada la carta, debent intelligi strictè absq. traditione titulorum. Signanter attento, quod iam vicecomes recipiebat pensiones ratione dictæ firmę, & fuit tradita copia aprisię illius cõtractus auctentica qua poterat agere ad pẽsiones, & adducebam pro materia vt breuius agam, gl. in l. si quis cum aliter ff. de verbo. obli. quę est communiter approbata secundum Iaso. in l. qui Romę. §. scia. nu. 74. ff. eo. vbi inter alia dicit quod stipulatio aposita super transactione, regulatur secũdum transactionem, & quod transactio apposita super contractu bonæ fidei habet duplicem naturam, scilicet naturalem & accidentalem. & sortitur naturalem &c. per gl. certi conditio in princi. in verbo ex omni causa in fine. ff. si certum petatur. Item deduxi quod exceptio proprietatis poterat admitti in nostro casu prætensi spolii iuxta fallentias traditas per Pau. in l. si. de vi. 1. & 2. in finali fallentia. ff. de iudi. & per alias fallentias. in 1. & 2. lecturis dictę l. si de vi. tradi. quæ in nostro casu militabant. multa alia fuerunt deducta per alios doctores.

CAP. 504.



Polium census debiti ecclesiasticę personae per laicum.

Quando dicatur spoliũ per denegationem census, vt ratione spolii laicus posit conueniri coram iudice ecclesiastico, & quando non: vide in verbo contentio super deneg. census c. 229. incipiente ęconomus.

CAP. 505.

SVMMARIVM.

1. *Quoties de stilo seu de intelligentia constitutionis, obseruantia Regiæ audientiæ, vel forma procedendi in aliqua causa dubitatur; consuetum est aliam aulam consulere, seu verius congregare doctores vtriusq. aulæ.*
2. *Stili vsus & practicæ Regiæ Audientiæ, pro lege seruantur.*
3. *Contra stilum curiæ sententia lata, est nulla.*
4. *Si stilus curiæ contradicat consuetudini villæ, vel e contra standum est potius stilo.*



Tilus seu obseruantia Re-
giae audientiae est: quod si
1 vna aula Regiae audientię
ciuilis de aliquo stylo: seu in
telligentia constitutionis vel obseruan
tia Regiae audientiae, vel formae pro
cedendi in aliqua causa dubitat, consue
uit alteram aulam cõsulere; seu verius
congregantur doctores vtriusq. aulae
in vna, & ibi proponitur dubium non
nominando partes, seu causam in qua
dubium ortũ fuit, seu incidit, vel emer
sit, & discusso dubio proposito, per om
nes sit determinatio, & si videtur (secũ
dum arduitatem negotii vel aliàs) fit
conclusio illius determinationis sequẽ
do maiorem partem votorum.

Ita ab anno 1550. vidi inconcussè in Regia audientia fieri & obseruari tamquam, nedum vtilè, sed & conueniens, & quodãmodo necessarium, ne sequã-

tur diuersę, seu contrarię super eodem, vel simili facto & casu declarationes, quam absurdum, & partibus damnosum esset: neminem latet.

Et nouissimè die 6. Martii. 1579. fuit obseruatum & conclusio facta, in facto propositionis factę per admodum excellentem do. Locumtenentem generalem in Regio concilio ciuili existentibus ominbus doctoribus vtriusq. aulę de mandato suę excellentiæ in vna ex dictis aulis congregatis. An occurrente aliquo dubio in vna ex dictis aulis super aliquo stylo vel forma procedendi in aliqua causa: possit & cōsueuit illud dubium determinari per omnes doctores vtriusq. aulæ Regii concilii, & voto maioris partis dictorum doctorum standum sit & stari consueuerit, in qua propositione inter fuerint reuerendissimus Cancellarius, magnifici Regens Cancella. Michael Ferrer, Franciscus Amar, Antonius Ros, Michael Cordelles, Ioannes Pōcius Sescales, Antonius Nagrell, Frāciscus Sala, Pet. Balle, Phedericus Font Pastor, Michael de Tamarit, &. N. Amell, & nemine discrepante, fuit conclusum per hæc verba, quod tam de consuetudine in concussè in similibus dubiis obseruata quam aliàs. dictum dubium potest & debet dirimi, cum voto doctorum vtriusq. aulę, & voto maioris partis illorum, dūmodo non fuerint aduocati vel aliàs suspecti standum erit & stari in similibus consueuit.

Et ideo post dictam conclusionem in dubio quod in aula magnifici Regētis occurrebat in causa luitionis villæ de Almenar vertente inter sindicum dictę villae de Almenar & fisci procuratorem regii patrimonii agentes ex vna, & nobiles coniuges Ludouicum de Ycart, & Dionysium de Ycart & Carcassona deffendentes ex altera partibus congregati fuerunt omnes doctores vtriusq. aulę in vna aula (exceptis illis qui fuerant aduocati dictarum partiū) & per illos fuit determinatum dictum dubium, & secundum dictam determinationem facta fuit conclusio dicta die 6. Martij. 1579. & est in serta dicta conclusio in libro conclusionum eiusdem anni.

2 Et quod styli, ac vsus & practicę regiae audientiae seruandi & seruandae sint & pro legibus haberi debeant, dixi supra in prohemio huius instituti, pro quo inter alia allegaui. tex. in consti. la rigor, in verbo, vs y practiques, in titu. de pace & treuga, fol. 247. & ibi Thomā Mier. colla. 10. in fine. fol. 42. tex. in c. ocœrrents a la difficultat in fine, & ibi Mier. in fine colla. x. fol. 10. vbi vide Mier. latius & clarius loquentem quam in d. c. la rigor. Adde. Pet. Belluga in speculo principum de propositione graua. rub. 11. & §. his igitur num. 8. fol. 25. & in tit. de materia execu. rub. 17. in versi. videamus nu. 7. fol. 96. & in tit. de materia censualium rub. 41. § le

3 ges regni. nu. 44. fol. 195. & per Guido. Pap. in q. 292. num. 2. fol. 79. vbi dicit & tenet duo, primum est, quod sententia lata expressè cōtra stylum curiæ est

4 nulla secundum & notandum ad propositum est, quod si stylus curiae contradicat consuetudini villae, vel ècontra, standum est potius stylo, quam cōsuetudini cum se habeant ad inuicem tamquam generale & speciale, vt notatur per Cy. & Ray. de Sabanaco in sua repetitione l. more maiorum. ff. de iurisdic. om. iudicum.

CAP. 506.

SVMMARIVM.

1 *Forma litterarum concessarum per Locumtenentem generalem domini Regis vniuersitati, propter renitentiam baiuli in casu vt ibi.*

1 Tylus seu forma licētiae quę concessa fuit per Locumtenentem generalem domini Regis vniuersitati baronis, seu alterius cūm asistentia Algutzirii Regii propter renitentiam baronis seu domini,

mini dictæ vniuersitatis vel baiuli illius, vt in facto sequenti.

Die 24. mensis Iulij. 1574. fuit concessa licentia vniuersitati de Monells per Locumtenentem generalem Regię Maiestatis, præcedente prouisione facto ad relationem Michaelis Ferrer facta verbo per eum in Regia audientia, & in vim dictę concessionis, factę fuerunt & traditæ litterę, quarum eff ctus tantum (breuitatis causa. & postquam in libro regestri poterit videri: si in aliquo per aliquem dubitari contingat) inseritur hic vt sequitur.

Nos vero dicta supplicatione benigne suscepta, magnifico & dilecto consiliario Regio Michaele Ferrer vtriusq. iuris doctore ad recognoscendū & verbo faciendum commissa facto per eū verbo in Regia audientia. Attentis petitis in tribus requisitionibus & respōsionibus per dictum baiulum dictis requisitionibus factis, atq. ita attenta recusatione dicti baiuli congregandi consilium more solito ex causis illi requisitis & aliás, fuit promissum concedendā esse licentiam dicto baiulo requisitam, & in pręsenti supplicatione supplicatā, sinistet congregandi consilium dictæ vniuersitatis villę, & termini Castri de Monellis more & loco solitis cum assistentia alicuius ex Regijs Algutzirijs, & pro his fiant litteræ & prouisiones solitę & opportunæ iuxta stylum. Ea propter dictis Serra & Vidal nobis humiliter supplicantibus, vobis de cuius fide legalitate & in rebus agendis, dicimus, committimus & mādamus quod acceptis pręsentibus vos personaliter conferatis ad dictum Castrum, villam seu terminum de Monellis Gerundensis diœcesis, & conuocetis, & congregetis, cōuocari & congregari, faciatis more, & loco solitis singulares dicti Castri villę, & termini de Monellis, illosq. ad faciendum, & celebrandum concilium generale viribus prætoriis quibus decet compellatis. In eoq. vos personaliter assistatis, notaq. dictorum assistentium in consilio continuari faciatis inscriptis, super factis & negotio per eos pertractandis. Nos enim in & super omnibus & singulis, & super dependentibus, incidentibus, & emergentibus ex eisdem per vos complendis, & exequendis, damus & conferimus vobis plenam & sufficientem potestatem, per quam vniuersis & singulis officialibus maioribus & minoribus, tam Regijs, quam alijs ad quos spectet, dicimus & mandamus, quod in his per vos complendis, & exequendis nullum obstaculum, seu impedimētum faciant, quinimo requisiri, auxilium & fauorem oportunos pręstent. dat. Bacinone die vicesima quarta mēsis Iulij anno a natiuitate domini. 1574.

CAP. 507.

Stylus & seu forma decertationum & prouisionum, quę fiūt in causis dubij, seu dubiorū proposiitorum per aliquem doctorem Regii concilij, quando per aliquem pretēditur dictum doctorem contrafecisse alicui vsatico, vel constitutioni Cathaloniç, vel alijs iuribus & per quem, & qualitate declarentur.

Vide supra in verbo. Dubia cap. 311. Incipien. Dubium quando per aliquē ex doctoribus.

CAP. 508.

In electione doctorum pro Regio concilio quæ forma debet, & consueuit seruari,

Dixi supra in verbo. Electiō doctorū cap. 317. Incipien. die 6. Martij.

De qualitate sublimium Senatorum videm Osasc. in prohem. suarum Decis.

CAP. 509.

Si in lectura processus alicuius causę non interfuerint omnes doctores alicuius aulę ex eo quia erant absentes vel infirmi, Regia audientia recepit; quod conclusio illius causę fit cum illis doctoribus tantum, qui interfuerunt in lectura dicti processus, vt

tus, vt latius dictum fuit supra in verbo doctores cap.3ut. incipiente,ita fuit declaratum.

C A P. 510.

Scriba mandati Regij,si est infirmus qualiter & perquē altēs loco illius subrogari so leat: dictum fuit supra in c. 488.incipiente,Existente egroto Antõnio Viladamor.

De incipientibus littera. T.

TERTIVS.

C A P. 511.

SVMMARIVM.

1 *Tertius se opponēs litti pro suo interesse, admittitur in eo statu in quo causa est tempore oppositionis.*

2 *Tertius veniens postquā est conclusum in causa, an sit admittendus.*

1 Tertius opponens se pro suo interesse tantum,& non ad impediendum causam, nec ad assistendū causę, seu ad alium adiuuandum potest & consueuit admitti in eo statu in quo est causa tēpore oppositionis,ita quod si tempore oppositionis erant elapsa tempora per constitutionem Cathalonię ad probandum per testes,nō poterit probare per testes, sed tantum per instrumenta. Quid autem si tempora instructoria per instrumenta & acta erant iam elapsa quamquam processus non esset denuntiatus, Et quid si processus esset denuntiatus, dicetur in obseruantia sequenti.

De duabus primis,reperio continua tum in meo primo lib. adnotationum siue exemplarium,ita fuisse decisum cuius decisionis factum sic se habuit.Post tempora probatoria per testes,durante tamē, tempore ad instruendum processum scilicet per instrumenta in causa quæ in Regia audientia ad relationem Ioannis Clauses Sesulles vertebatur inter Ioannem Sunyer doctorem Regij Concilij &. N. Gumatt iurium doctorem se opposuit Petrus Miquel pro iure suo proprio & non ad impediendū causam,nec ad assistendum causę, seu ad alium adiuuandum, & nedum produxit acta, sed etiam articulauit,& petiit ad illos probandum per testes admitti.Et dictum Sunyer ad respondendum dictis articulis compelli, & fuit per dictum Sunyer oppositū quod nullatenus erat dictus Petrus Miquel admittendus,sed à iudicio repellendus,cuius contrarium prætendebat dictus Michael & allegabat Bar. & alios in l. si perlusorio versi. sed & agere,ff.de appellationi. & in l.si quis libertatem nõme.2.ff. de peti. here. melius & in terminis Ang. in l.si suspecta in princ. ff. de inoffi. testa. Mathe. de Afflict.decisione.235. Attamen dictis doctrinis nõ obstantibus,dicti articuli fuerūt repulsi ad effectum illos probandi per testes tantum,& fuerunt dicto Petro Miquel concessi certi dies ad probandum per instrumenta,hoc fuit fundatum per rationem,c.fi. vt lite pendente in 6.vers. sanè si ad defensionem ipsius litis aliqui(quorum interest) petierint se admitti,eos in illo statu in quo ipsam inuenerint decernimus admittendos.iuncta sua notab. glo. in fin. Et quia aliàs semper fuerat receptum in Regia Audientia quod indistinctè tertius opponens etiam si sit competitor, vt dictus Miquel admittitur in eo pūcto in quo reperitur causa per dict.cap.fi. versi.sanè cum sua gl.fin.in fine tenente quod vt sit litiū finis,est & datū fuit illud optimū remedium q̄ tertius admittatur in eo statu inquo causā inuenerit,quod profecto remedīū in hac nostra Catha

lonia etiam in Regia audientia necessarium est propter exquisitas, assiduas, & quasi innumerables, ac incogitatas cauillationes litium perlongationes quas pars rea, & illius aduocati & procuratores facere & inuenire nituntur, vt exempla in sequenti obseruantia relata dilucidè concludunt.

2 An tertius veniens post denuntiationem processus, & sic post conclusum in causa admitti debeat in eo puncto in quo illam inuenit, ita quod postquam principalibus cum quibus vertitur causa est præclusa via producendi aliqua acta: ita huic tertio se opponenti erit præclusa via producendi acta, vel nullatenus admitti debeat: glo. fin. in cap. fin. in verbo in illo statu, vt lite pendente in sexto videtur firmiter tenere, quod ipse tertius admittatur in eo statu in quo inuenit causam dicens, quod est optimum remedium, vt sit litium finis, & dicta glosa loquitur etiam post conclusum in causa si benè aduertatur ibi dum dicit quod illi beneficiati ducebant causam vsq. ad finem & tempore sententię cedebat, & alii veniebant, &c. Ergo si ducebant causam vsque ad sententiam iam erat conclusum in causa; & sic vt loquar in nostris terminis iam erat processus denuntiatus & Ioan. Mona. in dict. cap. fin. vers. sed pone reus erat in cadendo, inclinat in hac parte, cum quadam distinctione satis obscura Pe. de Ancha. in dicto capit. fin. vers. & ex his referendo dictum Ioan. monachi dicit per hęc verba, quod si principali est pręclusa via ad producendos testes propter publicationem testium, vel instrumenta propter conclusionē; similiter huic comparenti pro suo interesse intelligitur via pręclusa. est verum quod forte Ancharranus loquitur de opponente qui sciebat ante conclusionem, causam agi. Didacus Couarrubias in sua practic. capi. 14. articu. 3. vsque ad finem. fol. 865. colum. 1. tractat istam materiam latissimè distinguendo intertium opponentem ad coadiuuandum & defendendum alterum, & tertium opponentem se non ad quòadiuuandum & defendendum, sed ad excludendum actorem, vel reum, vel vtrumque à re petita, & ad sibi restituendum rem petitam. Et tandem post multa deducta pro vtraque parte concludit sub numero. 4. versi. igitur vt summatim agamus, pagina. 866. colu. 2. dicens constanter asserimus distinctionem hanc, vt quoties tertius accedit ad iudicium, reum, vel actorem defensurus propter propriam vtilitatem admittendus sit in eo statu in quo causa tractatur, litem ipsam prosequuturus absque vllo præiuditio præiudicialis ordinis inter actorem & reum hactenus seruati. An si tertius accesserit ad iudicium non. equidem defensurus actorem, nec reum, sed vel eorum alterum exclusurus, ab actione, vel defensione causę, aut tandem vtrumque à re petita; admitti debeat ad allegationem & probationem proprię intentionis, ita tamen, vt propter hanc oppositionem nulla in parte differatur definitio litis inter actorem, & reum quo ad eorum pręiudicium; præsertim vbi tempore huius oppositionis cōclusum fuerit in causa, vel facta sit testium publicatio, etenim tunc ipse admitterem tertium ad allegandum & probandum absque pręiuditio publicationis conclusionis, & diffinitionis ipsius litis inter actorem, & reum, atque ita non semel vidi pronuntiari, & pronuntiaui ex collegarum iudicio in hoc regio Granatensi pręttorio, quod æquitati potissimè conuenit ob frequentes has oppositiones quæ plerunque dolo, & fraude fiunt non alia ex causa, quam quod reus timens iustissimam condemnationem, diem differri velit. Sed & non admodum huic nostræ opinioni extraneā probationem exibet; immo fortassis valdè conuenientem decisioni text. in l. non id circo, ff. de iudi. Non id circo iudicis officium impeditur, quod quidam ex tutoribus post litem aduersus omnes inchoatam, reipublicę causa ab esse caeperit, cum præsertim & eorum

eorum qui non defenduntur administratio discerni, & æstimari possit hactenus iurisconsultus, ex quo aparet posse iusta ex causa litis quę cum pluribus agitur, quo ad quosdam desuitionem suspēdi, & quo ad alios statim expediri, hæc ipse Couarrubias. Et quanquam ipsa Regij Granatensis pretorij obseruantia æqua profecto, quibusdam considerationibus attentis, videatur, & tamen reperio hanc Regiam audientiam dictam distinctionem non admisisse; sed simpliciter ab illo iudicio tertium repulisse, reseruato iure (si quod illi competeret) in alio iudicio. Reperi enim in causa quę vertebatur inter Bernardum Fluuia notarium agentem ex vna parte, & Michaellem Steue patrem, & Michaellem illius filium ad relationem Francisci Montaner Regij Concilij in posse Gondisalui de la Cambra Regij mandati scribę, qua dictus Fluuia, quamuis in vim clausularum constituti, & precarij ac propria auctoritate potuisset accipere possesionem cuiusdam domus dictorum Steues: supplicauit (vt scandalum euitaretur) officialem sibi dandum prouideri pro accipienda dicta possessione: & debito precedente processu, fuit die secunda Martij. 1531. facto verbo in Regia audientia: statu & natura causæ attentis, & aliàs, denuntiatus processus inter causas minores.

Et cum 6. eiusdem mensis pro parte nobilis Antonij de Cardona fuisset oppositum de nullitate instrumenti dicti censualis & aliis, petendo illa reuocari, & pro parte dicti Fluuia esset responsum quod processus erat iam denuntiatus: tandem decima sexta eiusdem mensis Martij facto verbo in Regia Audientia: attento quod dicta oppositio facta fuit denuntiato iam processu, maximè eo modo quo fuit facta, fuit repulsa, reseruato iure si quod dicto nobili competeret in alio iudicio; & à dicta prouisione pro parte dicti nobilis fuit contrario imperio supplicatum, & ea causa durante: Gaspar mercader nomine quorundam aliorum pretensorum creditorum, & denique 26. eiusdem mensis facto verbo in Regia Audientia ex quo dicta oppositio nobilis Antonij de Cardona facta fuit denuntiato processu, fuit prouisum, stat & perseuerat in prouisione decima sexta dicti mensis facta. Et ex eisdem causis repellit oppositionem dicti mercader.

Et cum in eadem causa die primo Aprillis eiusdem anni. 1531. pro parte pupillorum filiorum Michaelis Angel de Gualbes esset facta alia oppositio pro creditis suis, & quod propterea non erat concedenda afsistentia supplicata per dictum Fluuia, & de eorum minoritate articularū fuisset, & quod gaudebant beneficio restitutionis in integrum quod postulabant; die vigesima septima Maij eiusdem anni millesimo quingentesimo vigesimo septimo facto verbo in Regia audientia ex quo processus erat iam denuntiatus tempore dictę oppositionis, & ne quasi in fine huius litis, siue processus nouis oppositionibus contingat nouum processum inchoari, quod causas redderent immortales, maximè si plures successiuè se opponerent, & attentis prouisionibus aliàs factis decima sexta & vigesima septima Martij proximè lapsi: idcirco & aliàs fuit prouisum dictam oppositionem repellendam fore, & repulsa fuit, reseruato iure si quod dictis pupillis competebat in alio iudicio, & cum nulla apareat læsio pupillorum quibus suis loco & tempore iure ordinario erit succursum; ideo dictam in integrum restitutionem peritam denegat, & repellit, non obstantibus in cōtrarium pretensis.

Tertia Iunij eiusdem anni pro parte dictorum pupillorum Gualbes fuit à proximè dicta prouisione supplicatum contrario imperio.

Et duodecimo eiusdem mensis Iunij fuit per eundem Montaner dicta prouisio facto verbo in Regia Audientia confirmata.

In super post omnia prędicta die videlicet vigesima septima Septembris. 1531. facta fuit oppositio in eodē proces su per viduam Ioannā Remires, et etiā eodem die pro parte Barnardinę Miralles, fuit alia oppositio in eodē processu facta, et nihilominus quinta Octob. eiusdem anni per dictū Montaner prouisum fuit, vt sequitur. Attento quod dictę oppositiones sunt factę post denūtiationem processus idcirco, et aliàs repellit dictas oppositiones factas post processus denuntiationem per dictas viduas Remires et Miralles reseruato iure si quod illis cōpetat in alio iudicio.

Dicta Remires septima dicti mensis Octobris à dicta prouisione supplicauit contrario imperio prætendendo quod dicta denuntiatio processus non potuit sibi obstare ex quo ipsa non fuerit citata ante processus denuntiationem. Et decima dicti mensis dicta Remires exibuit literas cambij, et alia vt inserarētur et fuit prouisum, portetur p. essus sub pæna constitutionis, et illo viso super omnibus prouidendis prouidebitur et 11. eiusdem mensis Octobris prouisum fuit in forma, stat et perseuerat in dicta prouisione. 5. dicti mensis.

Et in alio processu ducto inter Ioannem Dansa aliàs de Anglesola, et postea Franciscum Dansa ex vna, et Comittem de Sastago ex altera partibus super villa de Anglesola ratione vinculi ad relationem Francisci Vbac, et postea N. Pasqual in posse Geraldi Fogasfot Regii mādati scribæ, et pro eo Bou notarii, nunc, N. et pro eo Puig notarii: post processus denuntiationem, die 29. Martii. 1531. fol. 429. se opposuit dictę liti et causę spectabilis don Onofrius de Rupebertino Vicecomes de Rupebertino dicens, quod nouissimè ad illius notitiam peruenerat dicta lis, et cū esset certum quod in dicto vinculo, et substitutione esset prius vocatus dictus Onofrius erat pręferendus dicto Francisco Dansa et propterea ad probandū suum ius dixit quod exibebat, et producebat processum qui ducebatur inter dictum Onofrium et Admiratum Castellę super hęreditate etc. et opponendo se dictę liti supplicauit declarari ipsum fore vocatum etc. offerens iurare, quod de nouo ad eius notitiam peruenerat ius suum, et quod non retardauit calumniosè dictam oppositionem, producens si et in quantum omnia acta et actitata inter dictas partes in dicto processu petendo inseri seu consui, et fuit prouisum facto verbo assignat alteri parti ad respondendum ad tertiam, et dicendum cur supplicata fieri non deberent intimetur.

Et per dictum Dansa et Anglesola, fol. 431. fuit oppositum quod post processus denuntiationem non erat admittenda, sed repellenda dicta oppositio.

Et decima quinta Maii. 153. fol. 434. fuit prouisum dictam oppositionem esse repellendam per hęc inter alia verba. Attento quod processus super dicta Baronia ductus per partes, fuit denuntiatus, et acta et instrumenta prędicta quae supplicantur inseri, non fuerunt de nouo peruenta ad notitiam dicti Vicecomitis tertij qui denuntiato processu opponere se intendit liti qui ius de nouo nullum allegat peruenisse, et aliàs prouidet dictum Vicecomittem non esse admittendum ad persecutionem dictę instantiae, nec per eum supplicata procedere, sed eidem saluat ius si quod competeret in alio iuditio super dicta baronia de Anglesola intim. Pasqual.

CAP. 512.

SVMMARIVM.

1 *Tertius an possit citari postquam est conclusum in causa ad supplicationē rei conuenti.*

2 *Tertius opponense liti lapsis temporibus probatoriis; an admittatur ad probandum per in integrum restitutionem.*

1 N post denunciationem processus, possit tertius citari ad supplicationem rei conuenti poterit colligi ex proxima precedenti obseruantia, et in specie facta fuit prouisio sequens, confirmata cum Regia sententia precedente conclusione in Regia Audientia.

In causa vertente inter Franciscum de Barbera domicellum villę Franchę Peniten. & sindicum vniuersitatis Castri de Castellar ratione quarundam pensionum cuiusdam censualis per dictum Barbera petitarum, fuit denuntiatus processus ad relationem magnifici Phederici Font Pastor in posse Michaelis Amat & pro eo Michaellis Seraphioi Nadal, die decima quinta Septembris. 1581. & postea dictus sindicus deduxit quod in casu subcumbentiae don Ioannes de Iosa dominus dicti Castri teneretur dictae vniuersitati, & propterea supplicauit dictum don Ioannem de Iosa Citari. & prętendente dicto Barbera quod denuntiato processu non erat locus dictae citationi nouae personae: & replicante dicto syndico, & implorando ad id beneficium restitutionis in integrum, fuit per eundem relatorem prouisum die 12. Iunii. 1582. quod denuntiato processu non potest citari noua persona.

Ab ista prouisione fuit supplicatum per dictum sindicum, & causa dictę supplicationis commissa mihi Michaelli Ferrer, ad cuius relationem die octauo Octobris millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, facta fuit conclusio sequens. Attento ex meritis processus cōstat nihil fuisse deductum vel probatum propter quod dicta prouisio die duodecima Iunii. 1582. per dictum magnificum Font Pastor facta, commutari debeat: aliis etiam meritis processus attentis, & alias fuit conclusum quod declaretur bene cum dicta prouisione fuisse prouisum, & malè ab illa supplicatum, & quod pars dicti sindici de Castellar in expensis condēnetur, & die duodecima dicti mensis Octobris fuit lata sententia iuxta dictam conclusionem, in qua interfuerunt Regens Cancella. Ferrer Sescases, Balle, Font, Planes, & Sunyer, erat scriba, & septimancius Amat, & pro eo Michael Nadal notarius.

Item in causa vertente inter sindicum capituli Tarraconę ex vna parte, & nobilem Ciciliam de Queralt, vt tenentem & possidentem hęreditatem & bona viri sui, defuncti, pro suis dote & aliis iuribus, & vt tutricem, & curatricem, vna cum Francisco de Queralt, Geraldi filij sui ex altera parte, super loco & termino del Callar ad relationem tunc Francisci de Vallescia, post tempora constitutionum ad probandum concessa, opposuerunt se, Simon de Olzinelles, & Francisca Bartholomęa de Olzinelles coniuges, prætendentes dictum locum, terminum, & castrum ad eos pertinere virtute testamenti Bernardi de Olzinelles. decima quarta Iunij 1540. fol. 451. & in discursu causę dicti opponentes articularunt secundo Augusti. 1540. folio. 507. fuit pro parte contenta oppositum quod articuli nō erant admittendi quia processus erat in puncto denuntiandi fol. 521. Et iterum pro parte dicti Olzinelles fuit articulatum fol.534. & super his, die 18. Iulij. 1541. fol. 671. facta fuit prouisio:
2 qua attento quod dicti Olzinelles se opposuerunt dictae liti lapsis temporibus constitutionum ad probandum concessis: & quia lite pendente dictus Simon transtulit ius suum in Philippum Ioannem de Olzinelles filium suum & alias: fuerunt repulsi tam dicti articuli oblati pro parte dicti Simonis, & illius vxoris quam per tutorem dicti pupilli, non obstante in inte-
a grum restitutione petita & aliis in cōtrarium allegatis, articulo expensarum reseruato.

Et quia pars dicti pupilli Olzinelles produxit acta fol. 672. & fuit oppositum, quod non erat admittendus

 ex quo

exquo nullum interesse habebat in causa fol. 674. & petiit denuntiari processum. Fol. 681. die decima septima Septembris. 1541. fuerunt cõcessi vtriq. parti viginti dies ad producendum instrumenta & acta, & ad dicendum & allegandum quidquid &c. quibus elapsis denuntiaretur processus, pars aduersa conuenta petiit processum denunciari, & pars dictorum pupillorum articulauit pluries, & fuit contradictum admissioni illorũ, & deniq. die vndecima Decembris. 1544. facta fuit prouisio per Vallesica repellendo dictos articulos & habito processu pro denuntiato, prouidit diem denuntiationis continuari in libro denuntiationum causarum maiorum, non obstantibus in contrariũ allegatis.

De materia vltra predictos doctores tractat per Rotam in noua impressione in tit. de rescriptis & decis. 2. numero 48. in nouis fol. 11. Thom. Mier. in cap. t. incipien. primeramente. num. 19. in fi, colla. 8. fol. 65.

a Integrum restitutione]. Opitulatur hæc obseruantia quia quamuis regulariter, & communi sententia, minor tertius se liti opponens, sit in integrum restituendus ad probandum, Afflictis decis. 152 Couar. pract. c. 14. num. 3. Ista tamen regula fallit, quando minor non fuisset lęsus propter omissam probationem, vt tenent Bar. in l. nam postea. §. si minor ff. de iureiu. Osasc. decis. 158. num. 13. Capic. decis. 109. num. 8. Minsing. obs. 16. Centur. 4. Aufr. ad Capell. Thol. q. 53. Pute. decis. 193. lib. 2. Nat. cons. 343. vt in casu huius obser. vbi minor propter ius, quod saluum, ac illæsum sibi reseruatur, damnum non patitur. c. fin. tit. de terçers possessors: & aliàs etiam propter priuilegium minori, cui semper succurritur, & reponitur ipse in statu in quo erat ante læsionem. Osasc. decis. 9. num. fin. AEgid. Bellam. conclus. 743. Maran. in spec. par. 6. c. & quandoq. appellatur num. 77. ita Canc. variar. par. 2. cap. 16. num. 14. & à num. 15. infert casus particulares fallentiales, in quibus minores, in Themate prędicto restituuntur.

CAP. 513.

SVMMARIVM.

1 *Suspectus doctor Regiæ audientiæ licet non sit allegatus, consueuit se abstinere.*

1 SVspectus doctor Regię audientiae cõsueuit se abstinere ab interuentione, & votatiune causae, in & pro qua est suspectus, quamquam non fuerit allegatus suspectus per partem: quod intelligitur in causis prouisis per constitutiones Cathaloniae.

De iure communi vide Felin in ca. cum ordinem sub nu. 1. versi. secundo aduerte de rescrip. fo. 83. vbi dicit quòd iudex potest se abstinere si vult, sed nõ tenetur quando pars non instat.

De incipientibus litera V.

CAP. 514.

SVMMARIVM.

1 *Variari de superiori iudice ad inferiorẽ, an possit.*
2 *De materia. l. vbi ceptum est iudicium. ff. de iud. remissiuè ibi.*

1 VAriari de superiori iudice ad inferiorem non potest, vt pote si quis incipit iudicium in Regia audientia, non poterit postea agere de eadem re coram vicario vel gubernatore. Etiam si in instrumẽto sit clausula quod posset variare de vno iudicio ad aliud, siue de vna curia ad aliam.

Ita fuit determinatum in Regia audientia in Aula Regentis Cancellariam, in mense Septembris anni. 1559. in causa quae ad mei relationẽ vertebatur inter Franciscũ Moler Gerũde, & Bernardũ Seller Barcinone, per textũ in c. bonae memoriae lo. 2. de postula. praelato. Est verũ quod in illo instrumẽto debitorũ

per

per dictum Moler producto; non erat clausula quod ipse posset variare. Sed in tantum doctores habuerint pro constanti dictam determinationem, & dispositionem, quod noluerunt videre dictum instrumentum debitorii. Bene enim elicitur dicta determinatio ex illo textu in ratione quam ille textus ponit in versi. Si enim postquam postulatio, in illis verbis, nobis frequenter illuderent, & iudicium nostrum, ex eorũ pendere arbitrio videretur, & ibi est bona glosa in verbo illuderent, cum iuribus per eam allegatis. & Panor. ibi in notab.10. sub n.10. ibi, ne contrarium agendo illudere videantur superiori. Ipsis enim superioribus, honor & reuerẽcia debetur, vt traditur per Ant. de Prc tis, in tract. de iurisdict. episc. defensione vol. 2. fol. 205. n.19. & seq. Et pro his faciunt tradita in decis. Senatus Pedemõtani. c.131. n.14. versi. 3. confirmatur. fol. 234. colu. 3 in prin. Et postea ab aliquo ex doctoribus alterius aulæ, scilicet Cãcellarii Regii, audiui ita seruari propter decentiam quę domino Regi debetur; & seu propter illius superioritatem.

2 Pro materia, & intelligentia, ac pro limitationibus. l. vbi ceptum est iudicium. ff. de iudi. vltra Bar. & alios in d. l. vbi ceptum, videri poterit Felin. in c. ex tenore versi. lex vbi ceptum n.15. de rescrip. fol. 104. vbi ponit 11. fallen. ad d. l. vbi ceptum est. Iaf. in l. nulli. C. de iudi. ponit 6. limit. Anto. Corsetus in repertorio, & super Panor. in verbo, iudiciũ; ponit 9 limitati. ad d. l. vbi ceptum est iudicium, dicens illas celebres, & perpetuas, & notandas esse.

2 De superiore.) Cancer. par. 2. variar. cap. 3. de instr. guaren. & scrip. tert. num. 92. vbi num. 91. latẽ tradit circa hanc variationis materiam: an creditor qui contra suum debitorem ceperit agere via ordinaria, possit postea ea relicta, agere via executiua.

CAP. 515.

SVMMARIVM.

1 *Venditione rei immobilis districtu curiæ facta, & hasta fiscali tradita: si alius postea plus offerat, an debeat iterum d. res subhastari.*

2 *Bartoli doctrinam & declarationem circa prædicta vide ibi.*

3 *Bar. doctrinæ prædictæ declaratio.*



1 Venditio rei immobilis si districtu curia facta sit, & hasta fiscalis tradita, & postea aliquis plus offerat, an iterũ debeat subhastari vidi casum, & determinationem sequentem.

In causa vertente inter fratres Turells filios Ludouici Turell quondam; & creditores dicti Ludouici Turris quę fuit dicti Ludouici, præcedentibus prouisionibus, vt illa venderetur, & hasta fiscalis plus offerenti traderetur; fuit subhastata per quatuor menses, & vltra more, & locis solitis, & fuerunt positæ tres lanternæ; & fuit facta relatio per curritorem, vt præfertur, & quod reperiit 1355. libras, & quod non reperiit qui tantum daret. Postea vnus ex dictis creditoribus petiit quod vltima lanterna poneretur, & fuit prouisum quod vltima lanterna poneretur, & hasta fiscalis plus offerenti traderetur, & liberaretur, & fuit dicta Turris iterum subhastata, & vltima lanterna posita, & hasta fiscalis magistro N. Ritos sartori tradita, & liberata, vt plus offerenti, & de eo facta fuit relatio per curitorẽ. Quo facto, Don Franciscus Turell vnus ex dictis filiis Ludouici Turell petiit quod dicta Turris subhastaretur, & quod in illa reperiretur plus, & si daretur sibi licentia dicendi, seu offerendi pratium; ipse daret pro dicta Turri, 1500. libras, tutor pupillorum Turells filiorum don Bernardi Turell quondam, qui posside bant dictam Turrim opposuit quod nõ erat iterum dicta Turris subhastanda, nec licitanda, ex quo iuxta dictam prouisionem, & relationem erat legitimè subhastata, & vendita, seu hasta fiscalis tradita. & quod si & vbi esset liberanda dicta Turris dicto Don Francisco Turell, pro dictis 1500. libris, quod iustius erat

erat dictam Turrim eodem prætio scili
cet 1500.librarum remanere penes dic-
tos pupillos possessores, & in maiori
quantitate creditores quam d.Don Frã
ciscus.& ita offerebat dictus tutor depo
nere dictas 1500. libràs, & d. Magister
Risos,cum publico instrumento recog
nouit se pro dictis pupillis emisse dictã
Turrim. Tandem prædictis Don Fran
ciscus replicauit,& obtuli se daturũ pro
eadem Turri 1600.libras, & quod ite-
rũ subhastaretur.dictus vero tutor pu-
pillorum Turells opposuit amplius dic
tam Turrim subhastandam non esse,sed
dictis pupillis venditionem faciendam
esse,& de his factum fuit verbũ in Reg.
Aud. per me Michaelem Ferrer & fuit
determinatũ per omnes, & per me die
7.Maii.1569. prouisum quod venditio
dictæ Turris firmaretur dictis pupillis
prætio 1500.librarum,non obstante di-
cta vltima oblatione facta per dictum
don Franciscum Turell,& aliis in con-
trarium deductis Moti fuimus per doc
2 trinam Bar.in l.si tempora.C.de fide in
strumentorum & iure hastę fiscalis li-
bro.10.C.vbi in summa,seu effectu triã
dicit, primum est quod si res subhasta-
tur simpliciter,& fuerit vendita,potest
alius intra tempus offerre plus. Secun-
dum est quod si tẽpus est elapsum po-
test alius oferre,& inquit glosa quod se
mel, & non plus poterit oferre. Tertiũ
est quod si subhastatio facta fuit non
simpliciter, sed cum hac adiectione, vt
plus offerenti hasta fiscalis tradatur,tũc
lapso tempore, si aliquis offert plus nõ
audiatur; & adaptando dictam doctrinã
styllo Reg.Au.est aduertendum quod
de styllo Reg Aud. res immobiles con
sueuerunt subhastari per 30.dies,& so-
lent poni tres lanternæ, & in dicto nos-
tro casu dicta turris, fuit subhastata per
4.menses, & inter illos fuerunt positæ
tres lanternæ,& fuit facta relatio quod
reperiebantur 1355.librę,& non plus,&
postea (vt dictum est) fuit prouisum ꝙ
poneretur vltima lanterna, cum dicta
adiectione, vt plus offerenti hasta fisca-
lis traderetur, & fuit modo prædicto
subhastata,& hasta fiscalis tradita dicto
magistro Risos.Ecce quod doctrina Bar
toli in primo casu non potest adaptari
nostro casui,quia in nostro casu iam tẽ
pus erat elapsum. Item secundus casus
Bar.& glossæ non conuenit,nam Bart.
loquitur quando venditio,seu subhastã
tio fit simpliciter,non adiecta illa clau-
sula,vt plus offerenti tradatur. Itẽ a for
tiori dico,quod etiam si nostra subhas-
tatio esset facta simpliciter adhuc non
procederet intentio dicti don Francisci:
nam eo tunc potuisset semel offerre ma
ius prætium,vt inquit glo.in l si tempo
ra in verbo ꝓfitearis, vbi dicit quod tã
tum semel est facienda adiectio,allegat.
textum notabilem in l. 2. de locatione
prædi.ciuilis lib.11. C.nec obstaret dice
re quod si non valet secunda oblatio,
seu adiectio facta per dictum don Fran
ciscum; saltẽ deberet valere prima post
quam semel potuit oferre iuxta dictam
glossam; ad hoc respondetur: atten-
to quod etiam dicti pupilli Turells pos
sidebant, & etiam obtulerunt totidem
soluere; ipsi pupilli sunt præferendi, &
obtinere debent argumento optimo de
l.congruit.C.eod.titu.de locatione præ
diorum ciuilium: cuius verba sunt hęc.
Congruit æquitati, vt veteres possessio
res fundorum publicorum nouis con-
ductoribus præferantur si facta nobis
per alios argumentos suscipiantur. Se-
3 cundo respond. quod dicta doctrina
Bartoli, & glosae procedit quando in
subhastatione non erat apposita illa
clausula seu adiectio, videlicet, quod
hasta fiscalis traderetur plus offeren-
tib. nam tunc non potest nedum bis,
sed nec semel offerri, & hoc est quod
dicit dictus Bartolus in prædicto ter-
tio casu numero. 4. ibi quaero vtrum
officialis ipse obligetur ad vendendum
illi plus offerenti, & inquit, hic vide-
tur casus quod sic. Hoc intellige ve-
rum,si verba pręconis hoc dicũt, quod
plus offerenti dabitur, sed in nostro
casu hoc idem dicebant verba praeco-
nis, scilicet, vt plus offerenti daretur,
ergo potuit compelli iudex ad ven-
dendum

dendum dicto Rifos plus offerenti prætio.1555.lib. quo prętio hasta fiscalis fuerat sibi data. Veruntamen quia (vt prædixi) ipse Rifos recognouit se emisse p dictis pupillis Turells, & dicti pupilli ex causis per eos in cedulis relatis, obtulerunt dare, & soluere.1500.libras, quas d. Dō Franciscus offerebat; ideo fuit prouisum quod pro dicto prætio.1500.lib. venditio firmaretur dictis pupillis.

De materia Vid. Mag. Decis.132. Rot. Floren. Pap. lib.13. titu.9. arrest.1. & lib.18. titu.6. arre.14. & in licitationibus ac subhastationibus, consuetudines & statuta locorum, seruantur Rebbuff. in comm. Tom.2. tract. de preco. licit. & subhasta. fol.597.

CAP. 516.

Venditio si facta fuerit in encantu publico more solito certo prætio, & hasta fiscalis tradita fuerit plus offerēti vni, & ille emptor distulerit prętium soluere vel deponere, quid & qualiter prouideri consueuit.

Vide quæ relata sunt supra in verbo licitator. c.408. fol.211.

CAP. 517.

Venditio bonorum & rerum, alicuius debitoris quādo est prouisa per diuersos relatores in diuersis processibus ad instantiam diuersorum creditorum, debent dicta bona ad relationem vnius relatoris realiter vendi, & graduatio creditorum, & distributio prætiorum fieri in vno processu.

De his vide supra in verbo graduatio, c.367. fol.194.

CAP. 518.

SVMMARIVM.

1 *Vendita res per cursorem in Ciuitate Barchinonæ, an & quando per dominum rei possit repeti, & quid sine solutione pratij vulgo dicti recognouerunt proceres circa prædicta.*

2 *Declaratio dicti priuilegij super verbo, rē & num.4.*

3 *Priuilegij prædicti tenor.*

5 *Alia declaratio dicti priuilegij.*



1 Vendita res per cursorem publicum in ciuitate Barcinone, an & quando per dominum rei vēditæ poterit repeti, & soluto prętio quo illa res fuit vendita. Et quando sine solutione dicti prætii in vim, Priuilegii ciuitatis Barcinone vulgo dicti recognouerunt proceres. c. incipien. Item quod aliquis non possit repetere. Et an illud priuilegium, in verbo, Rem, intelligatur nō solum de re mobili, sed etiam de re immobili.

Quamuis hactenus (si rite recordor) ego non viderim aliquam sententiam Regiam qua declaratum fuerit dictum priuilegium in verbo, Rem, habere locum non solum in re mobili, sed etiam
2 in re immobili, vel tantum in re immobili, & quamuis dictum priuilegiū procedat in ciuitate Barcin. tantum. Attamen quia Reg. Aud. pro maiori tempo tis parte residet in dicta ciuitate Barci. & reperio quod Hierony. Dalmau, qui fuit vnus de doctoribus Reg. Au. in suo libro adnotationum siue memoriarum, refert aliquas Regias sententias cū multis iurium allegationibus: Et relatio prędictorum (signanter tanti doctoris) poterit potius prodesse quam nocere, decreui prædicta, hic, per viam summe (breuitatis causa) referre.

Tenor dicti priuilegii est, vt sequi-
3 tur. Item quod aliquis non possit repetere aliquam rem ab illo qui emit per cursorem publicum, & publice nisi restituerit prætium.

Dictus Dalmau in dicto libro suo refert se vidisse in libro constitutionum quæ fuerunt Guillermi de Vallesica super dicto verbo, rem, apostillam in qua
4 erant hæc verba, intelligo mobilem vel immobilem, vt l.1.§. fi. ff. si cert. per. & similem

similem apostillam in constitu.quæ fue runt Petri Ledo,& similem in constit. quæ fuerunt Bernardi de Ponto per alia iura. Et in constitutionibus quę fue runt Guil.Bortull, erant hæc verba, iẽ mobilem vel immobilem.& etiam no men vel aliud,cum sit nomen generale.l.1 § fi.ff si cer.peta.& in constit.Petri Iamfridi verba hęc,nota quod appel latione rei,res mobiles,immobiles,& in corporalia complectuntur,vt insti. de re.incorpo. & alia allegat.& in constit. quæ fuerunt Antonii Amat idem in effectu,& amplius ponit hæc verba,Item quia fortior est dispositio. in eis quam in mobilibus quæ momento vendũtur secundum Guill.de Vallesica,& Iacob. Calic.& videtur dicto Dalmau conuenire rationi, & quod melius facit, l. rei appellatione. ff.de verbo.signific. Et q ita fuit iudicatum anno domini. 1453. in mense Iulii,ad relationem Iacobi Calic.per dominam Reginam Mariam Locũt. Regis Alfon.4. Itẽ quod vidit aliã sententiam per eandem Reginam ad relationem Ludouici de Castroueteri latam super quadam Turri quæ fuerat empta per Ioannem Alamany legitima subhastatione, & interueniente publico curritore,& quod ita fuit pronunciatum in Barci.die Lune.10.Martii.1439. & vide quę dixi supra in verbo,cursor.

Insuper d.Dalmau in versi.sed vltra; dicit vt sequitur.Sed vltra prædicta reperio dictum verbum,rem,non habere locum in re immobili.Et ita fuit seruatum contra mossen Sperandeu Cardona quodam super quodam hospitio sibi vendito cito in platea sanctæ Annæ & fuit euictum ab eo ad instantiam cuiusdã domini cui erat vinculata, sine restitutione pręti, quãuis fuisset publicè venditum,a libro consti.bon.Petri.

5 Item d.Dalmau in d.c. in illis verbis qui emit dicit intellige, nisi emens ipsam sciret furatam,quia esset in dolo.

Dicit etiam in d.ca.publicè, &c.non ergo sufficiet quod res per publicũ cursorem encantetur nisi res publicè,& in loco publico per omnes videri possit.

Et ita est intelligendum illud priuilegium. nam quod publicè fit ignorare non licet.ff.de institto.actio.l.sed etsi.§. præscribere , arbitror quod est error in scriptura,& quod voluit allegare. l.sed & si pupillus.§. ad quo palam de institto.actio.allega.etiam. ff.de macedonia. l. si quis & C.quomodo , & quan. Iudex.Auctẽ.qui semel,& ibi Alberi. & dicit illud.nota ad venditiones pignorum quæ fiunt pro tutione censualiũ, & violariorũ.

CAP. 519.

SVMMARIVM.

1 *Vidua an transmittat priuilegium faciẽdi fructus suos, ratione dotis,ad heredes,seu parentes.*

2 *Constitutionis,hac,nostra,tit.dissolt lo matrimoni,dispositio.*

1 Vidua an transmittat ad hęredes seu parentes suos fructus quos facit suos ratione dotis nõ solutæ.

Die Lune.21.Iunii.1557. in causa appellationis pro parte Philippę Pelosa quæ fuit vxor Ioannis Pelos Villę Guissone interpositę a sententia lata per baiulum Villę Tarregę inter dictam Pelosa, ex vna parte , & Ioannem Soler , & Sperãtiam illius vxorem ex altera parte,fuit conclusum in Reg.Aud. (pręsidente magnifico Francisco Montaner Regente Cancella.& interuenientibus; Serra,Riusec.Ferrer,& Terça de Regio Concilio doctoribus aulę dicti Regentis,& nemine discrepante) quod beneficium consti.hac nostra *(quę est sub ti. Disolt lo mattimoni quin dret se pertany a la viuda,) in quantum disponit

2 quod mulier post mortem mariti, & post annum luctus mariti, fructus bonorũ mariti sui facit suos donec de dote , & sponsalitio fuerit satisfacta, non transit ad parentes,& hęredes mulieris tenor dictę conclusionis, & sententiæ est,vt sequitur.Item in eo capite in quo

cum

tum dicta sentētia fuit declaratum fru ctus bonorum quæ fuerunt Matthæi Sorribes quondam mariti prædictę Elisabetis in vim, seu beneficio constitutionis incipientis, hac nostra, transmissos fuisse ad dictos Ioannem, & Sperantiam Solers, parentes & hæredes dictæ Elisabethis, & dictam Philippam Pelosa condemnatam fuisse restituere, & soluere prædictos fructus dictis Solers: Attento quod dispositio dictæ constitutionis non includit parentes quoad faciendum fructus suos: idcirco, & alias meritis processus attentis, fuit conclusum ꝙ declaretur dictam Philippam Pelosa nō teneri ad restitutionem, nec solutionē dictorum fructuum, & dicti doctores moti fuerunt quia dicebant illud beneficium esse personale, & sic extingui mortua persona, fuit etiam conclusum quod reseruetur attiodictis coniugibus Solers si qua illis competit super interesse dictarum 400. librarum.

a. Hac nostra) pro cuius declaratione, postea in cur. Barchi. an. 1564. successit ca. 32. eo. tit.

CAP. 520.

SVMMARIVM.

1 *Vidua heres instituta, & tutrix filiorum, quæ acceptauit hæreditatem mariti, nō facit fructus suos propter dotem non solutam.*

1 VIdua hæres instituta, & tutrix filiorum acceptans hæreditatem mariti non facit fructus suos propter dotem non solutam, quia ex quo est hæres potuit sibi soluere dictam dotem vendendo vel alias.

Ita fuit declaratum cum Regia sententia lata ad relationem N. Castello die Sabbathi Ramorum anno. 1546. contra pupillos Boxados, vt hæredes Paulę Torrent hæredis Petri Torrent in fauorem Monasterii prædicatorum Barcin. in posse N. scribæ mandati, & pro eo Paschual notarii, fundari potuit dicta declaratio per tradita, supra in verbo fructus c. 353. vbi vide.

CAP. 521.


Niuersitas an possit defendere hominem singularem dictæ vniuersitatis, & etiam dominus vassallum, pro suo interesse, &c.

Dicitur supra in c. 281. incip. in causa quę vertebatur in Audientia geren. vices generalis gub.

CAP. 522.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus sub conditione quod deferat nomen & arma non admittitur deferendo alia arma. & quid quando testator non erat ex claris parentibus ex quibus erat institutus, vid. in addi.*

1 
Ocatus cum onere quod deferat certa arma vel cognomen, non admittitur si deferat alia a arma, vel aliud cognomen. a

In processu qui vertebatur inter nobilem Franciscum de Castellet ex vna parte, & nobilem Guillermum Albert, & Enricum Sauit, & alios in posse Philippi Mas, scribę mandati Regii, & pro eo Barrufet. fol. 741. est inserta sententia Regia inter Petrum de Pena, alias relato ex vna parte, & Ioānem Vgonem alias de Vilafrancha lata: in qua fuit declaratum Vgonem de Pena, alias de Vilafranca ex eo quod se fecerat cognominare alio cognomine, quam de Pena, & portauerat aliud signum, seu signa quā Bonanati de Pena, nullum ius habere in vniuersali hęreditate quę fuit dicti Bonanati de Pena, siue de Sapena. De materia si nomen meum, & arma mea deferat importent conditionem, vide tex. glo. & docto. in l. hoc iure §. fi. et §. labeo. ff. de dona. tex. in l. facta §. si sub cōditione versi. si vero nominis. ff. ad trebelli.

belli. Guido. Pap. decis. 251. Ias. in l. debitori col. fi. C. de pac. Bal. in l. dictam. C. de condic. ob causam. Guiller. Benedicta in c. Raynuntius n. 44. cum seq. de testa. fol. 8. Et etiam pro materia videatur supra in verbo filiorum appellatione c. 351. incip. Ita fuit conclusum. fol. 164.

Add. pro confirmatione Tezau. decis. 270. Molin. de Hispan. primoge. lib. 2. cap. 14. Boer. decis. 146. n. 6. par. 1. Deci. consil. 243. n. 2. Tiraquel. de legib. Connub. l. 5. n. 14. Grego. Lop. l. 3. tit. 4. par. 6. glo. ver. côtra honestad. Burg. de Paee in prohem. l. taur. n. 24. Et licet hæc obseruantia in sui decisione firma sit, & valida; non tamen propter causum in ea exaratum. Inueni etenim in libro manuscripto Francisci Montaner olim Regii Cancellarii grauissimi, quod Hugonus de Vilafranca à sententia de qua dessumitur öbseruantia supplicauit, & in causa supplicationis obtinuit: eo quia dictus de Pena erat sortis humilis, & ita declaratum fuit, non extitisse obligatum militem; de Vilafranca, claris ortus parentibus arma propria dimittere in casu militari ve in duello quod fuit ingressus cum alio milite domus de Barberano. Et pro istis fa. l. facta. §. sub conditione, & ibi Accurt. (qui celebrat próprium, & certè celebre nomen) & ibi scriben. ff. ad senat. consf. trebel. & ponderando tex. in vèr. honesti nominis, colligitur quod miles non tenetur desumete nomen & arma plebei, vt in specie Molin. vbi sup. n. 25. maximè in actu militari proposito, aliàs enim non esset honesta cóndicio, vnde Salom. prouc. c. 22. melius est habere bonum nomen quam diuitiis abundare. et Ioa. Andr. in c. grauis de depo. ait. quod si honesta nomina venderentur, magno pretio deberent emi; & ita dictus de Vilafranca non fuit obligatus proprium dimittere nomen. Aliter quam Pater meus charissimus, qui nominatur Gabriel de Môtcorp, & Desbalbs, olim Despujol, propter conditionem appositam in testamento Raymundi de Montcorp (cuius anima viuat in requie.) Quamuis enim proprium, & ex claro maiorum nostrorum sanguine, illustre reliquerit nomen, accepit alia pari antiquitate nobilitateq; præ dicta domus, scilicet de Moncorp & Desbalbs quæ quidem iuxta dispositionem prædictam post longeuos ac fœlices dicti mei genitoris obseruantissimi annos, suscipiet Pontius Despujol frater mihi ex animo dilectus postea que posteri in æuum. Deo. O. M. permittente. Quem suppliciter exoro quod prędicta fœlici faustoque peragantur exitu: Patronum que domus Paternæ Hippolitum Militem Illustrissimum purpureo amictu incedentem in vrbe celesti qui ólim in Romana; (cuius Primarię ecclesię correctioni omnia libêter submitto) post plures diuersi generis eruciatus, in domitis equis per loca carduis, & tribulis consita raptatus, lacerato corpore, spiritum Deo reddendo, gloriosissimi martirii palmam fuit consequutus: Vt ille nos Benedicat qui est in secula Benedictus ac in omnibus peragendis principium

et

FINIS


Esai. 4. Date magnificentiam Deo nostro.



Dei perfecta sunt opera: & omnes vię eius iudicia.

BARCHINONÆ.

Ex Typographia Gabrielis Graells, & Geraldi Dotil. Ann. 1608.



INDEX RERVM ET VERBORVM IN OPERE CONTENTORUM COPIOSISSIMUS.

A

Primus

Calcu-

C.

Causæ

Cau-

INDEX.

Causam

Clausula

Commis-

Conten-

D

E.

¶¶ Emphiteuta

F.

¶¶ 3 Et an

Gubernator

Guber-

H:

I

N

O

¶¶¶ gium

Plus

¶¶¶ 2 fit

Rex

Suspectus

FINIS ET LAVS DEO.





